




**Ioannis Bugenhagii Pomerani In Psalterium Daudicum
Auctarium, ultimaq(ue)] manus meditationum seu
commentariorum. Quod no(n)] hoc consilio ut liber cresceret
accessit, sed potius prioribus, quae autor in hoc argumenti
genere scripsit, necessario superaddendu(m) uisum fuit.
Caeterum quibus haec non sunt, hi non existiment se iusta &
integra Pomerani in Psalmos habere commentaria. Accessit et
commendatio insignis Psalterij Daudidis D. Martini Lutheri.**

<https://hdl.handle.net/1874/395303>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

Kast 106


Pl. L N° 3

五



4
2






Longinuis. 227.
ascatur. quid ē
o minatur. que
quaterror. que
ama em tunc dnr
paxi exequitate
n aduerfionis illu
te euadunt. Sed
us ualeat. fitecū
hominū discutiā
ho multa forata
udinis sue mole
ib & iusti. si x bom
Dole magnitudi
bis hoc quo q;
m di foratū dme
firmitate de fide
num. ē. di. for

Biblia et interpretes

Kiob Lij. 3
Quarto n. 31

peruenio rorabitur. & cetera. **Et** transcendo
sustineo. Bene uirte post quā dicitur ē. si adori
entē iero non p parē. Si ad occidente. non in
tellegā eum. Si ad sinistram. quid agam. non
ap p bendam eū. Si me ueram ad dextram.
non uidebo illum. Ileo ad hunc x. ipse uō
Ite uiam meā. Nefi apte dicitur. **F**
subditur. ipse uō fct uā meā. Nefi apte dicit.
Ego me & districte discatio. & tam p fecte scire
non possum. & tamen ille que uidere non ualeo.
uide & subtiliter amca que ago. Sequit. **E**t
phabit me quasi aurū qd pigriem tranfit.
Aurum informace ad haurire sue claritate pro
fiat. dum sordet amittat. Quasi aurū ergo
qd pigriē tranfit p b azur animā iustoy. quib;
exiustione tribulationis. & subtrahunt uita. &
merita augentur. Nec elationis fuit. quod fcs

quere uerba cyce
fctia coltra sequent



N. 5. B.

4. 3.

IOANNIS BV

GEN HAGII POMERANI IN PSAL
terium Dauidicum Auctarium, ultimæq; manus medita
tionum seu commentariorum. Quod nõ hoc consilio ut
liber cresceret accessit, sed potius prioribus, quæ autor in
hoc argumenti genere scripsit, necessario superaddendũ
uisum fuit. Cæterum quibus hæc non sunt, hi non existi
ment se iusta & integra Pomerani in Psal
mos habere commentaria.

ACCESSIT ET COMMENDATIO
in signis Psalterij Dauidis D. Mart
tini Lutheri.

Ex Donatione Hüb. à Büschel.

BASILEAE, MENSE AVGVSTO,
ANNO M. D. XXXV.



IOANNES BVGENHAGIVS P
meranus de Auctario Psalterij sui.



Vod quandoq; publico scripto promisi,
nempe Auctariū aliqd in Psalteriū meū,
id iam post decem annos ubi illud Psalte
riū inuulgatū est, p̄stare p̄ Christū uolo,
ut in usum eorū q̄ hac desiderāt conferā,
qd̄ me posterior dies de Psalmorū inter
pretatiōe docuit. Reddidi aut̄ latine totius Psalterij sentē
tiā ex Hebræo, ut sit cōmentarij uice, id qd̄ potui per alios
interpretes, maxime per translationē Germanicā D. Lu
theri, qui nisi hic p̄cessisset, nō licuerat mihi hac uia ince
dere, cuius uiri hic etiā saepe addo interpretationē ab ipso
uel auditā, uel sacro furto ablatā, cur enim istud nō fatear
aut gloriē? Cū uero nōnunq; aliā à priore indico interp̄
tationē (uarie em̄ licebit uti quibusdā Psalmis, p̄ uarietate
uel tentationū, uel gratiarū actionū,) absit calūniator, qui
dicat me recātas doctrinā Christianā, q̄ p̄ totū illud meū
Psalteriū sparsa legit. Nā hac integra manebit, nec p̄uale
būt aduersus eā portæ inferorū. Non em̄ mea est, sed dei.
Nihil moror, qd̄ qdā nebulones potius q̄ Theologi calu
mniati sunt me in Psalterio Christū fecisse peccatorē. Le
ge illos locos unde illi hoc citatū uoluerūt, & uidebis me
cōfessum nihil aliud q̄ certā illā liberationē & gratiā dei p̄
Christū, q̄ est agnus dei tollēs peccata mūdi. Hāc gratiam
isti nō intelligūt, sed blaterāt multa de uirtutib. moralib. et
iustitia, qn̄ interim ipsi, uel mūdo teste, sunt peccatorū ser
uī. Ne uero auctario nimis aucto cresceret prior Psalterij
liber in immēsū, cōsulto cōtraxi manū, & studiū breuis
esse. Priores uero cōmētarij abūde p̄stabūt, ne hac breui
tas sit obscuritas, unde fit, ut hoc Auctariū à priori Psalte
rio separari non possit. Aliter qd̄ p̄miserā, sed nūc multo
plus p̄sto, atq; ita melius et Lectori et priori meo Psalterio
cōsultū uidet. Actu q̄ q̄s hec legis, boni cōsule, et orato ut
papistarū blasphemia & om̄is insana doctrina cōfundat̄
et pereat, q̄ primū ad gloriā Euāgelij Christi, et liberent̄
dilecti dei, q̄ sub eius iugo Babyl. erroris pramun̄t. Amē.

MARTINVS LVTHERVS,
Pio Lectori gratia & pax.



Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui nos hoc seculo rursus benedixit omni benedictione spiritali cœlestium rerum, & abundantia frumenti & uini electorum suorum nos satiat, missio que uerbo suo liquescit CrySTALLUM, pruina, & nebulam, ante quorū frigus hactenus nemo potuit subsistere. Ex eorū numero est & hic Ioannes Pomeranus, Episcopus ecclesiæ Vuittenbergensis, uoluntate dei, & patris nostri, per cuius ministeriū tibi, charissime lector, donat hoc Psalteriū spiritu Christi, qui est clauis David, resignatum. Quod ut multis uerbis ornem, non est operæ precium, quod abunde satis tibi (scio) cōmendatū erit, nō meo testimonio, sed suo ipsius argumento, quo te coget (si legeris) testificari, spiritum esse, qui loquitur mysteria hæc à tot seculis abscondita. Nam ut cōferri possit tam priscorū quæ recentiorum cōmentarijs, & si odiosum est statuere, audeo tamen dicere, A nemine (cuius extent libri) esse Psalterium David explicatum, esse quæ hūc Pomeranum primum in orbe, qui Psalterij interpretis dici mereatur. Adeo ceteri ferè omnes tantū opinionem quisquæ suā, eamque incertā in hūc pulcherrimū librum congeffit, hic uero iudicium spiritus certum te docebit mirabilia. Porro & ego aliquando in hoc libro cœpi operam impendere, sed papistarum tyrannis suspendere me cōegit organum meū in salicibus Babylonis istius. Verum Christus meam sortem uindicauit gloriose, nam loco mei unius, cuius stillas noluit ferre Satan, cogit plurimum & maiorū sustinere tonitrua & catartas. Ita me oportet minui, illos uero crescere. Quare non est, optime lector, ut meum expectes Psalterion amplius, sed mecū gaude, gratulare, et gratias age Christo saluatori nostro,

nostro, qui pro uno Luthero paupere & tenui, iam ipsius
met David, Isaia, Pauli, Ioannis, atque aded suis ipsius tibi
spe n, imo rem & copia n fecit clare & palam uidendi, au-
diendi, & palpandi, non unius tantum calamo aut lingua,
sed exercitu multo, ut Psalmus sexagesimus
septimus ait. Gratia tecum,
Amen,

PHILIP



Ametſi compertū habeam, qua fide hu-
ius operis autor, in enarrandis Pſalmis
uerſatus ſit, tamen cum Paulus nobis
piorum hominum tum ſcripta, tum ſen-
tentias religioſe commēdet, ubi prophe-
tias uetat contemnere, non erat cur libri
huius præconium faceremus ipſi. Optarim autem ad eius
lectionem Paulina uoce, quā plurimos inuitari, quod
Pſalmis non mediocrem lucem hic commentarius adfe-
rat. Porrò quis nescit in Dauidis carminibus uim pietatis
graphice depictam eſſe? cuius ſi quem tenet ſtadium, is
opinor neminem ſibi magis familiarem congronem,
quā hunc uatem eſſe uolet, qui diuina uoce omnibus
animorum motibus medetur, adſictos erigit, ſomnolen-
tis ueternū excutit. O miram Dauidicæ citharæ uim, quæ
uerbum dei nobis adeo multipliciter decantat. Pietatem
aliſ ponunt in baptiſmatibus carnis, ut uocant, aliſ in com-
munium morum cōtemptu, deniq; uarie nobis ferē deos
ſomniamus, à quibus erroribus uindicari mentes huma-
næ, niſi Germani uerbi dei cognitione non poſſunt. Qua-
re ſtudioſos rerum Chriſtianarum adhortor, ut quando
uix uſquam pietas clariuſ deſcripta eſt quā in Pſalmis,
hos diligenter cognoscant, adiuuabit id ſtadium ſedulo
interpres, qui in locis obſcuris erranti, perinde ac Mercuri-
ales ſtatuz uias indicant, iter candide ſimpli-
citer que monſtrabit.

Valete.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ET DOMI
 no domino Fridericho, sacri Romani imperij Archimar-
 schalco, Electori, Saxonie duci, Marchioni Misniae, Lan-
 grauio Turinge, domino suo clementissimo, Io-
 annes Bugenhagius Pomeranus
 felicitatem per Chri-
 stum optat.



Vum in hanc tuam scholam, illustrissi- *Occasio an-*
 me Princeps, peruenissem, nō aliud in *toris.*
 animo erat, quā audire alios, quos
 certe doctissimos hic fouet locus, & di-
 gnos qui nō modo à me, sed etiam ab
 ijs, quibus par esse nō possum, audian-
 tur. Atque huius instituti mei testes
 sunt, quotquot hic me tunc nouerunt, ut nō dicam, quan-
 ta cum uoluptate etiam nūc audiam, plus quā doceam.
 Verum non oblitus mei, qui pascit Israël, qui deducit ue-
 lut ouem Ioseph, me ignorante, quæsiuit, ut semper in alijs
 rebus, occasione, per quam detruderer ad Psalterium pu-
 blice interpretandū. Bis ante in Pomerania mea in ista are-
 na sudaueram, nescio quā feliciter, certe paucis spectato-
 ribus. Et iam quidam ex Pomeranis meis erant hic, cū qui-
 bus cœpi in habitaculo meo conferre quotidie ex psalmis,
 ut uel sic ad pietatem prouocarem adolescentes, alioqui si
 non uerbo dei erudiantur ad mala procliuēs, propterea qd
 quamuis non ignorem deum nullam despiciere aetatem, ta-
 men mihi uel ex dei operibus docto semper uberioris fru-
 gis spes fuit de pueris & adolescentibus, qui nōdum sunt
 humanis opinionibus absorpti, in quibus (ut maxime ni-
 hil boni sit in homine ex Adam) nondum tamen prodidit
 suas uires, ambitio, auaritia, sapientia & iustitia opinio, q̄
 pestes hodie non solum non suscipiunt sacratissimum dei
 uerbum, sed etiam irrident, blasphemant, persequuntur,
 donec spiritus domini sufflare cœperit in fœnum, ut are-
 fiat,

EPISTOLA POMERANI

fiat, & cadat flos eius. Hic illustrissime Princeps ceperunt & alij rogare, quo ad meam interpretationem admittentur, permisi non grauatim, quid enim pluribus inuiderem uerbum dei, quod iam coram paucis tractabam. Verum non ad psalmum decimum sextum perueneram, quando ita me ex tua schola numerus obruit auditorum, ut habitatio mea eos non caperet, & ut ego legere iam non possem. Rogabar igitur passim à multis, ut publice legerem. Videbantur & hoc uelle penes quos rerum summa, quod ad lectiones attinet, erat. Accessit his omnibus Philippus Melanchthon noster, cuius autoritas quantum apud me ualeat, non opus fuerit nunc recensere, is coram multis, planè non ineruditis, iubet ut publice legam. Legō igitur, deo uolente, non in uacuo auditorio, rursus à primo psalmo incipiens. Atq; ut ad finem usq; persisterem, me pertinacia auditorum, quorū multos par fuisset à me audiri, animabat, qui & præterea non contemnendis muneribus, ne quid deesset, liberaliter me donauerunt. Quin & Philippus noster subinde me sua præsentia, honoris gratia, & simul ut sciret quid efficerem, dignabatur, ut uel sic & me & meos auditores (quæ sua est in hanc scholam beneuolentia) in officio contineret. Habes itaque, illustrissime princeps, rationem, qua me deus uocauit, ut hic publice docerem, in quo negotio adhuc utcūq; persisto.

Deinde sæpe admonebar à multis, ut meo labore publicæ consulerem utilitati, addendo meas annotationes in publicum. Præcepit hoc ipsum D. Martinus, qui si perrexisset in reliquos scribere Psalmos, quemadmodum ceperat, nemo cuperet meam interpretationem ne uidere quidem. Scribo igitur, Verum in medijs conatibus sentio onus quod susceperam, non tamen in animo erat unquam desistere. Ad lucernam sæpe scribebam, quādo in die propter publicas quas legebam lectiones non licebat. Ad plures cogebam diēs quandoq; à scribendo cessare, & per partes Basileam auferebatur quod scripseram, ut etiam in
 posterio

posterioribus psalmis uidere non liceret, quid in prioribus tractassem, nisi ea quæ pauca mihi annotaueram. Quæ omnia quid impedimenti præstiterint, expertus nō ignorat. Multum me hic solabatur, quod singuli Psalmi singulos requirunt tractatus, nec sibi coherent: unde semper uidebar meo functus officio, quoties Psalmum finie-
ram. Quam uero nihil aliud quæserim, quam simplicissime interpretari, quod ego ex Psalmis & scripturis sacris per Christum intelligo, testabitur uel totus liber, in quo si quis erudite scripta requirat, fallitur. Eruditio enim illa, quam uocant, à me nūquam est expectata. Veritatem dei per Christum scripsi, alius addat, si uelit, eruditionē. Non grauatim ergo audiam dicentes, dum mea legunt, Hæc potuissent breuius dici, illa alio ordine, alicubi interpretatio nobis non placet, &c. Permittam enim illis, ut commodius omnia dicant, & melius interpretentur, modo ex scripturis sacris, & seruato cōtextus ordine, id quod ego feci. Nam eos qui ex suo sensu interpretantur, aut ex commentarijs aliorum, & quiduis penè in singulis quandoque uersibus dicūt, siue cohereat cum præcedentibus, siue nō cohereat, nihil moror. Habeat eos quisque quo loco uelit. Nos uel occasionem ad meliora dando cōsuluimus illis, qui genuinam requirunt Psalmorum interpretationem, secundum interpretationem prophetarum, Christi, & Apostolorum, quemadmodum suis locis indicabimus.

Possemus excusare, quod serè interpretationem quam ante conceptā animo habebamus effuderimus in hisce cōmentarijs, ut in buccā ueniebat, dum non aliter licebat, id quod ubique serè liber meus testat, uel me tacente, sed quid attinet? Quod uolui, præstiti, nempe, ut dixi, nihil aliud quæ sententiam meam indicare in Psalmis, & obiter quandoque offendere, quid quædā in scripturis sibi uelint, atque hæc nō meo, sed scripturarū sensu. Hoc ipsum enim quis nō uidet, modo mea legat, uel ex summis illis siue argumentis Psalmorum, ubi dum summam Psalmi promitto, incido

*Inscriptio sum
me in hoc li-
bro.*

EPISTOLA POMERANI

sape in totius ferè Psalmi interpretationē. Quod animad-
 uerti quidē (quid em̄ istud non uiderē) sed placuit sic istā
 temeritatē semel coeptā, ad finē usq; persequi, nihil referre
 putās, modo lector inueniret quid sentire de Psalmo siue
 ante Psalmū, siue post Psalmū. Quod si accusabor, habeo
 q̄ me uel sophistica distinctione defendam (cur enim in re
 mea, nō in re sacra nō iocer?) Nam summa illa aut est bre-
 uior, & est summa siue argumētū Psalmi, aut est plixior,
 & est summa siue argumentū cōmētarij uel interpretatio-
 nis in Psalmū. Quæ distinctio, si nō satis esse uisa fuerit, q̄
 rei huic fauent lectores meā corā alijs deprecenē culpā, ut
 liceat mihi hic interim esse secure in re quam contemno.

Ad tuā igit̄ maiestātē illustrissimū Saxonix caput, mit-
 to lucubrationē hāc meā, iam ante, & propter huius scho-
 lalegem, & propter imperiale edictū doctissimo uiro Phi-
 lippo Melanchthoni rectori, pro magna parte oblatam, ut
 sub tuo nomine quod sacrum scribimus exeat in publicū,
 & quod multi auditores iamdudum probauerunt, tuo au-
 spicio multo plurimum lectorum iudicio committatur. Ego
 scripsi spiritualia, cæteri probent num hic spiritus à deo sit,
 probent autem ex uerbo dei, animale enim iudicium ni-
 hil moramur, cum constet animalem hominem non perci-
 pere ea quæ dei sunt, stultitia enim sunt ei, & intelligere nō
 potest. Ego hic pro concione asto, cæterum, ut Paulus ait,
 iudicium est apud sedentes, id est, apud ecclesiam dei, quæ
 uerbum ex me hic audit, uel, si malis, legit. Iustitiam & glo-
 riam dei per Christum prædicauī, in salutem omnium etiā
 illorum, qui nos oderūt, & scripturis apertis dixi uerbisq;
 ni fallor, non obscuris. Quibus ista displicent, fingant sibi
 aliam iustitiam & gloriā, faciant sibi alium Christum, aliā
 salutis uiam, aliud ecelū, aut ficta ab alijs suscipiant, quan-
 diu licuerit. Erit quando homo proijciet idola argenti &
 auri sui, opus manum suarum, quod sibi fecit ad adoran-
 dum, tunc inuenientur istarum adeo iam pulchrarum uir-
 ginum, sed fatuarum lampades sine oleo, & extinctis lam-
 padibus

iudicium apud
 sedentes.

AD FRIDERICHVM SAXONIAE DVCEM.

padibus factor ille in lucis regnum ingredi non poterit.
 Neq; uero Dauidem regem uereor ad te regem mitte-
 re in aulam tantam, qui non dedignatus est mecum humi-
 les habitare casus. Nō enim suo comitatu res absūmit, sed
 ditare solet hospitem deo credentem à quo susceptus fue-
 rit. Neq; uerebitur aulam ipse iam assuetus, licet aula peri-
 culum expertus dixerit, Aduena apud te sum, & peregrini-
 nus sicut omnes patres mei. Sed neq; tu uereberis pro-
 pter eius sanctitatem, quādo quidem & ipse peccator est,
 & peccatum suum ubiq; agnoscit, nō solum illud crassum
 propter quod etiam mūdus eum damnare potuit, sed etiā
 illud à conceptione & ab utero matris. Quoniam, inquit,
 in iniquitatibus conceptus sum, &c. Quanta uero infirmi-
 tate & quanta cruce saepe prematur, dum uult uiuere pie,
 quis non uidet ex Psalmis? Summa desperatione saepe la-
 borat, ut nō solum creaturam omnem, uerū etiam ipsum
 deum sentiat sibi aduersari, & se precipitem agi in mortē
 & in infidelitatem, dicentibus interim aduersarijs, Vbi est
 deus tuus? Non est salus ipsi in deo suo. Liberet eum nūc,
 si uult. Sperauit in dominum, eripiat ipsum, quæ est hor-
 renda tentatio qua deus erudit suos, ut discant (quemad-
 modum Paulus ait 2. Corinth. 1.) non confidere in se &
 suis iustitijs, ut istis malis subinde defuncti (ut enim saepe
 incidunt, ita & saepe defunguntur) agnoscant & intelli-
 gant, quam suauis sit dominus, qui etiam in desperatione
 seruare potuit ne desperaretur, ita liberare ut nolis tenta-
 tionem tam horrendam tibi non accidisse, ut cogaris fate-
 ri crucem esse gloriam, id quod mundo stultitia, ignomi-
 nia & miseria iudicat. Atq; hic exempla nobis depicta
 sunt (non enim sentimus Dauidem se suaq; tantum cane-
 re uoluisse) ut ex Psalmis, ubi in talia inciderimus, agno-
 scamus qua sit euadendum. Nam clamor & oratio fidei,
 quod est desiderium pauperum, id est, afflictorū hic uni-
 cū asyllum est, quemadmodū & ille rex Iuda Iosaphat di-
 xit 2. Paral. 20. Cū ignoremus quid agere debeamus, hoc

Dauid, rex,
 peccator, ten-
 tatus.

Desiderium
 pauperum in
 Psalmis.

EPISTOLA POMERANI

Solū nobis residui est, ut dirigamus oculos nostros ad te domine. Quod si etiam absorptus tentatione clamare nō potes, tamen deus non deseret te in istis inferis & morte, faciet enim cum tentatione prouentum, ut possis & sustinere & sperare quandoq; meliora, ut annuncies mane misericordiā eius, & ueritatem eius per noctem. Idcirco Psalmi non discuntur quid uelint, nisi postquam credis uerbo dei, exerciteris cruce, hinc tam horrendæ querelæ in Psalmis dum crux premit, & angustia spiritus laborat, & tam suauēs gratiarū actiones & dei laudes, dum beneficia dei sentiuntur & agnoscuntur. Sape ista simul in uno Psalmo describuntur, ut agnoscamus quā paterna sit dei consolatio & glorificatio erga nos post tam tristem iudicij eius terrorem. Simul enim fieri non possunt, quæ simul scripta sunt ad nostri eruditionem. Maxima uero necessitas (ut omittam nunc damna rerum, corporis, famæ, &c. incumbit pijs mentibus, ut seruent per deum uerbū fidei, quod diligunt super aurum & topazion, super mel & fauim. q̄ saluo integra sunt nobis omnia, ut cunq; omnibus premi malis uideamur, filij dei sumus & hæredes, atq; adeo deus ipse noster est quantus quantus est, quid ergo deesse poterit? Quia uero in hoc uerbo summa nostræ salutis est, atq; adeo ipsa salus hoc uerbum est, Satanæ regnum, & quicquid mundi est non cessat impugnare, ut auferat à nobis, sollicitat autem ad spirituale stuprum meretricem illam rationis nostræ sapientiam siue carnis prudentiam, ut se sequatur, & quod sibi rectum uideatur, non sequatur uerbū dei, ut, quemadmodum Eua, uideamus arborem prohibitam, quod sit bona ad uescendum, & pulchra oculis delectabilisq; aspectu, & sentiamus secundum id quod nobis uideatur cōtra id quod dei uerbo uideatur. Hic impij illi traditores, id est, traditionum humanarum autores & defensores antesignani sunt, qui conscientias seductas obstringunt ad suas adinventiones, quasi ad salutem necessarias, ut discant homines confidere in alio, q̄ in solo deo, qui ex sola

Verbū fidei in nobis oppugnatur.

Traditiones humane.

AD FRIDERICHVM DVCEM SAKONIAE.

sola gratia & mera misericordia saluat quotquot saluantur. Atque ita efficiunt, ut uera idololatria committatur. Neque recipimus, quod dicunt per talia homines seruari in timore dei. Nam talem timorem deus ipse condemnat & iudicat impiū, dicens Esa. 29. (Vnde repetit Christus Matth. 15.) Eō quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autē eius longe est à me, & timuerūt me mandato hominū & doctrinis, ideo ecce ego addā ut admirationem faciā populo huic miraculo grandī & stupendo. Peribit enim sapientia à sapientib. eius, & intellectus prudentium eius abscondetur, id est, excacabuntur rectores, & populus errores eorum secutus simul peribit, id quod nostris accidisse uidemus. De quibus traditionibus humanis post hanc dei sententiā, possem & ego dicere iustis sapientib. & iustitias suas defendentib. per sufficientē te n hāc, ut uocant, sufficientiā. Omnis humana traditio, quæ uult ligare cōscientias, nam de ea solum loquimur & loquunt scripturæ, aut est secundum uerbum dei, aut cōtra uerbum dei, aut neq; secundū uerbum dei, neq; cōtra uerbum dei, si fieri possit. Si primum, superuacua est, nam uerbū dei sibi sufficit, & suscipio quidem, sed propter uerbum dei, nō propter humanā traditionem, si secundum, diabolus eam suscipiat, nō ego. Si tertium, habeo eam ut est, id est, indifferentem, ut quæ nec saluare seruata, nec damnare nō seruata possit. Tertium autē hoc membrum addidi propter aduersarios, qui hic medium quærunt, cū nō sit. Nā ego loquor de traditione humana, quæ tentat meā ligare cōscientiā, & articulum fidei facere ex uerbo quod non est dei, quæ seruata promittit salutem, nō seruata cōminatur damnationem, quā cōminationem & promissionem, cū non sit ex uerbo dei, necesse est fictā esse ex humano corde, & idcirco mendacium & impietate, quē admodum Paulus has traditiones uocat spiritus erroris, doctrinas demoniorum, in hypocrisi, id est, specie sanctitatis, loquentium mendacium, cauterio notatam habentium cō-

scientiam, id est, timentium deum, ut Esaias dicit, mandato hominum & doctrinis, non mandato dei, cui soli debetur conscientia nostra, qua liberam reddit per gratia Christi spiritus in nobis, is enim captiuam duxit captiuitatem. Hic impius latrator mordeat ut uelit, omnia dixi. Si uerbum dei habet traditio humana, uerbum dei suscipio, non propter ipsam traditionem, sed propter dei uerbum. Si non habet uerbum dei, ex quo solo salus aeterna & damnatio cognoscitur, iam necesse est, mentiatum siue promittat remissionem peccatorum uel uitam, siue comminet damnationem. Cui ergo mendacia placent, placeant. Deus me ab illis conseruet, per Iesum Christum dominum nostrum, Amen. Ex his infero, quod nulla constitutio mere humana potest meam ligare conscientiam. Deinde quod qui suis traditionibus nituntur hominum ligare & regere conscientias, sunt ueri Antichristi, sedere enim uolunt in templo dei, id est, in conscientijs & animabus nostris, ubi solum oportet sedere & regnare deum per Christum. Tamen istae additiones ad uerbum dei, quas condemnat lex & omnis scriptura, dementant specie pietatis totum mundum, ut nemo hic possit esse securus, quin seducatur, & ad istum deum alienum siue recentem deficiat, nisi munitus sit intus uerbo dei. At ubi mendacia ista, quae se sub hypocrisis pro ueritate uenditant, nihil proficiunt, statim sanctissimi hypocritae, qui maxime cauent irregularitatem, dicentes: Nobis non licet interficere quemquam, produnt sese esse uiros sanguinum, clamantes, blasphemantes in uerbum dei propter suas traditiones, & desiderant una hora simul perditos omnes dei ueritatis cultores & professores. Hic brachium seculare inuocant, qui brachium dei perdiderunt, qui potentiam & gloriam dei non agnoscunt. Hic cades territus infamia, damnis, morte, quae tibi intentantur, nisi deus te conseruet inuocantem brachium suum. Istis duabus tentationibus omnes impugnamur, quae saepe tantae sunt, ut in illas, quas supra diximus, nos adigant, id quod fere ubique Psalmi describunt, dum

abomi

*Nemo tutus si
ne uerbo dei
deo docto.*

AD FRIDERICHVM SAXONIAE DVCEM.

abominantur hominū doctrinas, & precantur à deo doceri, & in uerbo dei custodiri. Hinc sunt illae uoces, Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, uel foderunt mihi iniqui foveas, sed non ut lex tua. Errauerunt ab utero, locuti sunt falsa, furor illis secundum similitudinem serpentis, &c. Non est in ore eorum ueritas, cor eorum uanum est. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguas suas per hypocrisism agebant, iudica illos deus. Verba oris eius iniquitas & dolus, noluit intelligere, ut bene ageret. Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Acuerunt linguas suas sicut serpentes, uenenum aspidum sub labijs eorum; Qui cogitauerunt supplantare gressus meos, &c. Exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum, rem amarum, ut sagittet in occultis immaculatum. Dentes eorum arma & sagittae, & lingua eorum gladius acutus. Tota die uerba mea execrabant, aduersum me omnes cogitationes eorum in malum. Iudica domine nocentes me, expugna impugnantes me. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi, Effunde frameam, & armare aduersus eos qui persequuntur me, dic animae meae, salus tua ego sum. Surge testes iniqui, quae ignorabam interrogabant me, &c. Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Deduc me domine in semita mandatorum tuorum, doce me iustificationes tuas. Nota fac mihi domine uiam in qua ambularem, &c. Querunt iugiter aduersari animam meam, nisi iugiter dux sis & doctor, actum est de me. Sed quid ego, *David propheta.* clementissime Princeps, Dauidem solum regem facio, & tentationibus probatum, oblitus esse & dei prophetam. Verba dei habet, quae dum excipis, quicquid usque in sacris scripturis est, excipis. Nihil in lege, nihil in prophetis, nihil in Christi & Apostolorum praedicatione est, quod non apertis uerbis atque rotundis decantet hic regius propheta egregius Psaltes in Israel. Iudicium & dei misericordiam siue iustitiam, & humanarum uitium iniustitiam, atque adeo uanitatem, non alibi copiosius legeris: ita ut hic uel solus liber ad re-

Se instituentum in iustitia dei hominem sat fuisset, nisi di-
 uina bonitas nostræ fragilitati & ignorantia pluribus scri-
 pturis consultum uoluisset, ut interim non dicam, quod p-
 Psalms longe iucundius fuerit suscipere quicquid factū
 est. Quis enim ignorat carminib. plus affici nostras men-
 tes, q̄ simplici oratione, ut maxime eadem dicantur. Hic
 canuntur omnia dei opera à conditione mundi & guber-
 natione siue prouidentia usq; ad generis humani redem-
 ptionem per Christum, ut uideas deum ut omnipotentē,
 ita & omnia facientem, & uanam esse salutem, quæ sit ab
 homine, & deo nō esse beneplacitum in fortitudine equi,
 aut in tibijs uiri, id est, uiribus carnis. Hinc & Christum
 ipsum (qui ex carne Dauidis natus est, ut confirmaret re-
 gnū eius in æternum in iudicio & iustitia, quemadmo-
 dum canit Esaias) in Dauidē suscipis. Spiritus enim Chri-
 sti in Dauidē subinde canit sua de se mysteria, incarnatio-
 nem, prædicationem, crucem, mortem, gloriā, benedictio-
 nem omnium gentium, quæ sunt nostræ mysteria salutis,
 simul & exempla nostræ per crucem quā deus nobis im-
 ponit glorificationis. Sic enim Dauid dicit 2. Reg. 23. Di-
 xit uir cui constitutum est de Christo dei Iacob, egregius
 Psaltes Israël, Spiritus domini locutus est per me, & ser-
 mo eius per linguam meam. Et Christus dicit Lucæ ulti-
 mo, Necesse est impleri omnia q̄ scripta sunt in lege Mo-
 si, & Prophetis, & Psalmis de me. Atq; hæc declarat scri-
 pturā noui Testamenti, quæ subinde citās ex Psalmis, in-
 dicat Christum siue Christi spiritū in Psalmis loqui, qui
 in scriptoris non solum filius Dauid, sed & Dauid rex ap-
 pellatur, ut uides Psal. 88. Osee 3. Ezech. 4. Quam uero
 Christi uerba etiā nostra sint, suis locis indicabimus. Ipse
 enim ait: Si me persecuti sunt, & uos persequentur: si ser-
 monem meum seruauerunt, & uestrum seruabunt, &c.
 Neq; uero, clarissime Princeps, dum Dauidem tibi cō-
 mendo, eō impudentiā processerim, ut existimem te iam
 primū suscepturū eum, quasi ante hac nō habueris. Neq;
 enim

AD FRIDERICHVM DVCEM SAXONIAE

enim Christianum puto, qui Psalmis non sese cōsoletur, aut certe qui non in Psalmis suam ipsius uideat historiam descriptā, modo legere possit, & sacra quid uelint uidere uerba. Sed hoc ago, ut me cum eo, quē semper non solum admiseris, sed etiam utlro quæseris, admittas, non æqualiter quidem psallentem (non enim sum neq; propheta neque filius prophetæ) sed tamen non inutilem per deū Dauidis seruulum, recondita huius prophetæ mysteria, subinde dum ipse psallit, indicantē, ut suauior sit tibi prophetæ modulatio, dum ego ut possum concentus huius rationem & nonnunquam aliarum scripturarum indicauero. Et licet quædā frustra indicauero, nemp̄ iam ante cognita & intellecta, tamen alicubi gratiā inueniet apud te mea interpretatio, & occasionem dabit meliora cogitandi. Atque hæc est utilitas, quam solam spero ad lectores redituram, dum mea legunt, nec aliud mihi sumo, quod si non assequor, consultum uolui utcunque per Christum psalmoreum lectoribus, ijs qui dei eruditionem & consolationem, non sua lucra, aut supersticiosos dei cultus, id est, idolatriam, quarunt ex Psalmis.

Porro sententiam Psalmorum (si quis & hoc requirat) ex Heb. diximus secundum Felicis Hebræi translationē, qua hodie nulla est melior. Necessarium enim erat, ut ad Hebræū respiceremus, ne interpretaremur quod propheta Hebræus non dixisset, id quod sæpe uidemus quibusdam accidisse, licet & multa sint, quæ ego non sum assecutus. Quis enim hoc gloriabitur? Cæterum ueterem uulgaremq; apud Latinos translationem posuimus, & cum Hebræo conciliauimus, in gratiam illorum, qui uetera magis amant, id est, illa quibus assueti sunt, sed eam ipsam translationem ad Græcā, unde desumpta est, exegimus, ne sequeremur librariorum uel istorum choralium corruptiones & mendas, quas emendationes uideri uolunt, aut etiā nonnunquam interpretis Latini oscitantiam. Id quod libenter uidebunt, qui sententiam Psalmi requirunt. Cæte

Tunc ita mihi uidebatur, sed nunc in Auctario certiora præsto.

EPISTOLA POMERANI

tum qui adeo rudes sunt, ut indignentur mihi quod transferim, expectant, ubi ipsi legunt, sustinent, uel. Cum conuerteret dominus captiuitatem Sion, ubi ipsi. In conuertendo dominus captiuitatem Sion &c. abeant ad suas horas canonicas permurmurandas, ad hortulum animæ, ad speculum exemplorum, & qui doctissimi inter eos uidentur ad Scholasticos sermones, & Dauidi sua carmina sinant integra, & mea contemnant, ut uelint.

Quod igitur, Illustrissime princeps, à me in tuis scholis lectum est, & doctiorum iudicio comprobatum, tuæ maiestati offero, ut non ignores quid egerim, utq; tuo nomine omnium hic liber iudicij offeratur, & faciat fructum, quem deus uoluerit. Ego quod per Christum potui præstiti, ut eruditio, iustitia, confessio, crux, consolatio, & gloria regni Dauidici, quod in Christo Iesu domino nostro æternum est, ab illis qui nondum satis assueti sunt sacris in Dauidi propheta egregio, & legerentur & cantarentur, quæ nemo intelliget, utcumq; legat, & interpretationem audiat, nisi fides eius tentationibus exerceatur. Tuæ benignitatis & gratiæ fuerit benigne suscipere, quo ego melius nunc offerre non possum. Quod superest, gratiam & pacem à deo patre & domino nostro Iesu Christo, tibi tuoq; regno cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi precamur, ut illuminatis mentibus per dei uerbum & sacrum Christi Euangelium, confiteamur coram mundo & Satana, quod credimus, & abundemus ad omnine opus bonum, per Iesum Christum dominum nostrum, Amen. Ex tua VVittembergæ.

Anno Christi Millesimo quingentesimo uigesimo quarto. Feria quarta
ante Circumcisionis Dominicæ diem.

Psalterium est instrumentum musicum, quod decachordum in Psalmo dicitur, id est, decem chordarum, nablum uocant Græci ex Hebræo Nebal. Felix, Iudæus natione, putat esse id quod uulgo uiolam uocant. Cymbalis, nablis, citharis, & alijs quæ fecerat Dauid ad suos Psalmos in eis canendos tunc usus legis, 1. Paralip. 15. 2. Paralipomenon, 7. & 29. & 1. Esdræ 3. Neque uero ista Dauid instituerat, quod quidam putant, sine iussione aut reuelatione siue uerbo dei, quandoquidem sic dicit, 1. Para. 28. Omnia uenerunt scripta manu domini ad me, ut intelligerem uniuersa opera exemplaris, & 2. Para. 29. sic dicitur: Constituit Leuitas in domo domini, cum cymbalis & Psalterijs & citharis, secundum dispositionem Dauid regis & Gad uidentis, et Nathan propheta. Si quidem domini præceptum fuit per manum prophetarum eius. Quid ergo ista instrumenta musica nobis significant, nisi quod Psalmi subinde indicant, canendum scilicet & cõfitemendum domino in lætitia spiritus, id est, fide beneficium dei agnoscente, ut quandoque suis locis dicemus: quemadmodum & Paulus monet, Ephe. 5. Loquentes, inquit, uobismetipsis per Psalmos & hymnos, & cantiones spirituales, canentes & psallentes in corde uestro domino, gratias agentes semper de omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi, deo & patri.

Psalmus est canticum, sicut & hymnus. Quod alij propheta inscribunt uerbum domini, uisionem, prophetiam, hic propheta Dauid Psalmum, hymnum, canticum, enigma, eruditionem uocat. Sic enim illi, Factum est uerbum dñi ad Hieremiã. uisio Esaia filij Amos, &c. Hic uero, Psalmus Dauid uel ad Dauid, id est, prophetia, uel canticum propheticum Dauidi reuelatum. Est enim in istis inscriptionibus Dauid apud Hebræos datiuus, non genitiuus. Præterea si quos alios in titulis legeris illis ipsis psalmos reuelatos intelligimus, et ab eis conscriptos. Inuenies enim quandoq; Asaph, Idithun, filijs Chore, Salomoni, Mosi,

Sic etiam inuenies me tunc scripsisse in Psalmũ tertium, sed non obstat articulus Hebræus, quo minus nomina propria in titulis sint genitiui casus, ut uides in Auditorio meo infra.

Porro quid coram deo ualeat Davidis Psalterium & cithara indicat uel historia fugati spiritus immundi, i. Regum 16. egitur & ad psalterium prophetaffe Heliseus, 4. reg 3. Cur non daemodium fugabant alia citharae siue psalteria, tunc in Israel? Non erat eadem fides. Ides psallit domino, fide propellitur Satan; alioqui nihil est externa psalmodia. Quando quidem ad impios hypocritas, qui cantu & externo opere omnia metiuntur, dicit Amos 6. Qui separati estis ad diem malum, &c. Qui canitis ad uocem Psalterij. Sicut Dauid, putauerunt se habere uasa cantici, bibentes uinum in phialis & optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph.

*Sed in Aucta-
rio omnia haec
commodius
transulimus.*

In Psalmis neque modos, neque tempora uerborum exacte seruant interpretes. Intelligentia tamen certa est, modo tropum noueris scripturae. Hinc saepe inuenitur in praeterito dici, quod erat futurum, ut foderunt manus meas, &c. Et in futuro indicatiui, quod imperatiuum uel deprecatiuum est, ut, Diliges dominum deum tuum, &c. Domine labia mea aperies, &c. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, &c. Vtrunque facile est obseruari, sed illud propheticum est, hoc autem Hebraicum. Personae quoque Grammaticae subita saepe fit mutatio, ut, Domini est

salus, & super populum tuum benedictio

tua. Item & numeri, ut, Eripe me dñe

ab homine malo, à uiro iniquo

eripe me. Qui cogitaue-

tunt, &c. Et si quid

illud est, suis

locis indicabimus.

INDEX COMMUNIS

METAPHORUM PENERALIUM

PLATE PRIMA

Faint, mostly illegible text, likely an index or table of contents, with a small table-like structure visible in the upper right quadrant.

6 b

INDEX COM- MENTARIORVM POMERANI IN PSALTERIVM.



- A**brahe seminis benedictio pagina 407.
 abimelech reges Philistini 185.
 Abyssus pro inferis ponitur 136.
 Aede filius Christus est, & dicitur 45.
 Adipem concludere impios quid sit 89.
 Adorare in spiritu & veritate 130.
 Adorationis uocabulum in scriptura 547.
 Aduena pius est 228.
 Agricola deus 356.
 Aduersitates nostrae à domino 243.
 Adulterium spirituale 416.
 Altare tēplum et oblationes in spiritu 146.
 Altare, id est, locus habitatiōis diuinae ibid.
 Altaria inuisibilia & uera sacrificia 475.
 Allegoriae postponēdae literali sensui 465.
 Aliena peccata unde habeantur 113.
 Amici aduersantur pijs 220. & 223.
 Angeli quando creati 567.
 Angelorum custodia 519.
 Anni nostri nihil reputantur 580.
 Animam ad deum leuare 139.
 Animam effundere 247.
 Animam in uano accipere 136.
 Animalia dei 369.
 Annus benignitatis 353.
 Antichristi regnum ubi inueniatur 53.
 Antichristi regnum occiditur 14.
 Antichristianorum cogitationes 56.
 Antichristum statu profernit 57.
 Antichristus sedet cum diuitibus 58.
 Antichristus interficit pauperes 58.
 Antichristus qui sit et quando caeperit, pagina 47. & 48.
 Aquae signat persecutiones et angustias 99.
 Aquae suffocationis & resurrectionis, ibidem.
 Aquae spiritus sancti fecundae 6.
 Aquas stare super montes 69.
 Aquile iuuenescunt 561.
 Araneus & tinea uanitas 283.
 Arboris mali fructus 70.
 Arbor ex fructibus agnoscitur 545.
 Arca propiciatorij est Christus dom. 18.
 Arca noui testamenti Christus 366.
 Arca ueteris testamenti eleuata ibidem.
 Arcus insidiae sunt 351.
 Argentum eloquentia, Aurum charitas 66.
 Arietes praedicatores 357.
 Arma sine fide nihil proficiunt 255.
 Ascensiones piorum 476.
 Ascensio christi 374.
 Ascensio christi quomodo capienda 42.
 Atria domini plena bonis 478.
 Aurum & thus 405.
 Aurum hodie adoratur 588.
 Auroram excitare 325.
 Autoris confessio de sua cathedra 4.
 Προσκλιση nos reticentia 503.
 Aegyptiorum infidelitas post fidem edoc-
 ctam 579.
Baal per priapi idolum 589.
 Baalpeor colunt matrimonij prohibentes 590.

I N D E X.

- Balpeor iunguntur impij 589.
 Babyloniam deserere volentes 418.
 Babylonica captiuitas soluitur 697.
 Baptismus spiritus 299.
 Baptisatus est Christus dupliciter 633.
 Barbara sacerdos sola inter foeminas 238.
 Beatitude sine dei spiritu ignoratur 2.
 Beatitude uera quæ sit 2.
 Beatus uir Christus dicitur, & qui in Christo. Ibidem.
 Beati uiri uoluntas opera & doctrina 3.
 Beatitude & infelicitas quid sint 1.
 Beatus quis uere dicatur 355.
 Beatitude scripturæ singularis 623.
 Benedictio dei & iusti 213.
 Benedictio pastoralis qua grex pascitur 57.
 Benedictio dei qua dicatur 20.
 Benedictio Abraham 275.
 Benedictio per Christum habetur 117.
 Bendicere Christo 406.
 Benedictio Melchizedec ad Abraham 615.
 Benedictio saluat non opera 646.
 Benedictio omnium à Christo est 623.
 Beneficia dei 561.
 Beniamitica tribus nobilior 378.
 Blasphemia quæ sit in spiritum sanctum, pagina 604. & 389.
 Blasphemantes in filium hominis 390.
 Bona terrena dicuntur abscondita dei 90.
 Bona nostra nihil sunt apud dominum 78.
 Bonum non differendum 665.
 Calix in scripturis 81.
 Calix alicubi baptismus dicitur 82.
 Calix ebrietas spiritus 133.
 Calix mundanorum 428.
 Calcancum christi 281.
 Calcancum obseruare 320. & 321.
 Calamus uelox spiritus Christi 261.
 Calumniam patientis oratio 36.
 Calumnia aliquando cum timore discutenda, pag 37.
 Cantica iudeorum & gentium 537.
 Cherub & Cherubim quid sit 96.
 Consilium malignantium 532.
 Consilium amicorum iuxta carnem 60.
 Consilium malorū in ipsos conuertitur 40.
 Consilium inopis cōfunditur ab impijs 72.
 Consilium impiorum hypocrisis propriū 3.
 Consolatio spiritus 252.
 Contradictio est inter impios 713.
 Cœlū cœli domino, spiritualiū regimen 630.
 Cœli sunt eruditi uerbi dei prædicatores, cœli noui qui dicantur. Ibidem. (44.
 Cœlos nouos quomodo deus inhabitet. Ibidem.
 Cœli spirituales noui 496.
 Cor profundum 351.
 Corde duplici qui sint 64.
 Corda deo effundere 344.
 Cor maris 270.
 Cordis munditia querenda 300.
 Cordis pij respiratio 347.
 Corda & renes quid significant 39.
 Corpus ueritas, umbra figura 233.
 Cornu quid in scripturis 94.
 Creaturæ mundi ad quid factæ 106.
 Creationis fides & prouidentie dei, pagina 548. & 566.
 Creatura omnis Christo & Christiano subiecta 46.
 Credenti non opus legibus, quia sponte bene agit, 6

COMMENTARIORVM

- Credētes appellātūr sancti cū Christo 85.
 Credere uolo ut patres mei, tractatur 585.
 Credentes suspirant ad tabernacula eter-
 na 474. & 475.
 Credentium dona & regnum 13.
 Credentiū unus populus ante & post Chri-
 stum 252.
 Credentium paucitas 64.
 Crux omnibus ferenda 35.
 Crux sequitur confessionem fidei 238.
 Crux populi dei & ad quid 256.
 Custodiæ in noctibus 510.
 Cultus absolutus & uera pietas 75.
 Cultus dei uerus 572.
 Cura nostri deo committenda 316.
 Christus solus mediator 588.
 Christus resurgendo glorificatus & mun-
 do genitus 14.
 Christus scopus uniuersæ scripturæ 2.
 Christus filius Dauid & dominus 611.
 Christi regnum æternum. eodem.
 Christus iudex omnium 616.
 Christus rex & sacerdos 635.
 Christus infra angelos paulisper deiectus
 In Christo nobis omnia subiecta 46. (45).
 In Christo reges facti sumus Ibidem.
 Christi regnum subsistit dupliciter Ibidem.
 Christus filius hominis dicitur 45.
 Christi principatus 631.
 Christus pro nobis descendit ad tartara 84.
 Christus genitus ex utero ante luciferū 639
 Christi triplex natiuitas Ibidem.
 Christus in æternum benedicit 615.
 Christus diuersis diuersus est 102.
 Christi fratres nominamur 119.
 Christus loquitur in prophetis 78.
 Christus nobis similis & similiter tentatur;
 pagina 78.
 Christus in carne eruditus & spiritu 83.
 Christus in membris dominum precibus co-
 git 497.
 Christi tentationes quales fuerint 34.
 Christus quare uenerit & occisus sit 532.
 Christus ut ad nos redeat precandum 457
 Christus non tangendos, exponitur 577.
 Christus glorificatus à patre non à se 612.
 Christus rex omnis terræ 404.
 Christus exaltatur in gentibus 273.
 Christus spiritu prædicat in predicatori-
 bus 399.
 Christus prodigium mundo cum suis 395.
 Christi fides & regnū in omnes gentes 9.
 Christus regnat & prædicat 12.
 Christus senex uidetur 506.
 Christus in prophetis loquitur 17.
 Christus quare passus 384.
 Christus rex Iudeorum & gentium 13.
 Christus rex spiritualis futurus prædicatur,
 Christus rex et eius regnum 262. (13).
 Christi iudicium & iustitia 403.
 Christus rex in æternum 162.
 Christi mortis horror 95.
 Christi triumphus per quos 373.
 Christus an post mortē pro nobis passus 164.
 Christi uera ascensio 137.
 Christi sunt qui ante & post Christum uixe-
 runt 2.
 Christus deus in Sinai 373.
 Christiani quomodo in Christo resurgat 17.
 Christiani sacerdotes & uncti sunt 264.
 Christianos esse reges quō accipiendum 13.
 Christiani ueri & eorum oratio 364.
 Christianus

- Christianus deo soli notus. 489.
 Christianorum accusationes. 349.
David Christus confortabitur, proficiet. 502.
 Davidici regni uastatio. 506.
 David Christus dicitur & Davidis filius. 453.
 David Christus nominatur. 106.
 Davidis solium æternum. 497.
 David aliquando hypocrita. 296.
 Dandum cui sit & quando. 213.
 Deus alienus. 259.
 Deo quomodo seruiendum. 16.
 Deum non esse, qui dicant. 69.
 Deos multos colunt quidam Christiani. 69.
 Deum requirere quid sit. eodem.
 Deum credere esse, quid sit. eodem.
 Dei eloquia & magniloquentia impiorum. 65.
 Dei dextera & sinistra. 85.
 A deo docti sumus. 529.
 Deus suos liberat suo tempore. 49.
 Deus bonis est omnia bona. 101.
 Deus in nobis coronat sua dona. 100.
 A deo oia donantur quibus egemus. 571.
 Deum requirētes & timentes qui sint. 141.
 Ad deum fiducialiter accedendū. 230.
 Deo omnia nostra committenda. 206.
 Deum negant impij. 589.
 Dei uerbū damnare summa impietas. 73.
 Dij iudices & doctores. 468.
 Dij falsi qui sint. 484.
 Deus est qualis habetur 511.
 Deus potest prestare promissa. 497.
 Deus animā & mēbra habere dicitur. 622.
 Deus habitat in occulto multipliciter. 1542.
 Dij alieni Iudæis. 462.
 Deum esse regem quomodo intelligendum. 28.
 Deum laudant humiles peccatores. 626.
 Deo se totum committere. 208.
 Deus obliuiscitur peccatoris. 300.
 Deus sit dominus noster et deus noster. 78.
 Dei dicitur Hebræis quicquid egregium. 203.
 Dei ueritas & opera sine nobis. 441.
 Deus rebus assimilatur. 452.
 Deum uidere & uideri. 27.
 Dealbari in salmon. 372.
 Dedicatio uera templi. 163.
 Declinantes qui sint à uia dei. 70.
 Derelictus à deo in tentatione pius. 492.
 Deserta dupliciter. 367.
 Desperationes in bonis cum consolationibus. 436.
 Desperatio grauissima tentatio. 120. 121.
 Deserti commotio multiplex. 161.
 Descendit ad inferos articulus fidei. 84.
 Delicta iuuentutis quæ sint. 140.
 Detractor cauendus. 551.
 Deuotionis uocabulū unde natum. 127.
 Deuotio uera quæ sit. 322.
 Dies resurrectionis perpetua. 648.
 Dies & nox. 250.
 Dies duo legis & Euangelij. 535.
 Dies non sunt mali pijs. 530.
 Dies piorum plurimi sunt. 317.
 Dies dimidij piorum & impiorum. 317.
 Die tota, id est iugiter. 221.

COMMENTARIORVM.

Dies domini magnus quis sit. 97.
 Dilectio dei & proximi uera pietas. 75.
 Diligere dominum. 171.
 Diuturnitas cultus idolorum. 318.
 Diuitiæ obueniunt benedictione dei. 552.
 Diuitijs affluentibus non fidere. 345.
 Diuitum qualis saturitas. 189.
 Docendi à deo sumus. 529.
 Doctrina impia affligit conscientias. 57.
 Doctor Christus benedictionibus indutus.
 476.
 Doctor noster & iudex Christus. 469.
 Doctor Euangelicus qualis. 300.
 Doctores boni sunt qui fide tentati. 51.
 Doctrina uanæ taxantur. 31.
 Dolum in lingua agere. 46.
 Dolus in spiritu & ore nostro. 172.
 Dormitio sanctorum quò accipienda. 25.
 Dorsum dare peruersos. 104.

Ecclēsia sit quælibet domus. 703.
 Ecclesia magna quæ dicatur. 126.
 Ecclesiæ gratia inuisibilis est. 490.
 Ecclesiæ modernæ cõditio & defect. 505.
 Ecclesia captiuata. 418.
 Ecclesiæ desideria. 418.
 Ecclesiæ uastatores. 419.
 Ecclesia fundata. 276.
 Aedificare, destruere quid sint. 61.
 Aedificantes sunt doctores. 646.
 Aegyptiaca historia quare notanda. 439.
 Emanuel Christus. 271.
 Emendatio utæ sit lege dei. 654.
 Ephraim dupliciter. 338.
 Ephraim filij qui dicantur & quare. 442.

Episcopum habeat quælibet familia. 703.
 Error longi temporis in fide. 557.
 Errores ind. cit uerbū dei semel abiectū.
 592.
 Error diuturnus à deo permittitur. 588.
 Eructuare uerbum quid sit. 110.
 Erudit dñs suos, & ipsum Christū. 82.
 Erudiri à deo debemus. 529.
 Eruditio uera quæ sit. 172. & 173.
 Esurientes quomodo saturandi. 129.
 Esca nostra uerbum est caro factum. 620.
 Euangelij persecutores. 367.
 Euangelium redditum germanis. 507.
 Euangelij persecutorum iudicium. 103.
 Euangelij quare oditur, & præco eius. 9.
 Euangelij iactantes aliqui contra Euangeli-
 um scandalizant. 672.
 Euāgelij aduersarij frustra deū inuoc. 104.
 Euangelium persequētes promouēt. 498.
 Euangelij aduersarij irridentur. 10. & 11.
 Euāgelij uerbū transformat i Christū. 129.
 Euangelica prædicatio. 180.
 Euangelica prædicatio clara. 498.
 Euangelium uere prædicare quid sit. 125.
 Euangelium pacis audiendum. 478.
 Euangelium gratiæ prædicatur. 479.
 Euangelica gratia desideratur. 456.
 Euangelij reuelatū cordi post legē. 438.
 Euangelium non litera, sed spūs est. 398.
 Euangelium à seculo reuelatum. 377.
 Euangelistæ reges sunt. 402.
 Euangelij impedimenta. 280.
 Euangelij prædicati natura. 277.
 Euangelij persecutores quid querāt. 380.
 Eucharistiam edere, quid sit. 620.

INDEX

- Eucharistiæ sacramentum ad quid. 619.
 Exaltatur deus ab inimicis. 351.
 Exauditio nostri à deo unde habeatur.
 18. et. 19.
 Exauditionis fiducia orando crescit. 22.
 Exaudire et respondere idem. 18.
 Excommunicatio in p̄fessores euāgelij. 610.
 Excommunicati à pijs. 552.
 Excōcicatores aliorū sese excōcāt. 607.
 Exempla sanctorū in tentationibus. 249.
 Exemplum p̄nitentiæ. 232.
 Exercitus dei prædicatores sancti. 370.
 Exitus matutinus et uespertinus. 353.
 Exquisitores diuinorū testimoniorū q̄ sunt
 Exilium facile sustinendū. 108. (141.)
 Explicanda quædā sunt in scripturis. 75.
 Exitus de Egypto inculcatur sæpe. 626.
Fabula de lapide et ligno. 646.
 Facere bonitatem. 208.
 Facies pro præsentia accipitur. 49. et. 221.
 Facies dei conuersa et auersa. 156.
 Fame patrū fides tentata. 578.
 Fames à deo emittitur. 332.
 Falsarij sacrarum literarum. 519.
 Falsitas caput humanæ traditionis. 682.
 Fera arundinis. 380.
 Festa dei et hominum. 411.
 Fides facit immaculatum. 74.
 Fides Israelitarū in Aegypto tentat. 581.
 Fides uerbi dei confirmatur signis. 613.
 Fides et timor bonus intellectus. 622.
 Fides est iustitia et opus dei. 74.
 Fides prodit foris in opera. 74.
 Fides imperfectum in pijs qualis sit. 70.
 Fide Christum hic cernimus. 631.
 Fides diuinæ providentiæ. 122.
 Fides nō est res facilis nec tā cōis. 122. 634.
 Fideles non sine bonis operibus sunt. 63.
 Fidei generatio contra impios. 251.
 Fidei oppugnatio grauissima. 86.
 Fides iugiter tētatiōibus exercetur. 51. 576.
 Fides iustificat sacramenta certificāt. 236.
 Fide sola iustificari. 130.
 Fidei fructus et uera bona opera. 550.
 Fidei uerbo pascimur. 620.
 Fides creationis. 534.
 Fides probatur ut fiat fortior. 577.
 Fide agenda omnia. 184.
 Fides non finit peccatorē damnari. 566.
 Fides fragilis etiam piorum. 1bidem.
 Fides uera et falsa. 420.
 Fide Christi futuri orabant ueteres. 354.
 Fides in deum uerum sacrificium. 189.
 Fidelium oaculta. 269.
 Fidei opera nostra non sunt. 255.
 Fides tentatur à multis. 245.
 Fidelis indifferens ad oīa bona opera. 6.
 Fideles nihil ppriū habēt, oīa corū dei. 167.
 Fides et opera pariter. 208.
 Fides credentiū exercetur grauissimis ten-
 tationibus ostenditur multis. 505.
 Fide omnia fieri debere. 433.
 Fidem ignorant multi temerarij. 434.
 Fides præcepit opera. 381.
 Fidei ueræ uerba. 395.
 Fideles quare hic premanitur. 360.
 Fidelis omnia prospere agit. 7.
 Infidelitas proprie peccatū dicitur in scri-
 ptura. 3.

COMMENTARIORVM

Fides uera quid operetur. 132.
 Fides pascit. 207.
 Nostra non sunt quæ fidem sequuntur. 255.
 Fiduca iustorum qualis. 315.
 Filios & filias demonijs offerunt. 592.
 Filia sion dupliciter accipitur. 52.
 Filij alieni qui dicantur. 105.
 Filius dei iustus & insipiens quis sit. 47.
 Filius hominis quis dicatur passim. 45.
 Filij dei generamur & erimus dum resur-
 gemus. 15.
 Filij deum timentium quales. 624.
 Filij dei per fidem generamur. 15.
 Filij hominum qui in scripturis dicantur. 23.
 Filij dei qui dicantur. 23.
 Flatus Christi Antichristus p̄sternitur. 57.
 Flumen ciuitatis dei 2. 1.
 Floris instar sunt hypocrite. 208.
 Folium uerbi dei non cadit. 6.
 Fons Israël gratia Christi. 578.
 Fons in ualle siccus. 476.
 Fortitudo plebis dominus. 157.
 Framca dicitur impius, est & diabolus. 90.
 Prater in scripturis. 2. 2.
 Fratres Christi nominamur. 125. & que-
 re. 126.
 Fructus credentis spontanei. 6.
 Fumus sunt impij. 212.
 Fugere quando liceat. 309.
 Funes & hereditas idem. 82.

Galad terra galilee. 338.
 Gallinæ affectus deum nobis pro-
 fert. 88.
 Gaudium ex deo quomodo habendū. 84.

Gaudium duplex de bonis carnalibus, &
 de spiritu dei. 25.
 Gedeonis miraculum duplex. 404.
 Germanis Euangelium redditum. 507.
 Gentes & populi qui dicantur in scriptu-
 ris. 10.
 Generatio spiritalis. 63.
 Gentes peccatores Iudæi phariseos sig-
 nant. 538.
 Gentes deo credunt per Christum. 273.
 De gentibus bene sperandū. 354.
 Gentes qui dicantur. 52. & 105.
 Gladius & arcus impiorum. 210.
 Gloria dei quæ sit. 108.
 Gloriarum de bonis domini. 550.
 Gloriantur pij coram deo solum. 655.
 Gloriarum in quo possit Christianus. 146.
 Gratia comes est opus bonum. 480.
 Gratia credentium. 235.
 Gratia dei opera. 184.

Habundantia & defectus sanctorū.
 Hæretici moderni tempo- (156.
 ris qui dicantur. 55.
 Hereditas dei Iudæi & gentes. 26.
 Hereditas gentium est benedictio. 621.
 Hereditare terram. 142.
 Hereditas nostra dominus est. 81.
 Hypocritarum confessio crassa. 584.
 Hypocritarum studium. 466. 115. 198.
 Hypocritarum scriptura insectatur maxime
 190. & 108.
 Hypocritis in dei cultu. 447.
 Hypocrite laudare deū non possunt. 626.
 Hypocritis cui gelū non affert salutē. 481.

- Hypocritarum iudicium. 305. 330. & .462.
 Hypocrita & iustitarius qui dicatur. 29.
 Hypocrita nostri peiores prioribus. 289.
 Hypocritis in uerbo & opere. 199.
 Hypocritæ quomodo doceant. 326.
 Hypocritarum malicia desperata. 304.
 Hypocritis impia, indicatur uerbo dei. 3.
 Hypocritarum semper noua studia, sine lege dei. *ibidem*.
 Hypocritarum bona opera. 155.
 Hermon mons multis nominibus. 160.
 Hierusalem & Sion noua. 487.
 Hierusalem ciuitatis prerogatiua. 12.
 Hierusalem Salem dicitur. 429.
 Hierusalem quæ & quò edificatur. 690.
 Hierusalem duplex. *ibidem*.
 Hirmaclis filij. 688.
 Hyssopi mysterium. 299.
 Hodie aduerbium quò exponendum. 14.
 Homo natus est in ea. 488.
 Homo iniquus quid suadeat. 251.
 Homicidæ aperti & occulti. 528.
 Historiarũ scripturæ fructus. 439. 254.
 Horas legere canonicas. 301. & .683.
 Hostes dei maxime & deũ colentium. 31.
 Humilitas & labor quid significant. 143.

Iacob ubiq; ubi credentes. 333.
 Iacob luctatur cum deo. 497.
 Idola iustitiorum. 627.
 Ignis accensus in ecclesia. 479.
 Ignis est ira dei. 329.
 Ignis & aqua in scripturis. 361.
 Ignis aget dupliciter. 288.
 Ignominia dei non credere. 420.
 Imago impiorum in ciuitate. 414.
 Impiorum gladius & arcus. 210.
 Impij & stulti uolunt sibi credi. 671.
 Impij pace carent. 209.
 Impij qui uere dicantur & uiri sanguinum. 210.
 Deum impij in oĩbus impium iudicāt. 102.
 Impius quomodo exaltetur. 55.
 Impius, id est impietatis regnum. *ibidem*.
 Impiorum omnis uita peccatum est. 46.
 Impij mensuram implent. 142.
 Impij quomodo comprehendantur. 55.
 Impiorum cogitationes quæ sint. 56.
 Impij cum sonitu pereunt. 50.
 Impij uiri descripto. 7. 147. 200.
 Impij paleæ & pulueri comparantur. 7.
 Impij recto iudicio carebunt semper. 8.
 Impij resurgent in iudicio. 8.
 Impiorum omnes conatus peribunt. 625.
 Impij inexcusabiles. 203.
 Impij deum odiunt. 216.
 Impietas describitur per negationem. 1.
 Impœnitentiæ periculum quibus incurbat. 391.
 Impius quis sit, & quot modis dicitur. 3. 7.
 Impiorum affectus qui & quæ sibi placeant.
 Impij & peccatoris discrimẽ notatur. 3. 108.
 Impiorum destructio duplex. 4. 3.
 Impietas persecutrix pietatis. 304.
 Impietatis humanæ magnitudo. 446.
 Impiorum lapsu pij erudiuntur. 305.
 Impiorum multiplices iniustitiæ. 312.
 Impiorum studijs abutitur deus in gloriã suam. 430.
 Impijs ablata excusatio. 427.

COMMENTARIORVM

- Infantiu ore confunduntur inimici christi. 43.
 Infantium predicatio quid operetur. 43.
 Infamiam quomodo sancti fugiant. 38.
 Infantes predicatores qui sint. 44.
 Inferi qualiter intelligendi. 84.
 In inferno uiuentes 31.
 Infernus piorum. 485.
 Infidelium qualis conditio. 420.
 Infidelitatis tentatio non cessat. 139.
 Inimici dei increduli. 358.
 Inimici quos persequuntur pios. 213.
 In inimico uidere. 309.
 Inimicus maximus, fictus amicus. 515.
 Contra inimicos quos et qui orandi. 144.
 Immaculati quos et que eorum hereditas. 212.
 Immaculatus qui credit. 74.
 Innocentia nostra qualis sit. 145.
 Innocentia piorum cum peccatis. Ibidem.
 Inuocatio uera dei que sit. 72.
 Inuocare potenti deum omnia salua. 579.
 Inuocandus est solus deus. 458.
 Inuocatio dei ultimam intentionibus remedium. 19.
 Inueterati, id est, in malis obstinati. 105.
 Insaniæ falsæ que. 232.
 Insidiæ piorum. 243.
 Insipientes qui dicantur. 29.
 Iniquitatem operantium qui fructus eodem.
 Intellectus bonus, id est, fides quod agat. 618.
 Intellectus bonus à deo datur. 174.
 Intelligentia uerbi dei oranda à deo. 55.
 Interficere in occultis, dupliciter. 58.
 Inutiles qui uere dicantur. 70.
 Ioseph que docuerit Aegyptios. 579.
 Ioseph deicitur ut exaltetur. 579.
 Ioseph fide seruatus. 579.
 Israël infidelis permansit. 449.
 Israël filij totam terram possident. 576.
 Israëlitarum persecutores numerantur. 471.
 Irasci quomodo iuste debeamus. 21.
 Ira et furor dei quid significant. 33.
 Ira dei qualis in reprobos sit. 40.
 Iubilare quid sit. 469.
 Iubilatio sanctorum. 499.
 Iudas et Iudæi iudicati à deo. 607.
 Iudæi et gentes in Christo uniti. 647.
 Iudæi à nobis non sunt persecuti. 607.
 Iudæi sunt omnes iustitiarum operum. 105.
 Iudæis risui sumus, cum falso textu contra eos nitimur. 489.
 Iudæi beneficiorum ingrati. 445.
 Iudicium dei sentitur dupliciter. 32.
 Iudices mundi approbantur. 469.
 Iudex noster et doctor Christus. Ibidem.
 Iudicium rectum datur uere Christianis. 403.
 Iudicium rectum per Christi uerbum. 692.
 Iudicia iustitiæ dei 653.
 Iudicia dei uisibilia et inuisibilia. 473.
 Iudicium et iustitiam facere. 676.
 Iudicia domini que dicantur. 112. et. 655.
 Iudicium extremum timendum. 539.
 Iudicium dei pijs leticia. 541.
 Iudicium generale etiam nunc sit. 542.
 Iudicia dei timenda non disputanda. 512.
 Iudex iustus deus non uane dicitur. 40.
 Iudicium iustum uult deus. 468.
 Iudices deus intuetur et iudicat. Ibidem.
 Iudicium dei in contemptores eodem.
 Iudicium iusti rectum. 208.
 Iudicame deus, quod exponendum 144.

INDEX

- Iudicia dei à nobis nõ dijudicanda.* 413.
Iudicium extremum. 288.
Iudicia dei tremenda omnibus. 202.
Iudicia dei incõprehensibilia oibus. Ibidẽ.
Iudicia hominum deo cõmendanda. 39.
Iustus lumen est proximo. 624.
Iustus fructuosa loquitur. 624.
Iustorum uia approbatur à domino. 9.
Iustitia potest in persecutione allegari. 86.
Iniustitia est infidelitas ipsa. Ibidem.
Inter iustos uel gentes dominũ esse. 51.
Iustus dupliciter accipitur. 63.
Iustus multis indicatur nominibus. 63.
Iustitiæ dei osores notantur. 527.
Iustificaciones dei prædicationes fidei. 112.
Iustitiam in iudicium uertit. 530.
Iustitiam mutam loqui. 326.
Iustificatio nostra ex deo. 489.
Iustitiæ regnum aperitur. 645.
Iusti sunt Christiani à Christo. 403.
Iustitia non ex operibus. 62.
Iustorum multe appellationes. 188.
Iustus ne cadens quidẽ perit. 214.
Iustus non eget. 214.
Iustus commodat & ditatur. Ibidem.
Iustus non derelinquitur. 216.
Iustitia spiritus non ex carne. 328.
Iustificaciones uerba promissionum. 652.
Iustificari sola fide in Christum. 532.
Iustitia nostra iudicari oratur. 39.
Iustus dupliciter sumitur. Ibidem.
Iusti semper diuites. 213.
Iustitiam primũ diligere. 264.
Iustitia dei nos saluandos, nõ nostra. 167.
Iustus non audit & tacet impijs. 224.
Iustus non cõmouetur. 625.
Iurare Christiano nõ licet. probatur. 706.
Iuramenta cathedras obsidentium. 4.
Iuratio apud Hebræos, uiuit dominus. 106.
Iura pontificalia quid habeat utilitatis. 5.
Iurare traditiones humanas. 673.
Iurare in nomine domini. 349.
Laquei sanctis positi. 143.
 Latitudo cordis quõ intelligẽda. 23.
 Latitudo libertas ex angustijs. 100.
 Lactantes qui sint. 44.
 Laus dei quæ uera dicatur. 41. & 673.
 Leonum catuli. 188.
 Leuiathan additamentum. 423.
 Lex reuelata cordi. 436.
 Legis dei mirabilia. 657.
 Legis prædicatio qualis, & quibus uil. 112.
 Leges dat dominus sanctis. 142.
 Legis abrogandæ locus insignis. 134.
 Lex domini quæ sit. 5.
 Legem domini meditari quid sit. 5. & 6.
 Legis dei meditationẽ spiritus suggerit. 2.
 Legem uiribus exprimere. 935.
 Lector scripturæ, de toto iudicet non de
 Liber uitæ quos cõtineat. 391. (parte. 100)
 Libertas spiritus in sanctis. 235.
 Libertas Christiana qualis sit. 672.
 Liberatio pij plena. 322.
 Liberum arbitrium statucentes. Ibidem.
 Liberatur hodie à captiuitate multi. 73.
 Liberationũ dei beneficia in fide. 47.
 Libera sunt externa oĩa et quomodo. 135.
 Liber inter mortuos. 492.
 Lilia testimonij. 456.

Lilia sponsus & sponsa. 260.
 Limbus patrū ignorata appellatio. 485.
 Linguarū peritia ad intelligendas scriptu
 Linguarū peritia necessaria ad (ras. 121.
 scripturas. 614.
 Lingua magniloqua quæ dicatur. 64.
 Lingua iniquæ aduersitas. 627.
 Lingua gladius impiorum. 211.
 Sub lingua dolus. 58.
 Lingua non offendere contra deum. 67.
 Lignum pro arbore more hebraico. 6.
 Non derelinquere in lingua. 226.
 Literas dedisti hūanas q̄ diuina discit. 39.
 Loquēdi potestas in sanctis & impijs. 64.
 Lumen dei & naturæ. 203.
 Lumen uultus dei non est ratio. 25.
 Lucifer quid sit. 532.
 Luto insistere & pœnæ. 211.
 Luna Christus confertur. 501.
 Lux & ueritas ex spiritu. 251.

Maledictio dei & iusti. 212.
 Maledictio quicquid contra uer
 bum dei. 57.
 Mane aptum orationi tempus. 28.
 Mane tempus gratiæ. 28.
 Mane suum habent pij & noctem. 29.
 Mane & nox. 521.
 Manus impiorum. 204.
 Manna uerbum dei. 446.
 Manna tedium grauis tentatio. 597.
 Manducare Christum quid sit. 129. & 13.
 Mali quomodo tractandi. 612.
 Matutinum exortus futuri seculi. 552.
 Mater fidelium quæ sit. 486.

Martino certamen cum monstris. 53.
 Matrimonia instituenta clericis. 420.
 Memoriale dei in eucharistia. 619.
 Memorialia liberationis de egypto. 619.
 Memoriale triplex bonitatis diuinæ. 557.
 Melchizedech benedixit Abraham & fi
 lios fidei. 615.
 Melchizedech sacerdos primus & ulti
 mus. 637.
 Melchizedech historia. 638.
 Melchizedech & Christi cōparatio. 638.
 Melchizedech nō obtulit sed protulit. 614.
 Mendaciū in scripturis quid dicatur. 29.
 Mēsa uerbi domini in cōspectu nostro. 133.
 Memoria impiorum perditur. 190.
 Meritum piorum quomodo asseritur. 100.
 Meritorū opinio, blasphemia est in domi
 num. 644.
 Merita sanctorum antiquitas. 421.
 Merita nostra quæ sint apud deum. 78.
 Milia in scripturis. 336.
 Militaribus uocabulū scriptura utitur. 104.
 Mirabilia dei in hominibus. 252.
 Miracula nihil sunt sine spū docēte. 449.
 Miracula paciente Christo. 97.
 Miracula Aegypti exponuntur. 449.
 Missa non est sacrificium. 637.
 Missarum ualor. 238.
 Misericordia dei ubiq; lucet. 201.
 Misericordia dei cum sentitur. 171.
 Misericordiæ affectū nō habet impius. 215.
 Misericordia & ueritas quid sint. 140.
 Mortis timor utilis. 228.
 Mors & infernus non laudant deū. 493.
 Moses & Christus, lex & Euangeliū. 262.
 Moabitæ

INDEX

Moabite arabes. 339.
 Mons Christus & montes contrarij. 372.
 Montes exultare dicuntur. 498.
 Montes cœli dicuntur. 439.
 Mosi peccatum terret & solatur. 590.
 Mons Sion ecclesia credentium. 451.
 Musica instrumenta quid signent. 179.
 Mundus totus credentium tantū est. 46.
 Mundus nouus futurus aliquando. 107.
 Munera super innocentes accipere. 77.
 Murum transcendere euadere est. 102.
 Mutatio personæ frequens. 80.
 Mutatio temporum frequens. 96.

Narrare oīa mirabilia dei qd sit. 49
 Natura & gratia in nobis. 207.
 Negationis natura apud Heb. 258.
 Nomen domini quō accipiendum. 43.
 Nomen domini qui cognoscant. 43. 114.
 Nox, tenebræ & persecutio. 664.
 Nox nocti, dies dici quid sit. 109.
 Noctem suam habent pij. 29.
 Nox natiuitatis Christi præludium Euan-
 gelij. 108.
 Vsq; ad noctem, id est, tota die. 83.
 Numeri mutatio Hebraicus tropus. 41. 191.
 282.
 Nuptias prohibent principes sodomorū.
 420.

Obedientia deo uouetur, diabolo
 redditur. 433.
 Obseruatores uanitatis. 168.
 Non occidere aliquoties peccatum. 592.
 Non occidere quorundam dupliciter. 14.
 Occisio quorundam statuunt impij. 89.
 Oculi in terram statuunt impij. 89.
 Oculos leuare ad dominum. 143.

Occulta nostra peccata semper manēt. 113.
 Ogdochordum quid sit. 32.
 Opera bona non prohibentur, sed sola ex-
 iguntur. 700.
 Opera probata deo. 345.
 Opera manuum dei quæ sint. 108.
 Opera fidelium omnia bona. 190.
 Opera dei non nostra. 521.
 Opera externa quō mandarit deus. 236.
 Operibus peccata non remittuntur. 236.
 Opera hominū comenda. 87. & 155.
 Operum bonorum & adulterinorum dif-
 ferentia. 74.
 Opera uere bona quæ sint. 74. 154.
 Opera sine fide qualia. 155.
 Opus dei sola fide nobis notum. 18.
 Operibus iustificari uelle tentatio est. 595.
 Operarij iniquitatis qui sint. 29.
 Oratio uera quæ sit. 128. & 302.
 Oratio fit in peccatum. 607.
 Oratio est ardens desiderium. 478.
 Orare qui norint. 483.
 Oratio pro principe psal. 19. 114.
 Oratio piorū ad quē & pro quo. 384.
 Orationes ex fide audiuntur. 362.
 Cōtra aduersarios quæ rōne sancti orāt. 38.
 Os aperiri. 302.
 Orabant Iudæi ad templum. 19.
 Oratio non exaudita confundit. 139.
 Oratio efficax sanctorum. 422.
 Orare sine cessatione. 143.
 Orare semper quō oporteat. 27.
 Oratio charitatis cōmunis est. 143.
 Orabit sanctus pro se. 173.
 Orare pro Christo. 406.
 Orandum tentationis tempore. 387.

COMMENTARIORVM

Oratio est animæ languētis desiderium. 34.
 Oratio iugis coram deo quæ sit. 22.
 Ordo in oratione habendus. 219.

Patientia regnum pijs paratur. 318.
 Patientia sanctorum in tentatione. 384.
 Patiendum & abstinendum. 208.
 Pharao & aquæ Aegyptiorum. 694.
 Patres quando imitandi. 183.
 Pastor deus est, nos oves. 131.
 Parentum iniquitas in filios. 608.
 Pacem suis loquitur in Euangelio. 481.
 Parabola in scripturis facta dei sunt. 441.
 Paulus præcedit in Christi triumpho. 378.
 Pauperum dominus non obliuiscitur. 51.
 Pauperes uere & in Christo & in spiritu.
 51. & 55.
 Pauperes Christus liberat. 405.
 Pauperes preciosi Christo. 406.
 Pauperes Christi omnium ditiores. 406.
 Pauper, id est ecclesia pauperum. 55.
 Pauperum oppressio dupliciter intelligenda. 65.
 Paupertas diabolo redditur. 433.
 Pauperes Christi & Antichristi. 58.
 Paupertas & diuitiæ impiorum. 211.
 Pauper qui dicitur. 241.
 Panem angelorum uel nubium. 443.
 Patres doceant filios. 254.
 Pax Christianorum. 272.
 Pax Christi temporibus & per Christum.
 402.
 Peccatores & publicani laudant dei misericordiam. 594.
 Peccatis eius glorificatur deus. 579.
 Peccatum habemus omnes. 297.

Peccator & impius quò differant. 5.
 Peccantes quoque deus suos nõ deserit. 503.
 Peccata infirmorum portanda. 386.
 Peccatum in spiritum sanctum. 389.
 Peccatoris consolatio. 297.
 Peccati reuelatio ad poenitentiam. 296.
 Peccatorum remissio unde capiatur. 172.
 Peccata uera sunt ex fictis. 155.
 Poenitentia impiorum. 447.
 Poenitentia ex corde. 295.
 Poenitere deum in scriptura. 636.
 Pennæ columbæ prædicationes. 372.
 Persecutione si semper pati debeamus. 37.
 Perseueratè dei auxiliũ expectandum. 306.
 Persecutoribus martyrum meliores non sumus. 585.
 Pestes sunt hominum, qui impia docent. 4.
 Pharisaismi doctrina qualis. 5.
 Philosophiæ admixtio uerbum dei præsecauit. 601.
 Philosophis multa incognita. 135.
 Phineis opus ex zelo fidei. 590.
 Petenda à dei quæ sint. 363.
 Petra uarie accipitur. 150.
 Piorum impugnatores impij & malignus. 29.
 Pij quales sunt in tentatione. 63.
 Piorum quæ sint pericula. 654.
 Pij nulli sunt dies mali. 530.
 Pietas describitur per assertionem. 1.
 Piorum querela. 454.
 Pij silent & loquuntur contra aduersarios. 230.
 Pius homo suis uiribus ubi & quomodo utatur cum fide. 255.
 Pia non intereunt. 243.
 Pij & impij differunt infidelitate. 70.

INDEX

- Pij etiam peccata cedunt in bonum. 199.
 Pij hominis affectio inter impios. 88.
 Placere deo & hominibus. 307.
 Pluuia uoluntaria. 369.
 Pomeranus scandalum hoibus, non deo. 5.
 Populus nouus & uetus. 699.
 Populus dei qualis per uerbū dei. 157.
 Populi dei multa nomina. 278.
 Populi duo pij & impij. 685.
 Populi & gentes qui in scripturis dicantur.
 Pollutiones in ecclesia. 420. (tur. 10.
 Portæ quō in scripturis accipiuntur. 51.
 Portæ mortis & portæ filiæ Sion. 52.
 Potentia Christi nostra est. 138.
 Portio mea domine. 152.
 Prædestinationis tentatio quō medēda. 61.
 Prædicatio operum dei quæ sit. 108.
 Prædicatio fit spūs uehementia. 370. 382.
 Prædicatores non uocati & de corde suo
 Prædicatorū uerbi dei tentatio. 598. (12.
 Prædicantes ad tumultum. 109.
 Prædicatores in messem mittendi. 303.
 Præteritū p futuro legitur in prophetis.
 Præteritū pro præsentī crebro. 69. (43.
 Præoccupare est uenire ī conspectū. 534.
 Precibus mutuum iuuare. 692.
 Præparatio cordis ad orādū à domino. 59
 Principes qui dicantur. 658.
 In principes contemptus effusus. 601.
 Principes audiant uerbum dei. 158.
 Principes arietibus comparantur. 158.
 Principes quō deo seruire debeant. 16.
 Principes dei filium osculantur. 16.
 Principes uerbo dei erudiendi. Ibidem.
 Principes consentiunt contra Christū. 11.
 Projici à deo. 300.
 Primogenitus fit Christus. 502.
 Promissionibus diuinis saluamur. 75.
 Promissiones dei, nō nostræ, audiuntur. 362
 Promissionum dei ueritas. 575.
 Promissio dei præceptum dicitur. 576.
 Promissiones dei mandata sunt & testame-
 nentum. 619.
 Prouidentia dei in sanctos. 458.
 Prouidet deus suis per scelera. 579.
 Prouidentia dei detrahimus. 446.
 Prouidentia dei nitendum. 445 458.
 Prosperitas impiorum tentat pios. 410.
 Psalmus David exponitur. 17.
 Psalmi glorificationē Christi describūt. 17
 Psalmi scripti post liberationes. 32.
 Psalmi habēt cōsolationes præter unū. 37
 Psalmus quid intelligatur. 464.
 Psalmorum omnium fructus. 383.
 Psalmi post tribulationes euictas descri-
 psalmos nō intelligunt qui nō (pti. 64.
 sunt unum cum Christo. 3.
 Psalmorū intellectus ex uerbis ap̄torū. 10.
 Psalmi tentationibus discuntur. 35.
 Psalmi de Christo sunt de omnibus Christi
 Psallendum sapienter. 273. (anis. 393.
 Pseudap̄li maledictionibus utūtur. 477.
 π̄σοον̄ ἐλεως̄ quō interpretetur in psal-
 mis. 20.
 Psalmi post tentationes scripti. 68.
 Puritas Christi quāta, & quā nostra sit. 100.
 Pupilli dei & uidue. 364. 367.
 Quis dabit modus optantis est. 75.
Ratio nostra meretrix dicitur in Pro-
 uerbij. 25.
 Ratio non deprecatur ad optima. 26.
 Ratio non est intellectus. 174.

COMMENTARIORVM

- Ratio cæca quantū & quæ ignoret. 441.
 Radice uolūtatis quō procedant bona & mala. 3.
 Recessus dei ueritate tacita. 55.
 Recti corde qui dicantur. 39.
 Regnum Christi spūale ex Sion prodijt. 13.
 Regnum dei in quibus consistat. 23.
 Romanorū mores & doctrina. 53.
 Regnam soli credentes. 136.
 Regnum dei duplex pœnitentiæ & misericordiæ. 134.
 Regni dextra & sinistra. 612.
 Regnū Christi & fidelium in Christo. 612.
 Regum filia. 266.
 Regnum cœlorum in uerbo dei. 107.
 Regna duo Ephraim & Iuda. 442.
 Reges spiritualiter in scripturis. 402.
 Regnum ueritatis & mendaciorum. 65.
 Regeneratio nostra quādo perficitur. 15.
 Religio carnalis Iudæorū & Christianarum. 79.
 Reliquie uetustatis nostræ manent. 115.
 Reues significant affectus. 83.
 Resistentes deo declinandi. 88.
 Resurgere impios in iudicio & in iudicium. 8.
 Resurgente domino terra mouetur. 369.
 Reuerentia figura à τὸ οὐρανὸν φορεῖ. 503.
 Reddā nobis secundū opera. 345.
 Retribuere est beneficia præstare. 656.
 Retributio quō accipiendā. 674.
 Reuelare filius. 162.
 Ruditas à deo fertur, sed nō obstinatio. 29.
 Sabbatum spirituale. 699.
 Sabbatum plenum operibus. 700.
 Sabbatum Christianū & uerum quod sit. 534. & 341.
 Sabbatū uerum qua rōne exclusum. 421.
 Sabbata dei in nobis. 421.
 Sabbatum domini per fidem. 132.
 Sabbatum sanctum Christianis. 272.
 Sacus pro luctu. 166.
 Salem Hierosolyma est. 429.
 Salomones duo. 401.
 Salomone maior Christus. 402.
 Sacramenta sancta nun tinatio. 614.
 Sacrificiū Christi non repetendum. 615.
 Sacrificium panis & uini ueteres ignorabant. 615.
 Sacrificiū Christi quod sit & nostrū. 114.
 Sacrificia legis quare oblata ul' ommissa. 46.
 Sacrificia pro mortuis. 590.
 Sacrificiū, oblatio, holocaustū p pccō. 234.
 Sacrificia & uota Christianorū quæ sint. 127. 635.
 Sacrificium iustitiæ quod sit. 21.
 Sacrificiū laudis deus exigit. 290. & 302.
 Sacrificium cordis contriti. 302.
 Sacerdotium Christianorum omnium. 635.
 Sacerdotium Christi iuramento firmatur. 636.
 Sagittæ in scripturis. 221. (636).
 Sagittæ ignitæ, id est diaboli. 221.
 Salusti ne sint maiores nostri. 601.
 Salus à solo deo. 531.
 Salutare dei uerum. 364.
 Saluationes Christi quæ sint. 157.
 Salus in manu dei, non nostra. 535.
 Salus est credentium. 184.
 Sanctorū inuocatio quæ bona. 637.
 Sancti bene agentes orant ut bene proficiant. 672.

INDEX

- In sancto habitare deum quid sit. 1. 1.
- Sanctus Israël. 399.
- Sanctorum aduersarij persecutores. 470.
- Sanctos mali pariter persequuntur. 471.
- Sancti sacrificat in nouo & ueteri. 288.
- Sancti passio in Christū redundat. 507.
- Sanctorū pastio in Christū operentur. 195.
- Sancti quō dura operentur. 195.
- Sancti se sentiunt peccatores. 235.
- Sancti non inuocandi. 458.
- Sanctis nihil deest. 198.
- Sanctorū cōmemoratio, nō inuocatio. 458.
- Sanctis peccatoribus non parcat. 547.
- Sancti, quare aliquādo corrūat in peccā. 4.
- Sancti quō non peccent. 6.
- Sancti orant pro delictis. 141.
- Sancti nō doctore, sed monitore indiget. 6.
- Sancti qui dicantur. 23.
- Sanctificare idem quod segregare. 24.
- Sanctificare nomen domini. 561 & 106.
- Sanctificare semper quid sit. 190.
- Sapientia humana stulticia in dei rebus. 25.
- Saturari pauperes quid sit. 129.
- Scandalum sancti timent in proprijs persecutionibus. 38.
- Scrutatores deficiūt. 351.
- Scriptura mensa dicitur &c. 390.
- Scriptura uisibilibus exēplis monet. 359.
- Scripturæ scopus, deo fidere, proximū curare. 442.
- Scripturas in fideliter legentes. 189.
- Scire nostrum stulticia sine uerbo dei. 139.
- Sedes iniquitatis quid fingat. 532.
- Selmon mons umbrosus. 372.
- Sela quid accipiendum. 474.
- Semen mulieris & Abraham Christus est. 2.
- Semen Christi sunt filij dei. 130.
- Semen Iacob & Israël qui dicantur. 126.
- Semen dei docti à deo. 142.
- Senectus Christi. 394.
- Senectus & iuuentus spiritualiter. 396.
- Septēnarius hebraeis p̄fectus habetur. 66.
- Septem, id est plura. 683.
- Serpentes incantandi an non. 328.
- Seruitium dei quale sit. 16.
- Seruire Christo est credere seruari à Christo. 105.
- Sichem uel Sichima. 338.
- Signum præcipuum. 355.
- Signa in ecclesia eriguntur. 419.
- Signa nostri temporis. 422.
- Silere in scripturis quō accipiendum. 24.
- Silo locus insignior terræ sanctæ. 442.
- Sinus Abrahamæ locus fidelium dicitur. 84.
- Similitudo dei in nobis surgit, crescit, perficitur. 91.
- Ex Sion expectabatur salus. 73.
- Ex Sion sceptrum Christi Euangelii. 631.
- Sion non carnaliter sed spiritualiter Christi solium dicitur. 13.
- Sion peperit filios fidei. 487. 488.
- Sion ædificari & Iudæam. 393.
- Sitis in auxilium dei. 347.
- A simplicitate excidere. 266.
- Sodomorū principes cōtra matrimonium sunt. 420.
- Solis tabernaculū, cursus & lumē & calor. III.
- Sol, Christus & claritas dei. II. & III.
- Sperat fortius semel liberatus. 20.
- Sperandum in solo deo. Ibidem.
- Sperare tātū possunt in deū credētes. 20.
- Spes in dominum. 246.
- Spiritus, procellarū, ignis & sulphur. 62.

COMMENTARIORVM.

- Spūs in prophetis monet & terret. 10.
 Spiritu dei unguuntur Euangelistæ. 10.
 Spiritus attestatur ueritati. 21.
 Spūs Christi loquitur in prophetis. 98.
 Spiritus Hierusalem & omnia Iudaica
 bona illis promissa. 403.
 Spiritus principalis & seruilis. 300.
 Spoliabant Egyptios iuste. 581.
 Sponsus quō Christus dicatur. 110.
 Sponsus exigit fidem in sponsa. 267.
 Spiritum querere ex litera. 703.
 Suspitiones sunt extra fidē uerbi dei. 371.
 Submersio Sodomorum & spiritus. 62.
 Suscipere in scripturis quid signet. 18.

Tabernaculū dei quod sit & quæ in
 habitet. 74.
 Tabernacula spūalia sanctorū. 474. 25.
 Tabernaculorū festū institutū. 462. 465.
 Tabernaculum dei admirabile. 247.
 Tacere domino. 207.
 Tacendū aduersarijs aliqui nō semp. 225.
 Tautologia in sacris literis necessaria. 27.
 Tempus miserendi pauperū. 65.
 Templum uerum Christi. 453.
 Templi dei destructa. 422.
 Templi dei pollutiones. 20.
 Tentatio à lingua iniqua. 687.
 Tentationibus confortamur. 88.
 Tentatio ad quid nobis proficiat. 103.
 Tentatores dei. 335.
 Tentatio horrenda piorum. 412.
 Tentationes piorū & hypocritarū disse-
 runt. 472.
 Tentatio fidei post promissiones dei. 505.
 Tentatio sancta sanctis. 232.
 Tentationum remedia pro sanctis. 248.
 Tentationes bonæ. 228.
 Tentationē suam pij deo tribuunt, & sua
 bona silent. 130.
 Tentatio grauißima fidelium. 18. 246. 311.
 Tentationes remediū in crasis pñtis. 60.
 Tentationem pijs infert deus. 316.
 Tentandus non est deus. 255.
 Tentationes hominum grauißime. 34.
 Tentationes non immittuntur omnibus fē
 delibus. 34.
 Terra sanctorum est domini. 79.
 Terra promissionis quæ sit. 533.
 Terra sanctorum est in æternum. 153.
 Terra quid in scripturis significet. 153.
 Terræ columnæ. 427.
 Terra an infimum elementorum. 136.
 Terra super aquas fundata. 135.
 Terra uiuentium quō accipienda. 152.
 Testimonium legis promissiones dei. 112.
 Testamentum gentilium contra deū. 471.
 Testamentorum dei contaminatio. 315.
 Testis fidelis Christus. 503.
 Testimonia dei quæ dicantur. 652.
 Textus scripture nō relinquendus ppter
 sententiam magis ardentem. 649.
 Timpanum quid signet. 464.
 Timor domini uerus & castus. 112. 365.
 Timor carnalis & simulatus. 112.
 Timor nocturnus tentatorum. 516.
 Timent ubi non timendum. 72.
 Timētibus deum nihil deerit. 702.
 Tonitrua & coruscationes miracula dei.
 Traditiones humanæ in re salutis. 659.
 semper suspectæ habeantur. 650.
 Traditiones humanæ deprecandæ. 650.

INDEX

Traditiones humane uindicantur. 419.
 Traditiones humane que dānentur. 655.
 Trepidatio sanctorum. 311.
 Triumphi Christi species. 378.
 Trinitatis mysterium. 365.
 Turpiloquium uitandum. 226.
 Tuba nouissima. 288.

Vbera duo testamenta sunt. 44.
 Vallis fletus pro sanctis. 476.
 Vanitas uanitatum hæc uita. 227.
 Vanitatem suam sancti agnoscunt. 23.
 Vasa quid Hebræis dicantur. 40.
 Verbum dei manus sacramentali signo. 613.
 Verba spiritus sancti non mutanda. 650.
 Verbum dei deus est. 158.
 Verbo dei pugnandum. 379.
 Verbo dei cadunt regna. 271.
 Verbum dei durum resistentibus. 159.
 Verbo domini super aquas. 159.
 Verbum ex patre, & spūs utriusq;. 181.
 Verbo omnia facta sunt. 181.
 Verbi dei & hominū discrimen. 182.
 Verbi dei potentia qualis. 157.
 Verbum dei in diuersis diuersum. 157.
 Veritas caput uerborum dei. 682.
 Veritatis hostes duplices. 682.
 Veritatem in corde loqui. 746.
 Veritas & iustitia dei unde orientur. 482.
 Contra ueritatem agnitam pugnare. 389.
 Veritas dei in omni creatura apparet. 201.
 Veritatis aduersarij qua orde uincēdi. 192.
 Veritas psequutionē patitur à multis. 10.
 Veritas nō opprimitur, sed eius oppresso=
 res. 11.
 Vesperi & mane. 163.

Vespera desperationis. 332.
 Vestis nuptialis. 267.
 Vie duræ dupliciter dicuntur. 83.
 Via in scripturis quid significet. 4.
 Via bona est solum dei uerbum. 200.
 Vineæ dei populus fidelis. 461.
 Vindemiæ Christianorū quō celebrandæ.
 Vir sanguinum quis dicatur. 30. (42.
 Via dei nobis placeat. 30.
 Victus quibus debeat. 72.
 Victori uel ad uictoriam quō exponetur
 in titulis. 20.
 Virgines stultæ & sapientes. 518.
 Virginitas è paradiso eieccta. 266.
 Virginitas mens incorrupta. 266.
 Virga dei & baculus cōsolantur ouē. 133.
 Virga ferrea incredulis quæ sit. 13.
 Virtutes quō & quibus nuncientur. 611.
 Vires hominū nullæ sine gratia. 499.
 Vires nostræ non saluant. 184.
 Vir beatus qui sit. 175. & 183.
 Vitulum aureum adorant. 587.
 Vitulorum aureorum cultus. 318.
 Vita finem scire uelle. 227.
 Vita nostræ quanta miseria. 511. 508.
 Viuit dominus, dupliciter in usu. 106.
 Unicornis & filius eius. 160.
 Umbra mortis peccatoribus. 133.
 Unctio spiritus quæ sit. 133.
 Unctio regum & spiritus. 264.
 Unum est ne cessarium. 149.
 Voratores hominum qui sint. 71.
 Votum qua ratione seruandū. 434.
 Vota ī ueteri testamēto an sint et quæ. 127.
 Votum nec faciendum nec ut nunc sit im=
 plendum. 433.

INDEX.

- Vota, deuotio, fides idem. 641.
 Vota melioris uitae non seruamus. 432.
 Votorum ratio deo displicet. 431.
 Vota expianda dolore. 432.
 Vota nõ prohibeant ab Euangelio. Ibidẽ.
 Vota facta abijcienda. Ibidem.
 Vouendũ non est aliquid, quia bonũ. 432.
 Vouere spiritualia non possumus. Ibidem.
 Vouere humanas traditiones non possumus. 433.
 Vouemus deo & reddimus diabolo. 433.
 Virginitas diabolo redditur. 4. 3.
 Vouete & red dite exponitur. 127.
 Vouere nullo loco præceptum. 128.
 Vota perpetua debebant redimi. 128.
 Vota in psalmis quid significent. 127. 128.
 Vota impossibilium. 361.
 Vota quaedam non perpetuo seruanda. 32.
 Votum aliquando habetur pro facto. 35.
 Vota sunt orationes. 340.
 Vfus creaturarum qualis Christiano datus. 134.
 Vsuræ prohibita à Christianis. 76.
 Vultus capitur in bonũ & malũ. 117. 118.
 Ex utero ante luciferum genui te. 633.
 Vrere dupliciter. 147.
 Vxor species domus dicitur. 370.
 Vxor sine timore ducenda. 702.
Zelum suum Christus non dum deus posuit. 386.
 Zelus Christi pro ecclesia. Ibidem.
 Zelus sanctorum contra uanos. 168.
 FINIS.

COMMENTA

TARII IO. POMERANI IN LI-
BRVM PSALMORVM.

PSALMVS PRIMVS.

SUMMA, Primo uersu uniuersam describit impietatem per nega-
tionem: hoc est, dum eam palam ostendens negat esse in beato uiro. Se-
cundo uersu, tertio & quarto uniuersam pietatem per assertionem: hoc
est, dum eam nobis declarans, asserit esse in beato uiro. Per sequentia sepa-
rat horrende impios ab huius beati uiri consortio. Duo itaq; uidet, bea-
titudinē & infelicitatem, quia altera sine altera plene describi non potest:
illa pietas est, hæc impietas, illa fides, hæc infidelitas, illa fidei deo soli, hæc
deo neglecto fidei sibi &c.



DEUS

VIR QVI NON AM

bulauit in consilio im-

piorū, & in uia peccato-

rum non stetit, & in ca-

thedra pestilentie non

sedit. Sed in lege domi-

ni uoluntas eius, & in

lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanq̄ li-

gnum quod plantatum est secus decursus aquarū,

quod fructū suum dabit in tempore suo. Et folium

eius non defluet, & omnia quæcūq; faciet prospere-

rabuntur.

A

Beatitudo. Omnes beatitudinē querunt, sed quæ sit ignorare necesse est omnes quotquot spiritu dei nō erudiuntur, ut uel in hac una de beatitudine questione appareat rationem ad ea quæ dei sunt esse cæcā. Siquidem uulgus Philosophorum, qui se aliorum magistros iactabant, quā sedē hallucinatum sit quis ignorat? Beatitudinem huius uitæ cōmodo metiebātur, & qui cordatiores uidebantur uirtutem nostris uiribus paratam beatitudinem fecerunt: cum tamē omnino diuersum ostendat nobis omnis beatitudinis autor spiritus ille dei: nempe beatitudinem esse resignare omnibus quæ sunt huius impij mundi & habere uoluntatem siue desiderium in lege domini, meditariq; in ea die ac nocte, id est, omnibus neglectis siue dulcibus siue amaris, in solo dei uerbo hærere: id quod amarissimū fuerit carni, sed spiritui dulcissimum. Christus uocat abnegationem nostri, Paulus mortificationem. Sic & Christus describit beatitudinem, Matth. 5. Beati pauperes spiritu. Beati mites. Beati qui persecutionem patiūtur propter iustitiam. Beati estis cum maledixerint &c. Et Hierē. 17. Maledictus homo qui confidit in hoīe &c. Benedictus uir qui confidit in domino &c.

Quod nos ex Græco recte legimus, Beatus uir, in Hebræo est, Beatitudines uiri, scilicet sunt: quod latine legere posses, Beatitudines uiro sunt, quæ non ambulauit &c. Quod uero posui, Ambulauit, quod uulgo legimus, Abijt, non solum & Græcum & Hebræum postulabat, sed etiam grammatica necessitas: Quis enim unq; dixit latine, Abijt in consilio impiorum?

Beatus uir. Beatus uir, qui hic describitur, primū est, Christus dominus propter nos homo factus. Deinde quilibet homo qui est in Christo. Neq; uero cum hoc dicimus putes excludi credentes, qui ante Christum incarnatū defuncti sunt, nam & hi quoq; erant in Christo qui omnes expectabant illud mulieris semen, quod contriturū erat caput serpentis, Gen. 3. & semen Abraham in quo benedicendæ erant cūctæ cognationes terræ, Gen. 22. Christus tibi scopus propositus est, ut dicitur Lucæ. 2. Vide ne huic signo contradicas. Hic uolūtatem in lege domini die ac nocte, id est asidus, habuit quod & te oportet si uelis esse uir beatus. Hanc uoluntatem & iugem in uerbo dei meditationem & delectationem (quia in solo spiritali homine est) Christi solum spiritus tibi donat, quæ donec hic uiues semper augetur, ut nunq; in hac uita desinas sitire & esurire iustitiam, alioqui omnis beatitudinis eris expertus: sc̄m̄ dū illud, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, & illud, Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. In Christo perfectio est, in te imperfectio, atq; hoc ipsum quod habes dei est, & per Christum habes. Discere per

Christum esurire iustitiam, & tunc uidebis quantum adhuc ab ista absis beatitudine. Animalis interim homo non percipit ea quae sunt dei, non enim potest, stulticia namque sunt illi & intelligere non potest. 1. Cor. 2. Nam qui se non credit unum esse cum Christo, is psalmos nequaquam intelliget.

Sicut primum damnat consilium impiorum, id est, studia cordis eorum, & Radix cordis. deinde externa opera, quae sunt uia peccatorum, tertio uero pestilentes doctrinas: Ita primum commendat uoluntatem beati uiri in lege domini, & deinde fructum, id est, opera, quae efficiunt amata lex siue uerbum domini, sunt autem charitas in proximum, tertio uero, folia, id est, uerba & doctrinam. Si quidem ex radice uoluntatis siue cordis omnia proueniunt, siue bona, siue mala: Illa ex fide, haec ex infidelitate, sicut Christus docet de arbore bona & arbore mala.

Impius proprie est ignorans dei & non requirens Impium. deum. Iam alius est manifeste impius, qui & contemnit deum, & talis uideri ab hominibus non erubescit. Alius uero impius quidem est, sed hypocrisis hanc ipsam impietatem non solum hominibus sed etiam sibi ipsi, occultat, ut sanctitas & iustitia uideatur, id quod mera hypocrisis est & impietas: Illa etiam mundus iudicat, Hunc uero uerbum domini siue scriptura sacra, quae spiritu dei nobis prodita est. Idcirco hypocrita, quibus placent sua consilia & studia, & qui sequuntur quod ipsis bonum uidetur, contra legem, Deut. 12, uerbum dei audire non possunt, siue Euangelium domini nostri Iesu Christi, quod damnat omnia hominum studia, ut maneat gloria soli deo, id quod ipsi ferre non possunt, sua saturi iustitia, & operibus suis confisi, Propter quod Christus dixit, Meretrices & publicani praecedunt hos in regnum caelorum. Occulta est ista pestis, & consilium dicitur. Hoc consilium molitur semper nouas adinventiones & sanctitatis, ut putatur, statuta, ad augens traditiones humanas ad illaqueandas conscientias, uerbo dei siue (ut hic uocatur) lege dei neglecta. Beatus uir qui non ambulauit in hoc consilio istorum in piorum. Peccator autem est exterior homo impij, non solum secundum facta Peccator. externa, de quibus tantum iudicat mundus, sed etiam secundum cor, ubi radix est. Ego propterea exteriorem uoco hominem impij, peccatorem, & in peccatis illis crassis non potest latere homo, quin uideatur uel a se, nimirum arguente conscientia: sicut Dauid non potuit nescire, adulterium esse malum, homicidium esse malum, licet interim & ipse contemnebat deum, id quod infidelitatis esse nemo negat. Quapropter infidelitatem scriptura proprie peccatum appellat: Manent enim qui non credunt in perditione in qua nati sunt. Et quem unum exteriorem impij hominem uoco, scriptura fructus pec-

cati appellat & fructus carnis. Incidunt ergo & sancti in uiam peccatorum non nunquam, ut agnoscant qui sint, ut discant non in se confidere, sed cautiore fieri per legem domini, dum sic neglecto uerbo dei se uident corruisse. Non igitur à beatitudine cecidit, qui licet in uia peccatorum fuerit, tamen non stetit, id est, non permansit, sed agnito peccato fide regressus est. Septies enim cadit iustus & resurgit. Consolatio itaque est nostri, quod predicatur beatus, non qui non peccauit, quis enim est hic? sed qui in uia peccatorum non stetit.

Via. Via uero in scripturis, est quicquid agimus, quicquid conuersamur & uiuimus, & omnia quibus studemus, siue bona, siue mala, sicut in fine huius psalmi, Quoniam nouit dominus uiam iustorum, & uia impiorum peribit:

Cathedra pestilentie.

Porrò cathedra pestilentie est, ubi coeperis consilium impiorum, id est, quicquid illis bonum uidetur & sanctum, docere & defendere, & nolueris uiam peccatorum damnari, id est, audire legem siue uerbum dei, quod omnia nostra damnat. Sicut Dauid audiuit à Nathan Propheta, Sicut gentes audierunt ab Apostolis. Hec extrema impietas est. Et in Hebræo hic uocatur cathedra siue confessus irrisorum, id est, blasphemantium legem siue uerbum domini: Id quod faciunt dum uolunt, ut humanas adinventiones pro dei uerbo suscipiamus. Et ex Græco recte quoque legeris, In cathedra pestium. Pestes enim sunt & infectores hominum, qui nobis humana pro diuinis obrudunt: Paulus. I. Timot. 4. uocat spiritus erroris & doctrinas demoniorum in hypocrisi loquentium mendacium &c. Alias scriptura pseudopphetas & pseudapostolos, & fermentum pharisæorum nominat. In hac cathedra hodie non solum sedent, sed etiam iuramentis se adstringunt, ne aliud nisi suam pestilentiam emittant: non mirum ergo, si execrati ad legem domini redire non possint. Quid queso miseri iurant? quasi sterco, ut maxime non iuraret, aliud possit quam fecere & inficere. Beatus quem dominus ab ista cathedra tan noxia seruauerit immaculatum, aut saltem non sedere fecerit obstinatum.

Confessio auctoris.

Ego primum huius psalmi uersiculum mea infelicitate quidem, sed per Christum satis feliciter didici. Extractus namque adolescens è mundana conuersatione & operibus, quæ etiam mundus damnat, mundo adhuc deterior factus sum, dum emendationem uitæ prioris cupiens misere incido in iura pontificia & doctrinas humanas, & præterea quicquid sanctum predicabatur, quicquid indulgentiis, ut uocant, plenum, amplexabar, ita ut longe ac late rumor sanctitatis istius maledictæ hominum aures percelleret. Hic, ut crudiret me, dominus sepe per fructus ostendit mihi peccatum meum, sed frustra pro tempore, nam confessionibus, satisfactionibus & operibus hærebam

plusquam uerbo dei. Hanc uiam peccatorum & consiliū, quod sequebar, impiorum, si quis in me condemnasset, non aequo tulissem animo. Postremo, ne quid deesset impietati meae, cæpi sedere in cathedra pestilentiae, confusus mea sapientia. Illic ut maxime docere uolui, quæ Christi sunt (de quo mihi bene sum conscius, ut scias nostram bonam intentionem esse nihil) tamē simul confirmauī quæ hominū sunt, Quæ maxima est pharisæorum impietas, humana scilicet diuinis æquiparare, ut non dicam, q̄ illa etiam his præferunt dum sua quæerunt. Sed neq; hic, neq; in prioribus erroribus deseruit me manus benigni patris, quæ me stultum puerulū duxit, & ego ignorabā, ut tandem me sibi magis faceret obnoxium. Hanc enim ab initio doctrinæ meæ mihi mentem dedit, ut docendo hoc quæsierim, ut quos docebam redderem sacris literis instructos contra crassa uitia, scœnora & usuras & eternā idololatriam, qua nostri nō abstinent & c. ut uerbo dei instructi à peccato abstinerent, & puras animas seruarent creatori. Verum hoc quid aliud erat, quàm pharisæismum quendam docere? dum interim fidei rationem, per quam illa omnia præstanda sunt, ignorabā, donec ex alto miseratus hominū errores deus apostolica tempora & prædicationem sui Euangelij secundū spiritum Christi, nobis reuocarit. Vnde ego olim scandalū deo, nunc scandalum factus sum hominibus, sed solum illis quibus maiori scandalo est Euangelium Christi, quàm ego. Pro hac ergo commutata mea sorte, gratias ago, & gloriam prædico deo patri & domino nostro Iesu Christo in æternum, obsecrans ut suum donet mihi spiritū quo uoluntatem habeam in legis, & in ea mediter die ac nocte, ut confortatus spiritu non seram scandalum Antichristianæ doctrine, seram uero per charitatē infirmorum fratrum peccata & mores, qui & ipse multa nimiaq; circumdatus sum infirmitate.

Legem domini uocat uerbum dei, quod nobis diuino spiritu proditū est, Lex domini. & quicquid spiritu agnoscimus placere deo. Hanc opponit consilio impiorum, & uia peccatorū, & cathedræ irrisorum, ut uel ex hoc discas, hos omnes moliri, quæcūq; id tandem pietatis specie faciant, contra legem domini siue dei uerbum. Verum ne hic secundum pharisæicam iustitiam interpretaris legem domini, de simulato externo opere, & non de mentis siue cordis affectu, sic dicit. In lege domini uoluntas eius, siue desiderium eius, sine quo externum opus est mera hypocrisis. Vides ergo q̄ fidem requirit, dominus per hæc uerba, nec minus per illud quod sequitur, Et in lege eius meditabitur die ac nocte, id est iugiter & sine cessatione: quod non significat, sicut ridicule quidam interpretantur, statutis temporibus assidere ad librū, sed

Voluntas

uelle semper et desiderare ea quæ dei sunt, et odisse diuersa, non solum in alijs, sed multo amplius in seipso, nam et in sanctis peccatū est reliquum, quod tamen propter fidem non imputatur, quia oderunt hoc ipsum, et spiritu contra pugnant, quod est habere quidem in carne peccatū, non tamen secundū carnem ambulare. Hæc uides Rom. 7. et 8. Atq; huc optime quadrat uocabulum meditari, quod non solum cogitare significat, sed potius **Meditari.** cogitando loqui uel exercere aliquid: Exemplum accipiamus illud poetæ, Syluestrem tenui musam meditaris auena. Qui fistula modulatur carmen, pectore, ore, statu, oculis, auribus, brachijs et manibus in hoc incumbit, non audit alia, non respicit obiecta oculis, delectatur in carmine, placet, canitq; sibi, ut maxime solus sit, ut maxime ab alijs contemnatur, et dum digitorū articulis discurrentibus uoces temperat toto animo totūq; est in fistula. Sic uir beatus meditatur in lege domini, nimirum sic cum ducente spiritu si dei, ut non opus habeas huic multas præscribere leges, quamuis moneri indigeat ne ab hoc uerbo siue lege domini deficiat, sicut Christus sæpe et Apo stoli nos monent quid agamus, quid ue caueamus et c.

Et erit tanquā lignum, id est, arbor, lignum enim pro arbore dixit more Hebræo. Hic uides quod diximus, Credenti non opus esse legibus, ut faciat bona opera: Nam erit, inquit, tanq; lignum et c. id est, sua sponte pro-
Sponte ducet fructum bonorum operum, non secundū præscriptum hominum aut
fructus. secundū arbitrium humanū (sicut ferè omnia hodie fiunt, quæ falso uocantur opera bona) sed in tempore suo, id est, quando deus dederit occasionem ut fratri seruiat siue in temporalibus, siue in spiritualibus, indifferens erit ad omnia opera, ad omnia tempora, loca, personas, modo sciat se in hoc deo placere. Tunc semper tempus suum esse iudicat, quando oblata fuerit occasio. Præterea, ut doceat, ut pro Christo patiat, suam expectat uocationē. Hic fructum suum, quem natura spiritus in eo producit, dabit, id est, ad gloriam dei expendet in salutem aliorum, non sua querens. Hic uero non uerendum ne præ ariditate spiritus ferre fructum non possit. Nam fluentis spiritus sancti aluitur et fecundatur, de quibus Ioh. 7. Qui in me credit, flumina de uentre eius fluent aqua uiuæ. et cap. 4. Qui biberit ex aqua quam ego do et c. lege quoq; si uis Apoc. 22. Neq; uero negligendum quod arbor
Plantatū. plantata dicitur, non quæ se plantauit, contra illos qui stulte suis operibus tribuunt iustitiam et salutem.
Folium. Et folium eius non defluet. Si fructus sunt opera fidei in beato hoc uiro, non dubium quin folium sit uerbum et doctrina, quæ non defluet, quia cū

nil aliud doceat quam dei uerbum, & abhorreat ab omni alia doctrina, in terram cadere & perire non potest, Verbum enim domini manet in aeternum. Et licet uerbum huius uiri à multis damnetur, inuictum tamē manet, quia dei est. Semper ergo hæc arbor uirebit, quæ nunq̄ sine lege domini est.

Et omnia quæcumq; faciet, id est, producet illa arbor, prosperabuntur, Omnia pro-
Rom. 8. Diligentibus deum, omnia cooperantur in bonū, Etiam si quādoq; spera.
arbor bona pomum aliquod uermisofum produxerit, ut supra diximus de
nia peccatorū, omnia pijs cedunt in salutem.

Non sic impij, non sic, sed tanq̄ puluis quem proij-
cit uentus a facie terræ. Ideo non resurgent impij
in iudicio, neq; peccatores in consilio iustorum.
Quoniam nouit dominus uiam iustorum, & uia
impiorum peribit.

In Heb. non repetitur, Non sic, neq; in Heb. est quod additur, A facie ter-
ræ, sed à Græcis additū est explicandæ sententiæ gratia. Quod uero, in con-
silio, legimus, ex Heb. est in congregatione, Idcirco ego scripsissem, Conci-
lio, per c. nisi in græcis, ex quibus nostra est translatio, esset ἐν Βουλήν, sicut
& in primo uersu. Sententiā tamē propter hoc non erit diuersa: Βουλή enim
consilium est, & locus ubi consilij gratia homines congregantur.

Iam à contrario describit uirum impium longe à uiro beato diuersum. Impietas.
Impius sua consilia & iniquitatis studia sequitur, uiam suam approbat, &
praua docet, non in lege domini uoluntatem habet, sed traditiones huma-
nas, contempto dei uerbo, magnificat. Idcirco hæc arbor mala non poterit
nisi fructus malos producere, & eius folium, id est, doctrina uerbo dei diju-
dicata cadet, sicut Paulus dicit. 2. Timot. 3. Non proficient amplius, insipi-
entia enim illorum manifesta erit omnibus. Non durabit quicquid ipsorum
est, quia falsitas est & mendacium, sed proijcitur & agitabitur uelut pul-
uis sue palea leuissima, ut est in Hebræo, quæ uento agitata consistere ne-
quit: dum interim arbor beati uiri, fixis in terra radicibus ad fluentia aqua-
rum, fructum profert in tempore suo. Impios & impiorū studia omnia ut-
cūq; hypocrisis sanctitatem simulent paleis comparari uel Ioannis testimo-
nio discere, dum dicit Matth. 3. Paleas comburendas igni inextinguibili. Atq;

Resurgent.

hoc est quod protinus additur, Ideo non resurgent impij in iudicio, id est, per iudicium, ut agnoscamus hic Hebraismū: non enim de resurrectione nostrissima hoc dicitur, Nam aliud est surgere siue resurgere in iudicio, aliud resurgere siue surgere in iudicium: illam orationem hic habes, hanc uero in psalmo, qui incipit, Notus in Iudaea &c. ubi dicitur, Cum resurgeret in iudicium deus, tam in Hebræo quàm in Græco. Et idem uerbum quod hic legis, resurgent uel surgent ex græco & Hebræo de impijs dictum, illic legis æque ex græco & hebræo de deo dictum, ut certus sis nõ semper de resurrectione mortuorum dici. Sententia ergo est, Impij non resurgēt iudicio uel per iudicium, id est, ab impietate ad uerum iudicium, siue ueram iustitiam non respicient, semper recto iudicio carebunt, quia sua consilia sequuntur non domini legem: Non resurgent, inquam, per iudiciū neq; suum quo carebunt, neq; aliorum, id est, iustorū quod ferre non possunt. Cadūt enim uel maxime, quando cœperint à iustis per uerbum dei iudicari, tunc enim detegitur omnis eorum impietas, sicuti hodie uidemus, iam in iudicio non possunt erigere caput, qui Cedris Libani sibi uidebantur altiores, dum uerbo dei siue lege domini non iudicabātur. Detecta est larua, non amplius fallent, occidūtur spiritu oris Christi. Quapropter maxime mihi placet quod Philippus noster hic interpretatur, Ideo non consistent impij in iudicio, id est, non stare poterunt sua impietate, cum cœperint uerbo dei iudicari. Id quod maxime huc cōuenit, nam supra palce leuissime cōparantur. & illa uia impiorum peribit. Idem est quod additur, Neq; peccatores resurgēt in consilio iustorum, id est, per consilium iustorum, quia eorum salutarem admonitionem per uerbum dei, sicut & iudicium, id est increpationem, contemnent. Idem significat quod ex Heb. legitur, In congregatione iustorū, quia credentes in uerbo dei, & ad uerbum dei congregātur, quam congregationem peccatores non audiunt. Vt scias hæc intelligi de obstinatis impijs & peccatoribus, ne quis putet hic nos negare pœnitentiā illam Christianā, quā expressam uides in hoc psalmo, quando dicit, In uia peccatorū non stetit. Summa, Impij iudicari, id est, sua damnari nolūt, Peccatores, ut maxime norint se errare, & sua esse damnata, tamē recta monentē contemnent.

Superstitiosis quæstionarijs & qui ubiq; uerētur, ne alicubi sibi scriptura contradicat, quasi non meminerit aliquando deus quid alicubi dixerit, etiam hic seruiō. Aiunt, uidetur hic psalmus negare resurrectionē impiorum & peccatorum contra scripturam. Respondeo se cōtrahis quæ hic dicuntur, non negat psalmus eos resurrecturos, sed non resurrecturos dicit in iudicio

IN PSALMVM SECVNDVM.

in iudicio siue iustitia, imò in iniquitate sua, neq; resurrecturos in congrega-
tione iustorum, sed potius in congregatione demonum &c.

Quoniam nouit dominus &c. Vetus interpretes uiam & iter dixit, cum ta-
men idem sit uocabulum in Græcis & Hebræis, qua intempestiua copia dat
occasionem quibusdam distinguendi.

Hæc est causa prædictorum, Quoniam, inquit, dominus nouit uiam iusto-
rum, id est, credentium, quorum omnia approbat, quia ex fide sunt ipsi legē
eius sequuntur, ipsorum uia domini est, nouit præterea eorum & casum &
resurrectionem, sicut dicitur Psal. 138. Via uero impiorum peribit, utcumq;
iam magno aestimetur, quia etiam dum optime uidentur facere, non secundū
uerbū dei faciunt, & quicquid non est ex fide, peccatū est. His ergo, qui dei
uerbū contempserūt sua consilia secuti, dicetur, Amē dico uobis, Nescio uos.

Habes itaq; in hoc Psalmo scopum totius sacræ scripturæ.

PSALMVS SECVNDVS.

Titulus nullus.

SUMMA. Post passionē & persecutionem Christi, secutam glorifica- Fides gentiū.
tionē & regnū Christi nō solum in Iudæos, sed & in gentes usq; ad extre-
mum orbis Hic est enim nobilis homo, qui abiit in regionē longinquā &c.
Lucæ. 19. De fide gentium lege Ro. 9. & 10. Act. 13. Audientes gentes &c.
Esa. 49. Parū est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & ad con-
uertendas feces Israël: Dedi te in lucem gentium ut sis salus mea usq; ad ex-
tremum terræ. Interim in hoc psalmo irridentur aduersarij Christi, & mo-
nentur intelligere ueritatem, ni malint tandem irato Christo iudice perire.



QVARE fremuerunt gentes, & popu-
li meditati sunt inania & Astiterunt
reges terræ, & principes conuenerūt
simul, aduersus dominū & aduersus
Christum eius & Dirumpamus uincula eorum, &
proiciamus a nobis iugum eorum. Qui habitat
in cœlis irridebit eos & dñs subsannabit eos

1077

Fremuerunt. Heb. *Tumultuatae sunt.* Conuenerunt. Heb. *Consilium in-*
ierunt. Cum ex Hebr. eo interpretor, *Felix interpretationem cito, quem*
ponisimum sequor, nisi forte ubi ipse nō potuit, actus loci difficultate, asse-
qui sententiam.

Hic *Psalms* exponitur *Act. 4.* non recipio aliā interpretationē, quā
 illic interpretatus est *spiritus sanctus* in discipulis, *spiritus*, inquā, idem qui
psalmi autor est. Ita quoq; sentio de omnibus alijs *psalmis*, ex quibus testi-
 monia *Christus* & *Apostoli* produxerūt. Sic dicitur in *Act.* *Domine tu qui*
fecisti caelum & *terrā, mare,* & *omnia quae in eis sunt,* qui *spiritu sancto* per
 os patris nostri *Dauid* pueri tui dixisti, *Quare fremuerunt* & c. *Vbi simul*
 & *usum huius psalmi* uides: Nam quam discipuli in *Christo* persecutionem
 uiderant ad se quoq; non dubitant pertinere.

Psalms est ad *Admiratur* in *Propheta* *spiritus* dementiā *tumultuantium* contra *Chri-*
monatio *piorū* *stum,* & *irridētur* hic *irrita* *aduersariorū* *ueritatis* *studia,* *sublimato* *Chri-*
ne cōsentiant, *sto* in *regnum.* Sic & *hodie* *uidemus,* q; *deus* *irridet* *Euangelij* *Christi* *aduer-*
 & *regū* & *iu* *sarios,* *magis* *irrisurus* *cum* *exarserit* *in* *breui* *ira* *eius.* Non *possunt* *optima*
dicū *ne* *seui-* *tes* *mundi,* *pharisaicus* *populus* & *pseudapostoli* *non* *odisse,* *non* *persequi*
ant *in* *Christi* *ueritatem,* *quod* *nisi* *facerent* *non* *possemus* *credere* *Euangelium* *esse* *uerū,*
doctrinam. *quod* *talia* *prædicat:* *Sunt* *ergo* *adutores* *fidei* *credentium* *uelint,* *nolint.*
Verū *spiritus* *ille* *dei* *benignus* *in* *propheta* *monet* *simul* & *terret,* *primū*
suos, *id* *est,* *fideles,* *ne* *consentiant* *consilio* *impiorum,* *dicens,* *Dirumpamus*
uincula *eorum,* *id* *est,* *foedera* *impietatis,* *quibus* *congregantur,* *imō* *coniur-*
rant *aduersus* *Christi* *doctrinam,* & *proijciamus* *à* *nobis* *iugum* *eorū,* *id* *est*
grauia *conscientiarum* *onera* & *damnationem,* *quā* *inducere* *utuntur* *su-*
per *nos,* *ablato* *Christo.* *Quare* *dirumpamus* & c. *Quia,* *inquit,* *qui* *habitat*
in *caelis* *irridebit* & c. *Demde* *monet* & *reges,* & *quicumq;* *presunt* *popu-*
lis, & *iudices* *uideri* *uolunt* *aliorum,* *ne* *persequantur* *dominū* & *Christos*
sive *unctos* *eius,* *dicens,* *Et* *nunc* *reges* *intelligite* & c. *Uncti* *autē* *sunt* *sine*
dubio *spiritu* *dei,* *qui* *palām* *audent* *profiteri* *ueritatem* *pro* *ea* *mori* *para-*
ti. *Da* *mibi* *aliquem* *carnalem* *qui* *hoc* *audeat.*

Gentes. *Gentes* *milites* *Romani,* & *postea* *gentes* *per* *totū* *orbem.* *Populi* *Iudaei*
Populi. *sic* *enim* *tunc* *appellabatur,* *qui* *debebant* *esse* *populus* *dei,* *ut* & *hodie* *qui*
uolunt *esse* *Christiani* *sine* *Christi* *uerbo.* *Gentium* & *populi* *appellatio* *fre-*
quens *est* *in* *scripturis,* *ut* *in* *psalmo,* *Laudate* *dominū* *omnes* *gentes,* *lauda-*
te *cum* *omnes* *populi.* *Et* *quod* *citat* *Paulus* *Rom. 15.* *Laudate* *gentes* *cū* *ple-*
be *eius* *quod* *desumptum* *est* *ex* *cantico* *Moyse* *in* *Deuteronomio.* *Et* *præ-*

dictum erat ab Osea futurum, ut qui nondum populus dei, diceretur dei po-
 pulus &c. Reges terræ, Herodes, Pilatus, & deinde imperatores & alij re-
 ges per orbē. Principes sunt principes sacerdotū, Annas, Caiphas & Pon-
 tifices & Episcopi. Hi omnes quāuis diuersis studijs sint, & quisq; sua quæ-
 rat, atq; idcirco nunquā conueniat inter eos, inter quos enim sunt maiora
 odia, similtates, dissidia, bella, lites & contentiones quā inter istos: tamē
 in his quæ sunt contra deum & contra sanctū Christi Euangelium consen-
 tiunt, fremunt & meditantur inania, id quod apertius dicitur Psal. 20. Co-
 gitauerunt, inquit, consilia quæ non potuerunt stabilire. Non potest oppri-
 mi ueritas, opprimuntur uero & pereunt oppressores, sicut dicit, Qui ha-
 bitat in cœlis, irridebit eos &c. Irrideant nunc ut uelint, & sexcentis blas-
 phemiarum nominibus & excommunicationibus fremant & meditentur, id
 est, omni studio laborent aduersus Euangelium Christi, erit quādo rursum
 irridebantur ab illo, cuius uultum & increpationem ferre non poterunt:
 Tunc enim loquetur ad eos in ira sua &c. Et Prouer. 1. dicit sapientia dei,
 Quia uocaui & renuistis, extendi manum &c. Irridet eos & nunc dū irri-
 tos facit omnes conatus eorū. Senserunt impij Iudæi manum dei per Roma-
 nos, sed grauior plaga, si quis uidere posset, eos ante occupauerat, nempe
 mentis cæcitas, secundū prophetiam Esa. 6.

Reges.

Principes.

Inania.

Irrisores.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo
 cōturbabit eos. Ego autē constitutus sum rex ab eo
 super Sion montem sanctum eius, prædicans præ-
 ceptū domini. Dominus dixit ad me, Filius meus
 es tu, ego hodie genui te. Postula a me & dabo ti-
 bi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuā
 terminos terræ. Reges eos in uirga ferrea, tanq̃ ua-
 sa figuli confringes eos.

Hic nonnihil aliter habent Hebr. ea, ex quibus quod legimus, Ego autē
 constitutus &c. sic legitur, Ego autē constitui regem meum super Sion mon-
 tem sanctitatis meæ. Narrabo statuiū, dominus dixit ad me &c. In quo mi-

rabilem duarum personarum uides unitatem, domini & Christi eius. Nam quis dubitat dominum loqui, Ego autē constitui regem meum &c. aut quis rursum non uidet Christum domini loqui, Narrabo statutū, Dominus dixit ad me &c. Id est, prædicabo quod ille mihi statuit & præcepit, qui me constituit suum Christum, suum unctum, suum Mesiam, suum regem. Quod uero legimus, Reges eos, Felix ex Heb. legit, Conteres eos. Id quod Maxime conuenire indicat quod sequitur, Confringes eos. Idcirco intellige, Reges eos, id est, durus eris aduersarijs rex: nam uirga ferrea additur ad quā uas figuli consistere non potest. In ira, in furore, in uirga ferrea, Hebraismi sunt frequentes in sacris literis.

Vocati ad prædicandum.

Tunc, id est, quando irridebit eos, quādo uiderint irrita sua studia, confirmato Christi regno, quādo coeperit eos iudicare. Ego autē, Emphasim habet, hoc est, Ego ipse quem contempsistis & persecuti estis, contra quem dixistis, Luc. e. 19. Nolumus hunc regnare super nos, Constitutus sum rex ab eo, id est, domino patre: Non arrogauit mihi regnum, nō ueni prædicare regnum dei non iussus aut missus ab eo, non quæsiui gloriam meam, non aliud docui quā quod cōmiserat mihi is qui misit me. Hoc est quod dicit, Prædicans præceptum eius, sicut ipse ait Io. 12. Qui credit in me non credit in me, sed in eum qui misit me &c. Sic & Paulus. 1. Cor. 4. Sic, inquit, nos æstimet homo &c. Hæc sunt contra illos, qui non uocati docere presumunt, aut qui docent alia quā quæ à deo illis cōmissa sunt, contra illud Matth. ult. Docentes seruare eos quæcūq; præcepi uobis. & Marci ult. Prædicare Euāgelium. Pseudapostoli sunt & Antichristi qui aliud prædicant, nam sua quærunt, non quæ dei sunt.

Sion.

Super Sion montem sanctum eius, id est, super Hierusalem ciuitatē sanctam, ubi erat sacerdotium & regnum à deo constitutum, ubi erat templū & omnia dei sacra, quæ olim erāt in terris, ubi erat doctrina legis & prophetarū, ubi expectabatur Christus sessurus super solium Dauid patris sui, ut corroboraret & cōfirmaret illud in iudicio & iustitia, non armis carnalibus, nec ad tēpus, sed in sempiternū, sicut prædixerat Esaias, ca. 9. Quod repetijt angelus, dicens ad Mariam, Dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius &c. Vide Hier. 23. & Ezech. 34. Vnde ex Sion expectabatur lex alia quā ex Sina prodierat, & uerbum domini uenturum ex Hierusalem, Esa. 2. & Miche. 4. Quod est Euāgelium gloriæ magni dei, quod in Iudæa à Christo coeptum prædicari, exiuit per Apostolos in omnem terrā, & in fines orbis terræ: ut sicut carnaliter sibi subdiderat Dauid pater eius

A Iudæa Christi regnū usq; ad fines terræ

IN PSALMVM SECVNDVM.

15

gentes. 2. Reg. 8. & 10. Ita & hic filius eius non solum Iudæorū esset rex, sed & gentium quotquot suo uerbo sibi subacturus esset, Nam per uerbum regnare Christum supra ipse testatus est, dicens, Prædicans præceptū eius. Vides itaq; regnum Christi in Iudæa cœptum, dilatatum usq; ad extrema terræ, secundū uisionem Danielis. 2. de lapide abscisso, de monte sine manibus, qui contritis regnis mundi factus est mons magnus & impleuit totam terram. Quāuis ergo Christus in Hierusalem prædicarit, quāuis illic Apostoli acceperint spiritum sanctum, quāuis illic omnia cœpta sint, & regnum Christi illic in cordibus credentium cœperit, ut ueritas figuræ responderet de solo Dauidis, utq; promissio Iudæis facta compleretur, tamen tu caue ne in has angustias rem deducas, ut cum Sion audis, externum illum locum tantū cum Iudæis excæcatis cogites, qui hic audis à deo Christo omnia regna donari. Postula, inquit, à me & dabo &c. Nam quāuis ex carne Dauidis natus sit Christus, tamen non carnalis rex futurus prædictus est, sicut supra diximus, sed spiritualis & æternus cuius regnum non sit de hoc mūdo, Spiritualia sed regnum spiritus in cordibus credentium, qui sunt iam, Sion, Hierusalē, iam omnia, templū, sacerdotium, regnū, sacrificia, lex uiua, semen Abrahæ & Israël, Iudæi in spiritu, gens sancta, populus dei. Suscitauit enim iam deus de lapidibus filios Abrahæ, hereditatē & possessionem sibi. Sic in spiritu hæc uocabula accipi sepe uidebis in psalmis & in prophetis. Vide Esa. 43. & 49. Præter ea quæ Paulus sæpe scribit. Id quod & hic notat, dum Sion uocat montem sanctum domini, sicut in Psalmo, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Et Esa. 11. Nō occident & nō nocebūt ultra in uniuerso mōte sancto meo, id est, in eo regno in quo ego ipse habito, per regem meum Christum ex radice & stirpe Iesse ortum, sicut illic dicitur. Est igitur Sion iam ecclesia dei uiuentis, regnum cœlorū, regnum dei, tabernacula in quibus sancti habitant fiducialiter, ut sepe uidebis uel in psalmis. Nā Christum esse regem & nos in Christo reges, summa securitas est contra mundum, peccatum, mortem & regnū inferorum, modo hoc ipsum credamus: Possessio eius sumus & hereditas, e cuius manu nemo rapere potest. Aduersarij eius & nostri uasa figuli sunt qui consistere non poterunt, ubi cœperint uerbo Christi dijudicari. Nam quod credentibus est uita & consolatio, incredulis & aduersarijs est uirga ferrea. Rom. 1. Euangelium est dei uirtus in salutem omni credenti, Iudæo & Gentili. Reuelatur autē ira de cœlo &c. Euangelium omnia nostra dānat, id quod nō sustinent impij hypocritæ cū suo brachio seculari, ideoq; uerbo Euangelico

Virga ferrea.

percutiuntur & occiduntur id est, excacati pereunt, & amittunt regnū suū, id est, animas quas hypocritica doctrina, suae gloriae & lucro cōsules, seducebāt. Sic pr̄dixit Esaias de Christo ca. 11. Et percutiet terrā uirga oris sui, & spiritu labiorū suorū interficiet impiū. Sicut occisi sunt pharisei, ut per uerbū Christi amitterent regnū suum, sic hodie occiditur regnū AntiChristi, id quod pr̄dixit Paulus Thessalonicensibus. quem, inquit, dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, scd huius regni reliquiae in quibusdā erunt usq; ad consummationē mundi. Ideo addit Paulus, Et abolebit eū illustratione aduentus sui. Hae uirga ferrea, est gladius ex utraq; parte acutus procedēs ex ore Christi, Apoc. 1. & 19. gladius spūs Ephe. 6. uirga siue sceptrum iustitiæ Psal. 44. Verbū scilicet Euangelicū per quod ipse regnat, de quo dixit, Ego constitutus sum rex ut pr̄dicem pr̄ceptū uel statutū eius. Felices qui in salutē occiduntur. Alij occiduntur ad aeternum interitum.

Hodie genui te.

Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Sic solemus post Augustinum interpretari, ut intelligatur hoc de Christi diuinitate & aeterna à patre generatione, dicētes, Hodie semper esse apud deū, non pr̄teritum neq; futurum. Sed non uideo qui conueniat quod sic pr̄emittitur, Dominus dixit ad me, periculū hic fuerit, ne uerbo genitū patris filium sic interpretādo dicamus, Deinde q; hodie aduerbiū sic exponimus est pr̄ter consuetudinem scripturae, & argutū magis uidetur quā theologūcum, licet sententia uera sit. in psalmo legimus, Hodie si uocem eius audieritis, quod hodie Epistola ad Hebræos interpretatur de tempore Christiano. Item alibi, Hae est dies quā fecit dominus, exultemus & letemur in ea, quam diem Paulus. 1. Cor. 6. ex Esaiā interpretatur diem salutis & tempus acceptum in quo exaudiamur à deo per Christū. Ad illud hodie, quod est tēpus reuelatae salutis post Christi glorificationē, hic totus psalmus respicit, sicut uides. Et Paulus hae interpretatur de Christi resurrectione, Act 13. dicens, Deponentes eū de ligno, posuerūt eum in monumentū, deus autē suscitauit eū à mortuis &c. sicut in psalmo scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Tūc confirmatū est Christi regnū, & uidit pater filiū in suo residere solio, quādo iam ad immortalitē deo per uerbū dei regeneratus est, accepta potestate in caelo & in terra, sicut ipse ait, Matth. ult. Ad hanc sententiā quid aliud est quod dicitur, Dominus dixit ad me, quā q; Christus est uerbo & potentia patris resuscitatus, & immortalis iam uerq; dei filius (accepto spiritali corpore quod ceciderat animale) factus? Vt hae non intelligas de Christi diuinitate, sed de Christi secūdū hominē glorificationē, & de eius us

Regnū constitutione, de qua hic dicitur. Sicut enim nos in baptismo regeneramur, ut simus filij dei, tamē ea regeneratio primū perficitur quādo baptismus perficitur in resurrectione nouissima, sicut Paulus dicit Ro. 8. Expectatio creaturæ & reuelationē filiorū dei expectat. Itē, Gemimus ad optionē filiorū dei, expectantes redemptionē corporis nostri. Et. 1. Ioā. 3. Scimus q̄ sumus filij dei, sed nondū apparuit &c. In hac enim uita propter fidē pro filijs acceptamur à deo. Io. 1. dedit eis potestātē filios dei fieri &c. Sed dum adhuc sumus in carne repugnante cōtra spiritū plene filij dei esse non possumus, sed in utero gestamur donec natiuitate perfecta perficiamur: ita quoq̄ & Christus quāuis peccatū non fecerit, tamen per omnia similis nobis pro nobis factus est, & baptizatus ipse quoq̄ est in mortē, sicut dicit Lucæ 12. Baptismo habeo baptizari, & quō coarctor donec perficiatur? Ad hāc interpretationē pertinet, q̄ Christus dicitur primogenitus in multis fratribus Ro. 8. Et clarius Col. 1. & Apo. 1. primogenitus ex mortuis &c. Sed quid dicimus ad Epistolam ad Hebræos, que ca. 1. uidetur hoc citare de Christi diuinitate? Respondeo, illa Epistola duobus primis capitibus hoc agit, ut ostendat Christū angelis superiorē, non solum secundū diuinitatem sed etiam secundū humanitatē, cui omnia subiecta sunt sub pedes. Intuere Epistolā, & ita inuenies. Et de humanitate uidetur sentire cum rursus hoc citat cap. 5. dicens, Christus non semetipsum clarificauit &c.

Et nūc reges intelligite: erudimini omnes qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei in tremore. Apprehendite disciplinā, ne quando irascatur dominus, & pereatis e uia iusta, Cū exarserit in breuī iracius. Beati oēs qui confidunt in eū.

Apprehendite disciplinā. Felix & Hieronymus, Osculamini filium, id est, fide & amore complecti mini eū quando prædicat præceptū patris. Id quod huc uel maxime cōuenit, nam de filio supra dictum est, filius meus es tu. Quod legimus, Et pereatis e uia iusta. Felix sic, Et amittatis uiam. In breuī. Felix, Modicum, quis enim ad iram domini subsistet uel minimam?

Vide bonitatē spūs dei in scriptura, sicut supra nos monuit, ne cōsentiamus consilio impiorū, dicens, Dirūpamus uincula &c. ita nunc quos antea dānauerat, ut Christi persecutores, monet ut intelligāt, id est, sine reſſi iudi

Ad praesides terrae. *cij, id quod proprie est intelligentia in scripturis, & erudiantur siue sustineant castigationem per uerbum dei &c. Quod dicitur, Qui iudicatis terram, Perinde est ac si dicat, Qui iudices siue praesides estis in terra. Felices principes & praesides, quibus deus dederit hanc suscipere admonitionem.*

Seruite. *Seruite domino, non hypocrisis externi cultus dei, qui hodie uel solus appellatur sanctitas, sed in timore, id est, ut trepidetis ad uerbum eius. Sic esto te reges & praesides, ut agnoscatis uos esse seruos dei. Tunc seruitis domino, non quando expenditis pecuniam uestram in pompas ceremoniarum & in luxum clericorum & monachorum, sed quando diligenter exequimini ea quae sunt uestri officij in timore dei, cogitantes & ipsi uos habere iudicem in caelis. Rursum ne coacta sit seruitus, Exultate ei uel de eo, ut benigno patre, qui nullum reijcit quantacumque dignitate secundum seculum fulgeat, modo is ministerium a deo approbatum agnoscat, non dignitatem, uerum ne haec exultatio pariat neglectum, addit iterum, In tremore. Multum enim uidetur spiritus (ut ita dicam) timere principibus & reliquis qui praesunt. Atque hic uides timorem cum exultatione mixtum, quae est uere fides, timere ad uerbum dei & increpationem, & rursus gaudere ad promissiones dei & securum esse de salute propter dei uerbum. Quae fides hic exigitur a iudicibus. Non enim possunt recte suum exequi officium, ut maxime prudentissimi sibi uideantur, nisi omnia faciant in fide dei per Iesum Christum dominum nostrum.*

Exultate. *Quandoquidem in quicquid non est ex fide, peccatum est.*

Apprehendite disciplinam, id est, suscipite increpationem uerbi dei, ut possitis intelligere & erudiri. Vel ex Heb. Osculamini filium, id est, fide suscipite, non persequimini, non fremite, non conuenite simul aduersus eum, ne irascente domino amittatis uiam, id est, excitati deinceps non uideatis quo pergendum sit & pereatis in peccato uestro: Quod fiet, cum exarserit ira eius in breui, id est, subito & in die qua non speratur, ut dicitur Matth. 24. & Prouer. 1. Cum uenerit repentina calamitas &c. Vel ex Heb. Modicum, quia minimam iram eius non feretis, qui estis uasa figuli &c.

Beati omnes qui confidunt in eum. Epiphonema dignius ut mediteris, quam ut a me tractetur.

PSALMVS TERTIVS.

Titulus Psalmus Dauid cum fugeret a facie

Absolon filij sui. Lege historiam. 2. Reg. 15.

Cum nostra interpretatio sit ex Graecis, non tamen erit mihi cura ponere titulos Psalmorum aut interpretari ex Graecis, quia uideam firmiter nulli esse usum

ubi cum Hebr. eis non conueniunt. Titulos uero ex Hebraico serè secundū Tituli.
 translationem Felicis psalmis adiungam, & interpretabor quā breuissime.
 Aduerte cum in titulis inuenis, Psalmus David, David secundū articulum
 Hebraicum esse datiu casus, ut intelligas psalmū Davidi reuelatū, q. dicas,
 Psalmus ad David cū fugeret &c. Nam sicut in alijs prophetis legis, Factū
 est uerbū domini ad Hieremiā &c. Et in Euangelio, Factum est uerbū do-
 mini super Ioan. &c. Sic hic, Psalmus ad David, Hic enim Psalmus & can-
 ticū dicitur, quod alibi uerbū, uisio, prophetia. Aduerte Davidi in persecu- David figura.
 tionibus suis quas legis in libro regum, reuelata esse multa de persecutione
 seminis sui, id est, Christi, & item de glorificatione eiusdē: Hinc psalmi facti
 sunt, ut non opus tibi sit solum in illas respicere historias, nisi forte ut in figu-
 ram. Sicut David multa passus est à suo populo, Iudeis & à proprio filio,
 ne esset rex, sic & Christus &c. Psalmi enim serè semper glorificationem
 describunt, sed per crucem & ignominiam: Christum uero in multis psal-
 mis per prophetā loqui, luce clarius in psalmis uidebitur. Dum uero Chri-
 stus loquitur, loquuntur omnes quotquot ab initio pij in deū crediderunt,
 unum enim corpus sunt omnes, quorū caput Christus. Loquuntur, inquam,
 maxime ubi de persecutione & glorificatione agitur. Christus cum
 pijs unum.

S V M M A. Supra in propheta spiritus admirabatur, Hic ipse Christus ad
 patrē loquens per ueritatē admiratur aduersariorū, & gloriatur, gratias
 agens de sui exaltatione & illorū depressione. Sic & Christianus hæc dicit
 ad deū, cū gratias agit, q. aduersarijs ueritatis, tentationibus, peccatis, hor-
 rore mortis & inferni circūdatus, quādo etiā de se desperabat & sibi uide-
 batur mortuus, nō perierit, sed forti animo per fidē purgata cōscientia re-
 surrexerit, domino suscipiente. Sic de filio prodigo legis, Hic filius meus
 mortuus fuerat & reuixit &c. Ut interim nō dicam, q. fidelis tantū fiducia
 habet ex Christi resurrectione, ut & se nō dubitet cū corpore in gloria re-
 suscitandum, qui dicit psal. 6. Satiabor cum apparuerit gloria tua.



Domine quid multiplicati sunt qui tribu-
 lant me: multi insurgunt aduersum me.
 Multi dicunt animæ meæ, non est salus
 ipsi in deo eius. Tu autē domine susceptor meus es,
 gloria mea et exaltans caput meum.

Quid multiplicati. Felix, Quā multiplicati. Susceptor meus es. Felix, Scutum pro me.

Tentatio gra-
uissima.

Hæc est tentatio à dextris & sinistris, de qua forte dicemus psal. 90. sed grauiſſima est quādo hoc nostre anime, id est, nobis ingeritur, nō est salus ipsi in deo eius, dū deus non solū putatur deseruisse, sed etiam aduersari. Id quod audit Christus in cruce, Confidit in deo, liberet eum nunc, si uult. Sed hic contra surgit fides, dicens, Tu autē domine, ut etiā impetat totus exercitus inferiorum, susceptor meus es, id est, protector. Licet uerbum suscipere plus significet quā protegere, quā toties scriptura utitur, ut, Suscipiens mansuetos dominus &c. Et gloria mea, id est, de quo gloriari possum protectore & exaltatore siue glorificatore, nam non opus fuerit mihi deprime re caput, id est, erubescere & mœrere te exaltatore.

susplicere.

Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormiui & soporatus sum: exurrexi quia dominus suscipiet me. Non timebo milia populi circumirruentia in me, Exurge domine, saluū me fac deus. Quoniā tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorum contriuisisti

Exaudiuit.

Felix ferē semper uerbū, Exaudire, solet transferre, respondere, ut hoc loco, Exaudiuit me, Respondit mihi. Sed idem ualere quis non uidet? Non respondet qui auerso uultu dedignatur exaudire, quemadmodū sæpe orat psalmus, Ne auertas faciem tuam à me, ne declines in ira à seruo tuo. Itē, Nō auertit faciem suam à me, & cum clamarem ad eum, exaudiuit me &c.

De monte.

De monte sancto suo. Fe, de monte sanctitatis sue. In monte Sion olim adorabatur ubi erat tēplū, quia dominus promiserat sese habitaturū in medio populi sui & sese exauditurū innocentes sup arce propiciatorij, quod nūc est Christus dominus, Ro. 3. Et Heb. 4. lege Exo. 25. & 29. Et 3. Reg. 6. & 9. Hinc factū ut se exauditos dicerēt de monte sancto dei, cū tamē significarent & scirent se exauditos à cœlis, siue ex ecclesia sanctorū, id est, creditū, in quibus uere habitat deus, & ubi uere est ipsius regnū, de quo mōte alibi interrogat, Quis requiescet in monte sancto tuo? Id quod Solomon

intellexit in orōne. 3. Reg. 8. Si quis, inquit, orauerit in hoc loco tu exaudies in caelo. Et certe montes pro caelis accipi in psalmis quandoq; notum est. Quod enim alibi dicit, Leuau oculos meos in montes, Alibi sic dicit, Ad te leuau oculos meos, qui habitas in caelis. Similiter mos erat illius populi nō solū in templo orare, sed etiā ad templū siue uersus templū, hoc est, uersis ad templū & ad Hierosolymā uultibus, si alibi essent. sicut Daniel orauit Dan. 6. Et Psal. 5. dicitur, Adorabo ad templū sanctum tuum, De quo lege 3. Reg. 8. Quod si peccauerint tibi, non est enim homo qui nō peccet &c. exaudies in caelo in firmamento solij tui &c. Templū ergo & Hierusalē sancta est nunc ubi in spiritu colitur deus, in ecclesia scilicet sanctorum, id est, credentiū, qui norunt se patrē habere in caelis id quod nunq; ignoratum est ab illis qui crediderunt. Adorabat & Christus saepe ad templū, id est, eleuatis oculis in caelos ad patrem.

Suscipiet. Fe. sustentabit, scilicet ut post hac non amplius moriar aut cadā. Ego dormiui & soporatus sum, id est, in somnū inductus suauiter quiescui. Felix, Ego iacui & dormiui: exurrexi quoniā dominus sustentabit me. Malia. Fe. pr. elia. Saluū me fac deus, in Heb. additur meus. Quod legimus, sine causa uel frustra, relatum ad aduersantes, hoc est, qui non habuerunt iustam persequeđi causam, sed solo ueritatis odio persecuti sunt, ex Heb. Felix legit, In maxilla, ut referatur ad uerbum, percussisti, id quod multum conuenit cum eo quod additur, Dentes impiorum confregisti.

Gloriabatur de liberatore deo, hic quo modo liberatus sit, declarat, ut gratus inueniatur liberatori. Voce, inquit, mea ad dominū clamaui, id quod Inuocatio in tentatione. est unicū remediū in oī tentatione, etiā si tētemur de fide ut desperemus. si tentatione. cut dixit Iosaphat. 2. Reg. 20. In nobis quidē non est tāta fortitudo, ut possemus huic multitudini resistere que irruit sup nos, sed cū ignoremus qđ agere debeamus, hoc solū habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.

Ego dormiui &c. Verba esse Christi recte dixeris. Ridiculum fuerit si de Dormiui. somno naturali intelligas. Dormitio significat hic corporis mortem, sicut Paulus loquitur, Nolite contristari de dormientibus. Et in Gen. Dormiuit Abraham cū patribus suis. Et de Stephano in Act. Obdormiuit in domino. Deniq; uerbum Hebr. eum quod legimus, Exurrexi, significat, feci exurgere, quod Christo soli conuenit, quia uirtute diuinitatis seipsum excitauit. Non tamen per hoc lud. eos urgere possumus, sed nec indigemus cum clari oribus uti possumus aduersus eos de Christo testimo nō. Vt uero nobis quoq; haec uerba conueniant supra diximus.

Semel liberatus. Non timebo milia &c. Ex his duobus uersibus uidet, q̄ semel liberatus & benignum patrem in tentatione expertus, fortius deinde sperat.

Dentes conterere. Percussisti in maxillam & dentes contriuisisti, id est, fortiter comminuisisti blasphemiam eorum qui obrectabant ueritati, qui clamabant contra me ut seductum & seductorem, qui me condemnabant, dicentes, Non est salus ipsi in deo eius &c.

Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua.

Generali sententia & epiphonemate insigni cōcludit, ut Psalmus praecedens. Hic uidet in uno uersu mutationem esse personae grammaticae, id quod frequentissimum est in prophetis.

Duo. Duo dicit, Alterum q̄ à solo deo speranda est salus & liberatio, sicut Psal. 145, dicitur, Nolite confidere in principibus, in filiis hominum &c. Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, spes eius &c. Is liberat etiam ubi omnia desperata uidentur. Alterū q̄ ista salus pertinet tantū ad populum dei, id est credentes, hoc est, qui nullis meritis & nullo operū suorum respectu neq; malorū neq; bonorum se sola misericordia dei sciunt liberandos & confidunt etiā in media morte. Reliqui in tentatione desperantes pereunt.

Benedictio. Benedictio dei est dei beneficentia. Nam cum dicere sit deo idem quod facere, sicut scriptum est, ipse dixit & facta sunt, sequitur benedicere esse benefacere. Sic legis deum benedixisse Ioseph in omnibus &c. Et alibi, Benedicens benedicam tibi & multiplicabo te. Hinc translatum puto etiam ad homines in sacris literis ut benedictio pro bona imprecatione, pro beneficio & elemosyna accipiatur.

PSALMVS QVARTVS.

Titulus. προσκέλευσις in organis Psalmus Dauid.

προσκέλευσις Varie ex Heb. titulū interpretantur. Alij, ad uictoriam, alij uictori uel uincenti, alij ad inuitatorium, alij in finē. Quae sic possunt concinnari, ut dicatur, Psalmū esse inuitationem uel exhortationem ut confidamus deo certi de uictoria, Atq; idē esse quod legunt in finē, Propterea enim deo fidimus ut ad finem uictoriae perueniamus. Vt uero una dictione istā aduersitatem exprimeremus & indicaremus sententiam, malumus uti graeca dictione προσκέλευσις, quā nobis noster Philippus praescripsit, ut scires significari indefinitam spiritus adhortationem ad aggrediendū aduersarias potestā

tes & fortiter persistendū in bello, quia certa promittitur uictoria & triū-
phus: id quod initium psalmi indicat, Cum inuocarem, inquit, exaudivit me
deus iustitiæ meæ &c. Cuius uocabuli rationē ita reddimus κελύω est ad-
hortor, προσκελεύω frequenter adhortor, προσκἔλευσις frequens ac ue-
hemens adhortatio. Sūntq; usi hoc uocabulo in designando classico quādo
acies committebantur. Classicum non inepte hic reddi posset, maxime cum
& Hebræis uictoriale quiddam significet פָּצְצָמָה.

Est ergo Psalmus læta exaltatæ uocis exhortatio ad fidendum deo in quo
uincimus, atq; hic est finis noster: Illi in organis, id est, citharis siue instrumē-
tis musi. is, nos in cordis læticia canimus uictoriam deo.

SV MMA. Propheta & quisq; fidelis gloriatur ad deum uel de deo,
quasi in conspectu carnalium hominum qui uiam crucis irrident, quia glo-
riosam esse coram mundo ignorant, de qua sic Paulus, Mihi autē absit glo-
riari &c. Quibus increpando dicit, Filij hominū usq; quo graui corde &c.
Erratis uestrā uanitatem cum studio usq; secuti, deus sanctos suos quos in-
sanos & stultos putatis mirificat, id est, mirabiliter exaltat & semper ex-

audit inuocantes. Scio quidem nō posse fieri quin irascamini nobis cum ob-
uitæ dissimilitudinem tum ob ueritatem qua uos obiurgamus, sed humanū
hoc inter im est, nolite in ira pergere, nolite porro peccare aduersus uerita-
tem, & ea comperta, nolite obsequi uestris concupiscentijs aduersus iustiti-
am. Id quod sic interpretatur Paulus Ephe. 4. Potius offerre domino sacri-
ficium iustitiæ, id est, deum in omnibus iustum prædicate & credite, illi soli

iustitiam & iustificationem adscribite, uobis nihil nisi peccatū, omnia uestra
damnate, ut illi soli maneat gloria, alioqui mendacium & fucus est si dixe-
ritis, uos sperare in domino. Nemo potest sperare in domino & fidere soli
deo, nisi sacrificauerit deo sacrificium iustitiæ, id est, ipsam iustitiam, ut dixi-
mus. Sed aiunt, unde sciamus? te uilem hominē uidemus qui nostra dānas,

quod signum ostendis nobis q tu ueritatem sequeris, nos uanitatem & men-
daciū? Respondeo, Domine præsentia luminis siue illuminationis tuæ con-
firmata est super nos per spiritum tuum, per Christum tuum, in cordibus
nostris, ubi nos semper intueris, semper arrides tui cognitione per intelle-
ctum uerbi tui. Spiritualis enim homo diiudicat omnia. Hoc testimoniū spi-
ritus habeo, hæc est mea certitudo, de qua tibi gratias ago: carnalibus homi-
nibus hæc frustra dixero, stulticia est ipsis tua iustitia & illuminatio, donec
& ipsi uideant, sed per lumen uultus tui. Quia uero hæc agnosco, de disti-

læticiam in corde meo, quid enim læticiæ non habeat ista fides? Gaudeat

Iraſcimini.

Sacrificium
iustitiæ.

Multi dicunt.

Signatū &c.

A fructu &c.

alij rebus externis ditati, ego in hac pace cordis & gaudio spiritus tui moriar & requiescā, nihil aliud in hac uita requiram, cetera secundū Euan-
gelium adiicientur mihi: Quoniā tu domine (ut nihil hic mihi arrogem) spe-
cialiter uel solus hanc mihi spem dedisti perpetuam.

Cum inuocarem exaudiuit me deus iustitiæ
meæ: in tribulatione dilatasti me. Miserere
mei, & exaudi orationem meam.

Felix. Cum clamo, responde mihi &c. Deus iustitiæ meæ, id est, à quo
est omnis iustitia mea, q. dicas, deus iustificator meus.

Semp orare.

Fides uera semper se scit exaudiendam, & exaudita ingrata esse non po-
test, se fortior facta tentationibus fortius confidit sese posthac superaturā:
Iccirco etiā iamante exaudita orat ne deseratur in tentationibus, quæ ad
huc restant, dicens, Miserere &c. Pugna carnis aduersus spiritum nunquā
cessat in hac uita, Iccirco nunquā cessandum à desiderio liberationis, sicut
Paulus dicit, Ingemiscimus expectantes adoptionem filiorum dei, redem-
ptionem corporis nostri. Hoc iuge desiderium iugis est coram deo oratio.

Dilatasti me.

Dilatasti me, id est, gaudio consolationis tui spiritus me affecisti. Sicut
enim mœrore cor constringitur, ut totus hic mūdus (sicut uulgo dicimus)
nō sit tibi satis amplius, ita rursus gaudio dilatatur. Vnde Prouer. 15. Cor
gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi deijcitur spiritus. Et. 17. Ani-
mus gaudēs etatem floridam facit, spiritus tristis exiccet ossa. Animus gau-
dere non potest nisi pacificata per fidem uerbi dei conscientia. Mala con-
scientia perdit & uastat omnia.

Filij hominū usq̄quo graui corde: quare diligitis
uanitatem & quæritis mendacium: Et scitote q̄ mi-
rificauit dominus sanctū suum, dominus exaudiet
me cū clamauero ad deum. Irascimini & nolite pec-
care, quæ dicitis in cordibus uestris & in cubilib⁹
uestris cōpungimini. Sacrificate sacrificium iusti-
tiæ & sperate in dominum.

Filij hominũ. Felix, Filij uiri Quod Iudæi interpretantur filij Iſraëlis, Filij hominũ. uel filij Abrahæ. Cur non & filij Adæ? Ego nõ magni referre puto, quãdo quædam & carnalis generatio Ioan. 1. ſignificatur, ubi dicitur, Neq; ex uoluntate uiri. Siue ergo ex carne Adam, ſiue ex uiro Abrahamo ſint, nihil refert ad eam generatiõẽ quæ ex deo eſt, Ioã. 1. Alioqui hic apte eſſet exprobratio, Non pudet uos eſſe filios Abrahæ & non imitari fidem? ſicut iam, Nõ pudet uos dici Chriſtianos & Chriſti uerbum ignorare nihilq; cum Chriſto habere commune? Hoc interim certus eſto in ſcripturis, filios hominum filijs dei oppoſiti, in illis natura dominatur, in his gratia &c. Totũ uerſum ex Heb. Felix ſic legit, Filij uiri, uſq; quo gloria mea opprobrio: diligitis uanitatẽ, inquiretis mendacium: ſcilicet uſq; quo. Gloria mea deus eſt, ut ſu- Gloria noſtra. pra Pſal. 3. Gloria mea eſt ignominia quam ſiro, gloria crucis eſt fiducia cõſcientiæ, gloria mea eſt q; in tribulatione me dilatata deus & ſemper exaudivit, quouſq; contemnetis & deſpectam habebitis hanc gloriam quã oculis carnis uidere non poteſtis: Gloriamur & in tribulationibus, Ro. 5.

Aduerte in Pſal. 38. ſcriptũ, Verumtamen uniuerſa uanitas omnis hominiens, & Pſal. 115. Omnis homo mendax. Hæc ſancti agnoſcũt, ex ſeſe ſcilicet nihil ſe eſſe niſi uanitatẽ, niſi peccatum & mendacium, quapropter humiles incedunt in conſpectu dei & ſemper precantur, Miſere mei & exaudi orationem meã. Dimitte nobis debita noſtra &c. Non enim, inquit, Paulus, inuenio in me hoc eſt, in carne mea, bonum. Carnales uero & qui ignorant quæ dei ſunt, gloriam huius mundi ſecuti, tantũ abeſt ut hæc agnoſcant, ut etiam diligant & querant, non ſolum in craſſa illa mundi uanitate & gloria, quam facile poſſent uidere, ſed multo amplius in iuſtitijs carnis & hypocriti. a ſanctitate & cultu illo dei carnali, quaſi regnum dei ſit regnum huius mundi aut cõſiſtat in huius mundi elementis, & non poſſit ſit ſpirituale in quo cultus uerus dei eſt, fides, ſpes, charitas, pax & gaudium in ſpiritu ſancto. Atq; hanc uanitatẽ, & hæc ſua mendacia, quibus, mendaciter doctrinis dæmoniorũ ſeducti, adſcribunt iuſtitiam & ſanctitatem & remiſſionem peccatorum, ad cõ diligunt & inquirent, ut argui non patiantur, imò damnatos, inſanos & hereticos iudicant & exturbant quot quot talia ſpiritu docti damnarunt: uſq; adeo ſunt graui & excæcati corde, & gloriam ſpiritus uere glorioſam contemnunt. Sed hic monentur, Et ſcitate &c. Reliqua ſupra diximus.

Et ſcitate &c. Felix, Et ſcitate q; ſegregauit dominus ſanctum ſibi. Sancti ſc-
Etum id eſt credentẽ, ſicut omnis ſcriptura ſanctos uocat quorum Chriſtus gregati.

Sanctificare.
Segregare.

caput est, hunc, inquam, sanctum quem uos despicitis, & non solum mundo sed etiam deo abiectum putatis, deus segregauit sibi. Sicut Christus dicit Ioã. 15. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret, Quia uero de mundo non estis &c. In hoc uero significato in scripturis segregare & sanctificare idem sunt, quod enim segregatur domino, nõ amplius profanum manet, sed sanctum fit. Sic enim legis, Sabbatum esse sanctificatum, id est, segregatũ domino. Sic & sanctificata domino omnia primogenita. Sic illud quoq; intelligitur Hieremia. 1. priusq; exires e uulua sanctificauit te & prophetã in gentibus dedite, id est, antequã nascereris ego te segregauerã in futurum mihi prophetam. ut non opus sit illic multa scribere de alia sanctificatione. Ita & Paulus dicit se segregatum in Euangelium dei, Rom. 1. & segregatum ab utero matris, Gal. 1.

Irasimini. Felix, Contremiscite, sed propter citationẽ Pauli malo Irasimini. Quæ dicitis &c. Compungimini quæ dicitis in cordibus uestris & in cubilibus uestris, non est latina oratio, nisi accipias pro cõpungite, id est, mortificate quam iram in corde concepistis, & cuius uobis conscij estis in cubilibus, id est, latebris cordis uestri. Felix sic, Cogitate in corde uestro super cubili uestro, & silete, id est, redite ad cor præuaricatores, & in quiete mentis uestre, ubi cessaueritis à tumultu persequendæ ueritatis, cognoscite quæ dicimus, & silete, id est, cessate ab ira. Vel si mauis ut conueniat cum nostro, Cogitate &c. id est, irasci & cogitare malum in secreto cordis sic permitto (quandoquidẽ non aliter fieri potest) ut sileatis, id est, cessetis, & non sequamini desideria cordis uestri. Est autẽ silere pulchrum uerbum in scripturis, sicut & tacere, quod germanice dicimus, Still halten, sicut forte alibi dicemus.

Multi dicunt, quis ostendet nobis bona? Signatũ est super nos lumen uultus tui domine, dedisti læticiam in corde meo. A fructu frumenti, uini & olei sui, multiplicati sunt. In pace pariter dormiã & requiescam. Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.

Signatum est &c. Felix, Exalta super nos lumen uultus tui domine.

Oleũ

Olei, non est in Hebræo, uerum non officit sententiæ, quia de abundantia bonorum corporis quæ possident carnales, intelligitur uersus, non de sacramento panis & uini, ut quidam hoc loco audent. Nam sententia est, *Donasti nos lumine uultus tui, id est, cognitione tui per spiritum tuum, unde non gaudere non possumus dum interim alij bonis corporis ditati gaudēt, sicut Paulus dixit gentibus, Act. 14. Qui in præteritis generationibus &c. Felix uersum integrum sic legit, De disti læticiam in corde meo, cū frumentum eorū & mustum eorum multiplicata sunt. Hodie qui seruiunt deo uentri, bona spiritus contemnunt, licet spiritualissimi uideri uelint. In pace &c. Fe. In pace simul iacebo & dormiam, quoniam tu domine solus in spe locabis me, uel ut alij, Quoniā tu domine securū in spe locabis me, uel, Quoniam tu domine securum habitare facies me. Quod dicitur, Iacebo & dormiam, eadem uerba sunt & Græcis & Hebræis quæ supra Psal. 3. Ego dormiui & requieui uel, Soporatus sum, quæ non intelliguntur simul, nisi de mortuorum qui spe securi moriuntur & expectant illum diem extremum & aduentum Christi. Hanc securitatem spiritu fidei in hac uita consequuntur, ut dicant cum Paulo, Spe salui facti sumus, Et rursum, spes, inquit, non confundit. Id quod est habitare in paradiso dei, in regno cœlorū, in ecclesia dei uiuentis, & sicut in Mose dominus dicit Leuit. 26. dormire sine terrore, & ipse in medio populi sui protector & custos, & Esa. 31. sedere in pulchritudine pacis & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta. De his tabernaculis dei in quibus tuti sunt sancti etiam in hoc mundo, sub umbra alarū dei, sepe dicitur in psalmis, ut Psal. 30. 83. 90. &c. Neq; uero hoc negligendum, & dicit, Tu domine singulariter uel solus, ut scias nullis operibus iustitiæ nostræ hanc gratiam deberi &c.*

Bona carnalium.

Habitate confidenter.

Tabernacula dei.

Multi dicunt, Quis ostendet nobis bonum? Hæc quæstio indicat carnem non sapere ea quæ dei sunt, & rationem, id est, sapientiam humanam siue, ut Paulus uocat, animale[m] hominem esse cæcū in re salutis. Sapientia enim huius mundi stulticia est apud deum. I. Cor. 3. Intellectum non habes nisi spiritus intelligentiæ tibi à deo datus fuerit, ut instruaris ad ambulandum in uia recta, sicut forte dicemus in psal. 31. Caue ergo ut peccem qui hic lumen uultus domini, interpretantur rationē, cum prudētia carnis mors sit, Ro. 8. & nihil adeo uerbo dei obsistat, ut illa meretrix in Prouerbis Solomonis speciosa, sapientia scilicet humana, quæ nisi mortificata fuerit spiritu, semper disceptabit aduersus dei uerbum & iustitiam. Suam enim semper cupit statuere iustitiam, & quæ uere dei sunt non potest non stulta iudicare, quæ est

Lumen uultus dei non est rō.

ferè omnium dānatio, qui sibi sanctuli uidentur, Nā publicanorū & meretrū cū, ut uides in Euangelio, melior est cōditio. Ne dixeris ergo, Ratio semper deprecatur ad optima, nisi tu, adhuc sine spū dei, dixeris esse optima, quæ re uoluptates, gloriā ab hoibus, speciosam illā hypocrisim, suā quietē & tranquillitatē, odisse crucē, increpationes per uerbū dei, hāc uitā præferre futuræ &c. Itaq; cū dicitur, Signatum est &c. sentētia est, quā supra diximus, de qua Paulus Ephe. 4. Ne contristetis spīritū sanctū dei, per quē ob signati estis in diē redēptionis, Et. 2. Cor. 1. Porrò qui cōfirmat nos unā uobiscum in Christū, & qui unxit nos deus est, qui etiam ob signauit nos, deditq; arram spūs in cordibus nostris. Hinc toties in psalmis, Dominus illuminatio mea. Illustrā faciē tuam super seruū tuū. Illuminet uultū suum super nos. In lumine uultus tui ambulabunt. Firmabo super te oculos meos &c. Quod autē ex Heb. Felix legit, Exalta super nos lumē uultus tui domine, uel, Ex tolle uexillum luminis uultus tui domine, quid aliud est quā q. oramus illam spīritus dei illuminationē uenire nobis, & augefcere in nobis &c?

PSALMVS QVINTVS.

Hereditates. Titulus. ἡρῶν δὲ κληρονομία ad hereditates psalmus Dauid. Hereditates dei sunt duo populi, Iudæi scz & gētes, sicut uides psalmo secūdo. Hereditates autē & Iudæorū & gētiū credentiū sunt pmissōes dei, de quibus hereditatibus titulū intelligo. Has oēs insidiæ inferorū, & doctrine mēdaces petūt ne eis credamus, sed hic psalmus uictoriā pmittit ad eas accipiendas. **SVMMA.** Propheta & quisq; fidelis anxie precatur dicens, Precor domine & precabor, ut exaudias me, propter illos, quos ego à te doctus scio q. oderis, ne peream cū eis, quoniam non deus uolens iniquitatē tu es &c. qui nituntur omnibus modis pios seducere à uia ueritatis, quoniam non est in ore eorum ueritas &c. pereant illi, gaudeant uero in te confidētes, quos diligis, & æterna circūdas protectione.

Verba mea aurib⁹ percipe dñe, intellige clamorē meū. Intēde uoci orationis meæ, rex meus & deus meus. Quoniā ad te orabo dñe, mane exaudies uocē meā, mane astabo tibi et uidebīs me, qm̄ non deus uolēs iniquitatē tu es. Nō habita

bit iuxta te malignus, neq; pmanebūt iniusti ante
oculos tuos. O disti oēs qui operātur iniquitatem,
perdes oēs qui loquūtur mendaciū. Virū sanguinū
& dolosum abominatur dñs. Ego autē in multitu-
dine misericordiæ tuæ, Introibo in domum tuam,
adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuī.

Clamorem, ex Hebr. quoq; potest transferri, meditationem. Hic clamor Clamor ad
non est boatus ille templorum, sed desideria afflictorum cordium clamant deum.
ad deum, eaq; exaudiuntur, Sicut alibi dicitur, desiderium pauperum exau-
diuit dominus &c. Pauperum dicit, id est, afflictorum, qui necessitatem suā
& tentationes sentiunt, qui ueritatē dolent conculcari &c. Non orant co-
ram deo, qui non sic desiderant, Qui autem sic desiderant, non cessant de-
siderare, donec exaudiantur. Hoc est quod Christus dicit, Oportet semper Orare semper
erare, & non deficere. & Paulus dicit sæpe, se sine intermissione orare pro
alijs &c. Sicut qui in carcere est, desiderat sine intermissione liberari, etiā
quando edit, imò & quando dormit. In quo uides quā non intellexerint
qui dixerunt, Oportet orare semper, id est, horis competentibus & statu-
tis, nihil enim nisi suas horas canonicas somniarunt. & similia, uirtutem ue-
ræ & Christianæ orationis ignorantes. Et uidebis me. Felix, Et respiciam.
Quare recte legitur secundū Hebræum, sicut uulgo legimus, Mane astabo
tibi & uidebo. Sententia tamen non erit diuersa, Cum enim me intuetur di-
uinus ille fauor uultus dei, tunc ego quoq; uideo, sicut psalmo dicitur, Illu-
minet uultū super nos, & misereatur nostri, ut cognoscamus &c. Item, Fa-
ciem tuam illumina super seruum tuum, & doce me iustificationes tuas. Vi-
dere, est agnoscere nostram impietatem, & dei patris bonitatē, id quod ne-
mo potest, nisi per deum illuminantem mane &c.

Iniquitatem. Felix, Impietatem. Neq; permanebunt iniusti. Felix, Neq;
astabunt insipientes. Ad templum sanctum tuum. Felix, Ad templum san-
ctitatis tuæ.

Verba mea &c. Tautologiam prophanæ literæ dānant, in sacris autē ut Tautologia.
frequētia quoq; necessaria est. Nā si deprecatio describitur, pius cū deside-
rio orationis affectus notatur, quē solū deus attendit. Præterea aut mala &

cōnationes sunt in scripturis, & nō satis potest terreri impius, dum serē fit ut contra se talia dicta intelligere nolit, nouit enim spiritus dei pertinaciam eius, Aut bona & promissiones, & non satis possunt cōsolatione erigi piorum afflictæ cōscientiæ. Nouit enim deus infirmitatem fidei nostræ. Adde, quæ maxima repetendi necessitas est, q̄ in sacris literis repetitæ sententiæ seipsas mutuo interpretantur, & quod alibi obscurius, alibi clarius dicitur, ut non alia indigeamus interpretatione.

Quoniã ad te orabo domine. r̄circo exaudi q̄ in nullo alio confido, nō aliud de spero auxiliũ, nisi à te solo. sicut infra, Ego autē in multitudine &c.

Rex deus.
meus.

Rex meus & deus meus. Alibi, Domine deus meus, dominus deus noster &c. Fidei uerba sunt quæ increduli ignorant, etiam si dixerint, deum esse regem. Fatemur enim his uerbis deum esse nobis deum & esse nobis regem siue dominum, & sicut non nobis sumus dij, ita non esse nos nobis reges: Sicut enim ipse fecit nos & non ipsi nos, ita quoq; ipse regit nos & dominatur nobis, non ipsi nos regimus aut dominamur nobis. Quæ uerba nō possunt dicere, qui suis studijs, operibus & libero arbitrio tribuunt rationem salutis.

Mane.

Mane, tempus matulinum est aptum orationi & doctrinæ, quãdo conueniebant ad orationem, & ad audiendum uerbum dei ad tabernaculum, siue ad templum dei. De orando ad templum supra diximus, Psalmo. 3. Si sic acceperis mane, non uideo qui conueniat hic. Cur enim nō exaudiret etiam deus uestri aut media nocte? maxime cum impiorũ sit in crapula abijcere deum, & dum iram dei sentiunt, mane deo adulari, ut est in Psal. 77. Cum occideret eos, quærebant eum & reuertebantur & diluculo ueniebant ad eum &c. Et præterea non solum hic dicit se mane exaudiendum, sed etiam intellecturũ, q̄ deus non sit talis qui uelit iniquitatẽ &c. Nisi hoc, Quoniã non deus uolens iniquitatem tuas, accipias esse rationẽ, quare mane cupiat astare & non in tenebris. Vtrũq; enim non male cõuenit. Idcõq; ex scripturis hoc mane uideamus. Mane est tempus gratiæ illucescentis in cordibus credentium, Rom. 13. Nox processit, dies autē appropinquauit. 2. Corint. 4. Deus est qui iussit è tenebris lucem illucescere, qui luxit in cordibus nostris ad illuminationẽ cognitionis gloriæ dei in facie Christi Iesu. 2. Pet. 1. Donec dies illucescat & lucifer exoriatur in cordibus uestris. In Canticis, Donec aspiret dies & inclinentur umbrae. Non mireris ergo si mane se exaudiendum dicit, in quo certe se esse sentit quisquis confidit deo in omni tentatione. Nã uane orant quibus adhuc in cordibus lux ueritatis per Christũ non

lucet, sed sunt in nocte erroris, nescientes quò uadant, & offendetes pedè,
 ut est in Euangelio, irruetes in lapidè offensionis & petrâ scandali sine ma-
 tutina lucè, ut legis Esaiæ. 8. Dubitant enim de exaudiendo quotquot nõ cre-
 dūt, ergo nihil accipiūt. Adde q̄ & pijs sua nox est & suū mane, ut Psal. 91. **Nox.**
 Ad annuncianđū mane misericordiam tuā, & ueritatem tuā per diem. In **Mane.**
 mane, id est, consolatione à deo accepta, debemus annunciare dei misericor-
 diam. Omnia enim beneficia, non ex nostris meritis, qui nihil nisi peccata ha-
 bemus, sed ex sua misericordia impertit deus. Per noctē uero, id est, in tri-
 bulatione & tentatione quando nobis quasi in inferno esse uidemur & à
 deo derelicti, debemus annunciare ueritatem dei, id est, dei promissiones,
 ut certi de uerbo eius non desperemus meliora.

Quoniā non deus & c. Propterea mane astabo tibi, quia tenebrarum ne-
 gicia odisti qualia me ab omni parte impugnant, ut à luce, id est, fide disce-
 dam. ut est primum iniquitas siue impietas, de qua Psalmo 1. Beatus uir qui **Impietas.**
 non ambulauit in consilio impiorū. Deinde, Malignus, qui sua cōsilia suāq; **Malignus.**
 studia secutus impietatem, id est, dei ignorantia pro dei ueritate defendit.
 Inde & iniusti, & proprie ex Heb. insipientes, id est, fatui & præsraclti nõ **Insipientes.**
 audiētes uerbo dei, qui stulta superstitione simunt se seduci, cum si audirent
 uerbo dei, deprehendere tandem possent per Christum ueritatem. Hi non
 stabunt uel permanebūt ante oculos dei, nisi sua stulticia & ruditate prius
 potuissent excusari. Ruditatē ad tempus libenter fert deus, obstinantiā ferre
 nõ potest. Prouer. 5. Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccati sui
 suspendetur. Ipse morietur, quia non habuit disciplinā & in multitudine
 stulticiæ suæ peribit. Habes itaq; hic impietatem, id est, dei ignorantia, ma-
 lignitatem, id est, consilium impiorū, & insipientes qui consilium impiorū
 sequūtur. Iam & fructus adduntur eorū, operantur iniquitatē loquuntur **Operarij ini-**
 mendacium, omnia odijs & dolis, id est, simulata amicitia & hypocrisi mi- **quitatis.**
 scent, audent enim etiam eò progredi, ut sanguinē ueritatem dei profiten- **Mendaces.**
 tium non timeant appetere, non tamen sine iustitiæ & sanctitatis specie, om- **Virij sangui-**
 nia dolis & insidijs agentes. Ut tibi aduertendum, ut hec uocabula recte **num.**
 intelligas secundū scripturā. Operarij iniquitatis non solum sunt crassi illi
 peccatores, sed etiam quorū species coram mundo est optima, cum interim
 ipsi sint nulla fiducia in deum preediti, sed sua consilia sequantur non uerbū
 dei, id quod clare uides, Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi, domine domi-
 ne & c. Nunq̄ noui uos, discedite à me omnes operarij iniquitatis. Mendaci-
 um uero scriptura non crassa illa solum, quæ iudicio humano patent, uocat,

sed multo magis & proprie quo seducuntur hoies à dei ueritate. Nam cum deus sit ipsa ueritas, quicquid contra eius doctrinã dictũ fuerit uel se eius doctrinã equare uoluerit, ut sunt traditiones humane, mendacium sit necesse est. De hoc quoq; mēdacto Sapientia dicitur, Os quod mentitur, occidit animam. Hoc mendacium ut sic intelligas, ipse psalmus postea aperit, dicens, Quoniã non est in ore eorum ueritas &c. Vir autē sanguinum non solum est qui manu occidit, sed etiã qui irascitur, qui odit, Matth. 5. Et in epistola Ioan. Qui odit fratrem, homicida est &c. Iccirco dolosum addidit, ut nō iudicares omnia secundũ faciẽ. Ego autē &c. Emphatica antithesis est: Non ero particeps illorũ, nō hoc tamen potero meis uiribus, sed obsecrabo te, ut me ab eis serues, non secundũ iustitiã meã, quia peccator sum, sed secundũ multitudinẽ misericordie tuæ &c. Introibo in domũ tuã, id est, ueniã ad te. Alludit uero ad ueterem orandi modum in templo siue tabernaculo, siue ad tabernaculũ, ut supra diximus. Et addit, In timore tui, id est, non in presumptione mea, ego corã te fatebor indignitatẽ & peccatum meũ &c.

Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos, dirige in cōspectu tuo uiam meam. Quoniã non est in ore eorũ ueritas, cor eorũ uanum est. Sepulchrum patens est guttur eorũ, linguis suis dolose agebant, iudica eos deus. Decidant a cogitationibus suis, secundũ multitudinẽ impietatũ ipsorum expelle eos, quoniã irritauerũ te domine. Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternũ exultabunt, & habitabis in eis. Et gloriabũtur in te qui diligũt nomen tuum, quoniã tu benedices iusto domine, ut scuto beneplaciti coronasti nos.

Via dei placeat nobis.

Dirige &c. Fe. Rectam fac corã me uiam tuam. Quæ sanctissima est spiritus sententia. Id est, Domine deus consiliũ impiorum sua sequitur studia, nihil probat, nisi quod ipsis placet à se inuentum & corã mundo sanctum, & has impietates humani cordis nobis suis mendacijs obrudunt, hunc da-

mibi affectum, ut nihil mihi probetur, nihil rectū & sanctum à me iudice
tur, nisi quod tuum esse in tuo uerbo cognouero, ut mihi placeat quicquid
tu feceris aut statueris, quantūcūq; carni displiceat, quantūcūq; mundo
non placeat. Augustinus dixit, Ille placet deo cui placet deus. Quod uero
nos legimus, Dirige in conspectu tuo uiam meam, significat, rectam fac in
oculis tuis uiam meam, ut cūq; displiceat operarijs iniquitatis &c.

Cor eorum uanum est. Felix, Intimum eorum prauitates. Linguis &c.
Fe. Lingua sua blandiuntur. Iudica. Fe. Destruere. Cogitationibus. Fe. Studijs.
Et habitabis in eis. Felix, proteges eos. Ut scuto. Fe. Sicut scuto beneuola
uoluntate coronabis eum, scilicet iustum. Et certe in ablatiuo reddendum
erat, beneplacito uel bona uoluntate.

Domine uel propter aduersarios meos quorū scis esse iniustā causam,
adiuuame, deduc me in iustitia tua, nō in iustitia hominū, ne consentiā men=
dacijs doctrinarū demoniorum, sicut Paulus uocat traditiones humanas,
ne sequar praua consilia cordis eorū, ex quibus exhalant impiam, sed tamē
blandam, doctrinā speciosam hoībus, fœtentē corā te, ut sepulchrū patēs
ex cadaueribus fœtet mortuorū. Destruere illos spū oris tui, sicut Paulus scri
bit Thessalonicensibus, & Esa. c. 11. Id est, deijce eorū uanam superbā & ar
rogatā sanctitatē & hypocrisim prædicatione tui uerbi. Decidant à cog
itationibus siue consilijs suis. i. non cōsequantur in nobis quod querūt, scz ut
abducāt nos à iustitia tua, à uia tua, in multa ipsorū impietate, qua nituntur
contra tuā ueritatē, expelle eos à nobis, ne nostri siue mēdacijs dominētur.
Id quod debes non solū propter misericordiā tuā in nos, sed etiā propter
iustitiā tuā contra ipsos, quoniā irritauerūt te domine. Atq; hic uides qui
sunt maximi dei & deū colentiū hostes, qui scz suis mēdacijs & adinuētio=
nibus humanis à ueritate dei & diuino uerbo nos abducere nituntur. Rur
sum uides consolationē maximam, q. non tam nostros, quā dei aduersarios
pronunciat spūs dei in propheta, quoniā, inquit, irritauerunt te domine.

Maximi ho=
stes dei.

Illi pereant uerbo dei iudicati. Qui uero sperāt in te, credūt & fidunt
te solo. Letentur, tuo uerbo certificati tuōq; spiritu cōfortati in æternū, &
dum alij gloriātur de suis uiribus & meritis, hi gloriantur in te, qui hoc de
siderant, ut semper sanctificetur nomen tuum. Quoniā certum est ex tuis
promissionibus, q. omni gratia & gloria tua ditabis iustum, id est, creden=
tem. Sequitur uerbū gratiarū actionis, quod fides dicit certa de proteāiōe
dei cōtra oēs insidias erroris & seductionis tenebrarū, alioqui quis posset
esse tutus & p̄stare in uerbo dei? Ut sauto, inqt, bona uolūtate tua circūda stū

Verbū fidei.

uel circūdabis nos, Tua bona uoluntate non nostro studio securi sumus & persiflimus in tot fidei nostræ impugnationibus.

Digniores sunt istæ sententiæ, quā ut à me amplius tractentur, experientia tentationū multa docebit, alioqui litera manebit litera.

PSALMVS SEXTVS.

Titulus. προσκέλευσις, in organis super ogdochordo Psalmus Dauid.

OGDOCHORDVM est cithara octo chor darum. Quod si tanta laticia cantati sunt Psalmi, ut uides. 1. Para. 15. & 16. constat hunc psalmū & similes, gratiarū actionem esse hominis ē tantis horroribus liberati. id quod & ipse psalmus indicat in fine. Quare iudico tales psalmos non factos in tribulatione, sed post, ut ex ipsis disceremus, quid nobis sperandum esset similiter tribulatis. Sic & psalmi qui describūt nobis Christi passionem, describunt simul & resurrectionem, ut psalmi maneant psalmi, siue cantica laudis & gratiarū actionis. Vnum tantū psalmū scio, qui absq; omni consolatione uidetur scriptus, cuius initium est. Domine deus salutis meæ, in die &c.

SV MMA. Furorem dei deprecatur, misericordiam uero precatur, q̄ infirmior sit, quā qui manum dei possit sustinere in tanto quem senti iudicij horrore, qui etiam ipsum corpus siue ossa tremefacit & labefacit, q̄q; in hoc horrore nemo possit laudare deum, dum nihil ob oculos uidet, nisi desperationem, cum tamen adhuc coram deo desperatum non sit, nimirum in his tremendis horroribus seruante & tenente manu benigni patris, qui hoc flagello conscientiarum erudit suos dum ignorant: Impij uero si quando in talia inciderint omnino pereunt, ut Cain, Saul, Iudas &c. quia iudicium dei uident, misericordiam implorare non possunt. Præterea impossibile modo se precaturum pro exauditione dicit, Lauabo, inquit, per singulas &c. quid enim non promitteret sic territa conscientia, si deus promissis caperetur, si deus nostris bonis indigeret, ut ipsa posset liberari ab hac angustia: Caue ergo ne hunc locū pro stultis uotis approbandis citare uoueris, non mentitur qui hæc dicit, sic sentit se facturum dum adhuc in tenebris uoluitur tentationū, & sicut Christus dicit, dū adhuc est potestas tenebrarū, ut sciat hic occulte diabolus, uerū appropinquante cōsolationis die, dum redit illud felix mane, de quo diximus psalmo superiore, non seruat quod sic promiserat, quia scit, neq; se posse neq; hoc deum uelle. Si quis ris exemplum, habes parabolam de filio prodigo, qui in angustia sic promisit,

fit, Dicam patri meo, fac me sicut unum ex mercenarijs tuis. uerum pater deum
 currit uenienti, osculatur, suscipit &c. quis hic uellet esse mercenarius? Rur-
 sum, caue ne hinc discas in tali horrore, si forte acciderit, aut in alia tentati-
 one, in opera tua respiciendū esse, Nam his uerbis, Laboraui in gemitu &c. ni-
 hil aliud significatur, quā instantia gembūda orationis, donec deus quasi
 cogatur exaudire & liberare ex angustia, secundū parabolam Lucæ. 18. *Inueteraui.*
 Hanc uero tribulationem tam horrendam augent impij crucis irrisores
 auersantes ueritatem & ab ea alios si possunt auertentes, qui dicunt, Non
 est salus ipsi in deo eius, imò ipsi forte etiā sunt ex quibus nobis tentatio tam
 grauis quandoq; oritur, ut habes Psal. 72. Et de Christo, Marci. 3. dicitur,
 Circūspiciens eos cum ira contristatus est super cæcitate cordis eorum. Hic
 autem ait, *Inueteraui inter omnes inimicos meos. Quos siue demones, siue* *Discedite:*
homines meliori spe per deum reddita cū fiducia à se repellit & latus de li-
beratione gratias agit. Affectum huius Psalmi uide quoq; in Cantico Eze-
chie regis Iuda. Esa. 38. Lege & Psalmum. 29.

Domine ne furore tuo arguas me, neq; ira
 tua corripas me. Miserere mei domine
 quoniā infirmus sum, sana me domine quoniā con-
 turbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est ual-
 de, & tu domine usquequo? Conuerte domine, eri-
 pe animam meam, saluum me fac propter misericor-
 diam tuam. Quoniam non est in morte qui memor-
 sit tui, in inferno autē quis confitebitur tibi? Labo-
 rari in gemitu meo, lauabo per singulas noctes le-
 ctum meum, in lachrymis meis stratum meum ri-
 gabo. Turbatus est a furore oculus meus, inuete-
 rari inter omnes inimicos meos.

*Ira & furor dei, iudicium dei significant horrendū, quod nemo euadit. Ira & furor
 nisi qui hic precatur misericordiam, Et cū deus cum tranquillitate iudicet, furor dei.*

neq; furor & ira sint in eo, tamē scriptura nō potest nobis ostendere quā-
 tis deus appareat ijs, qui sentiunt iudicium eius, nisi loquatur more nostro
 de deo, ut de homine, sicut & supra, Cum exarsit in breui ira eius.

Vsquequo? scilicet turbata fuerit anima mea, quousq; hęc durabunt, ut
 uideam tandem tuam consolationem: hoc languentis animę desiderii for-
 tis oratio est in conspectu domini.

Propter misericordiam. Cōuerte. Fe. Conuertere domine, id est, qui iam es auersus à me, ita ut ni-
 hil uideam nisi furorē & iram tuam, reuertere ad me &c. & erige animā
 meā ab hac inferorū angustia. Salua me, id est, libera me &c. propter mis-
 ricordiam tuā, non propter merita mea, ut uel hinc uideas, q non respexit
 in opera sua, quando dixit, Lauabo per singulas &c. non enim propter lac-
 chrymas suas se precatur exaudiendum, sed propter misericordiam dei.

In morte. Quoniā non est in morte &c. In tali horrore mortis & inferorū, ubi ni-
 hil uidetur nisi desperatio, nihil uides in deo nisi horrendū iudicem, quem
 necessario cogaris fugere, ut Adam, ut Caim &c. quis potest laudare deum?
In inferno. Imō hic impie uelles nō esse eum quem tantū metuis. Et nisi ipse te retrahat,
 qui ducit ad inferos & reducit, mortificat & uiuificat, actum est de te, pe-
 risti, in morte manebis & inferis æternis. Vnde alibi, Nō mortui laudabūt
 te domine, neq; omnes qui descendunt in infernum, sed nos &c.

Lauabo per singulas noctes lectū meū. Fe. Natabilē reddam per singulas
 noctes lectū meū, id est, efficiā ut natet lectus meus in lachrymis meis, quod
 omnino est impossibile. Turbatus est à furore oculus meus, furorē dicit,
 horrore, quē ipse patitur, nā de furore dei nō dici, Hebræum indicat, quod
 Felix sic reddit, Caligauit præ amaritudine uel præ dolore oculus meus, id
 est, externa mea facies etiam decolorata est & speciem amisit, Sicut & su-
 pra de corpore dixit, Conturbata sunt ossa mea.

Hunc psalmū uolunt esse uerba Christi, propterea q ipse dicit Matt. 7.
 Disce diu à me oēs qui operamini iniquitatē, quę uerba in hoc psalmo sunt,
Christus quā illuc nō citat testimonium ex scriptura. Hic procul dubio hos terrores
 tentatus. animę expertus est ad desperationē usq; ut per oīa tentatus, absq; peccato,
 similis nobis fieret, sicut dicitur Heb. 4. Quod si dubitas, uide quid egerit si
 ue passus sit in horto post cœnā illam nouissimam, quid in cruce clamauerit
Nos tentati. &c. Verū etiā cōuenit quod diximus, cuiusq; fidei horrore mortis & in-
 ferni atq; ad eo ipsam mortē & infernum patienti, quę est tentatio grauissi-
 ma, ita ut omnino sit homo in desperatione propter manū & iudicium dei,
 quod sentit supra se, quando non solum quicquid in mundo est aduersus

uidetur, sed & deus ipse. In media uero angustia & hoc inferno impossibile est, ut cōsolationē non immittat pius pater, qui proculdubio hanc tēpestatem excitauit, quos enim diligit, corripit. Consolationē ergo in sequētibus uides. Discenda sunt h. ec. ut si forte accidat talis horror, quē mortē & infernum appellamus, sciamus quō sit confugiendū. Omnibus autē fidelibus non accidunt talia, parcit enim quibusdā in firmis pius pater, quosdam, qui sunt magna fide, percutit, ut probati fiant, alios ut cōuertātur. Qui autē sine cruce uiuit, nō bene uiuit. Crucē uoco nō quā tua p̄sumptione tibi uis imponere, sed quā illātam patienter fers. Porro horrorē, de quo iā dicimus, nemo nouit nisi expertus. Idcirco à uerbis tēperabo, spiritui suū magisterium relicturus, qui orat pro sanctis gemitibus inenarrabilibus, Nōne inenarrabile & impossibile est, quod ait, Lauabo per singulas & c. quæ est hyperbole qui dem secundū literā, non tamē secundū spiritū, nam uolū deus pro facto habet, sicut Matt. 18. legis de seruo, qui dixit, Patientiā habe in me, & oīa reddam tibi, qui tamen reddere non potuit, & misertus est eius dominus & c.

Cruz.

Hyperbole.

Discedite a me oēs qui operamini iniquitatē, quoniam exaudiuit dominus uocē fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationē meam, dominus orationē meā suscepit. Erubescāt & perturbentur oēs inimici mei, conuertantur & erubescant ualde uelociter.

Suscepit. Felix, suscipiet, ut sit oratio cōfidentis, q. exauditurus sit deus, qui nunc exaudiuit. Tentationibus fortiolem fieri fidem ferē omnes psal-

mi declarant, Imō psalmi solis tentationibus discuntur.

Erubescant, scz uidētes iā me sperare in deū, qui ad desperationē me adigere nitebantur, & qui in alia sperare mihi persuadere uolebāt, nempe spūa

les nequitie principis tenebrarū, & mēdacia operatiū iniquitatē, de quibus supra dictū psal. 5. Nota q. ex Heb. uerba quoq. possunt legi in futuro

indicatiui. Erubescēt, perturbabūtur siue ualde turbabūtur, cōuertētur & erubescēt. que uerba sunt fiducia in deū, que talia nō dubitat futura, ut ma-

xime nūc oīa uideātur diuersa. Itē nota uerbū, Cōuertātur, nō significare cōuersionē ad deū, id qd oratio hic nō postulat, sed cōuertātur. i. in fugam

uertantur cū confusione, qui iā ad me cōuersi impugnatores sunt & c. Porro p̄ tautologian, que uidetur, gloriatur seruētī spū in domino liberatore.

Cōuertantur.

Titulus. Exercitatio (uel ignorantia) Dauid, quã cecinit domino super uerbis Cus filij Iemini (uel Stirpis Benjamin.)

Lege historiam lectũ dignissimam. 2. Reg. 16. de exprobratione impia Semei contra Dauidem innocentẽ. Exercitatio illa erat Dauidis, id est, grauis tentatio, uel, ut alij legunt, Ignorantia, quia crimen obiectum non agnoscebat, de quo gratias hic agit, & quisq; fidelis de falso intentata calumnia. Cus autem hic uocatur, id est, Acthiops, propter terribillos mores, quẽ historia Semei uocat, nisi forte binomios fuerit, filius autem Iemini, uel ex stirpe Benjamin scribitur, quia erat ex cognatione Saulis regis à deo reprobati, ut cognosces ex ipsa historia.

S V M M A Si generaliter intelligis illud, Si est iniquitas in manibus meis &c. Iudica me domine secundũ iustitiam meã &c. nemo cum tanta fiducia unq; orare potuit corã deo nisi Christus. Si uero de crimine falso intentato, id est calumnia, accipis, ut certe tales locos accipere debes, cõueniet psalmus **Calumnia.** cuiusq; fideli calumniam passo. Id quod & psalmus declarat, cum dicit, Si feci illud, de quo scilicet falso accusor, & iam male audio, licet aliã persecutionem meruerim. Coram deo peccatores sumus, sed tamen propter hoc non debeo iustificare illos, qui sine caussa mihi aduersarij sunt, imò potius uitam amittere, quã eorum factum approbare. Exemplũ hoc loco accipiamus ipsum Dauidem in persecutione Absalonis filij sui, quã se quidem meruisse peccatis suis coram deo agnoscebat, interim filio inique persecute, tamen maledictionem Semei agnoscere non potuit, de qua ei cum fiducia licuit dicere, Domine deus meus, si feci illud, si hæc iniquitas est in manibus meis, si non Sauli persequenti (cuius iam interfector & regni inuasor falso dicor) reddidi bonũ pro malo, nunc decidam in opprobrium, & nunquã in regnũ resituar &c. In fine terret aduersarios, ut respiciãt, Nisi, inquit, conuersi fueritis &c. Atq; per hæc habes psalmi argumentum.

Domine deus meus in te sperauĩ saluum me fac ex omnibus persequentibus me & libera me. Nequãdo rapiat ut leo animã meã, dũ nõ est qui redimat neq; qui saluũ faciat. Dñe deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis,

Si reddidi retribuētibus mihi mala, decidam certe ab inimicis meis inanis. Et persequatur utiq; inimicus animam meam, & comprehendat & conculcet in terra uitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat.

Dum non est qui redimat, neq; qui saluum faciat. Fe. Lacerans, & non sit liberans. Si reddidi retribuētibus mihi mala. Felix, Si reddidi habenti pacem mecum malum. sed hæc translatio Felicis non conuenit, quæ enim esset hæc gratia, non red dere malum habenti tecū pacem? & præterea oratio est inepta, in qua si non aliud obesset diceretur rectius, feci q̄ reddidi.

Decidam certe ab inimicis meis inanis. Fe. Et si oppressi tribulantes me sine caussa, Persequatur &c. ubi illud, Sine caussa, construendum est cum, Tribulantes me, significat enim q̄ priuatam iniuriam non uindicarit.

In te solo speraui, qui nisi ad sis perij, nemo liberabit. Sequitur imprecatio, si feci istud, si uerū est quod obijcit aduersarius, Persequatur &c. id est, Calumnia. fiat id quod fit. Persequatur & persequendo comprehendat, ut nō effugiam, & ubi cōprehenderit, conculcet & omnem gloriā meam & quicquid sum in puluerem deducat, id est, ad nihilum redigat, ut peream. Hic uides fiduciam innocentie in calumnia intentata. Hic tamen cum tremore agamus. Nos quidem dignos esse qui talia patiamur, aduersarijs tamen nunq̄ cedere oportet quasi iuste faciant. Atq; ita in caussam respicere oportet, nō in nostrā personam. Aduerte ita fieri in persecutione spiritali sicut in persecutione externa, si hostis uictor euaserit, persequitur, comprehendit, conculcat, occidit. Id quod eleganter descriptum est Psal. 142. Quia persecutus est inimicus animam meam &c. Persecutio.

Exurge domine in ira tua, & exaltare in finib; inimicorum meorū. Et exurge domine deus in præcepto quo mandasti, & congregatio populorum circūdabit te. Et propter hanc in altum reuertere: Dominus iudicabit populos. Iudica me domine secun-

dū iustitiam meam, & secundū innocentiam meam
super me. Consummetur utiq; nequitia peccatorū,
& diriges iustū, scrutans corda & renes deus iuste.
Auxilium meū a deo, qui saluos facit rectos corde.

In finibus inimicorum meorum, id est, inter inimicos meos, ubi ipsi congregati sunt aduersum me. Felix, Inter iracundias tribulantium me. Et exurge &c. Felix, Et exurge ad me, iudicium præcepisti. Consummetur, id est, finiatur & à te destruatur, ut cesset & pereat. Felix, Consumet nūc malū impios, id est, malicia ipsos absumet, & quod dicitur, Suo se gladio ingulabunt. Indicat quoq; Felix & sic posse legi, Consummetur obsecro malum impiorum, id quod conuenit cum nostro. Scrutans corda & renes deus iuste. In exēplari Græco quod ego habui, sic est, ὁ θεὸς δικάσων, ut sit deus nominatiuus, & iuste aduerbium, unius uero literæ mutatione fieret iustus δικάσιος. Felix, Quoniā probans corda & renes deus iustus. Vbi quis non uidet translators ponere participium pro uerbo, scrutans pro scrutatur, & probans pro probat.

Auxilium meum à deo. Felix, Scutum meum super deum. Quod æque legere potes, Scutum meum in deo.

Sancti qua ratione petāt cōtra aduersarios.

Exurge domine in ira tua &c. Cur quiescis domine? cur dissimulas? iustitiam tuam hic inuoco contra calumniatores & aduersarios. Veni in auxilium secundū præceptum tuū. Præcepisti rectum iudicium, id est, ut recte iudicemus & uindictam sumamus de oppressoribus miserorū, tu iam præsta quod præcepisti. Et tunc congregatio populorum circū dabit te, id est, ad te reuertetur, quæ iam scandalizata in me calumniam sustinente à tua uoluntate discedit. Ex quo nouum est sanctos non tam dolere infamiam, quàm scandalum inde secutum. Dum ueritatis professores & quorum uisita probatā oportet esse hominibus, calumniam patiuntur, multi scandalizantur, uerum credentes quod de sanctis dicitur, & ideo recedunt à ueritate à sanctis prædicata atq; adeo à deo. Dum ergo hoc scandalum dolet sanctis necessario orant contra calumniatores & aduersarios, quibus interim quasi iustis adheretur ab ignorantibus. Id quod & hic precatur, dum dicit, Et propter hanc congregationem populorū in altum regredere, qui iam uideris dissimulare, qui iam non putaris ab aduersarijs meis sedere in solio tuo, uideris abesse, ita sine pudore mentiuntur, & sine tui timore me

persequitur, dum non crederis esse iudex, regredere, reuertere in altum, in solum tuum, ad iudicium, qui es iudex uiduarum & pater pupillorum notam fac insipientiam eorum omnibus hominibus & innocentia mea palam fiat. Hoc fac si non propter me, tamen propter hanc, id est, congregationem in me scandalizatum, ut non pereat multitudo populi propter iactata in me mendacia & persecutionem sine causa mihi intentatam.

Dominus iudicabit populos. Verbum fidei est, quo non desperat de pro-
 tectione, quia dominus erit iudex omnium. Icirco addit, iudica me secundum iustitiam meam. Secundu iusti-
 dum iustitiam meam, non secundum iustitiam quasi nihil habens iniustitie in-
 conspectu tuo, non enim iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, sed
 secundum iustitiam meam in hac causa, & secundum innocentiam meam,
 quae est super me in hac causa, Nam hic certus sum aduersarios meos ma-
 lam habere causam. Quod autem additur, Diriges iustum, rursum est uer-
 bum fidei bene sperantis de deo. Iustum autem dicit, qui nihil peccauit in-
 aduersarios. Vel iustum, id est, credentem & confidentem deo, sicut scri-
 ptura ubiq; iustum accipit. Paulo post uocat, Rectus corde, id est, bene sen-
 tientes de deo, non curui, non nunc huc nunc illuc incertis opinionibus
 uacillantes. Recti corde.

Scrutans corda, id est, quae cogitamus. Et renes, id est, illa quibus delecta
 mur & quae placent nobis. Corda cogitationes sunt. Renes carnalia deside-
 ria, quibus caro & uetus ille Adam querit sua, id est, lucra, gloriam uolup-
 tates, tranquillitatem &c. Hinc odia, inuidiae, homicidia &c. ubi illa non
 succedunt ad uota. Icirco alibi oratur, Vre renes meos & cor meum. Hec
 scrutatur deus, & ideo tuto illi committitur iudicium contra iudicia homi-
 num, qui se re iudicant ex aduerso casu contra rectos corde. Exemplum,
 Absalon bonus iudicabatur, alioqui tam multi eum secuti non fuissent, Da-
 uid uero peruersus, Amici Iob iusti sibi uidebantur, Iob peruersum iudica-
 bant. Sed homo iudicat secundum faciem, deus autem intuetur corda. Simili-
 ter Christus in passione seductor est habitus, & pharisaei iustissimi. Id quod
 fit etiam omnibus Christum sincere praedicantibus. Sed deus suo tempore
 declarat longe aliter se iudicare, quam homines &c. Iudicia homi-
 nu falluntur.

Deus iudex iustus & fortis & longanimis, & non
 irascetur per singulos dies. Nisi conuersi fueritis gla-
 dium suum uibrabit, arcum suum intedit & parauit eum.

Et in eo parauit uasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.

Deus iudex. Felix tantū sic, Deus iudex iustus, & deus irascitur per singulos dies, id est, quia iustus est, ira eius non cessat iugiter ardere in aduersarios: sed q̄ interim non uidetur irasci, uidetur dissimulare, facit ut aduersarij conuersi respiciant, quos non respicētes suo gladio suōq; arcu, id est iudicio suo inuitabili quod iam in eos parauit, feriet. Quod autē nos legitimus, Et non irascetur per singulos dies, potes intelligere ut sit uerbum se cōsolantis. Qui iam iratus uidetur derelinquens me in afflictione, non semper irascetur, quādoq; misericordie memor erit, & mutabit sortē. Si uero hoc ipsum legeris per interrogationē, melius coherere in contextu & erit idē cum Hebræo, sic, Deus est iudex iustus & fortis, & tamen expectans ad penitentiam, & non irascetur per singulos dies: id est, putatis quasi uane iustus iudex dicatur, non quotidie iram eius in uos accendi, dum interim cōtemnitis dissimulantem? nisi conuersi &c. vibrabit. Felix, Acuet. Parauit. Fe. direxit, scilicet in uos. Sagittas suas ardentibus effecit, id est, parauit eas illis qui iam ira sua ardent contra me in seipsis, uel quos iam ira dei incendit. Nam Felix sic legit, Sagittas suas in persecutores fabricatus est.

Vas. Vasa more Hebræo significant omnia instrumēta. Ezech. 9. Vnus quisq; uas interfectionis habet in manu sua. Vasa ergo mortis sunt hic spicula in arcu ad occidendum parata. Nec hoc negligendum, q̄ Felix sic transfert, Nisi conuersio. conuersus fuerit, scilicet dominus, id est, nisi ab ira concepta in aduersarios cessauerit, ut per misericordiam reddat illis meliorem mentem, actum est de eis. Sed hæc sententia cum nostra translatione conuenit. Tunc enim cōuertimur, quando ipse conuersus fuerit &c.

Ecce peperit iniustitiam, cōcepit dolorem, & peperit iniquitatē. Lacum aperuit & effodit eum, & incidet in foueam quā fecit. Reuertetur dolor eius in caput eius, & in uerticē eius iniquitas eius descendet.

Mutatio sortis per deum. Felix, Eae enixus est iniquitatē, postq̄ concepit afflictionem & peperit falsitatem. Hic uides mali corui malum ouum, & consilium malum consulti pessimum. Suo enim se gladio iugulant. Nemo potest nocere alteri, nisi

prius grauius in conscientia noceat sibi, imò fit, deo iudice, ut soli pereant, qui alijs interitum moluntur. Absalon à crine pendit, Iudas proditor à collo, similiter & Achitophel, Iudei Christi persecutores de terra ablati sunt. Sic fiet & omnibus dei uoluntatem & ueritatem persequentibus, nisi fuerint conuersi, ut hic dicitur. Reuertetur dolor. Fe. reuertetur labor, id est, studium eius, & quicquid molitur. Si coherent cum præcedentibus, Dixi, Nisi conuersi & c. sed hic nulla est conuersio. Ecce peperit & c. ergo iudicio dei peribit. Vide ut tu lector Prophetarum assuescas huic hebraico tropo, quo subito à plurali transitur ad singularem numerum, & contra, sicut hic, cū supra dixisset de inimicis, & nequitia peccatorū, dicit, Ecce peperit, scilicet aduersarius.

Mutatio
numeri.

**Confitebor domino secundū iustitiā eius, & psal-
lam nomini domini altissimi.**

Quia omnia prædicta fide credit, laudat dei iustitiam, qua confundit noxios, defendit innocentes.

Confiteri domino, in scripturis significat laudare dominum, & gratias agere domino. Hinc & confessio pro laude ponitur, sicut alibi, Confessio & pulchritudo in conspectu eius & c. iubemur in scripturis semper laudare deum, ut illic, Benedicam dominū in omni tempore & c. Sed ex hac appellatione, q̄ confessio uocatur, discite laudē dei non esse boatum illum in tēplis, ne excludas etiam rusticos laudantes deum in agris. Est itaq; confiteri domino, idem quod psallere nomini domini, & quod in oratione dominica est, sanctificare nomen dei patris nostri, id quod est corde credere, alioqui quid confiteretur: totam fiduciā tuam in deū reijcere, & confiteri uerbis, profiteri uita & cōuersatione, quæ dei sunt, etiā in conspectu regum & mundi aduersantis & c. sicut est in psalmo, Et loquar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundar. Hæc nō est Papisica laus & pecuniaria, quā te tentatio, nō pompa illa ecclesiastica docebit, sicut in hoc psalmo uides.

Confessio.

PSALMVS OCTAVVS.

Titulus πρῶσκέλευσις super torcularia Psalmus Dauid.

Dicunt hunc psalmum cantatū collectis frugibus & uindemijs factis in fisco tabernaculorum, Leuit. 23. & hoc esse quod dicitur in Titulo, Super

Oia parata torcularia. Nos uero cantamus hunc psalmum omnibus iam per Christum paratis, quæ ad alimoniam uitæ pertinent, postq̃ Christus resurrexit à mortuis, cū quo habitamus in tabernaculis, donec & ipsi resurgamus, Id quod sic describitur, Prouer. 9. Sapientia edificauit sibi domum &c. Venite, comedite panem meum, & bibite uinum, quod miscui uobis. Et in Euangelio, Omnia iam parata sunt, uenite ad nuptias &c. Alij Githith uolunt instrumentum musicum fuisse apud Hebræos, sic dictum, ut sit, Super Githith, id est, qui psalmus cantatus sit in illo instrumento musico.

Filius hoīs. SV MMA. Dei gloria per totum mundū & usq; super cælos per Christum ex ore infantium magnificata & manifestata hic describitur. Est uero manifestata hæc gloria in confusionem infidelium, & Christi aduersariorū, ut destruas, inquit, inimicum & ultorem, & in gloriam credentium, qui dicunt, Quoniā uidebo cælos tuos &c. Verum admiratio subit, unde tam incomprehensibilis gloria filio hominis (quæ est uilissima sine ullis titulis appellatio) acciderit, ut omnia ei præter deum subiecta sint.

Domine dominus noster, q̃ admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Quoniam eleuata est magnidecentia tua super cælos. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem. Quoniam uidebo cælos opera digitorum tuorum, lunam & stellas quæ tu fundasti.

Quoniam eleuata &c. uel secundū Felicem, Qui eleuasti laudem tuam super cælos. Perfecisti laudem. Fe. fundasti uirtutem uel fortitudinem. Prædicato enim Euangelio per paruulos, factum est robur spiritus sancti in cordibus credentium. Videbo cælos, In Heb. additur, Tuos.

Admiramur in hoc psalmo, q̃ post Christi resurrectionem glorificatum sit nomen dei in omni terra superq; cælos, sed quomodo hoc factum sit, subditur, Ex ore, inquit, infantium &c. Solent autem psalmum interpretari de Christi ascensione, & recte, modo Christi ascensionem intelligant

eius glorificationem, & in caelis, & in terris. quando ei dictum est, Sede à dextris meis.

Ordo istorum uersuum pendet ex illa admiratione, Quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. unde admirabile quia, inquit, Eleuata est &c. quia ex ore infantum &c. quia uidi caelos tuos, uel uidebo caelos tuos. In Propheta nihil refert per praeteritum legas, siue per futurum, tam Præteritum pro certa enim prædicatur futura, quam certa sunt quæ facta iam sunt, & pro futuro in Profecto apud Prophetas in spiritu facta uidentur, quæ adhuc mundo futura phetis, sunt. Id quod & hic aperte uides, dum dicitur, Eleuata est, Perfecisti, & statim, uidebo, cum tamen in omnibus ad eadem Christi tempora respexerit.

Nomen domini est gloria dei, & fama eius, id est, cognitio, qua cognoscitur deus, quod nomen iam innotuit, & glorificatum siue sanctificatum est in omni terra, prædicato Christi Euangelio, cui qui non credunt opinionem quandam tantum de deo habent, & idolum in corde sibi fingunt, nam deo uero fidere non possunt, fidunt autem, qui nouerunt nomen dei, sicut alibi, Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum. His enim solis hoc nomen admirabile est, qui suum nomen sciunt contemnere, id est, omnem gloriam, iustitiam, opera &c. solius esse dei agnoscere. Similia his habes psalmo. 148. Exaltatum est nomen eius solius, Confessio eius super caelum & terram, & exaltauit cornu populi sui &c. Et psalmo. 112. A solis ortu usq; ad occasum laudabile nomen domini. Excelsus super omnes gentes dominus, & super caelos gloria eius.

Ex ore infantum, siue paruulorum perfecisti laudem, uel fundasti fortitudinem, id est, stabilisti corda per uerbum eorum, qui prædicauerunt nomen tuum. Hoc Christus interpretatur Matih. 21. unde & quod hic additur, Ut destruas &c. tunc factum legitur, sicut & poeta dixit, Rumpantur illa Codro. Inimici Euāgelij Christi, & ultores læsæ suæ dignitatis & lucri, non libenter audiunt magnificari à paruulis nomen dei, sed iritantur magis, ut percant, quia suum nomen perire nolunt. Significabat ergo illic Christus per illas paruulorum primitias, humiles, & sibi mundisq; abiectos, laudem dei intellecturos, & uirtutem siue efficaciam nominis eius, & in omnem terram predicaturos, alios uero excæcandos, sicut ipse dixit Matihæ. 11. Abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Destructio autem dicit, uel ut impij esse cessent, & impietas eorum cadat in nihilum, quæ per deum est felix destructio, uel ut magis excæcati claro solis lumine penitus pereant. Porro paruuli & infantes sunt mundo, qui non ueniunt in suasorij

Ex ore infantum.

Destructio

Infantes.

Lactantes. *humanæ sapientiæ uerbis. 1. Cor. 2. sed stulticiam crucis prædicant, quæ tam men est dei sapientia, gloria & potètia. 1. Cor. 1. Lactantes uero sunt ijdem qui nihil cibi præter dei uerbum norunt, de quo in Canticis, Mel & lac sub lingua tua. Sugunt enim duo ubera, id est, testamenta dei, de quibus rursum in Canticis, Meliora sunt ubera tua uino. idcirco docti non ad mūdum sed ad regnum cælorum proferunt de thesauro suo noua & uetera.*

Cæli noui. *Quoniam uidebo uel uidi cælos tuos &c. Quos ante infantes dixerat, iam cælos uocat, infantes mundo, cælos & gloriosos deo, de quibus dicitur, Cæli enarrant gloriam dei, &c. In omnem terram &c. Alioqui quid magni quæso hic diceretur, si de cælis istis uisibilibus, & luna, & stellis intelligeres? Ridiculum esset promittere, uelut magnum, quod semper adest, semper enim tibi datur istos uidere cælos. Quotquot igitur eruditi uerbo dei, ut erant Apostoli, & quotquot uerbo credentes usq; in finem mundi, magnificant & sanctificant nomen domini, sunt cæli, de quibus hic prophætatur, & in Euangelio regnum cælorum uocantur, id quod sic dicitur Esa. 53. Posui uerba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ protexi te, ut plantes cælos, & fundes terrā, & dicas ad Sion, Populus meus es tu. Et. 65. Quia cæcæ ego creo cælos nouos, & terram nouam, & nō erunt in memoria priora, id est, relinquetur, & obliuioni tradetur hic mundus ab ijs qui cælos nouos, & terrā nouā acceperint, In his cælis præsidet deus, idcirco quicquid agunt, prædicāt, uiuunt, dei est, Hic fulgurat miraculis, & sancta conuersatione, tonat minis, pluit aut & rorat dulcissimis promissionibus, quin & sol ille iustitiæ in eis, & per eos illuminat omnē hominē uenientem in hunc mundū, sine quo omnes sunt in tenebris, & nocte perpetua. Porro quos cælos dixit, eosdem & lunam & stellis dicit, sicut & psal. 18. Et ope ra manuū eius annunciat firmamentū. Lucent enim in nocte, id est, in medio nationis prauæ & peruersæ, sicut luminaria in mundo, uerbum uitæ continent, Philip. 2. Et Danielis. 12. de resurrectione dicitur, Qui autē docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sunt autē hi cæli opera digitorum dei, Digtus dei est uirtus spiritus sancti, quo digito, ut est in Euangelio, Christus eieciēbat dæmonia. Digtos uero dixit, propter uaria dona. 1. Cor. 12. his fundati sunt, & firmati in fide & gratia, sicut alibi dicitur, Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum.*

Quid est homo q̄ memor es eius & aut filius hoīs

¶ uisitās eū: Minuisti eū paulisper ab angelis, gloria & honore coronasti eū, & constituisti eū super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedes eius, oues & boues uniuersas, insup & pecora campi. Volucres coeli & pisces maris, perambulantia semitas maris. Domine dominus noster, ¶ admirabile est nomen tuum in uniuersa terra:

Ab angelis. Fe. A deo. Idem tamen Felix indicat Chaldaicam exposito = Ab angelis. nem habere, Ab angelis. Et cum utrūq; possit legi ex Hebræo, tamē sentētia & locus tantū postulat, ut legas Ab angelis, non, A deo. Nam de filio hominis loquitur qui semper manet minor deo. Nisi intelligas, Minuisti, id est, de relictum fecisti à deo, ab angelis & ab uniuersis creaturis, paulisper, id est, donec erat, potestate tenebrarum regnante, in manibus crucifigentium. Quae sententia uerissima est, & ipso etiam clamore Christi in cruce confirmata, quo tempore, cessante Christo à miraculis diuinis, nemo non scandalizabatur. Constituisti eum super opera manuum tuarum. Fe. Constituisti eum do minatorem in operibus manuum tuarum.

Quis sit iste homo & filius hoīs siue filius Adam, ut est in Heb. nō igno ramus, non solū q̄ epistola ad Hebræos hæc dignissime interpretetur ca. 2. sed etiam q̄ præterea sepe aliās in nouo testamēto de Christo hinc citetur, Omnia subiecisti sub pedes eius. Ephe. 1. Supra omnē principatū & c. 1. Cor. 15. Omnia subiecit pater sub pedes eius præter se. Ioā. 13. Oīa dedit ei pater in manus. Matth. ult. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Sed tu interim uide, ne sequaris quorūdā distinctionē, qua dicūt, nos esse filios hominū, Christum autē filium hoīs, cum & filius hoīs in scripturis etiā de quolibet homine dicatur, ut Psal. 143. Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hoīs, quia reputas eum? Et psal. 145. ex Heb. Nolite confidere in principibus, in filio hominis, in quo nō est salus. In quo uides gratiā hoībūs exhibitā, q̄ Christus per oīa similis nobis fieri uoluit, licet absq; peccato. Hinc illa admiratio, q̄ hīc homo & filius hoīs mūdo despectissimus, & ad breue tēpus uel suae mortalitatis, uel nouissimae illius passionis infra angelos deiectus, quando semetipsum exinaniuit, factus patri obediens & c.

Filius Adæ
Christus.

Filius hoīs.

paulisper.

Oia subiecta.

mox in resurrectione sua sit coronatus, id est, rex constitutus, ut Psal. 2. dictum est, & glorificatus, accepto imperio & regno super omnes creaturas in caelo & in terra. Ita & nobis qui sumus in Christo, quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae supra modum & excellentissime operatur aeternum gloriae pondus. 2. Corinth. 4. Sicut enim Christum oportuit pati & ita intrare in gloriam suam, ita & nos oportet per crucem transire ad gloriam, per mortem ad uitam: sed nostra crux nostraq; mors nihil sunt, si non sumus in Christo, cuius cruce morteq; gloria nobis parta est & uita aeterna. Adde q; & in Christo reges facti sumus omnium creaturarum, quae omnes coguntur nobis seruire ad salutem, etiam aduersarij Euangelij, diabolus, & praeter ea etiam peccatum & mors, Rom. 8. Lege Euangelium & uidebis omnia Christo subiecta, etiam serpentes, morbos, mortem, demones, sed q; hodie in regnum Christi uidemus multa insurgere, & nondum omnia Christo & nobis in Christo esse subiecta, quae tamen uere subiecta sunt, in de uent, quia Christi regnum nunc est in spiritu, id est, fide & spe, sed expecta donec pater ponat inimicos Christi scabellum pedum eius, tunc uidebis. 1. Cor. 15.

Hunc mundum etiam esse Christum & Christiana-
rum.

Oues & boues &c. Postquam omnia subiecta dixerat Christo, ne quis illa crassiora, ut oues, boues, pecora, uolucres, pisces, & alia marina, ad Christum non pertinere putaret, quia regnum, inquit, meum non est de hoc mundo, addidit, Oues & boues &c. Legimus quidem Gen. 1. Haec homini subiecta, sed quod dominium in Adam perdidimus, in Christo recepimus, ut si opus fuerit omnis creatura uel inuita nostra seruiat fidei per Christum. Quia ergo dei sunt omnia, & deus omnia subiecit sub pedes Christi sequitur, externa sacrificia, & quae extra nos sunt, iam non esse deo immolanda, quid enim immolabimus ei cuius omnia sunt? id quod aperte legis Psalmo 49. Immolabantur haec olim, sed secundum uerbum dei, donec palam fieret mundo deum talia nunquam quaesuisse, sed aliud in hominibus, id est fidem.

Sacrificia.

Cibi.

Sequitur item, q; omnia sunt munda mundis & non esse delectum ciborum. Si enim Christi sunt omnia, sunt & nostra in Christo. Ede ergo quodlibet, sed in Christo. Hoc uult Paulus, dum 1. Cor. 10. citat ex Psalmo, Domini est terra & plenitudo eius. Sequitur & tertio, q; tota impiorum uita & quicquid agunt, quicquid edunt, bibunt &c. peccatum est. Abutuntur enim omni creatura etiam ubi optime agere uidentur, non suo enim utuntur, ergo & contra deum. Solorum credentium est hic mundus, qui in Christo omnia receperunt, quomodo enim pater non cum illo nobis omnia donauit? Desi-

nant ergo nobis, contra libertatem à deo in Christo datam, prescribere delectum ciborum & iustitiam in elementis huius mundi. Omnia sunt nostra, nihil illorum qui non credunt, qui de terra perdentur, ut dicitur Prouer. 1. Hec aperte dicit Paul. 1. Tim. 4. Cibos, inquit, creauit deus ad percipiendū cum gratiarū actione fidelibus & ijs qui cognouerunt ueritatē hanc, quomnis creatura dei bona est & nihil reiiciendum quod cum gratiarū actione suscipitur. Sanctificatur enim, scilicet ad usum mundū, per uerbum dei, id est fidem, & orationem, id est, gratiarū actionem. Quid ergo libertas mea indicatur ab aliena cōscientia? Si ego cū gratiarū actione participo quid blasphemor quasi hæreticus pro eo quod Christiane gratias ago? Sine ergo manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Verū sine offensione estote Iudæis & gentibus & ecclesie dei &c. 1. Cor. 10. In fine psalmus in admiratione desinit, qui ab ea incœpit.

PSALMVS NONVS.

Titulus. προσκέλευσις super morte (uel oculis) insipientis (uel filij) Psalmus Dauid:

Filius est iustus & credens deo, qui per fidem est filius dei, & idem insipiens dicitur mūdo, quia iugiter est in morte & oculis, est enim eius uita abscondita in Christo, donec occulta reuelentur in iudicio dei, tunc, apparebit mortem huius mundi esse gloriam, de qua hic canit deo. Interim filij huius seculi prudentiores sunt filij lucis in generatione sua, & filij Belial exaltantur gloriosi, & mysterium operatur iniquitatis in filijs Antichristi Felix Titulum sic habet. Vincenti super morte insipientis Psalmus Dauid. id quod aptissime intelligas licet de morte insipientis Antichristi, id est, interitu regni eius, de quo secundū omnes interpretes in hoc psalmo aperte scribitur. nisi quod Hebræi eam partē faciunt esse psalmū seorsum, sicut dicemus.

SVMMA. Propheta sine populus fidelis cantat laudem deo & sanctificat nomen eius pro omni misericordia mirabiliter in omnibus tentationibus & aduersis exhibita, proque aduersariorum mirabili & auersione & destructione. Hic psalmus tibi sepe canendus si noris illud Pauli, Omnes vsus psalmi. qui pie uolunt uiuere in Christo persecutionē patientur. Oportet enim (ut maxime alij aduersarij desunt) ut cum cordis tui impietate manum pro fide Christi conseras, donec omnibus exutus quæ aliquid esse putabas, soli Christo confidas &c. Intendit autem psalmus in omnes dei liberationes ab exordio mundi populo credenti exhibitas, Narrabo, inquit, omnia mirabilia Quos respiciat Psal.

Antichristus. *tus, quousq; uideat Christi regno parato Antichristū sedere in templo dei, Quod & Paulus uidit. 2. Tess. 2. Et Christus prædixit, pseudoChristus multos nomine unius ueri Christi sese uendituros mūdo & seducturos multos, sed hæcenus, quia excacari debebamus, frustra monuit Christus, dicens, Ex fructibus eorum cognosceitis eos. Mysterium hoc iniquitatis coepit tempore Apostolorum per pseudapostolos, qui sua lucra suamq; gloriā sectantes à fide domini nostri Iesu Christi in opera humana multos auertebant, quos canes appellat Paulus, & malos operarios Philipp. 3. Lupos rapaces. Act. 20. quos Christus dicit uenire in uestimentis ouium, id est, sanctissima specie tegere omnia. Iā uero detecta persona aperte regnat hæc iniquitas, & hic manifeste describitur, ut uel ex fructibus cognoscas arbore. Vt quid, inquit, domine recessisti longe &c. Vere longe, sed uideamus Psalmum.*



Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. *Lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo altissime. Dum conuertetur inimicus meus retrorsum, infirmabuntur & peribunt a facie tua. Quoniā fecisti iudicium meum & causam meam, sedisti super solium qui iudicas iustitiam. Increpasti gentes & perijt impius, nomen eius delesti in seculum & in seculum seculi. Fraxine inimici defecerunt in finem, & ciuitates destruxisti. Perijt memoria eius cum sonitu, & dominus in æternum manet. Parauit in iudicio solium suum, & ipse iudicabit orbem in iustitia, iudicabit populos in æquitate. Et fuit dominus refugiū pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulationibus. Et sperent in te*
qui

qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti quærentes te domine.

Confiteri quid sit, supra diximus Psal. 7. Narrare omnia mirabilia dei, *Narrate omnia est gratias agere de omnibus beneficijs & liberationibus, in quibus exper- nia mirabilia. tum est genus humanum misericordiam & benignitatem patris dei, ut ex prateritis uel ex nostris tentationibus superatis discamus fortius confidere. id quod in hoc psalmo agitur, & præterea nihil. Letabor non in adiutorio humano aut rebus huius mundi, aut in uiribus & iustitia mea, sed in te, & psallam nomini tuo, id est, omnia tibi referam accepta. Dum inimicus meus fugabitur à te, id est, cū amplius nolueris dissimulare & me in tentatione derelinquere, tu enim nosti liberationis tempus, ego interim bene spero te facturū quemadmodum semper facis, tunc aduersarij mei nihil amplius ualebūt, & peribunt à facie tua, id est, propter præsentiam adiutorij tui. Sic enim facies pro præsentia accipitur in scripturis, ut & alibi, Fugiat qui oderunt eum à facie eius. Item, Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei. In nostra translatione est mutatio numeri, de qua dixi Psal. 7. Felix uero sic habet, Dum conuertentur inimici mei retrorsum.*

Quoniam fecisti & c. id est, pro me iudicasti cōtra aduersarios & gentes persequentes, qui putabaris ab impijs non iudicaturus, quasi dereliquisses tuos, qui tamen iudicas iustitiā, id est, iuste. Increpasti gentes, id est, incredulos. Hoc est, deterruisti eos tuo iudicio quod ferre non possunt, & perij impius, qui me persequabatur & à tua fide abducere moliebatur. Vbi enim nunc sunt, qui populum dei persecuti sunt? ubi sunt qui me paulo ante tentabant, quando ego uidebar desperatus? ne nomen quidem eorum & memoria superest, frangere eorum perierunt in finem, id est, in æternum. Ciuitates destructæ sunt, id est, munitiones, auxilia, arma, res mundi & uersu uersariorum. ta doctrina & simulata iustitia, & omnia in quibus confidebant cōtra me. Omnia, inquam, ablata sunt, reddita mihi spiritus consolatione, iam nō me- In opportu- mini tentationis. Et dominus, inquit, in æternum permanet, quem interim nitatibus. ipsi quasi non esset non timebant, de quo ipse quoq; uerebar ne me deseruisset, sed quādo ei placuit, declarauit mihi se talē esse qualis semper est, nempe qui mundum iudicet in iudicio & æquitate, & refugium sit pauperi, sed in tribulatione & tempore opportuno quod ipse nouit. Sperent igitur o pater, id est, confidant in omni necessitate in te, nō in alio auxilio, qui nouerunt nomen tuum, id est, credunt tibi tuæq; gloriæ. Sperent, inquam,

nullo respectu uel peccatorū uel iustitiarum, sed solum hac fide, quoniā non dereliquisti unquā quærentes te. Impij uero nō requirunt te, ut est psal. 13. Quis uero non uidet hæc omnia uerba esse fide & fiducia in deum plenas?

Cum sonitu. Nomen eius, id est impij. Fe. Nomen eorum, sed idem est. Perijt memoria eius. Fe. eorum. Cum sonitu, id est, sicut sonitus perit, qui tã diu sonitus est, q̄ diu auditur, mox non est, ita impij sæuiunt, q̄ diu permittuntur, mox non sunt. uel cū sonitu, id est, cum strepitu eorū, sed in idem redit. Fe. Perijt memoria eorū cum tpsis, id est, ne memoria quidē eorū superest, postq̄ tpsis perierunt. Permanet. Fe. se debet. Et fuit dominus &c. Fe. Et erit dominus munimentum inopi, protectio in tempore in tribulatione. Vbi legimus, Paraui in iudicio &c. exemplaria Græca non consentiunt. Alia enim habent ἡ τὸ ἰμᾶσα, id est, parasti. alia ἡ τοῖμασεν, id est, paraui, uerum quis nō uidet illud male legi? Felix habet, direxit in iudicio sedem suam.

Psallite dño qui habitat in Sion, annūciate inter gētes studia eius. Quoniā requirēs sanguinē eorū recordatus est, non est oblitus clamoris pauperum. Miserere mei domine: uide humilitatē meā ex inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis: ut annunciem oēs laudationes tuas in portis filix Sion. Exultabimus in salutarī tuo: infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo hoc quē abscondērūt, cōprehensus est pes eorū. Cognoscitur dñs iudicia faciēs: in operibus manuū suarum cōprehensus est peccator. Conuertantur peccatores in infernum: oēs gētes quæ obliuiscuntur dei. Quoniā nō in finē obliuio erit pauperis: patiētia pauperum nō peribit in finē. Exurge dñe non confortetur homo: iudicentur gētes in cōspectu tuo. Constitue domū

ne legislatorē super eos, sciant gētes q̄ hoīcs sunt.

Qui habitat in Sion, id est, in ecclesia sanctorum, sicut et alibi dicitur, Dominus Quomā dominus in generatione iusta est, id est inter iustos. Et Nu. 14. Do in Sion. minus nobis n̄ est, nolite timere secundū promissionē, Leuit. 26. Ambulabo inter uos, erōq; uester deus, et uos eritis mihi populus. Sic et in Euangelio, Matth. 18. promisit Christus, Vbi duo uel tres congregati etc. Inter gentes, id est, ubiq; Fe. In populis opera eius, sicut supra dixit, Narrabo oīa mirabilia tua. Quomā requirens sanguines, scilicet ex manibus persecuto Pauperū non rū, sicut Ezech. 3. Sanguinē eius de manu tua requirā. Eorū, id est, pauperū oblitus, recordatus est. Videbatur dominus pauperū oblitus, dū dissimulabat in tē tatione, dū nō requirebat, ut uidebatur, sanguinē ex manibus persecutiū. Vbi uero coepit requirere et ulcisci, detecta nequitia etc. palām factū est nōdū esse oblitū clamoris, et, ut in fine psalmi dicitur, desiderij pauperū, de quo desiderio diximus, Psal. 5. Pauperes in scripturis nō secundū pecu- Pauperes: niā iudicātur, sed sunt quos Christus uocat pauperes spū, qui p̄sus in nullo huius uitae, et huius mūdi cōfidūt, à mūdo despecti et derelicti, herēt uero in solo deo, sicut alibi David dicit, Aduens ego sum apud te et peregrinus, sicut oēs patres mei etc. Tentatio hanc paupertatē pijs declarabit.

Miserere etc. In hoc uersu uides piū animū non sic gratias agere, quasi Exercitatio iam omni tentatione defunctus sit, sed certum esse de superādo, qui iam per fidei. deum superarit. Hęc est continua fidei in hac uita exercitatio, gratias agere de uictoria, et misericordiam implorare, ut uincas.

Vide humilitatē etc. Fe. Respice afflictionē meam ex prosequētibz me odio, scilicet quā patior. Qui exaltas me, quia humiliatus sum et deie- Tentati dō ctus per inimicos meos usq; ad portas mortis, et actū esset de me, nisi tu me ctores. exaltares, id est, à portis mortis reduceres ad uitam, ad hoc, ut et ego prædicem beneficia tua, et sanctificē nomen sanctum tuū in congregatione sanctorū, siue, ut dicit, In portis filie Sion. Parū absit, ut desperarē, ueneram usq; ad portas mortis, consilio impiorum adactus, sed tales reuocas, et facis aliorū doctores, tantū abest, ut deseras. Nulli enim melius docent, nulli melius beneficia dei prædicant, q̄ qui tentationibus probati fidei efficaciam experti sunt, sicut psal. 50. uides. Docebo, inquit, iniquos uias tuas etc. 2. Cor. 1. Ut possimus et ipsi consolari etc. Aduerte q; portā in scripturis dicū- Portā. tur loca publica, cōuētus popularis, ubi uel iudicia, uel aliæ cōuēiones agebātur, q; ad hoc ferē ciuitatū portæ deputabantur. hinc et porta pro ciuitate

nonnunquam ponitur. Vide hæc Deut. 16. 17. 21. 22. 25. Unde & in Prouer. No-
 bilis in portis uir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Et in Psal. Non
 Portæ mortis. confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Duplices itaque hic por-
 tas legis, mortis scilicet & filiæ Sion. Portæ mortis sunt, iudicia mortis in-
 tentata pijs, consilia impiorum, cōuenticula Satanæ, doctrinæ falsitatis, &
 quicquid ducit ad mortem, Matth. 16. Et portæ inferi non præualebunt ad
 Portæ filiæ
 Sion. uersus eam. Portæ uero filij Sion sunt congregationes piorum qui congre-
 gantur in uerbo dei, ubi sunt conciones & doctrinæ ueritatis dei, sacramē-
 ta iustitiæ Euangelicæ, & quicquid ducit ad uitam, portæ filiæ Sion dicun-
 tur, quæ sunt angustæ secundum Euangelium, latæ uero quæ ad mortem du-
 cunt. Quod autem dicit, Filiæ Sion, uel appositio est, id est, illius filiæ dei, quæ
 Filiæ Sion. dicitur Sion, uel Hebraismus, id est, illius filiæ siue populi dei, qui habitat in
 Sion, id est, Hierusalem. Vide supra psal. 2. In portis igitur filiæ Sion, id est
 in auribus & multitudine credentium. sicut alibi, Confitebor tibi domine
 in toto corde meo in consilio iustorum & congregatione.

Exultabimus. Felix, Exultabo in salute tua, id est, saluatione & libera-
 tione tua. Infixæ &c. Felix, Immerse sunt gentes in fouea, quæ fecerunt,
 id est, malum quod alijs parauerunt uenit super ipsos. Psal. 7. Lacum ape-
 ruit &c. Gentes uocat quotquot non credunt deo, uerbi dei persecutores.
 Iudicans deus
 cognoscitur. Cognoscitur dominus iudicia faciens, quem alioqui impij cognoscere no-
 lunt. In operibus manuum suarum comprehensus est impius, qui antea se esse
 nolebat impium, hoc est, negabat, Deprehensus à deo ubi uenerit iudicium
 dei super ipsum, dum interim machinatur malum ipso opere à quo abstinere
 impietas cordis non potest, non poterit negare. sicut, Senserunt Aegyp-
 tij manum dei quando dixerunt, Fugiamus Israël, dominus pugnat pro
 eis, sed tunc frustra quando deprehendebantur &c. Cognoscitur & tunc
 dominus à pijs, nempe, non spernit clamores pauperum.

Conuertantur peccatores. Felix, Conuertantur peccatores in infernum,
 id est, mittantur in tribulationem maximam ut resipiscant, uel uiui absor-
 beantur à terra, sicut illi, Numeri. 16. Sicut Psal. 54. Veniat mors super illos
 & descendant in infernum uiuentes. Indigni sunt hac uita, qui uite auctore
 non agnoscunt.

Patientia pauperum. Felix, Spes mansuetorum. Ad tempus patiuntur,
 in æternum uero non deseruntur. Exurge, id est, ueni in auxilium. Non
 præualeat homo, ubi deus est adiutor. Iudicentur, id est, reprimantur &
 arguantur coram te, qui coram hominibus & coram mundo uolunt uiuere.

ri quasi iuste opprimant pauperes, id est, nullum aliunde quã à te habentes
auxilium. Constitue domine legislatorem, id est, da eis aliquem qui re-
primat eos, sicut semper facit deus dum superbiam hominum opprimit sus-
scitato aliquo impio longe ipsis potentiore: sic regna mundi ab alijs uasta-
ta sunt, quos deus ad hoc suscitauerat, ut legis in Daniele: sic suscitauit deus
Babylonijs Mædos & Persas, & ipsis Alexandrum &c. Felix, Pone domi-
ne iugum ipsis. Potentes se faciunt, sed tacti à deo fortiori potentia uident
se nihil aliud esse quã homines &c.

Psalmus apud Hebræos à præcedenti separatus, tamen sine titulo.
Ipse tamen sese prodit quã recte cum præcedenti coniungatur. Nam hic
multum oratur pro pauperibus nouissima uexatione Antichristiani regni
oppressis, sicut antea orabatur pro iisdem & gratiæ agebantur ob perse-
cutiones præcedentes & alias tentationes &c. Psalmum uero esse de An-
tichristo interpretes non negant, imò de eo exponunt. Vbi ergo hos fru-
ctus, qui hic describuntur, inueneris, non dubita esse Antichristi siue Anti-
thæi regnum, secundũ uerbum Christi, Ex fructibus eorum cognoscetis eos,
ne uestimentis ouium, id est, specie & sexcentis nominibus sanctitatis uos
decipiant. Romanam impietatem iam tandem nouimus per Christi grati-
am, non solum in moribus, qui sunt toti orbi notissimi, sed etiam in doctri-
na. Diu expectatum est, ut illa arbor proferret fructus bonos, sed frustra,
quæ optima uidebantur iam tandem cæteris omnibus peiora fuisse agno-
scimus, nempe meram hypocrisim & mundi deceptionem. Reliqua omnia
fuerunt regnis mundi & pompis principum multo mundaniora. De do-
ctrina si non esset mundus testimonijs plenus, satis esset nosse q. nuper per
bullas Romanas & clamores monachorum damnati sunt articuli Christia-
nissimi, atq; adeo totũ Euangelium gloriæ magni dei. Testes sunt mihi om-
nes quotquot in pectore senserunt iam bonum dei uerbum, testimonium ha-
bentes spiritus dei, Cum alijs quid contendimus frustra? qui sordet, sordet
secat adhuc. Tempus breue est. Iam tandem respexit nos misericordia diuina,
ut non amplius adstrictæ pauperum conscientiæ pereant, sed credentes in
filium dei habeant uitam æternam. Sed cum his monstris doctore Martino
certamen est uel inuito diabolo felicissimum. Tu uero interim uide, quid
Psalmus habeat. Sed ais, Mahumetus cum sua secta regnum habet Antichri-
stianũ. Nihil moror, inquam, Vbi cũq; enim hos fructus inueneris, illic arbo-
rem esse ne dubitato. Rata est sententia saluatoris, Qui non est mecum, con-

Psalmus de
Antichristo.

Antichristi
regnum.

tra me est. Confer Christum & Apostolos cum secta Papistarum, Primum secundū doctrinam, deinde secundū mores, & hæc omnia non secundū speciem, & mira utdebis, non opus erit tibi meo iudicio. De Machumeto iudicent si qui per eius sectam oppressi iam quoq; incipiunt agnoscere Euangelium. In summa. Antichristi, pseudoChristi, pseudoprophete, pseudapostoli sunt quicūq; ex sola in Christū fide nos negant à deo iustificari. Lege scripta beati Pauli, ut interim alia taceam, & ita inuenies. quāuis hic non tam opus est lectione quā testimonio spiritus dei testificantis in nobis, q; per fidem sumus filij dei. Hoc testimonio concepto, somnia sunt omnia propter quæ contra nos contendunt.

QVare domine recessisti a longe? despicias in opportunitatibus in tribulationibus? Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in consilijs quæ cogitant. Quoniā laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Irritauit dominū peccator, secundū multitudinem iræ suæ nō requireret. Nō est deus in cōspectu eius, inquinātur uix eius in omnī tēpore. Auferūtur iudicia tua a facie eius, omnium inimicorū suorum dominabitur. Dixit enim in corde suo, nō mouebor a generatione in generationē, sine malo. Cuius os maledictione plenū est & amaritudine & dolo, sub lingua eius labor & dolor. Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis, ut interficiat innocentē. Oculi eius in pauperem respiciunt, insidiatur in abscondito ut leo in mandra sua. Insu-

diatur ut rapiat pauperē, ut rapiat dū trahit eū. In la-
queo suo humiliabit eū, inclinabit & cadet, qñ do-
minatur pauperū. Dixit enim in corde suo, oblitus
est deus, auertit faciem suam ut non uideat in finē.

*Affueſce ſcripturis. Cū impiū audis caue ne unum hominē cogites, ſed
potius impietatis regnū, id quod uerſus indicat, cōprehendūtur in conſilijs
excogitatis. Itē, Laudatur peccator &c. Item, Sedet in inſidijs cū diuitibus
&c. ut non erres cū illis qui dum hęc contra unū hominē dicta putant, ad
ſe non pertinere ſecuri arbitrantur. Similiter cū pauperē audis, non unum
hominē cogitato, ſed eccleſiam pauperū, id eſt, mundo deſpectorū, qui nul-
lo ſidunt niſi ſolo deo, ut ſupra diximus, contra quos mentitur impietatis
regnū omne malū propter ueritatē dei quā profitentur, id quod uides dū
dicit, Cadet dū dominatur pauperū, ut non de uno paupere intelligas. Duo
ſunt regna. Regnū mundi, & regnū Chriſti, illud contra hoc mentitur, hoc
uero contra illud dicit ueritatem. Illud ne ueritati credatur, hoc ut deſinat
impietas agi. Illic ergo odium, hic amor eſt, quādo quidem Iſmael Iſaacum
perſequitur, non contra, ſicut indicauit Paulus, Gal. 4.*

Regnū mūdi:

Regnū Chriſti

*Quare domine reſceſiſti à lōge? Vere à lōge, dū enim abeſſe putaris, im-
pij gloriantur ſeſe habere longā præſcriptionē. Reſceſiſti p tuū uerbū, quia
tua ueritas inter hoīes iā non auditur, ſed traditiones hūanæ & ſomnia iu-
ſtitiarū humanarū, quæ tua ſcriptura non ſolū ignorat, ſed etiā condēnat.*

Receſſiſti.

*Deſpicis &c. Vel hinc diſce quo affectu ſit pius animus in tentatione. Se-
nim dereliſtū putat & deſpectū à deo, cū tamen uere & ex fide ſupra di-
xerit, Et ſuit dominus refugiū pauperi, adiutor in opportunitatibus in tri-
bulationibus. Verſum hūc ſic legit Felix, Vt quid domine permanebis à lon-
ge? occultaberis in tpe in tribulatione? Incēditur. Fe. perſecutionē patie-
tur. Sētētia eſt, Dū extollitur impius & uidet ſe dāuri nemine reſiſtēte, imō
ceteris etiā applaudētibus & approbātibus oīa, quaſi ſcītus ſit iſta dñatio
& maledictū ſit quicquid huic dñationi cōtradicit & reſiſtit, ſicut ſeqtur, quo-
niā laudatur pctōr in deſiderijs aīæ ſuæ &c. Tūc, in quā, incēditur pauper,
Fere tetigit trāſlator noſter cōbuſtionē hæreticorū, quo uoīe hodie appellā-
tur ſoli q Romanā ipietatē deteſtatur licet oīa ſuſcipiāt quæ Chriſti ſunt,*

Pius in ten-
tatione.

Incenditur.

Hæretici.

*Cōprehendūtur impij in conſilijs quæ cogitāt. i. iuſto dei iudicio ſeduci
amplius ſeducūtur ut à ſuis cōſilijs reſpiſcere nequeāt, ſed cōprehēdūtur, anti-chriſtiani.*

Adulatores

- id est, tenentur in eis quando inueniunt similes labra lactucas, ut non modo non reprehendantur, sed etiam laudentur, & titulis sanctitatis uehantur in omnibus quae excogitauerunt, Id quod ad traditiones humanas pertinere, quibus uoluit ligare hominum conscientias, quis non uidet? Stultus fueris si haec de apertis flagitijs raptorum, homicidarum, adulterorum &c. intellexeris, licet hi fructus abesse quoque non possint, sed occultantur quodiu licet, nam omnia hic laudari & benedici audis, non opera sed desideria animae & iniquitatem, & insequentibus ferè omnia de insidijs dicuntur. Aduerte quod hic bis translatum est peccator. Felix transfert Impius. Et quod legimus, Comprehenduntur &c. Felix legit, Comprehendantur in sceleribus quae cogitauerunt. quod
- Excogitata.** imprecantis est. D. Martinus sic, Apprehendunt bene placita quae excogitantur. quo significatur eos nullo discrimine, siue uerbo dei conueniat siue non conueniat, sequi & statuere quicquid eis uisum fuerit, Hinc fit ut alius resigat, quod alij finxerunt, sicut fit in his humanis adinventionibus. Iniquus bene
- Adulatores & seducti.** dicitur. Irritauit dominum. Fe. Iniquus bene dicit blasphemanti dominum. Iniquus qui consentit impio iustificat causam blasphemantis dominum, id est illi us qui contra deum erigitur suis doctrinis, & uerbis mendacibus, ut nos sequamur non quae deus praecepit, sed quae impietas excogitauit secundum desideria animae suae. Peccator secundum multitudinem. Felix, Impius secundum altitudinem, id est, profunditatem irae, id est, superbiae suae, quae fertur contra pauperes spiritu. Non requiret, id est, non curabit de deo, sequetur tantum sua consilia sine dei uerbo. Id quod sequitur, Non est deus in conspectu eius. Verum hoc Felix sic, Non est deus omnes cogitationes eius, id est, quicquid cogitat non est deus, sed est gloria, ficta religio, pecunia, furor in professores ueritatis &c. Audiant haec & desinant, qui hodie nihil querunt in biblijs, postquam solum dei uerbum querimus & defendimus, quam ut inueniant, quo nobis contradicant, & non tam nobis quam Euangelio Christi nuper reuelato. Quod si facerent deprehendendae ueritatis gratia, quis non laudaret? Inquinantur &c. ut non speres ex eo meliora. Durum uerbum, sed spiritus loquitur. Fe. Prosperabuntur uiae eius in omni tempore, id est, prospere succedet ad desiderium animae eius, quicquid tentauerit, omni tempore quo durauerit regnum eius. Auferuntur &c. id est, iudicia tua, & quicquid tibi placet deus, non uidebit, putabit se iustissime superbire &c. Fe. Excelsa iudicia tua à conspectu eius, id est, ardua erunt ei & apprehendere non poterit tua iudicia & tua bene placita. Martinus, Excelsa, cum praecedentibus sic coniungit, Parturiumt uiae illius in omni tempore excelsa

excelsa, id est, semper aspirat ad altitudinem, ut super omnes extollatur, *Superbia in-*
 & non sit ei in mundo potentia similis. Omnium inimicorum suorū do *staurata.*
 minabitur, id est, quotquot eius tyrannidi resistunt, ab eo opprimetur, stan
 te adhuc regno eius. Felix, Omnes inimicos suos flatu prostermet, uel uelut *Flatu pro-*
 flatum uenti iudicabit, id est, nō ui aut armis superabit resistentes, sed flatu *sternere.*
 solo, id est, uerbis, sicut sequitur, Cuius os maledictione &c. Sunt ergo hæc
 uerba, & hic flatu, maledictiones, execrationes, excommunicationes hor=
 rendæ, quibus prostermit sibi aduersantes, ita ad hunc flatum inancem trepi=
 dant miseri. Sed uide rursum gratiam dei, quam prædixit Paulus, Dominus
 Iesus flatu & spiritu oris sui, id est, Euangelio à se prædicato interficit hoc *Spiritu oris*
 regnum in cordibus multorum, & quod reliquum in obstinatis manebit, *Christi.*
 abolebit illustratione aduentus sui. Iam dudum ubi senserunt hunc spiritū,
 uidentes se suo spiritu & flatu stare non posse, cœperunt inuocare brachi
 um seculare. cur non brachium domini? *Brachium*
seculare.

Dixit enim in corde suo, id est, sic credit, sic sentit, non aliud sibi persua
 deri sinit. Non mouebo. Fe. Non elabar. Id est, Regnum meum stabit in æter
 num. Vide, quæso, lector, quid hoc sit. Nonne qui sic sentit, putat suū regnū
 esse dei & diuinum? & tamē hic spiritus summā iudicat hoc esse impietate. *Non mouebo*
in æternum.

Sine malo seorsum legendum est, Sine malo, scilicet ero, id est, nihil mihi
 mali cōtinget, regnū meū stabit, nemo feliciter resistet, diuinū est quod ago. *Sine malo.*

Cuius os maledictione &c. Hic impia doctrina notatur, quæ est & in
 deum & in homines blasphema, utcumq; falso hominum iudicio sancta ap=
 pareat, estq; conscientiarum afflictio, uerbis enim mentes solæ affliguntur. *Impia do-*
ctrina.

Nā ad afflictionem corporis alia requiruntur, ut manus, arma, ignis &c.
 de qua doctrina supra Psalmo. 5. Quoniam non est in ore eorum ueritas,
 &c. Contra, ubi Euangelium prædicatur, benedictio domini est, Ro. 1. Euan
 gelium dei uirtus est in salutem omni credenti. Maledictione, Maledi=
 ctio est quicquid docetur & defenditur contra dei uerbum. Et præterea *Maledictio.*

qui hodie gloriātur se esse pastores, potius appellentur ex suo officio, quod
 agunt, maledictores & excommunicatores. Quid quæso, ut maxime indi=
 gnentur mihi, aliud sunt? Comminationes & maledictiones excommuni=
 cationum omnes habent, quo se declarant maledictionis esse filios, nemo *Benedictio.*

benedictionem habet, nisi illam qua illudunt & deo & hominibus, dum ma
 nibus quasi benedicentes ludunt. Quasi uero manibus uel bene uel male di=
 cere possis. Benedictio pastoralis, qua pasceatur grex domini, est prædicatio
 uerbi Euangelij, per quā creditā benedicuntur omnes per semen Abrahæ,

- Christum. Vide igitur insignem peruersitatē, ad maledictionem aperiunt ora, scribunt, sigillant, omnia agunt: ad benedictionē omnino muti sunt sancti Christi uicarij, cum tamē sit Christus omnis benedictionis autor. Fe. In dicitur ex Heb. quoq; posse legi, iuramento pro maledictione. Quid attinet de nostris dicere, q; iuramentis omnia repleuerint pro suo cōfirmando regno, & stabilicnda doctrina: testes sunt iuramēta clericorum, uniuersitatū & c. in quibus constat, gloriam dei non queri, aut fratris necessitatem. Amari- tudine. Fe. fraude, scilicet, dum sanctitatis specie, & indulgentiarū nomi- ne, quæ docent, uenditant. Dolo. Fe. Prauitate. Alij auaricia uel usura, Hoc est, q; in omnibus quæ docent, sua quærunt, bona tamen specie & hy- pocresi
- Sub lingua.** Sub lingua eius labor & dolor. Fe. Sub lingua eius afflictio & iniquitas. Id est, afflictiones conscientiarū sunt quicquid docet. Eleganter uero dictum est, Sub lingua. Nam supra linguam omnia sancta simulantur: sicut fit ubi purum Christi Euangelium non prædicatur, sed fices illæ huma- næ permiscuntur. Contra de Christo in Canticis dicitur, Mel & lac sub lin- gua eius, cum tamen supra linguam uideatur mordere.
- Cū diuitibus.** Sedet in insidijs & c. Num sint hodie reges, qui possint inter pauperes spi- ritu cōputari uiderit deus. Antichristū hic uides sedere cū diuitibus & op- pressoribus, quorū potētia & diuitijs fident, sed in occultis & insidijs, ne de- prehendantur eius actus & malignitas, Nā mysteriū iniquitatis cepti efficax esse, à tēpore apłorum, quod nouissimis tēporibus reuelandū prædixit Pau- lus Thessalon. Fe. Seabit uel habitabit in insidijs pagorum. Alij Atriorū, id est, possessionū diuitū. Omnia hæc, inquit, aget, ut interficiat innocentem, id est, dei uertitatisq; cultorē, nihil male meritū, nisi q; tyrānidē eius cōtradixe- rit. vt rapiat pauperē donec attrahat eū in laqueū suum, uel secundū cor- pus, si non ei cōsenserit, uel secundū animā, si ei crediderit. Fe. legit. In oc- cultis occidit innocentē. Nō intellige à cōspectu hominū remotū, sed in oc- cultis, id est, quasi hereticū & pessimū, ut interim nemo uideat eos esse ho- micidas, & innoxij sanguinis effusores, sed potius tales qui obsequiū præ- stent deo, sicut prædixerat Christus. In laqueo suo. Ex Heb. connectitur fini præcedētis uersus, Dū trahit eū in laqueū suū. Humiliabit eū, id est, deijcet pauperē, inclinabit, se3 pauperē. Et cadet, se3 pauper, quādo impi- us manū erexerit sup pauperes nō cōsentientes regno diuitiarū, plusq; mun- dano. Nā quos illud regnū pauperes uocat, fucus sunt paupertatis, & diui- ores principibus mūdi, magisq; tranquilliores, & à mundo glorificati. Quæ Antichristi. uero hæc exponūt de casu Antichristi, nō conuenit cū Hebræo, ex quo sic

Regit Felix, Subsident, humiliabitur, & cadet in fortitudine eius exercitus contritorū. Quæ pulchra metaphora est à leone subsidente & inclinante se in spelunca, donec opprimat infirma & incauta animātia. Dixit enim *Affectus* & c. Hic est ipsissimus impiorum affectus, & hæc est causa, quare oīa prædī impiorū, & c. Deus non uidebit ista, ut iudicet in finem, id est, in æternum: & c. quæ sequantur, Deus non uidebit ista, ut iudicet in finem, id est, in æternum: quid essent illi pauperes & despecti hominum, cur & deo, qui nostræ potestati & tantæ resistere audent?

Exurge dñe deus meus, exaltetur man⁹ tua, ne obliuiscaris pauperū tuorū in finē. Propter quid irritauit impius deū: dixit enim in corde suo, non requireret. Aspicias, quoniam tu laborē & furorē consideras, ut tradas eū in manus tuas. Tibi derelictus est pauper, pupillo tu fuisti adiutor. Contere brachiū peccatoris & maligni, quæretur peccatū illius, & nō inuenietur. Dñs regnabit in æternū, & in seculū seculi, peribitis gentes e terra eius. Desiderium pauperum exaudisti domine, præparationē cordis eorū attendit auris tua. Ut iudices pupillo & humili, ut non pergat ultra gloriari homo super terram.

Felix, Non requires, id est, q. tu deus nō requires. Laborē & furorē. Fe. Afflictionē & dolorē, scilicet quæ impius intentat tuis. Contere brachiū, id est, potētiam in qua cōfidit & c. Fe. Contere brachiū impij & malū requires, impietate eius nō inuenies. i. ubi cœperis malū siue malignū requirere, qui interim dicit in corde q. nō requires. i. ubi cœperis iniquitatē eius denudare & iudicare per uerbū tuū, sicut dixit Daniel, Sine manu cōteretur, tūc, inquit, impietas eius amplius nō erit, non decipiet, non poterit aliquid & c. Præparationē & c. Fe. Diriges cor eorū, auscultabit auris tua. Diriges Præparatio scilicet ad te orandū. De hac oratione supra quādoq; diximus. Hic ex Heb. cordis. uides præparationē esse, quæ præparat nos dominus ad inuocādū se, Ro. 3.

Nā quid oremus sicut opus nescimus, sed spiritus adiuuat imbecillitatē nostram, & postulat pro sanctis gemitibus inenarrabilibus. Gloriarī, Felix, contere, scilicet pauperes. Hic certe efficaciter postulat spiritus contra regnum AntiChristi pro pauperibus, quorum conscientiaē afflictā sunt, & fere peruerunt. Exurge, inquit, noli amplius dissimulare, ne obliuiscaris pauperū, sicut dixit impius, Oblitus est deus, auertit &c. & sicut hic dicit, Non requirēt. En certe aspiciēs, id est, uides, ut maxime ipse dicat te non uidere, sic enim agit quasi non uideas, quasi non sis iudex pauperū, qui tibi soli adiutori derelicti sunt. Quæratūr a te peccatum illius, quod interim aestimat te non uidere, dum omnia suas antīssima esse iudicat: & nō nocebit ultra. Dominus regnabit, uos impij & gentes, hoc est, increduli uerbo dei nō regnabitis. Prouer. 2. Impij de terra perdentur: quia desideria pauperum exaudita sunt, ut nō regnaretis amplius in conscientijs hominū. Sicut olim exauditus est clamor filiorum Israël, qui opprimebantur dura Pharaonis seruitute.

PSALMVS DECIMVS.

Titulus. ὠποσκέλευσις Dauidi.

Amici secun-
dū mundum.

SUMMA. Quidā quasi amici & quasi consulturi nobis, nostrisq; rebus, cū uident nos a ueritate stare, dicūt, Desine a talibus, quia illi (ut nosti) qui nolunt audire, qui nolūt dici ueritatē, machinantur malū contra amantē pietatis, id est, ut hic dicitur, cōtra rectos corde. Nā & quicquid tu ædificasti docēdo, illi destruxerunt dānando, quare perstas in sententia cōtra tantos, contra tā multos? Respōdeo. Iustus autē quid facit? Verū nihil refert utiūq; acciderit, Dominus iudex in celo, inter me & illos iuste iudicabit. Hæc est summa psalmi, atq; hæc est iusti fiducia. Exēplū huius egregium habes in Christo, Luca. 13. In ipsa die accesserunt quidam pharisæorum, dicentes Iesu, Exi & uade hinc, quia Herodes uult te occidere &c.

Remediū ten-
tationum.

Quin & usum aliū huius psalmi nunq̄ nō necessariū tibi ostēdo. Cū subit tibi tētatio illa crassorū peccatorū, ne cede tētatori, quasi dulcia cōsuleri, ne cede carni pronocātī, sed sit ex toto corde fiducia tua in domino, & dic, In domino cōfido, quare dicitis uos cogitationes meæ, q̄ pietas sit miseria, & impietas delicta, ut Psal. habet. 7. Sed hæc interim crassiora, iter quæ etiā cōputa sollicitudinē huius uitæ & tēporis, quod forte nō uiues, aut si uiues tamē sollicitudo sit apud deū, non apud te, tu tantū cōfide in domino, sicut

Nota. docetur Matt. 6. Sed stultus nō intelliget hæc. Cum autē subdole tibi incit-

erūt cogitationes, ut blasphemēs uiam domini, ut desperes, ut cogites an præ-
destinatus sis necne, tales cogitationes proculdubio nõ à deo, sed à diabolo
sunt. Hic tota fiducia quasi in faciẽ diaboli expuens (ut docent quidã san-
ctorũ) dic. In domino confido &c. Deus non præcepit mihi ut sollicitus sim
de prædestinatione mei, qui ne corporis quidẽ & uentris mihi sollicitudinẽ
permisit, sed tantũ ut credam ei fiduciam omnẽ in eũ habeam, sicut Petrus
docet, Omnẽ sollicitudinem projicientes in eũ, quoniam ipsi est cura de uo-
bis. Hanc doctrinã habes Eccle. 3. Altiora te ne quaesieris, & fortiora te ne
scrutatus fueris, sed quæ præcipit tibi deus illa cogita semper.

IN domino confido.
Quomodo dicitis animæ meæ, transmi-
gra ad mōtes sicut passer. Quoniã ecce
peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas
in pharetram, ut sagittent in obscura luna rectos
corde. Quoniã quæ perfecisti ipsi destruxerunt.

Transmigrare ad montes, id est fuge in solitudinem, hoc est, desere uiam re-
ctam quã tibi sequi uideris, desere sicut passer timidum animal, quod fugit
etiam nemine persequente. Felix, Transmigrare ex monte uestro, id est, desere
arduum ueritatis negocium, quod tu cum tuis agis & sequeris.

Quoniã ecce &c. Fe. Quoniã ecce impij intendunt arcum, præparaue-
runt sagittã suam super neruum, ut sagittent in obscuro rectos corde, quo-
niam fundamenta destruentur, id est, omnia uastabũtur quibus nititur mons
uester, non permanebunt uestra, licet uera, propter potentã aduersariorũ.

In scriptura edificare est docere, destruere est contra docere, Gal. 2. Si
enim quæ destruxi, iterum hæc re. edifico &c. Eph. 4. Sermo ad edificati-
onem. Sic Christus ex psal. Lapidem quẽ reprobauerunt edificantes, id est
plebis doctores, qui iudicabant hunc lapidem ad edificium inutilem, sicut
& hodie Episcopi nostri cum theologis, quibus, uerbo dei contẽpto, suffi-
ciunt humanæ traditiones, nimirũ multũ eis utiles, sicut & tunc &c.

Dominus, in cuius manu sumus nos & nostra, est fiducia mea. Quare ua-
ne nitimini mihi persuadere ut deseram ueritatis uiam, & ad ditis putidas ra-
tiones, dicentes, propterea desere, quia ecce impij machinantur contra te.

Aedificare.
Destruere.

In domino
confido.

In obscuro. malū in obscura luna, uel in obscuro, id est, ita callide, ut nolint uideri quasi agant contra ueritatem, & contra rectos corde, sed quasi contra falsitatē, & contra hereticos. Hoc est sub hypocrisis, & sub titulo defendendae ueritatis. sicut supra dictū, q. Antichristus sedet in insidijs, in oculis &c. Quoniam omnia quae tu uelut firmissima perfecisti docēdo, ipsi destruxerūt, id est, dānauerūt & dānanda iudicāt, & multi sentiunt cū eis, ut non speres tua māsura. Hæc est impia, quasi amicorum persuasio, quā etiam impie nostrae cogitationes suggerere possunt. Respondet uero qui confidit in domino.

Iustus autem quid fecit?

Domínus in templo sancto suo, dñs, in cœlo sedes eius. Oculi eius in pauperē respiciūt, palpebrę eius interrogāt filios hominū. Dñs interrogat iustū & impiū, qui autē diligit iniquitatē odit animā suam. Pluet sup peccatores laqueos, ignis & sulphur, & spiritus procellæ, pars calicis eorū. Quoniā iustus dñs & iustitias dilexit, æquitates uidit uultus eius.

In tēplo sancto suo. Fe. In tēplo sanctitatis sue. In pauperē, non est in Heb. Quod legimus, Interrogāt & interrogat. Fe. probāt & probat, legit. Qui autē diligit &c. Id est, cui quæso nocet q̄ pprie salutis, qui non solū iniquus est, sed etiā diligit & defendit iniquitatē? Fe. Impiū & diligētē iniquitatē odio habuit aīa eius. i. dei. Deus nō pōt non aduersari suis aduersarijs,

Animā dei. hoc est, qui studio agūt, ut ueritatē dei exinguāt. Neq; offendat te, q. deus dicitur animā habere. i. uiuere, quē etiā legis oculos & palpebras habere, s. riptura aliter non pōt nobis de incōprehēbili deo loqui, nisi uelut de homine. Sic & Esa. i. Calēdas uestras odiuit anima mea. Pluet &c. Fe. Pluet sup impios laqueos, ignē & sulphur: & spūs cōbustionū, pars calicis eorū.

Allusio. Vbi alluditur ad ea quæ Gen. 19. dicūtur de subuersiōe Sodomorū, & Exo. 9. de subuersiōe agrorum in Aegypto: quæ certe iudicio carnis fuerūt horrēda, sed magis horrēda sunt iudicia dei in spū, quæ pluit dominus sup impios Sūt autē laquei cæcitatē & desperationis, ignis concupiscētis & iræ atq; furoris, ad scelera carnis augēda, & ad ueritatē frustra extinguendā. sulphur. i. fœtor sām. fulgur & spūs turbinis. i. tēpestas & horror consci

entia in eternum. Pars. i. participatio calicis eorum. q. d. Talia bibent. Sic
 pars Esa. 13. Hec est pars eorum qui uastauerunt nos & fors diripientium
 nos. Habēt & pij & impij suū calicē, sed de hoc forte dicemus, psal. 15.

Hec illi, ego autē qui cōfido in domino, dico, iustus quid fecit? Dominus
 in tēplo sancto suo, sicut & Abacuc. 2. dicitur, in sanctis suis habitat, & in Tentatio bo-
 caelis praesidet, & omnia æquus iudex uidet, & iudicat, nō erūt sine malo q̄ na pijs.
 malū pijs intērat. Nō erūt pij sine gratia, nā sine deo aut eius uolūtate nihil
 in ipsos poterūt aduersarij, & si praeualuerint ad tēpus, certe fiet benigna
 patris erga pios uolūtate. Sine autē hoc sine illud uoluerit deus, ego in domi
 no cōfido. Iustū autē se uocat nō iustitia sua, q̄ est hypocritarū, sed iusti iustus.
 tia dei, quasi dicas, piū & iustitiæ amāte, fidentē deo, & tremētē ad uerba sanctus.
 eius. Hec est iustitia quæ est ex fide. Vnde iustus ex fide uiuet. Taliū plena sapiens.
 est epistola ad Ro. Scriptura nūc iustū, nūc sanctū, nūc sapientē, nūc rectū Rectus corde.
 corde, uocat. Pulchre uero dicit, Iustus quid fecit? Cōtra nostri tēporis plus
 q̄ hypocritas, q̄ ferē semp quādo audiūt ex sola nos fide iustificari, ut impie
 tati suæ succū faciāt, disputāt de bonis operibus, quasi nos mala opera doceā
 mus, & quæ sint bona opa nō intelligūt. Interim ipsi omni iniustitia exum-
 dant, dū pius, seruante eū fide, nihil facit, quod hoies digne dānare possint.

PSALMVS VNDECIMVS.

Titulus: προσκέλευσις super ogdochordo Psalmus David.

S V M M A. Semp fuit natio hoīm puerfa, uerū nūc multo āplius insanit. Paucitas cre-
 quādo (ut Christus praedixit) abūdat iniquitas, refrigescit charitas multorū, dentium.
 & sunt illa tēpora periculosa, quæ ab Apostolis praedicta sunt, ita ut nulla
 sit iniquitas, quæ pio etia nō tentet, Ex corde ergo orandū, Salua domine.
 quoniā non solū impietas regnat in mendacio cōtra deū, sed ne fides quidē
 siue fidelitas seruetur inter ipsos homines, Hinc & conātur suā glorā men
 dacijs suis asserere hoīm superbissimi, nullū agnoscētes dominū. Sed in hac
 impiorū tēpestate, dominus promittit suis sese ad futurū uerbo suo quod ar-
 gento probato purgatius est, idq; oppositurū se cōtra linguā magniloquā.

Consolatio.

Salua me dñe, quoniā defecit sanctus, quoniā
 diminutæ sunt ueritates a filijs hominū. Va-
 na locuti sunt, unusquisq; ad proximū suum, labia
 dolosa in corde & in corde locuta sunt mala. Dis-

perdat dñs omnia labia dolosa, linguam magnilo-
quã, Eos qui dicunt, linguã nostrã magnificabimus,
labia nostra a nobis sunt, quis noster dñs est?

**Paucitas cre-
dentium.**

Salua me domine. Ex Heb. tantũ, Salua domine, id est, tu sis salus & pro-
tectio nostra, in hac tam periculosa tẽpestate, ubi deficit sanctus, id est, cre-
dentium numerus est ualde paucus, regnante impia doctrina, & longe misso
uerbo dei ab hoĩbus. Id quod additur, Diminutæ sunt ueritates à filiis ho-
minũ. Fe. Desecerũt fideles à filiis hoĩs, id est, credẽtes iã non sunt inter ho-
mines, qui sunt filij hoĩs, id est, Adæ, sicut supra diximus psal. 8. Sequitur

Pestis hodie.

caussa, q. pauci sunt credẽtes. Vana, inqt, locuti sunt & c. Inutilia docẽtur,
ubiq; audiuntur, ueritas tacetur, non audet prodire in publicũ. In hac peste
hodie laboratur, nimirum deserente nos deo, & nõ excitante uerbũ suum.

Adulatores.

Labia dolosa & c. meras deceptiões per adulationẽ loquũtur cõtra suã
enã ipsorũ conscientia, quos hoĩes libenter audiunt, qui nõ uolunt dãnari

**Lingua magni
loqua.**

sua, & fauẽt dolosis labijs & linguæ magniloquæ, id est, se magnificãti &
prædicãti illa tãtũ, unde ipsi prædicatores magni, docti, iusti, sancti uidean-
tur, ut qui pasto- res & episcopos se gloriantur, potẽtes sint, & magnificen-
tur doctrinis hominũ exaltati, & uerbo dei carẽtes. Vnde sic sentiũt, Cur
nõ sic doceremus, statueremus, præciperemus, cũ habeamus labia nostra no-
biscũ & à nobis, ut loquamur quiduis nullo prohibentes talis potestas data

**Diuersa
gloriatio.**

est nobis: quis noster dominus est? nemo est superior nobis. Vide itaq; q. quã
potestãtẽ sancti habẽt in uerbo dei, quorũ arma nõ sunt carnalia, sed potẽ-
tia per deũ & c. 2. Cor. 10. eam potestãtẽ impij præsumũt se habere in uanis
doctrinis, mēdacijs & lingua magniloqua: & hi se suis linguis magnificãt,
illi autẽ non sua querunt, sed omnia deo ferunt accepta. Quod ergo dicit, In

**Duplici
corde.**

duplici corde & corde, significat quod alibi scriptura dicit, Duplici corde, & du-
plices an imo, qui aliud loquũtur, aliud sentiũt, aut ea affirmant, quæ non
credũt, & de quibus dubitãt. Mala, quod ex Græcis legitur, in Heb. nõ est.
Fe. he c sic legit, Labium adulationũ in corde & corde loquentur. Perim. it
dominus oĩa labia adulationũ, linguam loquentem magna. Qui dixerunt,
linguis nostris magnificabimur, labia nostra nobiscũ, quis dominus nobis?

Propter miserã inopũ & gemitũ pauperũ, nũc ex-
urgã, dicit dñs. Ponã in salutari, fiducialiter agã in

eo. Eloquia domini eloquia casta, argentum igne
 examinatum probatū terra, purgatum septuplū.

Hæc est promissio spūs, q̄ non derelicturus sit in opū uastationē & gemi-
 tum pau- erum, ubi opprimūtur uanis doctrinis & lingua magniloqua ho-
 minū mēte corruptorū, qui seducti sunt & seducunt, sicut & in fine uides
 noni psalmi, Tibi derelictus est pauper &c. Desideriū pauperū exaudiuit Tempus mise-
 dominus &c. Omnis consolationis pater tēpus nouit miserendi, postq̄ diu rendi psal. 101.
 traditi sumus impijs doctrinis, neglecto dei uerbo & Christi sacro Euange-
 lio. Nunc scz quādo sentiunt suam miserā afflictæ conscientie, & gemunt
 pro liberatione, dū nesciunt uia quæ euadant, exurgā, id est, ueniā in auxi-
 lium & liberabo. Ponā in salutari uel in salute, uel ponā salutē, i. firmam Ponam in
 stabilēmq; erigam salutē, stabilitatē faciam in salute siue liberatione, quasi salutari-
 fixū fundamentū & im- mobile faciā salutē, cui nō præualebunt aduersarij,
 fiducialiter agam in eo, id est, p. r illud salutare, per illam meā salutem, quā
 ego erigam, siue locabo, fiducialiter agam, pro pauperibus uexatis cōtra ua-
 niloquos & magniloquos. Fiducialiter, inquit, agā, id est, faciā pauperes fi-
 ducialiter agere, ut nihil trepidet resistere illorū impictati & superbiæ. Fe-
 qd' legimus, fiducialiter agā in eo, sic transfert, Loquetur pro ipso. Loque-
 tur scz dominus, uel salus quam eriget dominus, pro ipso scz paupere. Vt sit
 mutatio numeri, uel pro ipso scz salutari aut pro ipsa salute. Hoc est, domi-
 nus respōdebit pro illa salute, quā eriget, & eādē defendet, ut nemo aduer-
 sariorū præualeat. Alij adhuc aliter ex Heb. Sententiā Chaldaica trāslatio
 sic reddit, Ponā redēptionē pplō meo, & impys testificabor malū pro ipsis.

Aduerte diligentissime quisquis es qui psalmos legis, ne ubi legis oppres-
 sionē pauperū, cogites solū illos, qui aperte res perdūt aliorū, & corpa as Persecutio
 fligūt crudeles, sed potius intuere quid spūs uelit ī ipsis psalmis. Hic audis uera.
 miserā inopū & gemitū pauperū, & tamē hic nihil aliud legis, q̄ q̄ defice-
 rūt ueritates, q̄ uanæ lingue & magniloquæ sine pudore regnāt in taniū,
 ut nullū remedium sit, nisi exurgat dominus &c. Rursum aduerte, q̄ regno
 mēdaciōrū opponit dominus regnum ueritatis, & magniloquis uerbis suū
 uerbū. Eloquia, inqt, domini &c. Hoc auxiliū hodie feliciter satis uidemus.

Eloquia domini eloquia casta, id est, pura sunt, nulla falsa opinione per-
 mista, Quæ gloria nulli doctrine humanæ debetur: in humanis doctrinis
 sunt opiniones, errores, mēdacia, in eloquijs dei certa cognitio, re ctitudo
 uia & ueritas, sunt enim argentum purificatum à terra in igne septuplum

Eloquia
 domini.

Argentum.
Aurum.

id est, multipliciter & perfecte, secundū idioma Hebræorū, qui septenariū numerū pro perfecto habēt. Argentū significat eloquētū, sicut aurū charitatē, sicut forte dicemus Psal. 67. Quod legimus, probatū terra, grācis mus est, pro purgatum à terra, ut omnino purū sit argentū. Ex Heb. intelli gunt, In uasis testaccis, in quibus igne examinatur argentum. Et nos, inquit Paulus, portamus istum thesaurū in uasis testaccis in quibus igne tentatio nis probatur dei uerbū, num purum & pura fide sit in nobis, quod in se pu rum est, & fallere nō potest. Hūc autē uersum cū præcedēti sic cōiunge, Dominus dicit, Exurgā &c. Ergo impossibile est, ut non fiat, quia eloquia domini, eloquia casta &c. Dominus mētiri non pōt. Et ita hęc intelliguntur de dei promissionibus. Aut certe sic, Ponā salutē, fiducialiter agam per eā, quā salutē siue liberationē: Eloquia domini &c. ut hęc salus sit eloquia do min, sicut hodie experimur & credimus nos liberari. Et ita hęc intelligun tur de oībus dei uerbis.

Tu domine seruabis nos & custodies nos a genera tione hac & in æternū. In circuitu impij ambulat, secundū altitudinē tuā multiplicasti filios hominū.

Fe. Tu domine custodies eos, custodies eū à generatione hac in æternum. Eos. i. pauperes gemētes, Eū. i. pauperē. Cui uariationi nūerorū necesse est ut assuescas, sicut & alijs tropis Hebræicis. A generatione hac, ne scz conta minemur ab hac impia generatione p uanas magniloquāsq; doctrinas, quæ per hypocrisim loquūtur mendacia, & specie sanctitatis multi seducūtur, qui nō postulant à te salutē siue liberationē, sicut Dauid semp postulat, Do ce me iustificationes tuas. Viam iustificationū tuarū instrue me &c. Hoc ip sum Petrus monuit, Act. 2. Saluamini, inquit, à generatiōe hac praua. Potes quoq; intelligere, A generatione hac in æternū, ut sit periphrasis Hebræica, quæ aliās sic redditur, A generatiōe in generationē. i. perpetuo & in æter

A genera tione hac.

Fiducia.

nū. Iterū in hoc uersu uideto magnā fiduciā iusti, qui iam accepto uerbo & promissione dei, Nunc exurgam &c. certo credit se seruandū in æternum.

In circuitu.

In circuitu impij ambulāt. i. multiplicātur increduli, & ubiq; uidētur uer bi tui peruersores, circūdant nos undiq; sicut alibi, Audiuī ut iurationē

Secundū alti tudinē tuam.

multitorū cōmorantiū in circuitu. Secundū altitudinē tuā, Id est, sicut tu altus es, exaltasti eos & multiplicasti. i. fecisti eos quasi deos in terra, secundū iudicium hoīm, qui tamē nihil aliud sunt q̄ filij hominū, non filij dei, qui

Vilissimi.

despiciūtur in terris & pauperes uocātur. Felix, Cū exaltabuntur oppros

bria filijs Adam, uel uilissimi filiorū Adam, id est, Tūc in circuitu impij ambulauit, tunc multiplicatur, tūc undiq; uidemus miseriam nostrā & uaniloquentiā & magniloquentiam, cū exaltati fuerint & regnauerint. uilissimi quos etiā mundus & sapientia humana despicere possit: Animalia uentris, uoragines pecuniarū, scortatores, nebulones, principū adultores, in rebus sacris bis pucri: sicut hodie eos quoq; mūdus ridet, nemini utiles, huic etiā terræ graues ut ferantur. Sed iudicia dei sunt hæc, Nobis rogandū id quod in hoc psalmo rogatur, Salua domine &c.

PSALMVS DVODECIMVS.

Titulus προσκέλευσις Psalmus David.

SUMMA. Ex angustia maxima, & quasi ex inferno & potestate diaboli ad desperationem adigentis (sicut diximus Psal. 6.) cupit uehementi affectu liberari, ne inuoluatur cæcitate impiorum, & in æternum pereat.

VSquequo dñe obliuisceris mei in finem: usquequo auertis faciem tuā a me: Usquequo ponam cōsilia in anima mea, dolores in corde meo die ac nocte: Usquequo exaltabitur inimicus meus super me: Respice & exaudi me dñe deus meus. Illumina oculos meos, nequādo obdormiā in mortem, nequando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Qui tribulant me, exultabūt si motus fuero. Ego autē in misericordia tua speraui. Exultabit cor meū in salutari tuo, cantabo domino qui benefacit mihi, & psallā nomini domini altissimi.

Dolores. Felix, Anxietatem. die ac nocte. Fe. per diem. Sicut alibi, Tota die contristatus ingrediebar, id est, uigiler. Obdormiam in mortem. Fe. obdormiam mortem, id est, moriar æterna morte. Motus. Fe. lapsus. Psallam nomini domini altissimi, non est in Heb. sed ex alio psalmo huc adiectum.

Affectus
tentati.

Anxie Laborantis affectus & illius qui sibi uidetur à deo derelictus in tentatione exprimitur, huic omnis mora longa est. Obluisceris quasi non sum tibi curæ. Auertis faciem, quasi nolens audire inuocantem & uidere tribulationem mei. vsq; quo ponam &c. id est, quousq; mecum ipse consultabo anxius? vsq; quo exaltabitur &c. quousq; durabit hæc tentatio tenebrarum in qua diabolus prope regnat, ut excæcatum ad desperationem adigat? Respice & exaudi qui iam auertis faciem tuam à me. Illumina &c. ut cognoscam ueritatem, & lumen uultus tui uideam. Hæc est enim liberatio in hac tentatione, uidere consolationem dei, in uerbo & promissione eius. Ne obdormiam in mortem, ne moriar in infidelitate quæ me tentat. Præualui, id est, iam habeo quod quasiui, uerbum aduersariae potestatis, quod precamur ne unquam possit gloriari de nobis. Ego autem &c. Vides tales psalmos non esse scriptos in tentatione, sed esse gratiarum actionem de superata tentatione, scriptos uero propter nos, ut in tentatione uideamus qua sit euadendum. Ego, inquit, in misericordia tua speraui, non in iustitia aut uiribus meis. In tentationibus facile cadit omnis disputatio de operibus & fiducia meritorum nostrorum: Qui tunc & precipue in morte in misericordia dei didicit herere saluus est, qui uero operibus fidem incipit dicere, Si ut uerem multa bona facerem, actum est de eo. Idem est quod sequitur, Exultabit cor meum in saluatione tua. Cantabo, id est, gratias agam &c.

PSALMVS XIII.

Titulus προσκλήσεις David.

SUMMA. Omnes homines hic describuntur, qui extra fidem in deum sunt siue extra gratiam, ut interpretatur Paulus, Rom. 3. Detorserunt talaria Iudæi in gentes idololatrias, sed Paulus is qui in lege erant scripta probat. Ita & nos talia de nobis dicta per cæcitatem non putamus, sed reuocamus nescio in quos. Hoc enim habet omnis impietas, ut minime omnium de se & contra se dictum putet, quod maxime est: Dicit enim, Non sum sicut cæteri hominum. Summa ergo est, q. omnes deo & in deum non credentes sunt tales quales hic describuntur. A qua impietate liberet nos salutem ex Sion adducens dominus noster Iesus Christus.

Dixit insipiens in corde suo, non est deus,
Corrupti sunt & abominabiles facti sunt
in studijs, non est qui faciat bonitatē, Dominus de

cælo respexit super filios hominū, ut uideat num sit intelligens aut requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, nō est qui faciat bonitatem, non est ne unus quidem.

Felix, Corruerūt & abominabile fecerūt studium, sicut & Gen. 6. legis terrā corruptam &c. Insipiens est iniustus, hoc est, qui fide à deo non est iustificatus, qui non sapit ea quæ dei sunt, ut maxime secundū prudentiā carnīs, quæ est inimica deo, sit sapientissimus. Hic dixit uel dicit, secundū Hebræismū quo præteritū sepe usurpatur pro præsentī, ut, Magni Præteritum sicut anima, mea dominū, & exultauit, pro exultat. Dicit, inquam, in corde p. præsentī. suo, Id est, sic seniti, si quis posset scrutari cor eius ut deus, ut spiritus qui hic loquitur: ut maxime ille insipiens siue impius aliud dicat ore, & sancti Non est deus. sicut anima, mea dominū, & exultauit, pro exultat. Dicit, inquam, in corde p. præsentī. suo, Id est, sic seniti, si quis posset scrutari cor eius ut deus, ut spiritus qui hic loquitur: ut maxime ille insipiens siue impius aliud dicat ore, & sancti Non est deus. sicut anima, mea dominū, & exultauit, pro exultat. Dicit, inquam, in corde p. præsentī. suo, Id est, sic seniti, si quis posset scrutari cor eius ut deus, ut spiritus qui hic loquitur: ut maxime ille insipiens siue impius aliud dicat ore, & sancti Non est deus.

stima de deo loquatur, ut maxime gestibus & externis ceremonijs ostēdat, se religiosum dei cultorem, ut Cain, disputētue stultissimum esse, qui neget esse deū tam cognitum ex mirabili cæli terræq; dispositione, ut negari nequeat, quæ omnia speciem habent sapientiæ. Ceterū quia intus insipiēs est, Dicit in corde suo, Non est deus, inuisibilia quidem dei, ut sunt sempiterna eius potentia & diuinitas, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur. sicut dicitur, Ro 1. Sed sine fide quō intelliguntur? Fide enim credimus apta esse secula &c. Heb. 11. Nam ad cogitationes uanas descuerunt qui multa de deo deiq; creatura disputarunt, & obscuratū est insipiens cor eorū, Dicentes enim se esse sapientes, stulti intus sunt in corde, ubi deū non glorificant, aut gratis agunt. Id quod est negare deum in corde & deum non agnoscere, & sicut hic dicitur, non intelligere aut requirere deum. Et si, ut crassi illi idololatæ fecerunt ex creaturis deos, ita & hi, dum alius opibus Dij. fidit, alius gloria sua, alius amicis, & hi crassiores. Alij autem qui nihil minus quàm insipientes uidentur suis operibus bonis & meritis fidunt. Cum enim in solo deo confidendum sit, id necessario deus tuus est in quo tu confidis. Quod si in alio confidis quàm in deo uero iam deum negasti. Deum credere est intelligere & requirere: intelligere in uerbo, ut trepides ad cōminationes eius & gaudeas ad promissiones eius, Requirere in spiritu, ut timeas amēsq; ut patrem, & in omni necessitate corporis ac spiritus inuoces certa fiducia liberatorem. impius ut contemnit comminationes dei, ita & se promissionibus committere non potest, imò si quandoq; in horrorem

- iudicij dei inciderit nihil aliud potest q̄ amota omni spe in eternū desperare. Et tu si huius cor uidere posses, quod interim ne ipse quidem uidet, dum deum fatetur ore, & non male se de deo sentire putat, iudicares ne esse dei ignorantem? Quid fideret deo qui ne uentrem quidem illi uel ad modicum tempus committere potest? Porro ne hic pharisaico supercilio tumcamus, quicquid adhuc infidelitatis adhuc sancti & credentes habent ad hanc impietate pertinet, qui in hoc psalmo se contemplantur, quantum adhuc à plena in deum fiducia absint. Sed hoc interest inter pios & impios, q̄ hi suam non agnoscunt infidelitatem, illi nihil aliud queruntur & dolent quam se non satis fidere deo, & propterea quia sic contra suam pugnant infidelitatem intelligentes & requirentes deum ut augeat fidem, quod reliquū est impietatis non imputatur: hoc ipsum nāq; ita damnant ut deus, & ita conne hic quidem à deo diuersi sunt: & audiunt consolationis uerbū, Non ueni uocare iustos, sed peccatores, id est, qui se peccatores agnoscūt. Tales uocat in hoc psalmo deus plebem suam, inopem, generationem iustam, ut scias psalmum, qui nullū excipit, de omnibus hominibus intelligi, qui per gratiā non eripiuntur. Nam filios hominū uocat qui per fidem non sunt facti filij dei. Erepti autē sunt quos uocat generationē iustam, hoc est, qui iustificati sunt per iustitiam dei, quæ est in fide. Igitur qui non credit deum esse ueracem, iustum, misericordem, dicit in corde suo, Non est deus. Atq; hæc arbor mala & radix uenenata, quos quæso bonos fructus pariet? Corrupti, inquit, sunt & abominabiles facti sunt, sicut carnes putridæ, in studijs suis, in radice mala & affectibus cordis, nihil moror speciem foris bonam, studia cordis intueor, quomodo producerent bonum opus? cum quicquid non est ex fide, ut dicitur Ro. 14. etiam si in speciem sit sanctissimū, tamen peccatum est. Non enim potest arbor mala fructus bonos facere. Omnes declinauerunt, scilicet à uia dei ad sua studia & consilia & prouidentias. Ut faciunt omnes mundi sapientes & prudentes secundū carnem. Hypocritæ quoq; præ cæteris obstinatioꝝ animis sequuntur non dei uerbum, sed, ut scriptura dicit, quod ipsis bonū uidetur. Ita & in Esa. ca. 53. dicitur, Omnes nos quasi oves errauimus, unus quisq; declinauit in uiam suam, Simul inutiles facti sunt, abominabiles facti sunt, factuerunt ut carnes corruptæ, fidei in deū & charitatis in proximū nescij, Inutiles ergo & deo & hominibus. Sic ita iudicat dominus è coelis prospiciens. Iudicia nostra & fallunt & falluntur, dum corda & studia cordium hoies uidere non possunt. Præuam enim est cor hominis & inscrutabile, dixit Hieremias.*
- Fides adhuc imperfecta.**
- Generatio iusta.**
- Fructus malus**
- Declinauerunt**
- Inutiles.**
- Iudicium cordis.**

In vulgatis libris hi tres uersus adduntur hoc loco ex Rom. 3. qui non Tres uersus sunt in hoc psalmo neq; in Græco, neq; in Hebræo, sed in alijs scripturæ lo additi.

cis. Nā Paulus ex diuersis locis citauit, quod de hac impietate cordis hūani scribitur. Sunt autē hi uersus. Psal. 5. Sepulchrū patens est guttur corū, linguis suis dolose agebant. Psal. 139. Venenum aspidum sub labijs eorum. Psal. 9. Quorū os maledictione & amaritudine plenū est. Esa. 59. Veloces pedes eorū ad effundendū sanguinem. Contritio & infelicitas in uijs eorū, & uiam pacis nō cognouerūt. Psal. 35. Non est timor dei ante oculos corū.

Contritio &c. Infelix conscientia notatur, quam sentient quandoq; qui Infelicitas, iam non sentiunt. Tales quoq; uel in primis sunt, qui ignorant ex fide esse iustitiam, diuertentes ad uexationes miseras operum & religionis superstitiosæ, quā ignorat deus &c. Viam pacis nō cognouerunt, quæ est fides, Via pacis, in deum qua iustificati pacem habemus, Ro. 5. Hæc pax est secura conscientia in omnibus quæ agimus certi q; placeant deo. Non est timor &c. satis exprimit, qui sint, qui dicunt in corde, Non est deus.

Non ne scient omnes qui operantur iniquitatē, qui uorāt plebem meā in cibo panis: Dominū non inuocauerunt, illuc trepidauerūt timore ubi non erat timor. Quoniā dñs in generatione iustorū est, consilium inopis cōfudistis, sed dominus spes eius est.

Vbi non erat timor nō est in Heb. sed adiectū est explicā dæ rei gratia. Nōne scient &c. scilicet quando tandem iudicantur. Ec. Nōne cognouerunt? lairco. Nōne scient, quod nos legimus sic intelligendū, & ipse textus monet, Habent ne excusationem, quia nesciunt: certe non, Nam ut maxime impietatem cordis uidere non possent tam profunde absconditam, tamen ex fructibus malis deprehendere possent, qui fructus certe accusant ipsos in cōscientia ipsorū aut certe quandoq; accusabunt. Operantur enim iniquitatem uelint nolint istæ arbores malæ (de operarijs iniquitatis diximus psalmo. 5) vorant plebem dei quādo comedunt panem, adeo infelices ut ne uictus quidē sit sine peccato, ut etiā hoc quod edunt & bibūt & quod uiuunt sit peccatū, dum ex rapina, ex usura & fraude proximorū quærunt sibi uitam, sicut uidemus in oībus filijs huius seculi, qui prudentiores sunt

Voratores
hominum.

- Quibus uictus
debeat.** filijs lucis in generatione sua. Durū hoc certe pro nostris clericis & monachis, qui non solum parta aliorū & labores deuorant, sed etiā conscientias hominū occidūt & animas, dum aliorū uoratores, fingunt se esse illorū saluatores, id quod est esse pseudoChristos. Solis ijs debetur uictus ex aliorū laboribus qui sibi parare nō possunt & nō habent qui eos alant: Inter quos sunt etiā qui laborant in uerbo, quibus duplici iure debetur, Primum, quia nō habent unde uiuant, nec parare possunt. Deinde quia laborāt & multo minus accipiūt q̄ expendūt. Dignus est operarius mercede uel cibo suo. Sequitur, Dominū non inuocauerūt. In tentatiōe & p̄ctis suis & quibuscūq; aduersis nō fidunt se per deū liberandos, ergo nō inuocāt, ut maxime uideantur multis uerbis more ethnicorum uerba quaedā non intellecta quasi ad deū effundere. Desiderium est inuocatio, sicut supra, desiderium pauperū exaudiuit dominus & c. Quō inuocabunt, in quē non crediderunt? Ro. 10. Quae quæso est inuocatio illorū, qui dicūt in corde suo, nō est deus? Et propterea illic trepidarūt timore ubi nō erat timendū, si crederēt deo. Amisisonem honorū, honoris, uitæ, timent, quæ omnia abunde uerēq; posset suppeditare & suppeditat deus suis, ita ut ne capillus quidē pereat sine uolūtate patris. Deum, uero qui solus timendus est, nō timent, sed ad sua cōsilia & humana auxilia, si fieri potest, cōfugiunt, ideo pereūt. Sola fides nouit se suāq; esse in manu dei, ergo secunda est in tentatione, peccatis, & morte. Igitur qui experiuntur talia in sese scilicet q̄ operantur iniquitatem & incidunt in crassa etiā quaedā uitia, q̄ uiuunt ex iniustis bonis, q̄ in tentatione & peccatis de deo diffidūt, qui putabāt se aliquid esse in suis bonis operibus, q̄ trepidant ad omnem ueniūt, deum non timentes, nōne ex his cor infidele esse discere possunt? ut nullam habeant excusationem ignoratæ impietatis.
- Dominus inter iustos.** Quoniā dominus in generatione iustorum est. Felix, iusti. Sententia est. Hæc omnis impietas regnat in illis, quia dominus non est inter eos, quē ipsa mentis sententia negant, qui potius est inter iustos, quorum generationem nouit, quia ab ipso hæc est generatio: Itarco ipsi seruantur à malo & liberantur si quod acciderit. Deinde addit per Apostrophē. Vos insipientes & impij qui non timetis deum, timetis uero alia: consilium inopis, despecti hominis, iusti, credentis & fidentis deo, quod consilium est uerbum dei, uerbum Euangelicū uobis prædicatū, hoc, inquam, consilium confidistis, id est, spreuistis, blasphemastis, hæreticum declarastis & traduxistis mundo. dum impietatem cordis uestri arguebat, & uiam salutis ostēdebat: Sed dominus est spes eius, id est, pro nihilo ducit uestram damnationem, qui certus est se domini
- Inuocare.**
- Trepida= uerunt.**
- Fides secunda est.**
- Consilium inopis habetur hæreticum.**

domini agere negotiū, qui respondebit pro eo. Felix, Quoniā dominus spes eius est, id est, nulla alia causa damnaſtis eius conſilium, quā q̄ in ſolo deo conſidit, & non vult conſidere in rebus nihili, in quibus uos conſiditis, in rebus mundi & iuſtitijs humanis. Atq; hoc hic additum eſt in fine, ut ſcias, hanc eſſe ſummā impietatem & diabolicam ſuperbiam, etiam uerbum dei Summa impie
damnare ad te miſſum, licet per deſpectum hominē, ut tuam impietate con
firmes, exemplo iudeorum, qui poſitus maluerunt innocentem Chriſtū occi
dere, q̄ audire ſua damnari. Et quid hodie uulgo iactant impij de doctore
Martino q̄ hoc, Totus ne mundus audiet unum deſpectum monachum?

Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael: cū conuerterit
dominus captiuitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob
& lætabitur Iſrael.

Similiter cōcludit Eſa. ca. 59. Hic ſpiritus poſtulat pro ſanctis. Vtinam, Ex Sion ſalus
quia ſic regnat impietas & populus dei tenetur captiuus ne pergat, ſecun- à deo.
dū uerbum dei, ſecundū Euangelium Chriſti, ueniat ex Sion, ex habitaculo
ſancto ſuo uel ex populo dei ſalutare uel ſalus Iſraēlis, id eſt, credentium,
ut liberati ex captiuitate conſcientiarum gaudeamus in deo liberatore.
Tunc quando Pſalmus ſcribebatur ex Sion, expectabatur ſalus, ut dicitur
Rom. 11. Id eſt, Chriſtus ex populo dei naſciturus, qui ſemper expectatur
uenturus per uerbum ſuum ex Sion, id eſt, ex populo ſuo, ut aliquem ſuſci
tet ex credentibus qui uerbo Euangelico nunciet ſalutem, & liberationē
faciat per deum. Quis quaſo hodie non gaudet liberatus uerbo Euangelico
ab hac nouiſſima Antichriſti captiuitate? Poſtquam miſit dominus nobis
ſalutem ex Sion, ut audiamus conſilium inopis, id eſt, prædicatoris ſeſe om
nibus mundi periculis exponentis, ut liberi euadamus cum gaudio & gra
tularum actione. Erit quādo perfecta erit ſolutio captiuitatis in reſurrectione
nouiſſima, tunc & perfecte exultabimus & lætabimur. Aduerte modum
eſſe optantis in ſcripturis, Quis dabit, Quis det &c. pro, utinam ueniat. Quis dabit.
Vtinam fiat &c. Sic Numeri. 11. Quis tribuat, ut omnis populus prophetet
& det eis dominus ſpiritum ſuum. Rurſum aduerte, Sic hoc à domino op
tandum ut mittatur ſalus, non eſſe in manu noſtra erigere ſalutem & præ
dicationem libertatis Chriſti. Ergo & Chriſtus dicit Matth. 9. Rogate domi
nū meſis &c. Nam cū ipſe dominus cōuerterit captiuitatē, tunc gaudebūt
cōſacti etiam ipſe cōuerſæ, ſicut & alibi, In cōuertēdo dominus cap. &c.

Titulus. Psalmus Dauid.

Tabernaculi. SVMMMA. In spiritu quæstio proponitur, quis ex dignatione dei dignus sit habitare in tabernaculo dei, id est in ecclesia dei recenferi ab ipso deo inter electos, ubi adhuc pugnatur & in militaribus tentorijs agitur, &

Mons. quis dignus sit tandem triumphato mundo requiescere in monte sanctitatis dei. Respondetur, Qui conuersatur & uiuit sine macula, Ecce habes fidem quæ purificat corda, sicut dicit Petrus in Act. Apostol. quæ absorbet omnia delicta nostra in Christo. Unde est illud, Beati immaculati in uia. Alio qui da mihi alium qui sit immaculatus. Audi Paulum qui cum ad Rom. ca. 7. descripsisset nostram naturam peccato corruptam, & credentis adhuc habere reliquum in carne peccatum, addidit ca. 8. Nihil nunc damnationis ijs qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant &c. Hic audis certe ingredientem sine macula, non sua uirtute, sed Christi gratia. Sequitur, Et operatur iustitiam. Primum ipsa fides est iustitia dei & opus dei. Iustus enim ex fide uiuet. & Ioan. 6. Hoc est opus dei ut credatis in eum quæ ille misit. Deinde hæc fides foris prodit & proximo impendit opera charitatis, Non enim potest arbor in se bona non producere in tempore oportuno & fructum & folia. At que sunt illa opera charitatis. Audi dominum, Matth. 7. Omnia quæcumque uultis ut faciant uobis homines, hæc & facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. Hæc egregie contemunt, qui multa dicunt de operibus bonis, interim suppositis illis adulterinis operibus, quæ spiritus fidei non postulat, imò quæ contra fidem sunt dum in illis iustitiâ accipi uolunt, de quibus ne iota quidem in sacris est litteris, quæ neque Christus agniturus est in extremo illo iudicio, ut non dicam quæ eorum quædam opera non solum non subueniunt, sed & deuorant pauperem in abscondito, id est, sub specie pietatis. Væ nostris operibus, si opera etiam sunt tam pinguis inertia & impia sanctitas, sed sic meretur nostra cæcitas. Lege totum nouum testamentum, ubi dicitur de operibus bonis, & non inuenies aliam quam quæ propter deum, id est, ex fide proximo impenduntur, quæcumque tandem illa sint, & quandoocumque fiant uel uerbo uel opere. Imò & Christus sic interpretatur addens Matth. 7. Hæc enim est lex & prophetæ, id est, tota scriptura. Vbi ergo manent alia opera? Non quæ damnem, si quid aliud fiat ex fide quod non pugnet contra rationem Euangelicæ iustitiæ: Sed cur interim relinquimus Euangelicæ præcepta? modo præcepta sunt quæ libera

Opera charitatis.

Opera adulterina.

Spiritus exequitur, mordicus incerta tenentes atq; adeo impia si non fiant ex fide. Ratum est enim illud Pauli, Quicquid non est ex fide, peccatum est. Absolutus dicitur in hoc uno uersu, Qui ingreditur sine macula & opera cultus. Itaque comprehensa est iustificatio interior, id est, fides, & opus exterius sine fructus fidei, id est, charitas, vel, ut alijs uerbis dicam, dilectio dei & dilectio proximi, in quibus pendet lex & prophetæ, Matth. 22. Hæc est (ut semel noris) absoluta pietas & uerus dei cultus: Nihil opus est his adde re, imò nihil addi potest. Verum uitij nostris nostra natura in nobis blanditur, & sub generalibus uerbis quedam intelligere uel non possumus uel negligimus aut etiã nolumus, iccirco explicandæ rei gratia cætera adduntur. Explicatio ne
 Qui loquitur ueritatē in corde &c. Interim uero m. mineris semper, quid cessaria est. Promissionibus saluamur.
 debeas, dñi his duobus preceptis nemo satisfacit ne secundū corticem quidem, ut uocant, ut taceamus de spiritu secundū quem interpretatur Christus saluamur, Matth. 5. 6. & 7. Hic promissiones dei tibi fide arripiendæ sunt, quibus solis saluamur & nullis preceptis uel operibus. Hæc est ratio totius Euangelij, per Iesum Christum dominum nostrum.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo: Qui ambulat sine macula, & operatur iustitiam. Qui loquitur ueritatē in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autē dominum glorificat. Qui iurat proximo suo & non fallit, qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentes non accepit. Qui facit hæc, nō morietur in æternum.

Tabernaculum & montem si pro eodem acceperis, ut sit repetita sententia

- tentia nihil refert, quandoquidem unum idemq; regnum dei est, & qui hic non ingreditur in regnum caelorum, uane sibi illic promittit. Vide quae diximus de monte & tabernaculo dei, Psal. 3. & psal. 4. Veritate quidam loquuntur, sed non in corde, ut hypocritae & falsarii doctores, qui habent uenenum aspidum & laborem & dolorem sub lingua sua, licet supra linguam uideantur omnia sancta, sicut diximus psal. 9. & 13. Item & Caiphas loquebatur ueritatem, sed non in corde. Qui non egit dolum in lingua sua, id est, neminem fictis uerbis decepit, cuius deceptionis plenus est mundus Felix, Non detraxit lingua sua. uitium hodie plusquam uulgare.
- Dolus.** Non accepit. Felix, Non tulit uel non leuauit, uel non accepit, id est, qui non solum ignominiam & irrisum non intulit fratri, sed etiam non passus est irri. **o.** inferri. Ad nihilum &c. quod est, contempsit iniquum, non adlatus est ei, quamuis potenti & diuiti, non timuit, non apud eum sua quaesuit, ueritati adh. est, licet resistente maligno quantumcumq; honorato apud homines in mundo. Timentes uero dominum, etiam mundo despectissimos, etiam habitos ut haereticos, glorificat, magnificat, eis adh. eret, etiam si odium & persecutionem omnium uideat sibi ob hoc intentari.
- Iurare.** Qui iurat &c. Vides omnia opera quae hic scribuntur nihil aliud uelle quam ut non noceas, sed commodus sis fratri. Aliter hic legunt ex Hebr. o. Felix sic. Iurauit ut affligeret & non mutat. Vbi nisi illud, ut affligeret, intelligas afflictionem, laborem, humiliationem pro proximo, non conuenit cum nostro, neq; cum sententia qua contextus requirit. Doctore Martino quod nos legimus placet. De iuramento sic sentire solet idem doctor
- An liceat iurare.** ex scripturis, Christianus non debet iurare, Matth. 5. sed eius uerbum sit, est est, non non. Hoc est pro se ipso & sua sponte non ei fas est ut iuret. Ob necessitatem uero proximi, utilitatem & salutem, itemq; ob dei gloriam iurandum est, tunc enim iuramento prohibito seruiumus alijs, sicut gladio & homicidio prohibito seruiunt iudices alijs non sibi suoq; comodo. Atq; ita Christus & Paulus sepe iurant ut doctrinam suam & uerbi testimonium alijs utiliter confirment: quemadmodum & fit & fieri potest in pactis & foederibus. Iurauit quoq; olim patribus deus, sed per seipsum, cum homines per maiorem se iurent, ut est in epist. ad Heb. Vnde in psalmo dicitur, Laudabuntur omnes qui iurant in eo.
- Usura probibita.** Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, id est, nullo iniusto lucro suo abstulit aliquid proximo: Si dare non uis, quia forte reddere potest frater post aliquantum temporis, qui iam eget tua ope, tamen como dandū est absq;

spe scœnoris. Lege ergo de usura prohibita, *Leui. 25. & Deu. 23.* ubi permit-
titur ut extraneo non fratri Iud. eus det ad usuram. Extraneus intelligitur
gētilis, frater Iud. eus. Iam omnis homo est frater noster & proximus. sicut
interpretatur Christus in parabola de Samaritano. Igitur in totū iam usura
à Christianis sublata est. Id quod durum est pro uentre nostrorum, ut uo-
camus, clericorum. Quod si dixerint, ut quandoq; audimus, Usuram esse il-
licitam, nisi sit sigillis Episcoporum confirmata ad cultū dei, quis non hor-
rebit ad hanc blasphemiam Antichristi?

Munera super innocentes accipiunt non solum iniqui iudices, sed etiā
qui mentiuntur, falsum testimonium dicunt, iniustas fouent & protrahunt
lites compendij sui gratia, & quicquid hic aliud intelligi potest, in uersu su-
pra dicto comprehenditur. Nec fecit proximo suo malum &c.

Qui facit hæc non commouebitur. Felix, Non elabetur, id est, in æternū
manebit in tabernaculo dei & mōte sancto eius. Sic & Christus, Hoc fac &
uiuus. Id quod sine spiritu non poteris &c.

PSALMVS XV.

Titulus. Insignia Dauid. Insignia hic uides & triumphum
resurrectionis Christi qui dicitur Dauid, *Ezech. 34.*

SUMMA. Christus loquitur, Conserua me deus ne morte quæ me appetit
inteream, sed potius per eam glorificer (lege *Ioan. 17.*) Sancti dei mihi pla-
cent, de carne autē gloriantes Abrahæ aut sacrificijs legis & ceremonijs
externis, ne pili quidem æstimabo: Non egeo illis, quoniā dominus est hære-
ditas mea, qui dedit mihi gentes hæreditatem (ut *psal. 2.*) Hinc benedicam
& gratias agam, qui me sanctum non solum spiritu, sed & carne fecit, licet
non sine tentatione, & utrunq; seruabit à corruptione illæsum. Hæc sum-
ma est. Hic uides abiectionem carnalis synagoga & electionē credentium
quorūcunq; secundū prophetiam *Ioëlis*, Et erit, inquit, omnis qui cūq; in-
uocauerit nomen domini, saluus erit. Præterea animam Christi in inferno
non derelictam: impossibile enim erat Christum teneri à morte, ut ait *Pe-
trus* in *Act.* Deniq; ne carnem quidem eius post mortem corruptā.

Custodi me domine, quoniā in te speraui,
dixi domino, dominus meus es tu, quoni-
am bonorum meorū non opus habes.

Christū loqui
in psalmis scē
pc.

Hunc psalmū de Dauide non posse intelligi, sed uerba esse Christi, probat Petrus Act. 2. & Paulus Act. 13. ostendentes Christi resurrectionē paulo post mortem secutam, ex uersu, Quoniam non derelinques &c. ut non dubites alibi si audias Christum in propheta loquentem.

Christus tentatus est ut nos, & in tentatione inuocauit deum ut nos, ut per omnia similis nobis fieret, sicut uidet Heb. 2. Nostra ergo uerba audis resonantem. Itaq; primū hunc uersum (ut de alijs taceam) non satis tibi commendare possum. Custodi, inquit, uel, conserua me domine in corpore & anima. Hoc orare summe nobis est necessarium. Verū quæso quod meritū præstendit deo, ut dignus sit audiri nullum profecto, quoniam, inquit, speraui in te. Spes enim, fides & fiducia (quæ idem sunt) impetrant à deo, & præterea nihil. Sequitur, Dixi domino, dominus meus es tu. Quæ est hæc gloria? certe maxima & quæ sola Christiana est. Hoc enim est in Exodo primum præceptū, Ego sum dominus deus tuus. Disce ergo, non modo dominum esse & deum esse, quod & impij in plagis, ut Pharao, discūt & demones non ignorant, sed etiam esse dominum tuum & deum tuum, id quod est uere credere esse dominū, credere esse deum: cum contra inspicens in corde suo dicat, non est deus. Vt auideas ei dicere, Dominus meus es tu. Id quod sæpe in psalmis occurret, Modo interim quod diximus, scias, hoc dicere non oris esse sed cordis. Verū diligentissime attende quare dixerit domino, Tu es dominus meus: quoniam, inquit, bonorum meorum non opus habes. Hic cadunt omnia nostra. Lege Esa. 1. Audite uerbum domini principes Sodomorum &c. Coniunge itaq; omnia, Custodi me domine. quare? quoniam speraui in te. Dixi domino, dominus meus es tu. quare? quoniam bonorum meorum non opus habes. quod Felix sic dicit, Bonitas mea non confert tibi. Quod si bonorum meorum opus haberes & à me exigeres, non esses dominus meus, id est, in quo solo mihi sperandum est, ego enim præstare non possem quod certe debeo, & iuste exigeretur, nisi esses noster dominus, ignoscens famulis sperantibus in te, Perirem enim à deo & desperarem, diceremq; in corde, Non est deus. Beata ergo gens (ut est in alio psalmo) cuius est dominus deus, populus quem elegit in hereditatem sibi. Hic uidet quàm diabolice erratum sit in satisfactionibus & canonibus pœnitentialibus, quibus postea medicatum est fatuis illis indulgentijs, sed in commodum illorum qui sedent in cathedra pestilentie &c. Porro Hieronymus hoc loco transfert, Bene mihi non est sine te. Digna quidem sententia, sed non satis probatur ab Hebræis translatio.

Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit dominus omnes uoluntates suas in eis. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Non congregabo conuentus eorū ex sanguinibus, nec memor ero nominū eorum per labia mea.

Sanctis qui sunt in terra eius, id est, domini. Nā domini est terra & plenitudo eius. Et alibi, Percibitis gentes de terra illius. Terra domini est & Regnum dei in terra. sanctorum qui in æternum & cælum & terrā h. ereditabunt, nam in Christo data sunt nobis omnia, impij nostra adhuc in uis occupant donec de terra perdantur. Et quis piorum ignorat regnum dei licet non terrenum, tamen esse in terris in cordibus credentium: Sicut Christus dixit, Hi in mundo sunt, sed de mundo non sunt. Felix, Sanctis qui in terra sunt & admirabilibus, omnis uoluntas mea in eis. Admirabile dicit sanctos, quia mirificauit dominus sanctum suum. Esa. 8. Ecce ego & pueri mei quos dedit dominus mihi in signum & portentum Israël. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum. Sic coniungitur in translationibus quasi de sanctis dicatur, cum tamen sit de reprobis dictum, de quibus & subditur, Non congregabo &c. Nam quod legimus, Postea abcelearuerunt, id est, multiplicatis peccatis surgerunt à deo, secundū illud, Peccator cum in profundum uenerit, contemnit. Felix legit, Post alterum accelerauerunt, id est, relicto deo uero, Idola cordis sui sibi erexerunt. Idola cordis. Idcirco idem Felix, transfert dolores uel idola, quos legimus infirmitates. Quid aliud inueniunt, qui suis se iustificare operibus querunt, quàm dolores & uexationes conscientiarum & idola cordis. Deum enim uerum cuius solus iustitia est, relinquunt, facientes sibi tot saluatores quot operibus iustitiam querunt. Verum Hieronymus multo clarius sic legit, Post tergum sequentium. In quo uides clare uersum ad impios pertinere. Multiplicabuntur dolores uel idola eorum, post tergum sequentium, id est, illorum qui me persequuntur. Non congregabo &c. id est, non erit mea ecclesia ille cœtus & illa ecclesia malignantium qui sunt ex sanguinibus, nō ex deo nati, Io. 1. Hoc est, qui gloriantur se filios esse Abrahæ secundū carnem, qui gloriātur de noīe Iudaico: sicut qui hodie gloriantur de noīe Christiano, qui gloriātur de externis sacrificijs & ceremonijs, que oīa sunt carnis. Nā in spiritu sola fide & spe adoratur deus. Felix sic,

Non libabo libamina eorum de sanguine, id est, sacrificia eorum carnalia non respiciam. Iam enim uenit hora, ut in spiritu adoretur deus, Io. 4.

Mutatio personae. Sanctis qui sunt &c. Non opus est semper monere de mutatione personae grammaticae tam frequenti. Christus hic orat ad patrem & nos in Christo, ut diximus, & iam in secunda persona loquitur, Custodi &c. iam in tertia, Dixi domino. Sanctis qui sunt. Dominus pars &c. Omnino haec conueniunt cum. 17. ca. Ioannis, ubi rogat pro se glorificando, pro sanctis, id est,

Voluntas dei in sanctis. credentibus discipulis, non pro mundo, id est, Christi persecutoribus & blasphematoribus Euangelij. Sententia ergo est, Gratias ago domino, qui mirabiliter & mirabili gratia per suum spiritum compleuit omnes uoluntates suas uel meas (eadem enim est Christi & patris de sanctis uoluntas) sanctis & in ipsis sanctis, hoc est in cordibus & intus in spiritu sanctificationum. Euangelium suum iam Christus reuersurus ad patrem praedicauerat & creditum erat, credendumque sciebat a posteris qui futuri erant in terra eius, id est, in regno caelorum & ecclesia sanctorum: haec erat omnis Christi patrisque uoluntas, sicut in Ioanne dicit, Haec est uoluntas patris, ut credatis in

Voluntas propria in hypocritis. eum quem ille misit. Sic credendo omnis uoluntas dei in sanctis mirabiliter & cum gloria caelesti impletur, dum interim impij & hypocritae suis uoluntatibus, adinventionibus & studijs a se repertis & operibus plurimis, quorum deus non opus habet, neque proximo utilia sunt, sese deo seruire putant & iustificari querunt. Deus in sanctis suam operatur uoluntatem, quia ipsi suae uoluntati resignant, dicentes, Fiat uoluntas tua sicut in caelo & in terra. Hypocritae autem faciunt quod ipsis bonum & rectum uidetur, non quod dei uerbo. De impijs ergo Iudaeis Christi persecutoribus & qui oderunt Euangelium Christi sequitur, Multiplicatae &c. Sicut fideles semper pergunt ex fide in fidem & crescunt in domino, sic osiores Euangelij semper

Nota impiorum non nouit Christus. augentur impietate & caecitate: quorum externam laruam a deo non respiciat deus, ut etiam nomina eorum non agnitorum aut nominaturum se dicat, quemadmodum de impijs Christianae rei persecutoribus dictum est, Psal. 68. Deleantur de libro uiuentium, & cum iustis non scribantur, quibus & dicit, Nescio uos, discedite a me operarij iniquitatis. Aut ita accipe, Nec memmor &c. id est, non orabo ultra pro eis in eis spiritu meo, hoc est derelicti nunquam resipiscunt ut suspirent ad deum, Io. 17. Non rogo. Abiectionem Iudeorum uidimus satis horrendam propter infidelitatem illorum. Vide ne & tu excidas, Ro. 11. Dum non inuocas deum conseruatorem & custodem, qui nisi custodierit frustra laboramus & uigilamus.

Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. Tu es qui restituis hæreditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in optimis meis, etenim hæreditas mea optima est mihi. Benedicam dominum qui erudit me, insuper & usq; ad noctem erudierunt me renes mei. Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris meis est, ut non mouear. Propterea lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, neq; dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Notificasti mihi uias uitæ, implebis me læticia cum uultu tuo, iucunditas in dextera tua in finem.

Pars hæreditatis, est portio tota quæ ad me pertinet, quando diuiditur hæreditas, ne hic cogites dominum non esse totam hæreditatem cum parte dominus. Olim leuitarum & sacerdotum legalium pars & hæreditas non erat cum cæteris terram possidentibus, ut legis. Num. 18. & Deut. 18. quoniam dominus deus pars illorum erat: Nunc uero qui non est ex tribu Leui, ut dicitur Hebr. 7. Christus hic dicit dominum esse hæreditatem, & partem suam & calicem suum, omnèsq; hoc Christiani in Christo dicunt, ut nihil agant nostri clerici, qui hoc ad se solos trahunt. Vnde dicimus ex alio loco, Portio mea domine. & Threno 2. Pars mea dominus &c. Calix in scripturis est id quod nobis obuenit & offertur nobis à deo. Ita impiorum calix est laquei, ignis, sulphur spiritus procellarum, psal. 10. Hæc est fex in calice domini, de qua bibent omnes peccatores terræ, ut est psal. 74. & Hier. 25. & Esa. 51. quia calicem Babylonis biberunt, Hier. 51. Apoc. 14. & 18. Calix autem Christi, ut hic dicitur, est ipse dominus deus. Hic calix est, ut non nostram, sed dei se

Calix in scripturis.

quamur uoluntate, calici Babylonis omnino contrarius. Hic calix nimium
 amarus quãdoq; ei pro nobis factus est, ut restitueretur ei hæreditas omniũ
 gentiũ, p̄ccõ Adæ amissa. Vnde dixit, Pater si fieri potest, transfer à me cali-
 cem istum. Hunc & baptismum uocat Mar. 10. dicẽs, Calicem quidẽ quẽ ego
 bibo, bibetis, & baptismum quo ego baptizor, baptizabimini &c. & Luca
 12. Baptismo habeo baptizari, et quomodo coarctor, donec perficiatur. Etiã
 nobis esset amarum nimis & intolerabile hunc bibere calicem, nisi Christus
 præbibisset & sanctificasset, qui scimus hunc calicem non aliud nisi domi-
 num deũ esse, quod scire supergreditur omnẽ consolationẽ. Potat quidem
 dominus suos amaritudine & absynthio, ut est Thren. 3. sed hoc nobis quasi
 desolatis uidetur. Nam, ut est in alio psalmo, Ira in indignatione eius, & ui-
 ta in uoluntate eius. Hinc de calice consolationis & inebriationis spiritus
 sancti loquitur alibi, Et calix meus inebrians q̄ præclarus est. 2. Cor. 1. Bene-

**Hæreditas
 Christi.**

dictus deus &c. Tu es &c. id est, reddes te ipsum mihi, qui es hæreditas
 mea, qui iam me paulisper derelinques in potestate tenebrarũ, psal. 3. Aut
 reddes mihi hæreditatem meam qui filius sum, quam peccato Adæ amisi, ut
 sim rex Iudæorũ & gentium, & detur mihi omnis potestas in cælo & in
 terra, psal. 2. Felix sic, Tu sustentabis sortẽ meam, id est, illẽsam immotãq;

Funes.

& stantem seruabis hæreditatem meam. Funes &c. Metaphora est à re
 corporea ad spiritum qua dicit Christus sibi præclaram contigisse hæredita-
 tem. Fumus olim metiebantur agros, ut quisq; suam aciperet partem, sicut
 psal. 77. Sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.

Itaq; ut uides, his omnibus uersibus insigniter gloriatur in deo patre,
 hæreditate optima, eruditore, auxiliatore & glorificatore. q. d. Nunc cla-
 rificatus est filius hominis, & deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus
 est in eo, & deus clarificabit eum in semetipso, & continuo clarificabit eum

Erudit deus.

&c. Erudit me, id est, dat mihi spiritum, ut eligam omne quo d ipsi placet,
 Ioannis. 8. Sicut docuit me pater, hæc loquor, & qui me misit, mecum est,
 & non reliquit me soluz, quia, quæ placita sunt ei, facio semper. Præcreã
 ut per omnia similis nobis fieret, erudiuit etiã cum pater tentationibus
 & passionibus in quibus nos maxime discimus benignitatem dei erga nos.
 Heb. 2. Debit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, & fidelis
 pontifex &c. Et cap. 5. Quamuis esset filius tamen didicit ex ijs quæ passus
 est obedientiam &c. Atq; hic docet nos Christus, ut benedicamus domino,
 id est, gratias agamus de omnibus quibus nos, ut filios, erudit tentationi-
 bus, Felix sic, Benedicam domino qui consuluit mihi, quod ex Hebræo sig̃a

**Consilium in
 aduersis.**

ificat, Consilium dedit mihi. Sed cum nostro in idem redit: Magnum enim donum dei est in aduersis consilium non ignorare, Consilium autē tunc uicium est inuocare dominū, Conserua me domine, quoniā speraui in te.

Insuper & usq; ad noctem erudierunt me renes mei, Id est, non solū in Christi caro in spiritu, ut dixi, eruditus sum à deo, sed etiā in carne mea, usq; ad noctem, id est firma, sed sancta est, iugiter & sine cessatione. quid enim aliud est, usq; ad noctem, quā tota cōtinua dies. Id quod in psalmis significare iugiter, admonui psalmo. 12. Hoc scilicet est, quod ante diximus, Christum in carne sua propter nos mortali & infirma ac trepidante tentationibus eruditū: illa tamē caro sancta, & absq; omni peccato nulla tentatione, neq; dulci, neq; amara potuit, ut nostra peccatrix, prouocari ad aliquid eligendum contra deum. Grauißima quidē tentatio erat, Pater transfer à me calicē istum, sed quid illic elegerit nō ignoramus. Felix sic habet, Etiā per noctes castigauerūt me renes mei. Dictū est psal. 7. Renes significare affectus & delectationes siue concupiscentias carnis. Nostra caro trahit nos ad iniquitatem, cum semper tum uel maxime noctibus: Ego, ait Apostolus, non inuenio in carne mea bonū. felix ergo Christi caro, quæ erudiuit eum, id est bonū uoluit, & tum quoq; quādo alij in carne magis tentantur. Hæc est illa caro Adæ ante peccatū, sed in Christo infirma & mortalis propter nostra peccata, quæ illa caro portabat. Potes & allegorice noctem accipere uel noctes. Caro mea noctu, id est, in tribulatione ostendit mihi infirmitatem meam. Sicut & ipse dixit, Spiritus quidē promptus est, caro autē infirma, Caro certe horret crucem. Sic & nos castigamur & docemur, q̄ nihil simus in tribulatione & tentatione. Exemplum esto Petrus. Quia & de Christo supra diximus ex Heb. 5. q̄ didicit exijs quæ passus est obedientiam. Vel etiā proprie noctu, quando magis horret animus, & solet uigere tentatio. Exemplū sit precatio Christi in horto. Aduerte & sanctorum carnē, dum iugiter spiritu mortificatur, paulatim, ut ita dicam, spiritescere, sed non perficietur in hac uita, Ro. 7.

Prouidebam dominum &c. Non respexi quid mihi conduceret, non respexi ad multitudinē tentationum & persecutorum, sed dominum semper oculis. habui ante oculos, is est mihi omne bonū, is omnia amara, uerit mihi in salutem, per quæ certus sum, q̄ nulla tentatio, nulla aduersitas me separabit ab eo, quoniā, inquit, à dextris est mihi, ne cadam. A dextris, id est, auxiliator meus est. psal. 108. Qui assistit à dextris pauperis, ut saluam faceret à persecutoribus animam meam. Item diabolus stet à dextris eius, id est, assistet ei ne sit illi locus deo.

Leticia ex deo. Propter hoc latatum &c. Qui semper deum habet ante oculos & certa fide scit se deum habere protectorem, quomodo non gauderet corde, quæ est fides & gaudium in spiritu sancto? & quomodo etiã non exultaret lingua, id est, gratias ageret, quæ est fidei cõfessio & sanctificatio nominis illius quem semper uidet? Hoc gaudium omnis tribulatio mundi auferre non potest, modo sit deus ante oculos, certo semper creditus adiutor. Quin & ipsa caro requiescet, habitabit in spe, id est, dormiet certa de futura resurrectione: sed nostra uidet corruptionem, Christi non uidit corruptionem.

Articulus fidei. Quare caro mea requiescet in spe? Quoniã, inquit, non derelinques animam meam, id est, uitam meam, in inferno, id est, in morte. Christus non solum pro nobis mortuus est, sed etiam uoluit pro nobis aliquantisper, id est, usq; in tertium diem descendere ad tenebras tartarcas, ubi est imago mortis, & sicut Iob dicit, sempiternus horror absq; ullo ordine. Hoc est, uoluit tam diu teneri in morte, ad quam nos eramus in Adam damnati. Sic & Iacob de morte sua loquitur Gen. 37. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Atq; hic habes illum articulũ fidei, Descendit ad inferos. Si quæris quid illic fecerit, Respondeo, Nihil moror quæ sine scriptura dicunt de limbo patrũ, cũ alibi etiã legas, Eruiisti animam meam ex inferno inferiori. Non illos patres solum, sed omnes credentes à constitutione mundi usq; ad consummationem, tunc liberauit non ex limbo, sed inferno inferiori & nouissimo, ad quem omnes eramus damnati, in qua tũc omnes, sicut & in morte eramus per sententiam diuinam. Illic ignis æternus omnis manebat, ut morti per Adæ peccatum traditi, in extremo illo iudicio traderemur etiam pœnæ igniq; æterno, & nulla fuisset redemptionis spes, sicut nulla spes est diabolo & angelis eius, cui ille ignis paratus est ab exordio mudi, & quot quot ex eius regno per Christum nõ liberantur. Ad hoc ergo illuc Christus descendit in mortem & inferos, ne tu illuc descenderes, ut sicut à morte redemit, ita & ab inferis redimeret, ut totam tuam mortem sua morte aboleret, ut & ubi liceret requiescere in spe gloriosæ resurrectionis, sicut & omnes patres defuncti requiescebant, qui expectauerant benedictionem in semine Abrahamæ, qui est Christus. In qua fide qui defuncti sunt in sinum Abrahamæ recepti scribuntur, Nam in fide Abrahamæ & benedictionis per Christum futuræ quiescebant & quiescunt nobiscum resurrecturi. Reliqui omnes in desperatione moriebantur, & hodie moriuntur, detenti in horrenda morte, quoad ignis ille æternus per sententiam nouissimam ueniat super eos. Porro ea quæ diximus de Christo Petrus Act. 2. sic dicit, Quem deus suscitauit

uit solutis doloribus mortis, quatenus impossibile erat teneri illū ab ea scilicet morte. Sequitur, Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, id est, Sanctū tuum quem sanctificasti, quem unxisti tibi, non sines tam diu manere in morte, ut corpus corrumpatur. Est autem hebraismus, Videre corruptionem, id est, corrumpi, sicut uidere mortem, id est, mori. Magna uero gratia credentium est, & eodē nomine cū Christo appellantur sancti, id est, segregati deo, sicut supra, Sancti qui sunt in terra eius, sed Christus est sanctus sanctorū, primo genitus in multis fratribus. Hic uides prestari, quod deus in lege exigebat, dicens, Sancti estote, quoniā ego sanctus sum dominus deus uester. Notas mihi fecisti uias uite, id est, reduxisti me in uitā, quod instabat, factū dicit, more prophético, sicut in Ioanne, Nunc clarificatus est filius hominis, &c. Notā mihi facies semitā uite, id est, ostendes quā euadam ex morte.

Adimplebis me læticia cū uultu tuo, id est, cū rursus aspexeris me, qui Post resurrectionem. ad modicū es quasi deserturus. Post resurrectionē uultū dei & nos uidebitis. Dextera dei, mus læticia sempiterna. &c. Societas læticiarū cum uultu tuo, id est, ubi uultus tuus est, & aspectus, ibi est abundantia læticiarū. In dextera dei erimus post resurrectionē, sicut & Christus in dextera patris est, ibi delectati Sinistra, ones in eternū. Dextera dei est æterna uita, sicut sinistra eius, propter crucem, id est, tentationes & tribulationes, est uita præsens. Sic in Canticis, Læna est sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Aliās sinistra eius est damnatio æterna, Matth. 25:

PSALMVS XVI.

Titulus. Oratio Dauid.

SUMMA. Christus orat cū fidelibus, ne pater cœlestis permittat se succumbere tam potentibus aduersarijs, tamq; ferociter persecutibus, qui omnibus mundi rebus & uoluptatibus abundant. Ego autē, inquit, in iustitiā apparebo conspectui tuo, abundabo cum apparuerit gloria tua.

EXaudi domine iustitiā meā, intende deprecationi meæ. Audi orationē meam, nō in labijs dolosis. De uultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui uideāt æquitates. Probasti cor meum, uisitasti nocte, igne me examinasti, & nō est inuen-

ta in me iniustitia. Ut non loquat̃ os meum opera
hominũ, propter uerba labiorũ tuorũ ego custodi
ui uias duras. Perfice gressus meos in semitis meis,
ut nõ moueãtur uestigia mea. Ego clamaui quoniã
exaudisti me deus, inclina aurẽ tuã mihi, & exaudi
uerba mea. Mirifica misericordias tuas, qui saluos
facis sperantes in te. A resistẽtibus dexteræ tuæ cu
stodi me dñe ut pupillam oculi. Sub tegmine alarũ
tuarũ p̃tege me a facie impiorũ qui me afflixerũt.

**Fidei oppu-
natio.**

Aduerte semper (quod sepe monco) q̃ licet horrẽda in hoc psalmo tibi
uideatur persecutio si corpus spectes, nulla tamen comparatione maior est
quæ intus fidem oppugnat. Aduerte quoq; quid in tantis periculis spiritus

**Consolatio in
tentatione.**

immisceat consolationis: Saluos, inquit, facis sperantes in te. Ut interim ta
cẽam ipsam quoq; orationẽ consolationis plenam inter horrores, secundũ
illud psal. 93. Secundũ multitudinẽ dolorum meorũ in corde meo, consola

Iusta causã.

tiones tuæ latificauerunt animã meam. Præterea aduerte fideles nunq̃ co
ram deo suam allegare iustitiam (alioqui hypocrite essent) nisi in persecuti
one: Hic enim certi sunt se propter iustitiam pati, & aduersarios iniustam
habere causã. Non ergo tunc sibi arrogant iustitiam, sed sententiam am
plectuntur Christi eos beatus pronunciantis. Vide supra psal. 7.

**Labijs dolosis
orare.**

Exaudi domine iustitiã meã, id est, iustam causã meam. In Heb. non est
Meam. Non in labijs dolosis, id est, tu scis q̃ ex corde loquor. Hypocrite la
bijs dolosis orant. De quibus dicitur, Non omnis qui dicit mihi, domine, do
mine &c. de uultu &c. tu iudicato causã meã, qui probas renes & cor
da, & uideto iniustitiã aduersariorũ: Tui oculi nõ fallũtur, hominũ iudiciũ
& oali tantũ secundũ externa iudicãt, & aduersarios meos iustificãt in se
ductionẽ multiorũ. Probasti cor meũ, & uisitasti nocte. i. tentatione in fidelit
tatis & persecutiõe, qua tẽtasti utrũ uelle persistere, igne tẽtatiõis me exami

Iniustitia.

nasti, sicut argentũ in igne examinatur, & nõ inuenisti in me iniustitiam, id
est, per infidelitatẽ non cõsequisti tẽtationi: Nã si fides est iustitia, cõsequitur iustitiam

Felicitate esse iniustitia. Vt non loquatur &c. id est, usque adeo non est inuenta
 in me iniustitia, ut ne uerbo quidem uoluerim approbare opera hominum, quod
 tamen ipsi imprimis urgebant, hoc est, ut noluerim etiam iustificare causam eo-
 rum. Propter uerba labiorum tuorum, id est, quia uerbum & mandatum tuum
 uolo preuaricari. ego custodiui. Ad sententiam potius referret, Ego obserua-
 ui, id est, diligenter attendi uias duras, id est, damnationis, ne scilicet eas se- *Vias duras.*
 querer, seductus bona specie, aut territus intentata persecutione. Nam ut
 hic interpreteris, Vias duras, uias dei carni duras, Hebraeum ut audcas non
 permittit. Felix haec sic legit, Probasti cor meum, uisitasti nocte, examinasti
 me, non inuenies: cogitauit, non pertransibit os meum. In operibus hominis,
 in uerbo labij tui ego custodiui uias dissipatoris. Non inuenies, id est, quia fi-
 dem meam probas tentationibus, certus sum de tua misericordia quae persta-
 bo, quae non inuenies scilicet scoriam infidelitatis in argento meo. Cogitauit *Ne lingua*
 id est, sic apud me statui. Non pertransibit os meum, id est, usque adeo non ce- *quidem.*
 dam aduersarijs ueritatis, ut etiam non preuaricetur os meum uel lingua
 mea, ne uerbo quidem cedam illis, quasi pro eorum iniusta causa loquens ali-
 quid, quod tamen urgent. Id quod & alibi sic dicitur, Dixi custodiam uias
 meas, ut non delinquam in lingua mea, Posui ori meo custodiam, cum con-
 sisteret peccator aduersum me &c. Sic & de Iob dicitur, In omnibus his non
 peccauit Iob labijs suis, neque stultum quid contra deum locutus est. In ope- *Cauenda ope-*
 ribus hominis, id est, quando homo operatur, ego obseruaui uias dissipato- *ra hominum.*
 ris, id est, semper metui ne seducerer, ne illic inuenirem uias iniustitiae sub
 specie bona, quas qui sequitur, non errare non potest. Et hoc feci in uerbo
 labij tui, id est, secundum uerbum quod tu dixisti: Vis enim ut sequamur uer-
 bum tuum, & admones cauere traditiones humanas. Multa uero opera ho-
 minum in speciem quidem habent rationem sapientiae & sanctitatis, & eter-
 num non sunt secundum uerbum tuum, & dijudicata sepe sunt contra uer-
 bum tuum, & tamen impij homines urgent, ut sequamur opera hominum.
 Semper enim opera foris splendens, siue sit sancta hypocrisis, siue mundi
 gloria & sapientia, nobis imponunt, & auertunt a ueritate tua, nisi uer-
 bum tuum cordi nostro sit inscriptum, quo docti diligenter cauamus has
 uias dissipatoris uel corruptoris uel latronis. Hieronymus uersum sic le-
 git, In opere hominum, propter uerbum labiorum tuorum ego obseruaui
 uias latronis. Haec sententia non obseruata, quia spiritus fidei defuit nobis,
 causa fuit errorum nostrorum & sectarum, quae hodie rursus miserante
 deo agnoscimus per uerbum eius.

Dei initium est
& finis in re
nostrae salutis.

Perfice &c. Dignus uersus qui semper oretur, Dominus deus in suas uias nos ducit orantes, uerū nisi tūc quoq; gressus nostros in semitis nostris, in quas nos ipse duxit, perficiat, recidunt omnia. Omnia quae salutis nostrae sunt dei sunt, initium & finis, nihil nobis arrogandū, pereunt qui hoc non credūt: Itaq; perstare non poteris in tantis periculis & tentationibus, à dextris & à sinistris, nisi ipse perficiat gressus tuos in semitis tuis, in quibus ipse iam te ambulare fecit, ut iam non tam tuae, quā dei sint. Fe. Sustine gressus meos in semitis tuis, ne labantur uestigia mea.

Tentationibus
fortificamur.

Ego clamaui, quoniam exaudisti &c. Ergone frustra clamaui, qui erat exaudiens? Respondeo, ad diuersa referendum esse. Ego clamaui, ut exaudias in hac tentatione, quoniam exaudisti scilicet in alijs: qui haecenus non fecisti, iam non falles. Tentationes superatae confortant fidem nostram, ut amplius fidamus liberatori. Felix sic, Ego uocaui te quoniam respondebis mihi deus. Id quod aequum est uerbum fidei, quia certo scio me exaudiendum, ideo uocaui te.

Inclina aurē.

Inclina, ut diligenter attendas, etiam si minus fortiter clamauero. Mirifica, id est, mirabiliter exhibe, ubi omnia desperata uidentur: ut uideamus esse manum tuam, quae liberat, non fauorem hominum, aut fortunam. Qui saluos facis sperantes in te, uerbum fidei, Psal. 9. Sperent in te &c.

Resistentes de
dextera dei.

A resistentibus dextera tua, id est, ab illis qui resistunt saluti tuae, auxilio tuo, quo nobis subuenis, ueritati tuae, & uerbo Euangelico, ut suam dexteram, id est, potentiam, diuitias, & fictam sanctitatem hominibus confirmet, ab illis, inquam, custodi me, non solum ut non ueniam in manus eorum, sed multo amplius, ut nunquam consentiam consilio eorum, & ita custodi me purum & intactum ab illis, sicut homo solet custodire pupillam oculi sui, id est, diligentissime: quandoquidem hic est presentissimum periculum, si uel paululum eis adulati fuerimus, aut in modico cesserimus. Felix autē ex Hebr. eo coniungit sic, Saluans confidentes ab insurgentibus in dextera tua, id est, qui liberat per dexteram tuam ab aduersarijs eos qui confidunt in te.

Sub umbra
alarum.
Gallina.

Sub tegmine. Fe. in umbra. Quis non uidet esse translatum à gallinis, & alijs auiculis? Alibi, Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Et Christus, sicut gallina congregat pullos suos sub alas &c. Gallina oblitata sui protegit pullos, sicut, infirmatur pro eis, id quod & uoce prodit, pugnat pro eis, & uitam suam contemnit. Tales affectus, quia in deo uideri non potuimus, misit nobis filium in quo uideremus. Quis hic non speraret? sed fides deest nobis. A facie, id est, à presentia, uel, ne me uideant,

qui me affixerunt, non manibus solum, sed & multo amplius, impijs uerbis & cōuersatione, sicut & 2. Pet. 2. dicitur, Loth qui opprimebatur à ne-
farijs, per libidinosam cōuersationē eripuit. Is enī oculis & auribus, iustus
cū habitaret iter illos, quotidie aīam iustā iniquis illorū factis exercebat.

Afflictio pñ.

Inimici mei animam meam obsiderunt, adipem su-
um concluderunt, os eorum locutū est superbiam.

Proicientes me nūc circūdederūt me, oculos suos
posuerunt declinare in terram. Susceperūt me sicut
leo paratus in prædam, & sicut catulus leonis habi-
tans in absconditis.

Animā esse uitam quis ignorat? Fe. Inimici mei in animam uel propter
animam circūdederūt me, id est, ut me occidāt & tradāt morti corporis &
animæ. Adipem suum cōcluderunt, id est, iam pinguem, ut opinantur, Adipem con-
cluserunt, prædam, scilicet me quē tantopere quæserunt, ut uastatorē regni eorum, cluserunt.
comprehenderunt illi leones, & catuli leonū insidiantes, id est, omnia insi-
dijs agentes, quasi nihil iniustitiæ meditentur, sed ubi potestas tenebrarum
eis à deo data fuerit, tunc unguis habēt & ora leonū. Vide eadem psal. 9.
Tunc os eorū locutum est uel loquitur superbiam, dicens, Cōprehendimus,
uicimus, & ut alibi dicitur, deuorauimus eū. Hæ insidiæ, & consilium im-
piorum eleganter descripta sunt, Sap. 2. Felix sic, Adipe suo cluserunt os
suū, locuti sunt cū superbiam, quo significat prædā teneri inter dentes &c.

Proicientes me, id est, ut proiectamentū me estimantes & pessimum ho-
minem, qui indignus sit ipsa uita & terra. Circūdederunt uel obsederunt
me. Fe. In gressibus nostris, uel iuxta uestigia nostra nunc circūdederūt nos,
id est, quocūq; ambulabamus, omnes uias euadendi præmunierūt, ne susci-
perentur nostræ excusationes, ne audiretur nostra iusta causa, sed ut oēs
cū eis damnarent nos, curabant &c. Oculos suos posuerūt, ut nō suspi-
cerent in coelū, sicut & de senibus legitur in historia Susannæ. Quibus uer-
bis elegantissime describitur affectus impiorū, cum cōtra ueritatē agūt, &
cōtra conscientiam machinātur malū in proximū, obliuimur enim rectorū iudici-
orum dei, in suas cupiditates tantū respiciunt miseri & excacati, non in id
quod rectū est, quod dei est: sic sentiunt, ut cūq; ista deo uel placeant uel dī

Oculi in terrā

spliceant, oportet nunc sic fieri, alioqui non est consultum rebus nostris, et in ueritate respicimus, actum est de rebus nostris. Hoc scilicet est oculos ponere, ut tantum respiciant in terram. Vae illis.

Exurge dñe, præueni eos & supplāta eos, eripe animam meā ab impio framea tua, ab inimicis manus tuæ. Dñe a paucis, a terra diuide eos in uita eorum, & absconditis tuis impletus est uenter eorum. Saturati sunt filijs, & dimiserūt reliquias paruulis suis. Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, sciant labor quando uidebitur mihi gloria tua.

Exurge domine, ueni in auxiliū, qui uideris tā distimulare. Præueni eos, anteq̄ perficiant quod machinantur. Ecce Præueni faciem eius, id est, impij.

*Impius uir =
ga dei.*

Ab impio framea tua, Apposito est. Hoc est, qui impius est gladius tuus, dū per eū punis quos uis, sicut de Assyrio legis, Esa. 10. Quo nomine etiā diabolus est framea dei, sicut in Iob legis. Ab inimicis manus tuæ, id est, ab ijs qui resistunt dexteræ tuæ, ut supra. Domine a paucis a terra diuide eos in uita eorum. Ipsi multi sunt & fortes sunt, nos autem pauci, despecti, imbecilles. Tu diuide eos, id est, separa eos a paucis a terra, ut nō alijs regnēt super nos in terra, & hoc in uita eorū, ut uideant & cōfundātur, uel, sicut alibi dicitur, ut ueniat mors super ipsos, & descendāt in infernū uiuentes.

*Abscōdita dei
in impijs.*

Verū alia sentētia est in Heb. ut dicam. Et absconditis tuis, id est, bonis terrenis impletus est uenter eorū. Sed nunquid bona terrena sunt abscondita? Stultus ego si hoc dixero, quid enim magis apparet, speciosum est &c. Sed abscondita dei sunt illa ipsa bona terrena, dū per talia excæcatur iudiciū humanū, ut putetur illic deus esse propicius, ubi talia dederit, ubi omnia ut dentur abundare, cum sepe diuersum sit. Sicut dicitur diuiti, Recepisti bona in uita tua, & Lazarus mala. De illis ergo absconditis dei sagnātur animalia uentris in interitum, quæ ob ipsa bona audent resistere ueritati illius qui bona dedit. Vnde addit, Abūdant filijs & amicis, & tantū abest, ut aliquid desit eis, ut etiam abunde diuitiarū suis filijs & amicis & hereditibus morientes relinquunt.

IN PSALMVM XVII.

Felix sic hęc legit, Eripe animā meam ab impio si amea tua (id est, qui est fr̄ amea tua) A uiris manu tua domine (id est, qui sunt manus tua, sicut Iob dixit, manus domini tetigit me, cū tamen diabolus eū tetigisset) à uiris ex ipse (id est, qui ad hoc tantū tēpus p̄tinēt nō ad eternā uitā) quorū pars in uitā (id est, qui hic partē suā accipiūt, post hęc uitā pauperes futuri) & abditū tuū impleas uētrē corū (id est, occultū cōsiliū tuū est, in quo fallitur iudiciū mūdi &c.) saturētur filijs, & dimittāt reliquias paruulis suis. Id est, abundent plusquā satis sit &c. Ego autē, Emphatica antithesis est. Illi sic abundant, nō inuideo eis hanc tā apertā gloriā & occultā damnationē. Ego autē istā respuēs, in iustitia, quæ est per fidē corā te apparebo, nō in diuitijs iniustis coram mūdo apparebo. Abundent alij alijs rebus, ego iustitia diues ero, Cum apparue illas non respicit deus, hanc autē, quia sua est nō respicere nō potest. Et si pau per iudicet & despectus, nō tamen quarā cū illis uiris hic saturari, qui tā in eternis bonis spe ipsa saturitatē mihi promitto, certus q̄ satiabor cū apparuerit gloria tua. Tunc & nos, inquit, Ioannes, similes ei erimus, & uide bimus eum sicuti est. Pe. Satiabor dum surrexerit similitudo tua. Similitudo dei est homo, Gen. 1. sed in peccato Adam perditā est. quæ surgit hic quidē reddita per iustitiam fidei, & crescit dum perginus ex fide in fidē, sed per fiatur cum Christo in resurrectione nouissima.

Iustitia diuites

Cum apparue rit &c.

Similitudo dei

PSALMVS XVII.

Titulus προσηλευοισ seruo domini Dauid, qui locutus est uerba canticī huius, in die qua liberauit eū dñs de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul, & dixit, Diligam te &c.

Christū hic loqui finis psalmi ostendit. Eripies, inquit, me de contradicō onibus populi, constitues me in caput geniū. Populus quē nō cognoui &c. Et Paulus Ro. 15. misericordiā gēnibus exhibitā probat ex uersu huius psal mi, Propterea cōfitebor tibi in gētibus domine, & nomini tuo cantabo. Ut nihil hic agāt, qui propter titulū Hebraicū distorquētur de Dauid, ignorā tes, q̄ Dauid in suis tribulationibus & liberationibus uiderit in spū hęc de Christo tribulando & liberando, qui erat ex lumbis eius egressurus, & ses surus super sedem eius, ut dicit Petrus Act. 2. Id quod & ipse Dauid post hoc canticū. 2. Reg. 23. in nouissimis suis uerbis dicit, Spiritus, inquit, domi ni locutus est per me, & sermo eius per linguam meam.

Verba Christi esse psalmum.

S V M M A, Christus gratias agit deo patri, q̄ tā horrēdis p̄ se factis mira

cultis, in tribulatione maxima exauditus sit, & cū gaudio aeterno liberatus de inimicis fortissimis, ipsaq; morte & inferis, eo q; pater dilexerit eū immaculatū quidē, sed humiliatū propter nos. Et eduxit, inquit, me in latitudinē, saluū me fecit, quoniā uoluit me & c. Deinde reijcit carnē in fidelem Iudaeorum, & elegit credentes sibi gemes, Dilatasti, inquit, gressus meos & c.

IN hoc psalmo à uersu, Cōmota est & c. usq; ad uersum, Misit de summo & c. quaedā obscuriora apparēt, quae hic absoluā secūdū sententiā aliorū, ut mihi deinde liberius in psalmo liceat pro mea sententiā loqui. Nā cōmō dū hic erit, ut etiā noua cū ueteribus cōparemus. Augustini autē, & qui eum sequūtur, obscuras allegorias, & impertinentes nihil moror: fingere enim ex tuo sensu nō est interpretari scripturas. Igitur qui de Dauide exponūt psalmū, & nō inueniūt haec miracula pro Dauidis persona facta, sic dicūt, Verba quidē esse Dauidis, sed in psona populi Iudaici gratias agētis, de liberatione ppli, olim ex Aegyptia seruitute & tribulatione graui, p horrēda miracula facta, praeterea de uisus miraculis & terroribus Iudaeorū, iuxta montem Sina, quādo dabatur lex Moisaica. Per miracula cōtra Aegyptios facta

Miracula in Aegypto.

Miracula in Sina.

Sancti in Christo sunt.

Commota est.

significatur aeterna excacatio & dānatio illorū, qui nō solū non recipiunt uerbū dei, sed etiā oībus modis ei resistūt, ut certe legis de Aegyptijs, quorū caput Pharaon, i. princeps huius mundi. Per miracula uero, quibus territi sunt Hebraei ad montē Sina, significatur terror legis & iudicij dei, qui est horror mortis & inferorū. Sed hic audiūt, Nolite timere, ut enim probaret uos uenit deus, & ut terror illius esset in uobis, & nō peccaretis. Lege historiam Exo. 7. usq; ad caput. 13. Et Exo. 19. & 20. & Deu. 4. Verū si haec placet, cū hic certo sciamus Christū loqui, cur nō potius, neglecto Dauide, accipimus Christū loquentē, & gratias agentē in persona suorū, i. omniū creditiū ab initio mūdi, quorū caput ipse est, & primogenitus in multis fratribus? qui clamat ad deū, dū nos clamamus, persecutionē patitur, dū nos patimur, exauditur & liberatur, dū nos exaudimur & liberamur. Hic clamat ē coelis, Saule, Saule quid me persequeris? Et in ultimo iudicio diciturus est, Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ipse est caput creditis populi, nō David. Atq; ita Christū in illo ueteri populo exauditiū potes intelligere, ē quorū carne & sanguine ipse erat nasciturus. Videamus itaq; singula. Primū in Aegypto cōmota est & cōtremuit terra, id est, hoīes in terra Aegypti perturbati sunt. Fundamēta montium cōturbata sunt & cōmota sunt. i. ipsi principes Aegyptiorum perturbati sunt horrēdis illis miraculis. Ita tropo scripturae, terra & mōtes frequētissime accipiūtur, ut obscurā

non putes allegriam. Sic dicitur Sapi. 9. Intrauit sapientia in animam
 serui dei, id est, Mosi, & stetit contra reges horrendos in portentis & sig-
 nis. Et de perturbatione regum aliorum dicitur in Cantico Mosi, Tunc con-
 turbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor &c. Ascendit fumus
 dit fumus in ira eius, Potest intelligi de deo uehementer irato, sicut illud,
 Saulus adhuc spirans minarum & cedis in discipulos domini. Et de deo
 Ezech. 11. Effundam super te indignationem meam, & in igne furoris mei
 sufflabo in te &c. Atq; ita certe hic paulo post dicitur, Ab increpatione tua
 domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Et uidetur loqui de deo, ut de ho-
 mine, statu excitante flammam, & carbones siue ignem quem statim sit iaciu-
 laturus in hostes. Scriptura enim sic de deo loquitur sepe quasi humanum
 quid agat, ut & psal. 7. Nisi conuersi fueritis &c. Parato uero igne per iram
 eius, uolauit in aëre per mirabilem scilicet effectum in tetra illa caligine
 & tenebris palpabilibus, & pluit grandinē cum igne, misitq; tonitrua &
 discurrentia fulgura super terram, Exo. 9. Multa hic poetis imò prophe-
 ticis exornatur tropis, & gestorum ordo non seruetur, nec oportet, modo
 gesta narrentur in granarum actione. Sequitur, Et apparuerunt inundatio Et appa-
 nes aquarum, quando stetit aqua maris rubri quasi murus à dextris & à sin-
 istris, Et reuelata sunt fundamenta orbis terrarum, id est, profunditates
 terræ, & abyssi in maris parte siccata, Exo. 14. Et hoc factum est ab incre-
 patione tua domine, ut psal. 105. Et increpuit mare rubrum, & exiccatum
 est &c. ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Sic enim dicitur in historia, Abstulit
 mare dominus flante uento uehementi & urenti tota nocte, & uertit in
 siccum, fuit autem is flatus spiritus iræ dei, quia statuit per ista submer-
 gere aduersarios. Sic Moses in Cantico, Flauit spiritus tuus & operuit eos
 mare &c. Deinde in monte quoq; Sina, quando danda erat lex, legis appa-
 ruisse caliginem nubis, ignem maximum, tonitrua, fulgura, fumum quasi ex
 fornace ignis & sonitum buccinæ. Multū hic terra mota est & montes su-
 perbie territi, id est, qui erecto collo incedentes, & adhuc non timentes de-
 um non requirunt. Id quod pulchræ legis Deut. 5. quin & terram motam
 & cælos distillasse à facie dei Sinai legis psal. 67. Eæ habes historiam, ad-
 de si uis allegoriam. Nam sine historia, & præter scripturæ consuetudinem
 allegorijs ludere nihil aliud quam fingere est. Christus itaq; si hæc tibi hoc
 loco placent, hic propter se facta dicit, quæ certe pro populo ipsius facta
 erant. Quin & ipse quæ populo suo contigerunt, in se ipso expertus est,
 tentatus per omnia similiter nobis, sed absq; peccato, Heb. 4. Hic nō solum

Ascendit fumus

Volauit &c.

In Sina.

Allegorie.

Christi experientia.

afflictionē corporis pro nobis sustinuit in Aegypto nostra, sed & terrorem mortis & inferorū, horrorem conscientie: fideiussor enim pro nobis, cum non essemus soluendo, factus est omnium peccatorū, etiam coram deo reus, quod qui nō capiunt, Euangeliū ignorant, deus enim, ut dicit Esa. ca. 53. po-
suit in eo iniquitates omnium nostrum. Et secundū Paulum, factus est pro nobis maledictum & peccatū, & ut semel dicam, Verbum caro factum est. Hec si intelligeremus, mirum si non accenderemur ad deum redamandum, cui tantū debemus &c.

Diligam te dñe fortitudo mea, dñs firmamē
tū meū & refugium meū & liberator meus.
Deus meus adiutor meus, & sperabo in eū, prote-
ctor meus, & cornu salutis meæ & susceptor meus.
Laudās inuocaui dñm, & ab inimicis meis salu⁹ ero.

His appellationibus non potest uere deum inuocare, nisi qui ex solo deo pendet, & certus est nihil sibi praeualiturum contra hunc protectorem.

Firmamentum. Fe. rupes. Refugium. Fe. propugnaculum. Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum. Fe. Lapis meus confidam in ipso, Nam hic non est in Heb. Deus meus. Inuocaui, Fe. Inuocabo.

Cornu.

Remediū ten-
tationis.

Cornu, quo animātia pugnāt & superbiūt, in sacris literis, potētia, glo-
riā, regnū, significat. vnde in psal. impijs dicitur, Nolite exaltare cornu, no-
lite extollere in altum cornu uestriū. Et de Christo Luca. 1. Et crexit cornu
salutis nobis &c. Et in psal. Et exaltauit cornu populi sui. Laudās inuo-
cabo &c. hoc praesentissimū est remediū in tentatione, ut laudās, id est, grā-
tias agens de gratia data & de superioribus liberationibus, inuoces domi-
nū, ut libereris à praesenti tentatione. Ad quod saepe uides in psalmis agi.

Obsederūt me dolores mortis, & torrētes iniquita-
tis conturbauerunt me. Dolores inferni circūdede-
runt me, praecupauerunt me laquei mortis.

Et torrentes &c. Fe. Congregationes Belial perterruerunt me.

Psalmi gratia
7. u. a. c. t. o. n. e. s.

His duobus uersibus summam angustiae & passionis suae expressit Chris-
tus, ut ex magnitudine periculi ostendat grāde beneficiū liberatoris. q. d.

In hæc incidere, sed inuocatus pater stupendis etiã pro me editis miraculis me liberauit, sicut sequẽtia habet. In gratiarũ igitur actionẽ hæc narratur, sicut ferẽ ubiq; in psalmis, id quod & ante quandoq; monuimus. Vide igitur quid debeamus Christo, aut certe deo patri, qui pro nobis tradidit unigenitũ, quẽ mors suis doloribus obsedit, ut fugere nõ licuerit, quẽ inudationes iniquitatũ, & congregationes Belial, id est, iniquorum & Satana non solũ persecute sunt, sed etiã conturbauerũt, & in horrore mortis induxerunt, & inferorũ. Nam quos dolores mortis dixerat, eosdem & dolores inferni dicit, prouenerũt, inquit, me laquei mortis, id est, uenerũt super me absq; ulla euadendi spe. Atq; hic certe uides Christum à deo derelictum: Erat enim, sicut ipse dixit, potestas tenebrarum.

Mortis
horror.

Et in tribulatione mea inuocaui dominũ, & ad deum meum clamaui. Audiuit ex templo sancto suo uocem meam, & clamor meus in cõspectu eius introibit in aures eius. Et cõmota est, & tremuit terra, & fundamenta montium turbata sunt, & cõmota sunt, quoniã iratus est eis deus. Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius ardescet, carbones succensi sunt ab eo. Et inclinauit coelos & descẽdit, & caligo sub pedibus eius. Et ascendit super cherubim & uolauit, uolauit super pennas uentorum. Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius tenebrosa aqua in nubibus aeris. A fulgore in cõspectu eius nubes transierũt, grando & carbones ignis. Et intonuit de coelo dñs, & altissimus dedit uocẽ suam. Misit sagittas & dissipauit

nit eos, & fulgura multiplicauit & cōturbauit eos.
Et apparuerunt fontes aquarū, & reuelata sunt fun-
damēta orbis. Ab increpatione tua domine, ab in-
spiratione spiritus iræ tuæ.

Mutatio temporū. Mutatio ista temporum ubi legis, Introibit, Ardescet, nō te turbet. Chri-
stus semper exaudiendus est, & ira dei semper seuit in aduersarios. Vt in-
terim non dicam tropum esse propheticum, qui dum de futuris loquuntur,
iam per futura loquuntur, iam per præterita, certus est enim spiritus, qui
in prophetis loquitur de ijs que prædicit adeo ac si iam facta essent.

Ignis à facie eius ardescet. Fe. Ignis ex ore eius deuorabit, id est, ignis qui
ex ore eius procedit, deuorabit aduersarios. Posuit tenebras latibulum su-
um, id est, in tenebris latuit. Tabernaculum eius quod fuit in circuitu eius,
id est, latibulum quod circumdedit eum, fuit tenebrosa aqua in nubibus æ-
ris, id est, densus & madidus tempestuosusq; aëre, quo significat easdem te-
nebras in quibus latuit, ut sit tantū repetita sententia. Felix sic, Posuit tene-
bras latibulum suum in circuitu tugurij eius, obscuritatem aquarum, densi-
tates nubium. Post uersum, Et intonuit de caelo dominus, & altissimus des-
dit uocem suam, In Heb. rursus additur, Grando & carbones ignis, sicut
& in uulgatis codicibus, quibus uulgo utimur, adiectum est hoc ipsum ex
Hebræo. Fontes. Fe. Inundationes. Hieronymus, Effusiones, sed quid sig-
nificetur, satis constat ex eo quod additur, Et reuelata sunt fundamenta or-
bis terrarū, significat enim terram perfractam usq; ad infimas aquas: nam
aquas esse sub terris, & terram fundatā super aquas, scriptura clare dicit,
id quod dicemus psal. 23.

Cherub. Cherub auem significat Hebræis, cherubim aues. Super arcam in taber-
naculo Mosi erant Cherubim id est animalium imagines a lat. e. forte ut nūc
fingunt imagines angelorum, ubi dabat dominus responsa, & exaudiebat
inuocantes super propiciatorium, quod erat super arcam, Exo. 25. Vn-
de psalmo. 79. Qui sedes super cherubim &c. Hic tamen simpliciter puto
intelligendum, Ascendit siue, ut est in Hebræo equitauit super cherub, id est,
quem uel super cherubim, id est, aues. Nam sequitur, Et uolauit, uolauit su-
per pennas uentorum. Vides quæ uento siue uentis affigit alas, ut non dubi-
tes, de qua aue dicat. Vt figurate nihil aliud significetur, quàm quod deus sub
caelo

caelo in aere, presente effectu & miraculo, quasi suspensus hæc omnia fecerit. id quod aperitius psal. 103. sic dicitur, Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulat super pennas uentorum.

Cum luce clarius sit Christum hic loqui, sicut ante indicauimus, quid longius petita querimus, cum dicat ipse hæc miracula facta non in Aegypto aut in Sina, sed quando ipse ad patrem clamauit desiderio cordis in tribulatione sui maxima, quando uidebatur derelictus a deo & omnibus creaturis in doloribus mortis & inferorum, in conturbatione iniquitatis & laqueis mortis? Num adhuc ignoramus ad mortem filij dei omnem dei creaturam turbata, & horrendo terrore; spectaculo declarata iram dei patris spectantis necem filij sui? Quis dubitat, si unquam per miraculum fuit horrenda aeris tempestas & coeli terrore; commotio, hic omnia fuisse horrendissima? quando quidem legis in Mattheo, terram motam, petras scissas, montes aperta, inferos patuisse, ut redderent mortuos qui cum Christo surrexerunt & usi sunt in Hierusalem, tenebras quoque per tres horas & ipsum solem obscuratum, in tribus Euangelistis. Insuper Petrus Act. 2. ex Ioel le addit lunam sanguineam, signa in caelo sursum & signa in terra deorsum, sanguinem & ignem & uaporem fumi, antequam ueniat dies domini magnus & manifestus. Indicauit hæc quoque Iacobus Faber Stapulensis, quem præter reliquam eruditionem ego utrum bonum non iudicare non possum. Diem domini magnum & manifestum intelligo diem resurrectionis Christi & tempus testamenti noui confirmati & publicati: magnum in se, id est, gloriosum, manifestatum autem posteaquam missus est spiritus sanctus. Horribilis hic erat Iudeis quibus Ioel id scripserat, quia propter infidelitatem abiiciendi erant, Nobis autem est dies leticie, de qua scriptum est, Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus & letemur in ea, & Nox processit, dies autem appropinquauit. Hæc apud me uult Petri citatio & contextus in Ioel, ut non intelligam de die illa iudicij extrema, sic enim statim sequitur, Et erit, scilicet postquam illa miracula facta sunt, omnis quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Porro ad hæc tam tristia spectacula, signa profecto iræ dei in morte filij sui, turbatos animos legis, imprimis gentiliū, id est, Centurionis & qui cum eo erant, scribuntur enim timuisse ualde & deum glorificasse: deinde & de alijs legis quotquot aderant ad spectaculum istud, & percutientes pectora sua reuersi sunt. Quid si & hic horrorem legis in gentibus & iudeis interpretemur, ubi lex noua & testamentum nouum, id est, Euangelium confirmabatur in morte & sanguine Christi? Si diligenter

Miracula
Christo patiente.

Misit sagittas,

itaq; intuearis uides spiritū Christi cum in hoc Psalmo de miraculis in passione Christi factis loqueretur, ad illa quæ supra ex historia ueteri citauimus respexisse & allusisse. Sic enim solēt prophete in alijs factis alia uidere. Et certe ista ex illis quæ ueteri populo facta sunt estimare debemus, satis scilicet nimiumq; horrenda fuisse, id quod & hic uerba ipsa declarant.

Audiuit ex templo, id est, è loco habitationis suæ, è cælis. Quoniã iratus est eis, scilicet aduersarijs, Eis, non est in Heb. Sed, Quoniã iratus est ipse. Ascendit fumus &c. De uehementer irato deo intelligitur, & de igni aduersarijs parato, sicut supra ostendimus. Et inclinauit &c. Id est, tam a mæstus descendit ne talia non uidere crederetur ab impijs. Et caligo sub pedibus eius, id est quicquid sub eo fuit terra caligine inhorruit. Et posuit tenebras &c. id est, adsuit quidē deus, sed in illa caligine latuit, imò in illa caligine uidebatur adesse. A fulgore &c. Fulgura significat per illas tenebras & nubem opacam subinde permicuisse & quasi igneos carbones iaculata fuisse, mixta grandine. Nam ignem & uaporem sumi legis in Ioële. Et intonuit, &c. Tonitrua significatur & fulmina illa cœlestia ad quæ tremuit terra & conturbatur. Et apparuerunt &c. Petras scissis legis & monumenta aperta, Hic autem scissos petreos montes & terram scissam usq; ad aquas, ut supra diximus, ita ut infera loca patuerint. Non opus est aliunde hæc confirmare, propheta imò Christus in prophetâ hæc dicit facta. Et hæc omnia facta sunt ab increpatione tua domine, quia per hæc increpasti aduersarios. Ab inspiratione spiritus iræ tuæ, id est, quia flatu tuo sic tram contra eos incendisti, ut supra, Ascendit fumus &c.

Misit de alto & accepit me, & assumpsit me ex aquis multis. Eripiet me de inimicis meis potentibus & ab ijs qui oderunt me, quoniam confortati sunt super me. Præuenerunt me in die afflictionis meæ, & est dominus firmamentum meum. Et eduxit me in latitudinem: liberabit me, quoniã uoluit me. Et reddet mihi dominus secundū iustitiam meam, & secundū puritatem manuum mearum retri

buet mihi. Quoniã custodiui uias domini, nec im-
pie gessi a deo meo. Quoniam omnia iudicia eius
in conspectu meo, & iustificationes eius non auerti
a me. Et ero immaculatus cum ipso, & cauebo ab
iniquitate mea. Et retribuet mihi dominus secun-
dũ iustitiam meam, & secundũ puritatem manuũ
mearum in conspectu eius.

Misit de cœlis scilicet adiutorium, & accepit me contra sententiã illorũ *vult eum.*
qui clamauerũt aduersum me. Sperauit in domino liberet eum nũc si uult
eum. id quod post addit, liberabit me quoniã noluit me. uel, ut Felix habet,
Eripuit me, quoniã dilexit me. id est, sui ei curã ut filius. Ex aquis multis. *Aque.*
Alludit ad historiã maris rubri, sicut sæpe inuenis in Prophetis, Atq; eodem
respicit quãdo dicit, Et eduxit me in latitudinẽ. Propter illã historiã & an-
gustiam mortis in mari rubro factũ est, ut aqua in scripturis & inundatio-
nes aquarũ significet persecutiones & angustias mortis, quanq̃ & metapho-
ra etiã ab alijs aquis satis nota sit, cũ enim in aquas cecideris aut deturbatus,
facris necesse est ut pereas, nisi libereris. Vnde est ille psalmus, Saluũ me fac
deus quoniã intrauerunt aqua usq; ad animam meam, Infixus sum & c. ubi
clare uides aquarũ interpretationẽ, sicut & hic: Nam se exponedo hic ad-
dit, Eripuit me de inimicis & c. Atq; hæ sunt aqua suffocatiõis, sunt & aliæ
refectiõis unde sitim leues ne pereas, ut psal. 22. Super aquam refectiõis
& c. De quibus diximus psal. 1. Hinc & in scripturis quoq; aqua significat
populos siue bonos siue malos, hoc est credentes & persecutores, Esa. 8.
Pro eo q̃ abiicit populus iste aquas Siloe & c.

Potentes dicit aduersarios & cõfortatos sup se, quia iã Christus traditus *Potentes super*
erat illis, iam permi tebantur ut facerent quod manus dei decreuerat, sicut *Christum.*
dicunt discipuli, Act. 4. Id quod Christus captus dixit, iam est potestas te-
nebrarum & hora uestra. Et ad Pilatum, Non haberes potestatem & c.

Oderũt, Nullã aliã causam habet persecutores Euãgelij q̃ q̃ uidetes oĩa *Oderũt Euãg-*
sua dãnari nõ possunt nõ odisse Euãgelij preconẽ, Lu. 19. Cives aut oderũt *gel um.*
eũ & c. Præuenerũt. i. uenerũt sup me repete, ut aqua maris, ne esset mihi *Ante tẽpus ne*
euidedi uia. In die afflictiõis meæ. i. qñ cõstitutũ erat à deo ut affligerer. Nã *mo nob nocet,*

**Ante tēpus ne
mo nobis no=
cet &c.** ante illud tempus aduersarij non possunt aliquid in nos, etiamsi totus mundus seuiat simul cum toto regno tenebrarum, quid ergo interim timemus? Cum uero illud tempus uenerit iam placet deo ut patiamur in nostrā multorumq; salutem, atq; ipsius gloriam, quid hic recusamus? Hic benigna manus optimi patris ut induxit in aquas, ita rursus extrahit, & siue per uitā siue per mortem filios sibi dilectos glorificat. Quemadmodum & hic addi

Latitudo. tur, Et est dominus firmamentum meum, ut non uerear ne mihi sit haerendum in luto aquarum multarum. Et eduxit me in latitudinem, id est in latū campum & liberum ex angustijs & manibus aduersariorum, sicut latitudine campi gaudent cerui ex angustiis locis, ubi impetebantur liberati & fugiūt ad altiora loca ubi circūspicere possunt & cauere insidias. Id quod infra dicit sic, Qui posuit pedes meos tanquā ceruorum & super excelsa statuens me. Et reddet &c. Omnia haec uidentur asserere meritum hu-

Meritū piorū manum. Respondeo, Non asserunt. Deus dat nobis iustitiam nostram, puritatem manuumstrarum, ut non faciamus iniquitatem, sed iustitiam, & pro eisdem nobis reddit praemium, sicut Augustinus dixit, Deus in nobis coronat sua dona. Quid enim habes, ait Paulus, quod non accepisti? Indigne legunt scripturas qui de parte iudicant, non uiso toto contextu, id quod ne cuiuslibet quidem leges patiuntur. Oportet ergo uidere & quod in sequentibus dicitur, Deus qui praecinxit me uirtute & posuit immaculatam uiam meam &c. Vbi confitetur se habere à deo ea pro quibus hic sibi promittit praemium. Hoc uero exemplum puritatis in Christo hic nobis proponitur, ut uideamus quantum adhuc nobis desit, & quā longe absumus à iustitia, nisi fides in Christum nobis pro iustitia imputaretur, ut sit omnis Christi puritas etiam nostra per fidem, qua cum eo unum sumus.

**Puritas Christi
sua.**

Iudicia eius, id est, quicquid ipse iudicat bonum, uel quicquid illi placet, non sequor iudicia mea, aut iudicia hominum, sed dei. In conspectu eius, scilicet quae est, uel quam habeo coram eo, qui in conspectu hominum datur, ut immundus.

**Vel peruer=
tes.** Cum sancto sanctus eris, & cum uiro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerso^t peruersus eris. Quoniam tu populum humile saluabis, & oculos superbiorū humiliabis. Quoniam

tu illuminabis lucernam meā domine, deus meus
illuminabis tenebras meas. Quoniā in te eripiar a
tentatione, & in deo meo transcēdam murū. Deus
meus, immaculata uia eius, eloquia domini igne
examinata. Protector est omnium sperantiū in se.

Cum uiro innocēte &c. Felix, Cum uiro immaculato immaculatus eris.
Humilem. Felix, Pauperem, ut intelligas humilem, id est, deiectum & affli-
ctum. Quoniā in te eripiar à tentatione. Fe. Quoniam in te conteram uel
perrumpam militum cuneum, id est, per te omnibus aduersarijs meis ero su-
perior. Deus meus, absolute præmittitur, ut hoc ipsum referas in relatiuo
eius, qui Hebraismus nihil aliud est quàm hæc oratio, Immaculata est uia
dei mei. q. d. Talis est deus meus cuius uia sit immaculata, qui iniustitiam nō
ferat: Ergo non potest non me iuuare fidentem in ipso, & non potest non
aduersari persecutoribus iniquis: Etsi suos permittat ad tempus opprimi
& uideatur causam iuuare iniquorum, tamen iustus & immaculatus ma-
net, & ego iustum & immaculatum credam etiā in medijs aduersitatibus.
Talis mihi erit qualem credidero. Habeo uerbū & promissiones eius, quæ
mundissima sunt, fallere nō possunt, sunt enim igne ut argentum examina-
ta, Psal. II. Eloquia domini eloquia casta &c.

Verba per totum psalmum fieri ad deum quis non uidet? Iccirco nō est
hic illa sententia moralis quā hinc citare solent, bona, quidem sed quam ex
alijs locis petas. Præterea & se exponit, dicens, Quoniā tu populum humi-
lem &c. Videamus & præcedentia cum sequentibus, Sic dicit, Ipse deus
est immaculatus & ego ero immaculatus cum eo. Alioqui quid luci ad tene-
bras? secundū illud Leuit. II. & 19. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum
dominus deus uester. lege. I. Petri. I. Ut æstimas deum ita habes eum. Deus sic
possidet corda piorum ut quicquid faciunt non possint non sanctum, non in-
nocens, non electum iudicare, id quod ipsis à deo reputatur ad iustitiam:
Et sic ipse cum sancto sancte, cum innocente innocenter, cum electo electe
agit. atq; hoc nos sumus deo quod ipse est nobis. 2. Corin. 3. Nos omnes rete-
ctæ facie gloriam domini speculantes in eandem imaginē transformamur
à gloria in gloriam tanquā à domini spiritu. Et Christus dicit, Quod natū
est ex spiritu spiritus est. Contra sic derelinquit peruersorū & infidelium

Relatio He-
braismus.

Immaculata
uia dei.

Cum sancto
sanctus.

corda, ut quicquid uel facit uel omittit deus non possint non peruersum & iniustum iudicare, quos ipse tradit in reprobum sensum &c. Et sic apud eos peruersus est & peruerit. Id quod ait in psalmo, Et dimisi eos secundū desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Hæc sententia expressa quoq; est. 1. Regū. 2. Quicumq; honorificauerit me illum honorificabo, qui autem contemnūt me, erunt ignobiles. Et Titum. 1. Omnia munda mundis, inquinatis autē &c. Et Apoc. ult. Qui sordet, sordescat adhuc, & qui sanctus est sanctificetur adhuc. Et Ioan. 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet, & omnem qui fert fructum, purgabit, ut fructum plus afferat. Sic & Christus in Euangelio diuersus diuersus est, alijs lumen, alijs excæcatio. 1. Cor. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis scandalum, gentibus stulticiam, credentibus dei uirtutem &c.

Tenebrarū
illuminatio.

Quoniam tu illuminabis &c. Id est, omne lumen quod est in me à te est, sine te nusquā est lumen. q. d. Lucernam iam habeo, quia uidere mihi licet q. tu deus meus es, liberator, firmamentum, refugium, uerum hanc ipsam lucernam facies clariorem (id quod est uerbū sper) ut adhuc amplius hæc uidere liceat, uideo iam qua euadendum sit, amplius uero uidebo lumen cum eduxeris me ex his tenebris mortis & angustie inferorum, & ab onere graui peccatorum totius mūdi, quod mihi imposuisti, liberaueris. Quoniam in te, id est, per te liberabor ab omni malo, & in deo meo, id est, per deū meū (Hebraismi enim sunt) transcendam murum uel carceris uel ciuitatis aduersariorum, ut effugiam & liber euadam. Nota est hæc translatio. q. d. te adiutore nulla angustia me tenere poterit.

Transcendā
murum.

Quis deus præter deū nostrum? deus qui præcinxit me uirtute, & posuit immaculatā uiam meam. Qui perfecit pedes meos uelut ceruī, & super alta statuit me. Qui doces manus meas in bellū, & posuisti arcū æreum brachia mea. Et dedisti mihi protectionem salutis, & dextera tua suscepit me. Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos sub tus me.

& non sunt infirmata uestigia mea. Persequar inimi-
 cos meos & comprehendam eos & non conuer-
 tar donec deficiant. Elidam eos. & non poterūt sta-
 re, cadent sub pedes meos. Et præcinxisti me uirtu-
 te in bellum, compediuisti subtus me omnes insur-
 gentes contra me. Et inimicos meos dedisti mihi
 dorsum, & odio habentes me disperdidisti. Clama-
 uerunt & non erat qui saluaret, ad dominū, & non
 exaudiuit eos. Et cōminuam eos ut puluerem ante
 faciem uenti, ut lutum platearum delebo eos.

Hoc scilicet est gloriari in deo & uersa per deum sorte omnibus inimicis Iudicium in
 eis esse superiorem. Vides itaq; hic horrendā Iud. eorū abiectiōē glorifica Euangeli
 to Christo, quod iudicium manet omnes Euangelij Christi aduersarios. Non hostes.
 cessat enim eos Christus persequi & excæcare & tradere in reprobū sen-
 sum, donec sine omni spe uenia pereant, utcūq; interim floreāt & nihil mi-
 nus timeant q̄ hoc iudicium. Horrendū est incidere in manus dei uiuentis.

Præcinxit me uirtute, id est, fortē & armatū me fecit, & seruauit me ab
 omni peccato. Perfecit, id est, perfectos fecit & celeres sicut pedes ceruorū,
 qui ad excelsa festināt, ut supra dictum. Qui doces & c. Id est, fortē me red-
 dis ad expugnandos inimicos Et posuisti arcū æneum brachia mea, id est,
 robur inuictum mihi dedisti, ut est in frangibilis arcus Aeneus, & idem forti-
 ter iaculatur in hostes spicula. Felix, Et contritus est arcus æneus brachijs
 meis, id est, fortitudine mea fracta est potentia illorum, qui ut arcus æneus
 uidebantur inuicti, de quibus supra, Eripuit me de inimicis meis potentis-
 bus & c. Et dedisti mihi protectionem salutis. Fe. Dedisti mihi scutum salutis
 tue, id est, tue liberationis & protectionis. Et dextra tua suscepit me.
 Fe. Et dextera tua confortasti me. Et disciplina tua correxit me in sinem.
 id est, castigatio tua paterna erudiuit me & erudiet in æternum. Ad hæc Tentatio
 enim proficit nobis tentatio ut magis confidere discamus in deo & cōpati eruditi-
 alijs tenuatis. Sicut & de Christo dicitur Heb. 2. Debit per omnia fratri-

bus similari, ut misericors fieret &c. Felix, Et mansuetudine tua multiplicasti me, id est, ex paterna gratia iam addidisti mihi multam fortitudinem, uel auxisti me copijs auxiliaribus. In Heb. pro toto uersu nostro non est aliud quàm, Et mansuetudine tua multiplicasti me.

Dilatasti gressus &c. Perstat in metaphora de cerui pedibus, & supra dixerat, Et eduxit me in latitudinem &c. Stare. Fe. surgere. Compediisti, quo significat eos non surrecturos ad penitentiam. Fe. Prosterne subitus me insurgentes in me, Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, id est, uertisti eos in fugam. ut nihil uiderem ex eis nisi dorsum, nemo ex eis, uersa facie ad me, rogauit delicti ueniam. Sic oportet Christum regnare donec pater ponat omnes inimicos eius sub pedes eius.

Dedisti dorsum.

Clamant frustra inimici Christi.

Clamauerunt &c. Hæc est nouissima persecutorum Christi & Euangelij plaga, q. clamantes ad deum non exaudiuntur, nolunt enim agnoscere culpam persecuti Euangelij, sed obsequium se præstitisse putant deo. An non putas Iudeos sub nouissima captiuitate quando obsessi erant, stante adhuc templo, sæpius inuocasse deum Abraham, deum Iacob & deum Isaac: aut non iam inuocare? Sed in Daniele prædictum erat, non fore Christi populũ qui cum esset negaturus: si non Christi, ergo etiam non dei, quid igitur frustra inuocant qui deum non habent? Comminuam &c. notæ sunt metaphoræ. quod delebo legimus, Felix legi, Auferam, hoc est, ut rem uilissimã eos auferam de terra.

Vocabula militaria.

Scriptura libèter utitur uerbis militaribus ubi pugna spiritalis describitur, sic uides Ephe. 6. Hinc uides hic præcinctum armorũ, agilè cursum, expeditas manus, forita brachia, scutum, campũ latum, persecutionẽ, comprehensionem, conculcationem, interemptionem &c.

Eripies me ex contradictione populi, cõstitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditionem auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt a semitis suis.

Felix, Eripies me de contentiõibus populi. Populum uocat more scripture Iudeos, qui populus dei esse debebant, ut diximus, Psal. 2. Constitues &c. Id est, facies me regem gentium. Claudicauerunt a semitis suis, id est, prauæ

præue incedentes deseruerunt uias, quas eis deus monstrauerat. Felix, Time
bunt ex penitralibus suis, id est, nusquã securi erunt, ne in absconditis qui
dem, quandoquidem & è terra sua eijciuntur, & inter gentes pauebūt affli- Pauor impio-
cti, & in conscientijs pauebūt misere, secundũ comminationẽ legis, Deut. rum.
28. Dabit tibi dominus deus tuus cor pauidum &c.

Hic manifeste, de qua hæctenus dixit, uides abiectiõnem Iudæorũ & ele
ctiõnem gentium. Contradictiõnem uide in historia Euangelica, de qua &
sequitur, Filij alieni, id est, qui filij esse debebant habẽtes promissiones dei Filij alieni.
& testamentũ, filij, inquam, debebant esse per fidem, sed mentiti sunt mihi,
id est, negauerunt ueritatem, ergo sunt alieni, id est, spurij. Lege Esa. Filios
cnuirui &c. quibus dicit Christus, Vos ex patre diabolo estis. Inueterati Inueterati.
sunt, id est, in uetustate carnis manserunt, & noluerunt spiritu innouari:
Significat autem proprie, In malis obstinati sunt. Populus quem non co
gnoui, id est, iam populus quẽ antea populum non habebam, dum non agno Gentes con-
scebat me, seruiuit mihi. Hæc seruitus est credere p̄ Christũ nos saluãdos, uerse.
quæ fides facit deo acceptos & coram mundo etiã inculpato, id quod de
clarando sequitur, Ad auditionem auris obediuit mihi, id est, etiam nõ uise
me, non uisis miraculis susceperunt Euangelium meum, quemadmodũ di
ctum est Thomæ, Beati qui non uiderunt & crediderunt.

Iudæi hodie quoq; sunt omnes iustificarij operum, qui deum non habent Iudæi nostri.
iustificatorem, sed ingiter contradicunt huic sacro Euangelio, q̄ ex sola in
Christum fide iustificamur, quandoquidem & nunc Christus positus est in
signũ cui contradicitur ab illis qui se populũ dei gloriantur. Gentes uero
sunt publicani, peccatores & meretrices ad Christum conuersi, qui nulla ha
bentes merita gaudent sibi gratis omnia à deo per Christum donari.

Viuit dominus, & benedictus deus, & exaltetur
deus salutis meæ. Deus qui das uindictas mihi,
& subijcis populos sub me, liberator meus de ini
micis meis iracundis. Ab insurgẽtibus in me exal
tabis me, a uiro iniquo eripies me. Propterea confi
tebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo psal
lam. Magnificans salutẽ regis, & faciens misericor

diā Christo suo Dauid & semini ei^s usq; in seculū.

Iracundi.

Subijcis. Felix, Interimit uel interimis. Iracundis non est in Hebræo: sed affectum certe exprimit aduersariorum, qui insaniunt pr. e. furore ne nihil agant, dum non aliud possunt.

Viuit dominus.

Viuit dominus. Iurantis erat apud Hebræos, quasi dicas, Per deū uiuentem. Et sic iurabatur in gloriā dei cū gentiles iurarent per deos qui certe non uiuebant. Hier. 1. s. & .23. Propterea cæcæ dies uenient & c. Hic tamē ipse contextus indicat nō iurantis esse, sed gratias agentis. Viuit dominus sicut nos dicimus, Deus adhuc uiuit, cū uidemus dei jci impios & causam iustorum apparere iustam, id quod curante deo fieri non dubitamus.

Laus dei inter gentes.

Propterea, id est, quia ero caput gentium, abiectis aduersarijs, cōfitebor tibi, id est, laudabo te. Hoc est, faciā ut prædicato ubiq; Euāgelio qui in me crediderint, sanctificent nomen sanctū tuum. Sanctificare nomen dei quid sit uide in expositione orationis dominicæ per D. Martinum. Sanctificatur autē dum omnis laus, omnis iustitia & quicquid est salutis ad eū redit, dum omnia eius esse & omnia nos ab eo accipere agnoscimus per Iesum Christū dominum nostrum, ut omnes, inquit, honorificent filium sicut honorificant & patrem. Hoc habet Euangeliū Christi in gentibus prædicatū. Dum uero sic sanctificas eum, & ipse uicissim sanctificat te in ueritate, id est, sermone suo, Ioan. 17. & sic ipse cum sancto sanctus erit & c.

Regnum misericordie.

Magnificās, id est, qui glorificat. Mutatio est personæ, pro, Qui magnificas & c. Salutem, id est, liberationē suæ resurrectionē regis illius qui constitutus est caput gentium. Et faciens misericordiā & c. Christum uocat Dauidem, quia ex lumbis Dauidis super solium Dauidis sessurus erat, Esa. 9. Et Dauid quoq; clare uocatur, Ezech. 34. & Ose. 3. Christum uero, id est, unctum siue regem siue Hebraice Messiam uidebis psal. 44. Vides autē hic regnum Christi esse regnum misericordie, quā ipse accepit à patre, & nulli contiget nisi semini Christi, id est, generatis per semen Euangelicū, quod est uerbum dei. Et hæc misericordia eterna est, Amen.

PSALMVS XVIII.

Titulus. πνευματικὸς Πσάλμους Δαυὶδ.

SUMMA. Cæli isti uisibiles, stellæ, dies, nox, sol, diuina sunt spectacula, in quibus gloriam creatoris & admirabilia opera intuemur. Ro. 1. Inuisibilia dei (eterna eius potentia ac diuinitas) conspiciuntur à creatura mūdi, dum considerantur in ijs quæ fiunt, id est, operibus. Sed cur non addit hic terrā, mare & oīa quæ in eis sunt, ut solent cur tantū de cælis fit hic mētiō?

Ludit ergo hic diuinus spūs suis figuris, quis etiā quādoq; creauit oīa ab eterno uidit nouum mūdum quōq; futurū & regnū celorū in terris. de quo Esa. 65. & 66. lege & gaudebis. Vnde dicit eterna sapientia Prouer. 8. Cū eo eram cūcta cōponēs, & delectabar per singulos dies, ludens corā eo oī tpe, ludēs in orbe terrarū, & deliciae meae esse cū filijs hoīm. Nūc ergo filij audite me &c. Sic sapiētia dei habitat cū hoīb; si audiant uocē eius. Vnde hic regnū hoc celorū uerbo regi declaratur, dum de enarrāda gloria dei, de annūciandis opibus dei, de eructatiōe uerbi, de annūciāda sciētia, de audiendīs uocibus in oībus linguis & in oībus terris dicitur, ut interim non dicā quae adduntur de lege domini immaculata &c. Et Paulus aperuit nobis sententiā huius psalmi, Ro. 10. ubi citat de Christi praeicatoribus uersum, In oēm terrā exiuit &c. Igitur hic nouū mundū in spū uides post Pentecosten, quā uocant, quādo per spiritū sanctum ē caelis missum declarat gloria resurrectionis Iesu Christi domini nostri, gloria & mirabilia dei, uerbū spiritus & scientia scripturarū omnibus gentibus & linguis praedicata sunt, ubiq; affulgente, illumināte & accendente per spiritū sole iustitiae Christo, quando impletū est quod superiori Psalmo promisit, Propterea confitebor tibi in nationibus domine &c. Tūc lex domini, hactenus importabilis, facta est iugum Christi suauē & onus leuē, desiderabilis super omnes & diuitias & delicias, nepe donato spiritu Christi à patre in cordibus credentiū: Qui, quia adhuc in eis aliquid superest carnis, atq; adeo in carne peccatū, necessē se habent post susceptā etiā gratiā semper clamare, Delicta quis intelligit?

Regnū uerbi dei.

Sūma psalmi.

COeli enarrant gloriam dei, & opera manu eius annunciat firmamentū. Dies diei eructat uerbum, & nox nocti annūciat scientiam. Non sunt loquelae, neq; sermones, quorū non audiuntur uoces eorū. In omnē terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrae uerba eorum. In sole posuit tabernaculū suum, & ipse ut sponsus egrediēs ex thalamo suo. Exultauit ut gigas ad currendam uia, a summo caelo egressio ei. Et occursum usq; ad

summū cœli, & nō est qui abscondet a calore eius.

De cœlis istis & firmamento, id est, luna & stellis lucētibus in medio nationis prae. & sole iustitiæ, diximus psal. 8.

Gloria dei. Gloria dei est gratuita omnium peccatorum remissio, unde glorificatur solus deus & nihil tribuitur nostris uiribus, studio, aut iustitiæ. atq; hæc est gratia Euāgelica per Christum. Vnde Paulus, Omnes peccauerūt & egent gloria dei. Lege. 2. Cor. 3. & 4. Hæc gloria non potest enarrari nisi à cœlis, id est, spiritu dei plenis, in quibus deus ipse inhabitat. Terra uero non nisi terram sapit & gloriā prædicat humanā, in humanis iustitijs sua quærens. Gloria autē dei ut prædicata & enarrata fuerit, deijcit omnē gloriam humanā, sapientiam, arbitrium, studium, sanctitatem, meritū, & quicquid est de quo caro per errorē sub specie cultus dei gloriari solet. Alioqui gloria dei non habebit locum, id est, non erit homini remissio peccatorū. Sequitur eadem sententia repetita alijs uerbis, Et opera, inquit, manuum eius annuntiat firmamentū. Opera manuum dei sunt quicquid ipse in salutem nostram operatus est per Christum per quem & omnia condidit nobisq; subiecit, ut psal. 8. dictum, quicquid quoq; semper in nobis operatur per spiritū suum. Hæc annunciant stellæ in tenebris huius ignorantis mundi conspicuæ. Sabatum enim prædicant deo sanctificandū, ut nostris operibus per gratiam cessantibus, ipse operetur in nobis omne bonū. Heb. 4. Esa. 58. ut solius dei maneat gloria, nostra nulla sit. Vnde & Esa. 12. Notas facite in populis adinventiones dei, non adinventiones & traditiones somniāq; & deliramenta humana. Hæc prædicatio operum manuum dei adeo est hodie incognita ut stultam iudicent & hereticam qui sibi Christianissimi uidentur. Non sic, impii, quoniā qui spiritu dei non aguntur, hi non sunt filij dei, spiritu dei nō agimini dū uestrum sequimini. Vestras bonas intentiones nihil moror, oportet sequi intentiones dei, non humanas. Secundū uerbū dei comparate omnia & non errabitis. Hoc autē poteritis si ipse dederit & illuminauerit, usq; adeo nihil manet nobis in quo gloriemur. Tenebrae hodie, id est, excæcates mentes humana opera & studia prædicant nō dei, ut seducti in seipsis glorientur non in deo: quando ergo tandē discemus uere dicere, Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra? His omnibus prælusum est, quando in nocte natiuitatis Christi angeli è cœlis cantauerunt gloriam deo in excelsis & pacē bonāq; uolūtatem hoībus in terris. Et prouocati pastores Iudæi, dixerunt, Eamus & uideamus hoc uerbum, quod dominus fecit & ostendit nobis, quādo & stella prouocauit magos gentiles ad adorandum qui natus

erat regem Iudæorū. Vides & tum quoq; uocationis & gentium & Iudæorum primitias, sed adhuc nox ubiq; erat, nondum reuelato Euangelio.

Dies diei & c. Ro. 13. Nox proceſſit, dies autē appropinquauit. Nox lex est. Dies autē Euangeliū. Nox ignorātia gētilis, dies illuminatio Christiana. Nox prædicatio pphetarū, dies exhibitio Christi. Qui aliqui erant tenebræ, nunc, ut ait Paulus, lux sunt in domino. Nūc ergo & dies prædicat & nox nō tacet. Habet enim & nox suā gloriā, sed nihil ad diē. Illa enim quādoq; stellis & luna decora uidetur, in die autē semp lux est, semp in die uidere licet etiam si sol se nubibus obdlexerit atris. Sed dies diei & nox nocti prædicat. Nox aut potius stelle noctis, sunt Apli & doctores apli quando legē prædicāt, quādo & Iudæos & gētes sub pctō. i. incredulitate & ignorantia dei cōclusos docēt, quādo supstitutionē Iudæorū, idololatriā gentiū, impietate utrorūq; arguūt: Nōne hic nox. i. lex & dānatio prædicata annūciat nocti suæ indicat nocti. i. illis qui adhuc sunt sub lege & ignorantie tenebris, scientiā? Per legē enim scitur quid debeas, nō tamen per eā præstare potes, indicat enim solū scientiā. Et peccatū, inquit Paulus, nō cognoui nisi per legē. Item, nox annūciat nocti scientiā, quādo ex scripturis disputat de Christo ueturo cū Iudæis & gentibus & interpretantur scripturas. In litera enim uersantur ut inducant mētes in cognitionē sui, quo sese agnoscant esse noctē. i. tenebras. Item, quādo infirmis adhuc multa permittūt, & sese illis attēperāt ad tēpus donec crescāt in uirū pfectū. Ita Paulus. 1. Co. 9. Nā cū liber essem ab oībus omnium me seruū feci & factus sum Iudæis Iudæus, gentibus gentilis, oībus oīa & c. Itē, nox iudicabātur. i. stulti propter prædicationē crucis, à nocte. i. stultis Iudæis & gentibus incredulis. 1. Cor. 1. & tamen nō tacebāt ista noctis luminaria, sed, quantū in ipsis erat, annūciabant scientiā. i. quid nosse oporteret ad salutē. Annūciabāt, inquā, uel indicabāt, quia cordi infundere irrisoribus nō potuerūt, id qd' solius est opus spūs. Sic & nūc incredulis annunciari & indicari pōt scientia, sed ut suscipiatur solius est efficacia spūs. Itaq; & tu nūc esto nox nocti, ut indices scientiā uerbi dei, nō agas tumultuosa prædicatione ad subuersionē audientiū, sed cōsule infirmis donec cōualeſcāt: ita egit Christus, ut uides in historia Euangelica, egerūt & apli. Ne quere tumultū, sat negocij, si pugnare libet, præbebunt pharisei. Sed ne illud neglexisse uideamur, quid est qd' dicit, Dies diei eructat uerbū? Miror hic sapientiā spūs. Dies diei nō annūciat uel indicat, sed eructat, nō scientiā, sed uerbū. Dies. i. luce Euangelica perſusi & illuminati eructāt. i. ex abūdantia cordis spūsctō ebrii, ex ore uere apliico pferūt non

Dies diei.

Nox nocti.

Ad tumultum
prædicantes.

Dies diei.

doctrinā humanā, sed ipsum uerbū qd' pprie in scripturis uerbū dicitur, in quo uiuit hō. i. uerbū spūs quod unificat, dū interim litera & sciētia occidit de quo Ro. 10. ex Deut. prope est uerbum in ore tuo & in corde tuo, qd' est uerbū fidei, inquit, quod prædicamus. Hoc uerbū eructāt diei, id est illuminatis p̄ fidē suę credētibus. Sic Paulus, Ipsis aut̄ uocatis, inquit, gētibus & Iud. eis Christū dei sapientiā, iustitiā, sanctificationē. Et rursum, Sapientia aut̄ loquimur inter p̄fectos, quā nemo ex sapiētibus mūdi cognouit. Hęc oīa quę diximus, sunt ministeriū liter. & spūs. Habes quid prædicatū sit, & quid hodie prædicatum. Sequitur, Non sunt loquel. & c. In omnē terram & c. id est, oībus linguis prædicatū est & in toto orbe terrarū. Prophecia adhuc impletur usq; ad finē mūdi. Fe. In oēm terrā exiuit cursus eorū.

Non sunt loquel.

In sole.

Tanq̄ sp̄s.

In sole posuit & c. id est, in summa claritate habitat nūc per Christū nobis cognitus deus, qui antea non sic erat ubiq; cognitus, quando adhuc erat nox. Vel, In sole iustitię Christo deus posuit habitaculū suū. Nā in Christo, ut ait Paulus, habitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter. Et ipse deus in hoc sole iustitię Christo tanq̄ sponsus, pulcher aspectū nō iam terribilis iudex, amabilis sp̄se, & oī gratia iā unū cū fidelibus factus, p̄cedēs de thalamo suo. i. egrediēs p̄ uerbū suū ex celorū habitaculo, ex cordibus & ore illorū qui iam celi facti erāt & regnū celorum, exultauit ut fortis athleta certus de uictoria regni tenebrarū, ad currēdā uīā, scz p̄ totū orbē, p̄ Euangeliū Ap̄torū. Hic Christus in sp̄u per uerbū suū & gratiā iuit ad gētes, ut adduceret alias oues quę nō fuerūt ex ouili Iudaico. Iuit uero cū gaudio, siue exultauit hic sponsus ut curreret uīā. Nam iā recōciliato mundo letūciabatur toti mūdo. Cursum uocat, sicut supra, In oēm terrā exiuit cursus eorū. Nā uelociter currit sermo eius, & Christi prædicatio breui mūdi peruasit, quin & adhuc dies est & qd' nondū celi spaciū permessus est ille sol, breui p̄mittetur, ut sit deinde finis huius mūdi. sicut prædixit Christus, Prædicabitur hoc Euangeliū regni in toto orbe terrarū, & tunc ueniet cōsummatio. Vnde additur, A summo caelo egressio eius & occursum usq; ad summum caeli. Nō ignoro hoc loco uulgo intelligi Christū processisse ex thalamo. i. utero uirginis, & exultasse, ut curreret uīā salutis nostrę, ut pro nobis pateretur, sicut dixit, Desiderio desiderauī hoc pascha manducare uobiscū anteq̄ patiār, & eundē è caelis uenisse ad nos & ad caelos per glorificationē esse regressum. Sed totus psalmus est de prædicatiōe & institutione regni celorū per orbē, quę in sp̄u non minus gloriosa est, q̄ illa fuerint, atq;

Ad eo propter hanc illa facta sunt, & illa nihil nobis profuissent nisi hæc secuta fuisset. Itarco etiã ex Græco huc uersum clarius retuliffem sic, Ab extremo cæli egressio eius, & occurfus usq; ad extremũ cæli, nisi ueritus fuiffem illos qui ueterẽ saluã malũt. quis negat sententiã esse bonã quã dicũt, sed hic eã haberi unde probabũt? Nos uero dicimus hic alludi ad uisibile istum solẽ qui egreditur ab oriente, & uadit in occidentẽ usq; donec dies est, & totũ orbẽ illustrat & calore suo fouet, Et idẽ significari qd̃ supra dixit, in oẽm terrã exiuit &c. Similis oratio est in Matthæo, ca. 24. Congregabunt electos eius ab extremis cælorũ usq; ad extrema eorũ à quatuor uentis cœli, id est, ex oĩbus mũdi partibus, etiã nouissimis. Et Felix sic uersum reddit, Ab extremo cælorũ egressus eius, & circulatio eius super extrema eorũ.

Qd̃ legimus, In sole posuit tabernaculũ suũ. Fe. multo clarius ex Heb. sic, Soli posuit tabernaculũ in ipsis. Cœlũ & firmamentũ, diem & noctem supra audisti. Hic solẽ uides in cœlis & firmamento. Deus itaq; secũ habitationẽ soli. i. Christo, in ipsis. i. cœlis & firmamento prædictis. Nã sol ille iustitiæ oĩa prædicta in eis agebat, qui & præsentia diẽ & absentia sua noctẽ fecit. Hic ut sp̃s letus fortis, decorus, paulo ante tristis usq; ad mortẽ, infirmus, despectus et quasi leprosus & percussus à deo, secundũ Esauã, cũ gaudio apl̃s. i. filijs sponsi cõiunãtus cucurrit p̃ orbẽ, nuptias illas sp̃s sancti ubiq; celebraturus, donec perficiat cursum suũ usq; ad diẽ nouissimũ. Et non est aliquis qui se abscondat à calore eius. Hic calor est feruor sp̃s sancti à Christo donati in cordibus credentiũ. Io. 1. illuminat omnem hoĩem uenientẽ in hũc mũdũ. Non poterũt conqueri gentes solis Iud. eis gratiã esse datã: sed sine acceptione personarum omnis quicũq; inuocauerit nomen domini, saluus erit.

Lex dñi immaculata cõuertens aĩas, testimonium dñi fidele sapientiã præstans paruulis. Iustificatio nes dñi rectæ lætificantes corda, præceptũ domini lucidũ illuminãs oculos. Timor domini castus permanens in seculũ seculi, iudicia dñi uera iustificata simul, Desiderabilia sup aurũ & lapidẽ præciosum multũ, & dulciora sup mel & fauũ. Etem seru⁹ tuus

custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.

Iustificaciones Fe. Mandata. Lucidū. Fe. Mundum. Castus. Fe. mundus, quod idem est. Vera. Fe. veritas.

Lex spūalis.

Quādo sic, ut dictū est, prædicatione verbi sui sol ille iusticie illuxit toti orbi, primū apparuit, legē dominū esse bonā & sanctā, esse spūitualē, ubi spūs vitæ donatus erat fidelibus. Vnde hic audis legis prædicationē antea nō audita, Lex, inquit, domini immaculata. i. immaculatos faciēs, quæ est lex spūs vitæ in Christo. Cōuertens aīas nō auertens & fugere faciēs à cōspectu dei, ut ante. Testimoniū uel testamentū domini siue pmissiōes eius, fidele. i. si dem promissorū seruās, & solā fidē requirēs. Atq; hoc est Euangeliū. Sapiētiā præstans paruulis, nō solū indicat scientiā, ut nox illa nocti, sed præstat etiā spūitū sapientiæ, nō contēptoribus, nō qui iā sibi sapientes & iusti sunt, sed paruulis, de quibus Matt. 11. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Iustificatiōes siue mādātā. i. prædicatiōes Euāgelicæ & Apostolicæ, quas iā mādant ad nos p filiū deus, recte. i. iusti ficātes. Latificātes corda, nō terrētes ut olim, pacē enim cōscientiarū faciunt & gaudiū in spūitū.

Timor domini

Præceptū domini lucidū illuminās oculos. i. mētes hoīm, detecta iā facie Moysi. Timor domini castus & sctūs. i. nō permissus pccō, ut olim, quādo non tā dominū uerebātur q̄ pœnā & iudiciū. timor, inquā, timēs deū nō propter aliud, sed ppter ipsum deū: quē esse timorem ex amore nemo dubitat, Hic pmanet in seculū seculi, quia facit nos æternos deo, nō transit ut ille timor carnalis, qui sub lege olim premebat, & ut timor hypocriticus & simulatus, q̄ in periculis & peccatis metuit, extra peccata & pccā, ut æstimat, dei est securus, quē negat Ioānes esse in perfecta

Iudicia domini

charitate. Iudicia domini. i. q̄qd ipsius iudicio placet, hoc est uniuersa eius lex & oīa p quæ iudicat. i. mortificat carnē nostrā et ueterē Adā, uera sunt & ueritas & iustificata siue iusta simul. i. oīa, utcūq; iudicio rationis & sapientie humanæ uideatur diuersum. Desiderabilia &c. Vides hic oīa noua

Suauē iugum.

quæ deus per spūitū suū efficit in nobis, & postea q̄ effecerit sua, ut supra dictum, in nobis dona coronat, ut nihil agant qui de meritis humanis ex his et similibus locis disputāt. Seruus, inquit, tuus, nō legis seruus, custodit ea, quæ ei dulcia sunt p spūitū facta sup oēs diuitias & huius tēporis uoluptates: et dū custodit illa, est ei retributio multa, Nō enī oculus uidit nec auris audiuit nec in cor hoīs ascēdit, quod præparauit deus diligētibus se, sicut citat Paulus ex Esa. Et Christus ait, Centuplū accipiet & uitam æternam possidebit.

Delicta quis intelliget? Ab occultis meis munda me dñe, & ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero, & mūdabor a pctō magno. Et erunt ut cōplaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine adiutor meus & redemptor meus.

Fe. Errores uel ignorantias quis intelliget? Ab occultis &c. quæ ego non intelligo. & ab alienis &c. Fe. Etiã à superbis contine seruum tuum ne dominentur in me, tunc immaculatus ero & mundabor à transgressione maxima. Sint in uoluntate eloquia oris mei. Semper non est in Heb.

Regnū cælorū & omnia noua audisti, sed uide reliquias uetustatis in sanctis & reliquias Canan. eorū in terra sancta, ut & hic opus sit rogare, Delicta quis intelliget? Ab occultis &c. Beati ergo qui nunquã desinunt esurire & sitire iustitiã. Ab occultis, inquit, peccatis, quæ per hypocrisim, carne impediendo, non cognosco. Prauū enim est cor hominis & inscrutabile. Non possumus tuto fidere nobis ut cunq; candide in omnibus agere & nobis & alijs ut deamur. Vnde & alibi, Delicta iuuetutis meæ & ignorantias meas ne memineris domine. Ab ijs, inquam, occultis munda me, & ab alienis parce seruo tuo, id est, non per mitte, ut ego seruus tuus ueniam in manus alienorū, id est, illorū qui nō sunt de sorte tua, ut nō consentiam cōsilio impiorū.

Reliquiæ uetustatis.

Oculia.

Alieni.

Alieni in masculino genere legendū est, idco recte sequitur, Si mei non fuerint dominati, id qd' & Hebr. eo cōuenit, sicut & alibi legis, Alieni insurrexerūt aduersum me &c. Hoc dico ppter illos qui ex hoc loco fecerūt peccata aliena. Non nego rem de qua loquuntur, sed hinc nolo eos accipere testimoniū. Atq; hic uide diligenter, qd' cū legē descripsisset spiritualē. i. illuminationē mentis per fidē, occulta adhuc ueretur, & prædicatoribus Euangelicæ gloriæ, quos multis noibus decātauerat, solū opponit alienos. i. Euangelicæ ueritatis aduersarios & mentium seductores, qui, inquit, si mei nō fuerint dominati (nihil enim obfuerit si impugnēt) tūc immaculatus ero, id est, persistam in tua fide & lege spūs per totū mundū prædicata, & emūdabor à pctō magno uel transgressione maxima. i. ab infidelitate quæ sola dānat. Tūc non solum opera mea (quæ sola respiciunt alieni) tibi placebūt, sed & iugiter ore cōfitebor te in salutē & corde credā ad iustitiā, te in bonis adin-

uante, & à malis liberante, Amen. Et erunt scilicet talia, ut complacēt, scilicet in conspectu tuo, uerba oris mei, & erit talis meditatio cordis mei ut complacēt in conspectu tuo semper. Hoc est te donante loquar & meditabor in lege tua, quæ tibi displicere non potest, die ac nocte, Psal. 1.

PSALMVS XIX.

Titulus προσκέλευσις Psalmus David.

SUMMA. Imprecatur fideles suo Messie oīa prospera, in quo se sperant p̄ deū saluādos. Quicquid bene precamur Christo nobis qui sumus in Christo qui sumus corpus eius, precamur. Possumus & hoc psalmo uti, sicut placet doctori Martino, quō oramus, p̄ pio principe, ut cōfirmetur prosperèq; agat, ut sub eo quietā trāquillāq; uitā, sicut Paulus scribit, p̄ deū & sed'm deū, agamus, de quo certi sumus q. deus eū inuabit, ut liceat nobis dicere, Nūc cognoui. i. p̄ fidē credo q. dñs auxilio est suo Christo. i. regi quē ipse cōstituit.

EXaudiat te dñs in die tribulatiōis, protegat te nomē dei Iacob. Emittat tibi auxilium ex sancto, & ex Sion suscipiat te. Memor sit oīs sacrificij tui, & holocaustū tuū pingue fiat. Det tibi dñs secundū cor tuū, & omne cōsiliū tuū impleat. Læta bimur in salutarī tuo, & in noīe dñi dei nostri magnificabimur. Impleat dñs omnes petitiones tuas.

Nomen dei.

De noīe domini dixi, psal. 8. Illi agnoscunt nomē domini qui in oī tentatione sciunt eū inuocare. Igitur nomē dei quē coluit Iacob, cuius promissio nes habebat Iacob, qui se deū Abraham, deū Isaac & deū Iacob. i. credentium uocat, Illius, inquit, nomē. i. inuocatio noīs eius p̄tegat te. ut & alibi, Deus in noīe tuo saluū me fac &c. Ex sancto. i. ex sanctitate sua uel ex loco sancto suo, sicut sequitur, Et ex Sion sit susceptor tuus, uide psal. 3. Ec. Et de Sion suscipiat te. Memor sit oīs sacrificij tui. i. oīs orōnis tuæ & priorū desideria

Sacrificium.

orū, ut in alto psalmo, Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manū mearū sacrificium uespertinū. De sacrificio & holocausto Christi semel per ipsum oblato, lege epistolā ad Heb. Sacrificium Christi est quicquid patri obtulit pro nobis orōne & ope in nostri saluati

onem: Ipsius enim nō nostra satisfactiōe saluamur. Pingue fiat. i. gratū & acceptū sit deo. Alludit ad pingua animātia quæ offerebantur olim, sed ex se non erant accepta, ut uides in sacrificijs Caim & Abel. Rogatur ergo hic, ut fiat sacrificiū pingue. i. acceptū sit deo. Felix habet, Et holocaustum tuū in cinerem conuertat. i. acceptet. In quo alluditur ad id q̄, acceptū holocaustum, ut uides in Moysē, deus ipse occulto igni incendit & absumpsit.

Det tibi &c. id est, quicquid boni statueris in salutē tuorū perficiat. Letabimur &c. id est, gaudebimus sub tua & de tua protectione, Et inuocatione dei nostri sub te principe non solū tuti, sed etiā glorioserimus. Fe. Eri gemus uexillū, id est, triūphabimus, Id quod nos legimus magnificabimur.

Nunc cognouī q̄ saluū fecit dñs Christū suū. Exaudiet eū e cœlo sancto suo, In potentatib⁹ salus dextræ eius. Hī in curribus & hī in equis, nos autē in noīe domini dei nostri inuocabimus. Ipsi cōpediti sunt & ceciderunt, nos autē surreximus et erecti sumus. Domine saluum fac regem, et exaudī nos in quacūq; die inuocauerimus te.

Sancto suo. Fe. Sanctitatis suæ, id est, in quo cœlo sanctitas eius habitat. Atq; hic uersus est expositio precedentis, Emittat tibi auxiliū ex sc̄to &c.

In potētatibus, scilicet est salus & liberatio quæ fit per dexterā dei, id est forte auxiliū dei. In potētatibus, scilicet est salus & liberatio quæ fit per dexterā dei, id est forte auxiliū dei. Fortis est protectio dei, cui omnes aduersariæ potēstates resistere nequeunt aut præualere. Ita fides gloriatur in adiutorio altissimi.

Inuocabimus uel in clamabimus. Fe. Memores erimus, id est, ut ipse ad dicit, clamabimus ut faciunt qui sunt in bello. q. d. Alij qui aduersarij sunt & ad mundi regnum attinent, clament & sese mutuo cohortentur in pugnā cōfidentes in uiribus suis, armis, exercitu: Nos clamabimus in noīe domini qui est deus noster. Hic erit nostra spes, refugium & asylū. Prouer. 18. Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus & exaltabitur.

Ipsi cōpediti sunt. i. traditi à deo ne possint effugere quia nō habent adiutorē deū. Fe. Ipsi incuruati sunt. i. depresti siue facti inferiores aduersarijs.

Nos autē surreximus qui antea uidebamur inferiores. Hæc est mutatio dextræ excelsi dei in omni tēlatiōe. Erecti sumus, Felix, Exaltati sumus uel

Corroborati sumus. Domine saluū fac regem &c. In Heb. sic nunc distingunt, Domine salua rex exaudiet nos in die qua clamabimus. Felix quod supra monuimus, illud, Exaudiet nos, perpetuo uertit, Respōdebit nobis, sed idem est. Sententia est, Domine si tu saluaueris, si tu propitius nobis fueris, nō frustra clamabimus ad regē nostrum quoties insurrexerint aduersarij.

Potētia fidei. Nunc cognoui. uerba sunt prophete & orantis in spiritu. Et nos cognouimus, quia Christum resurrexisse scimus. Hęc est potentia & fiducia fidei in Christum. Veniat omnis potestas inferorum contra nos, in curribus etiā confidens & in equis, ut Pharao, tamē sola inuocatione nominis dei nostri uincemus, Christo duce.

PSALMVS XX.

Titulus προσκλήσεις Psalmus Dauid.

SUMMA. Gloria triumphantis regis nostri Christi describitur & uindicta in eos qui eum odientes persecuti sunt.

Domine in uirtute tua lætabitur rex, & in saluari tuo exultabit uehemēter. Desiderium cordis eius dedisti ei, & uoluntate labiorum eius non priuasti eum. Quoniā præuenisti eum in benedictionibus iucunditatis, posuisti super caput eius coronā ex lapide precioso. Vitam petijt a te, & dedisti ei longitudinē dierum in seculum seculi. Magna est gloria eius in saluari tuo, gloriā & magnidecentiam impones super eum. Quoniā dabis ei benedictionē in seculū seculi, lætificabis eum in gaudio cum uultu tuo. Quoniā rex sperat in dominum, & misericordia altissimi ne cōmoueatur.

Virtutē & potentiā aduersariorū cōtēnet rex, In uirtute autē tua gloriabitur, exaltabitur, glorificabitur. In saluari. i. salute tua siue saluatiōe et liberatione ab inimicis & morte. Desideriū &c. i. quicquid desiderauit & petijt, dedisti

Quonia praeuenisti eum in benedictionibus iucunditatis. Fe. bonitatis. Id est, causa, quare letabitur in te & quare desiderauit & petijt, est, quia tu ante eum replesti muneribus spiritus sancti, unde est illud gaudium, illudque cordis desiderium. Vides hic gratiam praedicari & omnia esse dei, sine qua ne desiderare quidem possumus, nisi ipse sua gratia nos praeuenierit.

Præuētio dei.

Posuisti super eum id est, regem constituisti eum data omni potestate in caelo & in terra, Psal. 2. Ex lapide precioso. Fe. Posuisti in capite eius coronam obrizi, id est, auri optimi, quale uocant aurum arabicum. Spiritualia hic carnali uocabulo describuntur, ut saepe. Vitam petijt & c. q. Christus glorificationem petierit per mortem, satis notum ex sermone eius in coena ultima, quam hodie semper desiderarit in mortali uita. Et sancti desiderant, Ro. 8. In gemiscimus & c. Et dedisti ei quod petijt, nempe longitudinem dierum in aeternum, id est, vitam petijt, aeternum regem fecisti numquam moriturum. Magna est & c. id est, multum ille gloriarum habet in uirtute tua, Tradita enim ei sunt omnia, ut sicut omnes honorificent patrem, ita & omnes honorificent filium. Gloria & c. Psal. 3. Gloria & honore.

Vitam petijt.

Quonia dabis ei benedictionem aeternam. Ergo & totum regnum eius habet in rege suo hanc dei benedictionem. Et nemo iam benedictionem dei accipit nisi per Christum, cui illa data est a deo, sicut & in alio psal. Hic accipit benedictionem a domino. Nam Christus est semen illud Abrahae, in quo benedicendae erant omnes gentes. Quotquot igitur extra huius regnum sunt in maledictione Adae manent. Felix clarius, Quoniam pones eum benedictiones in aeternum, quo significatur Christum non solum habere benedictiones, sed esse etiam benedictiones dei, ipse est enim salus & benedictio omnium. Letificabis, supra, In salutarum tuo exultabit uehementer.

In Christo benedictio.

Et alibi, Adimplebis me leticia cum uultu tuo. Quod uero dicitur, Cum uultu tuo, licet intelligere, Letificabis eum gaudio, & Letificabis uultum tuum gaudio, id est, hoc erit ei gaudium quod cum gaudio aspicias eum, quod beneplacitis tibi ipsi in tali rege, Non enim non potest esse dilectus qui filius est, & non possunt non diligere a deo qui in filio sunt siue in regno huius regis, Ephe.

Cū uultu tuo.

1. Dilectos nos reddidit in dilecto filio suo.

Quonia rex sperat in domino, & sperat in misericordia altissimi. Vtraque constructio uulgaris est Ecclesiasticis. Et sperat ne commoueatur, ne cadat, ne regnum non consequatur. Sic Christus per omnia similis nobis factus est, ut & sperarit, sicut & nos Heb. 2. Felix, Quoniam rex sperat in domino, & in misericordia altissimi non commouebitur, id est misericordia dei faciet ut persistat, qui enim non sperat non persistet. Spes non confundit, Rom. 5.

Spes.

Atq; in hoc uersu proprie habes speci descriptionem. Omnia hæc de Christo propter nos scribuntur, ut certi simus nos in eius regno perire non posse.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Quoniã pones eos ut clibanũ ignis in tempore uultus tui, dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Fructum eorum a terra perdes, & semen eorum a filijs hominum. Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerũt consilia quæ non potuerũt stabilire. Quoniam pones eos dorsum, in reliquijs tuis præparabis uultum eorum.

Persecutores
Christi.

In tempore
uultus.

Fructum.

Inueniatur &c. Id est, ueniat manu: tua cõtra eos. Vide supra psal. 17. Hoc iudicium Iudæorũ ueniet quoq; super omnes qui oderunt Euangelium Christi, quo solo regnat hic rex inter homines. In tempore uultus tui, id est, quando cõperis eos dijudicare, & irato uultu inspicere, qui iam te non uidere credunt dum interim dissimulas. Tunc incendes eos, & nemo extinguet, sicut dicitur Esa. 1. Felix, In tẽpore iræ tuæ. Phene Hebræis uultum & iram significat, ut in alio quoq; psal. Vultus autẽ domini super facientes mala. Dominus in ira sua &c. Psal. 2. Tunc loquetur &c. Conturbabit. Felix, opprimet. Fructum eorum, id est, quicquid faciunt, docent, machinantur, dolis & hypocrisi simulant ut sua statuunt. De terra perdes, id est, proijcies ut nihil efficiant, irridebis omnia eorum studia & consilia. Et semen &c. Id est, ipsos cũ progenie ipsorum abijcies ne sint amplius inter homines, ne regnent amplius aut ipsi aut filij eorũ & qui eis succedere solent. Hoc est ut pereat regnum illorum qui contra regnum Christi nituntur, Amen. Quoniam declinauerũt in te mala. Felix, Quoniam proiecerunt super te malum. Psal. 2. Aduersus dominũ & aduersus Christum eius. Cogitauerunt &c. Fe. Cogitauerunt consilium quod nõ potuerunt, scilicet perficere. Psal. 2. Meditati sunt inania. Quoniam pones eos dorsum, id est, in fugam eos conuertes psal. 9. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum.

Fe. Quoniã sepones eos, id est, segregabis eos à me, à pijs, à terra, facies eos profugos, sicut Cain. In reliquijs tuis præparabis uultum eorũ, id est, faci Videbunt es eos uidere quod iam uidere nolunt, inter reliquia tuas, id est, inter dam quãdoq. natos quos tu reliquisti & penitus à te proiecisti. Tunc enim uidebunt in quem transfixerunt, iam non habent uultus præparatos, excæcati enim sunt, tunc tu aperies oculos eorum, sicut in Euangelio de diuite epulone legitur. Felix autẽ sic, Cum neruis tuis diriges in uultus eorum, id est, sagitta bis in eos. Et totus uersus simplex sententia est, fugient & non effugient, à tergo habentes persecutorẽ & ante oculos sagittantem in ipsos. Etiam si ad corpora respicias, talia uidebis in Iosephi historia de iudæorũ interitu, quorũ hic horrenda mentis excæcatio & æterna damnatio describitur.

Exaltare domine in uirtute tua, cantabimus et psallemus uirtutes tuas.

Nota fiat tua potẽtia mũdo, exaltando Christi regnũ & deprimẽdo aduersarios, tũc magnificabimus uires tuas, gratias agentes, q. nulla potestas, In uirtute dei fortes. nulla aduersitas, nullũ peccatũ, sed ne totus quidem inferorum exercitus potuit nos se parare à te, qui uiribus nostris scimus nihil esse tribuendum,

PSALMVS XXI.

Titulus. $\omega\gamma\omicron\sigma\kappa\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\upsilon\sigma\iota\gamma$ super ceruam matutinã.

(uel auroræ) Psalmus Dauid.

Victoriale carmen de cerua matutina. i. Christo mane agitato à canibus festinãtibz in die parasceues, ut crucifigeretur. Vnde hic ait, Quoniã circũdederunt me canes multi. Verum hæc cerua mane quoq. surrexit, ut & hic canitur, & facta est omnibus canibus & uenatoribus superior, sicut in alio psal. dicit, Qui percipit pedes meos tanq. cerui, & super alta statuit me &c.

Hunc psalmũ uerba esse Christi, Euangelistæ nobis prodiderũt scribentes Christum hebraice clamasse in cruce huius psalmi initium, & præcreantant uersum, Diuserunt sibi uestimenta &c. Epistola quoq. Heb. 2. ex uersu, Narrabo nomen tuum fratribz meis, Probat Christum non pudeferi q. fratres nos appellat, id quod habes & 1o. 20. Vade ad fratres meos & dic eis, Ascendo ad patrẽ meum & patrẽ uestrum, deum meũ & deum uestrũ. SV MMA. Christus se derelictum clamat in cruce. Hic circũdederunt eum dolores mortis & pericula inferni inuenerunt eum, clamantibus in- Derelictus à deo sanctus. terrea impijs, Non est salus ipsi in deo eius. Quid potest esse grauius ea ten-

tatione quando non solum desperatio uitæ est, sed etiam impugnat desperatio salutis, & nihil nisi separatio à deo uersatur ob oculis, id est, eterna damnatio, ut dixi alijs. Ne quere confictas glossas. Non fabulam, sed rem seriam hic agit Christus. Hoc & tu quandoq; experieris, & si nõ alijs tamẽ uel in agone mortis. Ingratus es si hæc eleuare cõtẽdis. Maior hic erat Christi infirmitas quã comprehendere nobis liceat. Siquidẽ hic peccata totius mũdi lucbat & illorum reus agebatur, quia fideiussor erat pro nobis, qui non eramus soluendo, ut certe nec esse possumus. Interim tamen uide q; non de sperauerit. Quoniam, inquit, tu es qui extraxisti &c. Tu autẽ domine &c. Liberatus. Mox uero prædicit de laude dei futura per se post resurrectionẽ suam inter fratres sibi ex omnibus gentibus congregandos & deo per fidem uerbi uniuendos. Narrabo, inquit, nomem tuum &c.

DEUS deus meus intende in me, quare me dereliquisti longe a salute mea uerba delictorum meorum. Deus meus clamabo in die & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiã mihi. Tu autẽ in sancto habitas laus Israel. In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & liberaisti eos. Ad te clamauerunt & salui facti sunt, in te sperauerunt & non sunt confusi. Ego autẽ sum uermis & nõ homo, opprobrium hominũ & abiectio plebis. Omnes uidentes me subsannauerunt me, locuti sunt labijs & mouerunt caput. Sperauit in dominum, liberet eum, saluum faciat eum quoniã uult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me ex uentre, spes mea ab uberibus matris meæ. In te abiectus sum ex uulua, a uentre matris meæ deus meus es tu, ne disceris

feris a me. Quoniam tribulatio prope est, quoniam non est qui adiuuet me.

In Hebræo est sicut Christus clamauit, *Eli, Eli, lamma asabani*. Deus meus, *Eli, Eli*, deus deus quare dereliquisti me? ubi uides quod nos legimus, *Intende mihi uel respice in me, non esse in Heb.* Sequitur, longe à salute mea uerba delictorum meorum, id est, numerationes uel facta delictorum meorum, quorum iam sum pro alijs reus factus, longe sunt à liberatione mea, id est, non sinunt iam me liberari. Fe. Longe à salute mea uerba rugitus mei, id est, clamores mei tam magni iam non exaudiuntur, ut saluer sine liberer. Id quod sequentibus conuenit. In quo tibi uidere licet, uel in hoc uno uersu quantum nobis desit ad intelligentiam scripturarum, nisi eas reuocemus ad linguas in quibus scriptæ sunt.

Lingua.

In die & nocte, id est, iugiter clamabo desiderio cordis, sicut diximus *psal. 5.* Et non ad insipientiam mihi, scilicet coram te hoc erit, & clamabo, te non exaudiente quod alioqui stultū carni uidetur, quæ sic sentit, si deus nō exaudiet, quare clamabis? sed hoc ipsum suo tempore apparebit stultitiam non fuisse, ut maxime nunc deus deseruerit in manibus aduersariorū, quando interim est potestas tenebrarum. Verum ex Heb. sic legitur, Et non est silentium mihi, id est, non cesso clamare. Tu autem in sancto habitas, id est, in sanctitate permanes, sanctus usq; manes, nemo unq; à te derelictus est qui te inuocauit, nemo unq; te huius iniustitiæ notare potuit, & desereres tuos, & adiuares impios, qui es laus Israelis, id est, ille quem canit, quæ laudat, cui gratias agit populus credentium, & semper liberaris eum, sicut sequentia habent. In Hebræo tria dicuntur sic, Et tu sanctus, inhabitator laudes Israelis. Singulis adde genitiuum Israelis. Sanctus Israël, id est, qui sanctificas Israël, *Esa. 10. psal. 70.* ubi quoq; sanctus Israelis deus appellatur. Inhabitor Israelis, *Leuit. 26.* Ambulabo inter uos & c. Laudes, Israelis, cui semper gratiæ aguntur à tuo populo, & semper eum liberas.

Suo tēpore ex audit deus.

In sancto habitas.

In te sperauerunt & c. Nullus unq; derelictus est, ego autem uermis, uilissima res & proiectamentum sum factus, non solum nouissimus uirorum, ut *Esa. 54.* prædixit, sed & ne uir quidem aut homo. Et cum sim ab omnibus proiectus, hoc quoq; mihi horrende ingeritur, & à te quoq; proiectus sum, Nam mouentes præ contemptu & indignatione capita, dicunt, Sperauit & c. Vide supra *psal. 3.* Hæc uides in historia Evangelica, sed & in nostris tentationibus semper completur. Proprie diabolus regnare uult & uictor

euadere, ubi ingerit nobis nos propter peccata nostra deo non esse curæ, deum nos abiectis &c. Huic tentationi impietas hominum mente corruptorum multum cooperatur, dum non solū infideles sunt, sed etiam omnibus artibus tentant fidem populi dei, ut expugnent: Quoniam tu es qui extraxisti &c. vides quod qui sic desperationi proximus est, & qui se clamat derelictum à deo, non tamen desperat, sed eum quem scit ab inferis & à morte (sicut dictū psal. 6) liberare posse, non cessat inuocare, sicut supra dixit, In die clamabo, & nocte. Ne discesseris, inquit, à me, quoniam tu es qui extraxisti me ex ventre &c. Hæc sunt uerba fidei, quod non deserturus sit deus, qui nos creauit, qui per totam uitam nostram non deseruit nos, sed ut pater prouidet nobis etiam secundū corpus, imò qui nos sine nobis, atque adeo nobis ignorantibus, extraxit ex latebris uteri materni, & statim in ipso uitæ exordio mamillarū lacte donauit. In te, inquit, abiectus sum ex uulua, nudus, pauper, infirmus, miser, abiectus sum ex uulua, sed in te uel ad te proiectus sum, tuæ solius prouidentie, curæ, consilio & auxilio derelictus sum, id quod & per omnem uitam expertus sum. Iam ne discedas à me, quoniam omne malum ad est, & nullus auxiliator. Quotus quisque est, qui hanc creationis & prouidentie diuinæ fidem recte intuetur? Qui nos uiginti annis nutriuit, illi non audemus committere uentrem, uix duos dies uicturū quando illi nos committeremus in tentatione mortis & inferorum? quando confideremus æterna daturum, qui de hodiernis diffidimus? Vbi ergo sunt qui rem facilem fidem tactant homines absque fide, cum sit merum dei opus in nobis.

Circundederunt me uituli multi, tauri pingues obfederunt me. Aperuerūt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Sicut aqua effusus sum, & dissipata sunt ossa mea, factum est cor meū tanquam cæra liquescens in medio uentris mei. Aruit tanquam testis uirgula mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me. Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantiū

obfederunt me. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi autem considerauerunt & inspexerunt me, diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem.

Vituli, iuuenes petulantes, qui certant illudere capto. Tauri pingues, senes, potentes, doctores, pontifices, honorati. Felix, Circumdederunt me tauri multi, tauri basan circumdederunt me. Basan, id est, pingues. Vel Tauri Basan, tales tauri, quales nutriuntur in regione Basan, quae abundat pascuis uberimis, ut sacra habet historia, id est, pingues & ferocientes. Aperuerunt & clamauerunt, ut crucifigerer, sicut leo qui rapit praedam, & rugit non saturatus adhuc. Sicut aqua &c. Quemadmodum & Iosue. 7. dicitur, Sicut aqua. Peritumuit cor populi, & ad instar aquae liquefactum est. ut & hic intelligitur quod additur, Dissipata, uel, ut Felix, dispersa sunt omnia ossa mea, sic perturbatum fuisse Christum, ut nullum membrorum suum faceret officium, id est, totum elangueret corpus. Vinum oleumque seruat, ego, inquit, ut contempta aqua effusus sum opprobrium hominum &c. Sed cur hic non respicimus in corporis plagas, cum manifeste post dicat, Foderunt manus &c. Christus ergo in cruce loquitur de effusione omnis sanguinis, ut & infra, Aruit tanquam testa, in qua non potest esse humor, uirtus mea, & de dispersione siue distractione ossium, ut infra, Dinumerauerunt omnia ossa mea, & de corde per lanceam uulnerato (quod hic uidetur, ut maxime Euangelista tantum dicat de apertione lateris) ita ut uulnerati cordis liquor in uentrem & intestina efflueret, sicut cera liquefscens ad ignem, & de lingua, quae uel siti aruit, uel in mortuo ore in faucibus iacuit, unde & additur, Et in puluerem mortis deduxisti me, id est, mori me fecisti, & morti, quae ad nihilum omnia redigit, me tradidisti, corpus exanime fecisti. Quoniam, inquit, circumdederunt me insaturati canes, laceratores meae congregatio maligne agentium, & sola inuidia me persequentium. Foderunt &c. Dinumerauerunt. Felix, Numerabo, ita scilicet dispersa sunt. Ipsi autem &c. Fe. Ipsi considerabunt, toruum respicient in me. Haec ex Euangelica historia nota sunt.

Tu uero uide ne solum historiam cogites, sed etiam haec omnia prophetae prophetiam intelligas de corpore Christi quod est ecclesia. Quod enim Christo facta historiae,

Etiam est & nobis fit in tētationibus & persecutionibus, id quod nobis tūc ut eūq; in memoriam reuocatum solacij uice esse & potest & debet. Cogita singula diligenter, à principio psalmi, usq; adeo proficit tentatio ut omne fidei robur penitus extinguere pergat, & quicquid est pinguedinis spiritus ritualis auferere faciat, atq; adeo in desperationem, & in mortem inducat. Id quod etiam periculosus multo factum est, dum nos qui dicimur Christi ani nihil sentientes tentationem pessimam, sub specie pietatis doctrinis hominum & Antichristianis seducti sumus, ut ne guttula quidem in nobis diuina unctiois remāserit, ut & Antichristus quasi confirmato regno quietus sedeat in conscientijs nostris, quietus quidem ipse tyrannus, sed non quiete conscientie, in quibus solum deum, ut in templo suo sedere oportebat. Id quod nunc tandem misericente deo, agnoscere utinam digne ingemiscamus, quoad Christi resurgentis laus (de qua iam audiemus) iterum in magna gentium ecclesia audiatur.

Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me, ad defensionē meī intende. Erue a framea animam meam, & ex manu canum unicam meam. Salua me ex ore leonis, & a cornibus unicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesie laudabo te.

Felix, Tu autem domine ne elongeris: fortitudo mea in auxiliū meū festina. Humilitatem meam. Fe. Respondisti mihi, id est, exaudisti me. Id quod est uerbum gratiarum actionis, & apte coniungetur cū uersu sequenti, Narrabo &c. ne scilicet sim ingratus, sicut infra, A te laus mea &c.

Oratio uera.

Hec scilicet est uera oratio coram deo, sentire periculum (de quo haec nunc dixit) & clamare desiderio cordis, ut libereris, & ut patienter feras malitiam dei, & expectes eum liberatorem, sicut alibi, Expecta dominum, uiriliter age &c. Hoc est quod hic dicit, Ne elongeris. Tametsi uidearis derelictus, qui esse, ne elongeris, tu tempus nostri liberationis. Erue a framea, id est, gladio siue potestate inimici, psal. 18. animam meam, id est, uitam meam, hoc est me ipsum, & ex potestate canum (de quibus supra) unicam meam, id est, solitariam, derelictam, omni auxilio destitutam illam ipsam animam meam.

Libera me ex ore leonis. supra. Aparuerunt super &c. & psal. 16. Susceperunt me &c. Et à cornibus unicornium, id est, indomitorum. **Monoceros** Unicornis. animal est indomitum & ferum, lege Job. 39. Indomiti erant aduersarij **Monoceros** Christi, sicut & hodie, qui nulla lege, nullis prophetis, nullo uerbo dei domari poterant, ut non sequerentur sensum suum: Obstinati enim permanēt qui uerbo dei non obediunt, & tamen gloriantur se esse populū dei. A cornibus, inquit, talium, id est, ab impugnationibus illorum, qui iam me uidentur multo potentiores, salua humilitatem meam, id est, hanc deiectionē & infirmitatem meam, in quā iam traditus sum.

Narrabo nomen tuum, id est, Cum liberaueris me non ero ingratus, sed **Fratres** predicabo gloriam nominis tui, psal. 8. & 18. fratribus meis, id est, omnibus **Christi**, qui erunt filij tui per fidem, hæredes tui, cohæredes mei. In medio ecclesie, id est, congregationis populorum laudabo te, faciam prædicari & sanctificari nomen tuum, prædicari in gentibus Euangelium regni cælorū. psal. 17. Propterea cōfitebor tibi &c. Deniq; qui sunt illi fratres Christi, & que sit hæc ecclesia, sequentia indicant clare, dum timentes deum nominat & ecclesiam magnam. Magna uero dignitas, q̄ Christus non erubescit nos fratres appellare, ut supra indicauimus.

Qui timetis dominum, laudate eum, uniuersum semen Iacob glorificate eum. Timeat eū uniuersum semen Israel, quoniā non spreuit neq; despexit deprecationem pauperis. Neq; auertit faciem suam a me, & cum clamarem ad eum exaudiuit me.

Promiserat, Narrabo nomen tuū &c. Id quod hic reddit, & incipit **Narrare nomen domini.** rare nomē domini, id est, gloriā eius, q̄ se3 biberat, & nunquā derelinquit **men domini.** suos, ubi etiam omnia desperata uidētur, & liberat absq; omni nostro merito gratis, ne postea habeamus de quo gloriemur in conspectu dei, quasi aliquid nostro studio nobis contigerit salutis, & aliquid tribuendum sit **no**mini nostro. At sic narrare nomen domini, est uere prædicare Euangeliū, id est remissionem peccatorum, & liberationem à morte & inferis, donationēq; uitæ æternæ gratis per Iesum Christum dominum nostrum, Amē. **Necess**e ergo omnem gloriam manere deo, nobis nihil. Nam in tribulatio-

ne clamare quidem potuimus, liberare uero non potuimus. Clamor nihil fuisse, nisi adfuisse qui audiret auxiliator, ut interim non dicam, quod ne clamare quidem possumus, nisi deus det pauperi, id est, afflicto, & cum desperatione pugnantem. Porro quos fratres dixerat iam declarando uocat timentes deum, id est credentes & fidentes deo, qui nihil sibi arrogans, sed ex solo deo pendens, qui semper uerentur uenerandam patris dei presentiam, qui ut maxime trepidant nonnunquam timore humano, tamen non deficiunt a deo, quem plus timent dicentes, Oportet obedire deo plusquam hominibus. Eisdem præterea uocat semen iacob & israel, id est, qui sequuntur fidem iacob, qui & israel dictus est, de quo supra quandoque monui, nam carnem nihil moratur deus, sed fidem respicit, timorem & reuerentiam cordis, lege Rom. 9. & Gal. 3. In fine huius psalmi dicuntur semen christi, & populus regeneritus.

**A te laus mea, in ecclesia magna confitebor tibi,
uota mea reddam in conspectu timentium eum.**

A te laus mea. A te scilicet est laus mea, id est, a te uenit, quod ego laudo te. Nam primum non possum laudare, nisi tu dederis, deinde non inuenio aliam laudem quam quae a te uenit in nos, id est, quam magnificamus tuam misericordiam nobis præstitam. Et Felix quoque legit ex Hebræo, Ex te laus mea in ecclesia magna. Nam quod ex Græcis additum est, Confitebor tibi, non est in Hebræo.

Ecclesia magna. Ecclesia autem magna est ecclesia gentium, id est, omnium timentium deum ex gentibus per totum orbem, secundum illud iohannis, Et erit, Omnis qui cumque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Nam parua erat ecclesia, quando uerbum dei tantum erat inter iudæos. Vnde exponit se dicens, Vota mea, id est, laudem meam quam tibi debeo, hoc est prædicationem nominis tui, reddam & implebo in conspectu timentium te, ut uideant, & agnoscant, me per meos prædicante tui uerbi uirtutem. Atque hic uides, cum scriptura loquitur de ecclesia magna, non intelligi de omnibus qui nomen habent christianum, sed de timentibus deum, & qui ad auditum auris obediunt ei, sicut dictum est psalm. 17. Porro hoc unum erat christi uotum, hoc unum egit, ut laus dei propagaretur in omnes gentes, sicut hic dicit, Narrabo nomen tuum &c. & alibi, Propterea confitebor tibi in nationibus domine.

Vota. Aduerte diligenter in psalmis, ut intelligas uocabulum uotum, ne putas sacrificia, res incauta & stulta quae hodie fiunt uota significari. Vota quidem sunt

in ueteri testamento, sed non perpetuo hominē obligantia, ut dicam. In nouo uero testamento uotum non est, quia pugnat cum libertate Euangelica, qua nos Christus donauit. Et quid uoueas, cum non sis tui iuris? qui quotidie oras. Fiat uoluntas tua sicut in cælo & in terris? vota tamen & sacrificia sunt omnia quæ Christianismus secum adfert, quæ spiritu libero facis, non coactus tua aut hominū præscriptione. Primum, spiritus contribulatus & humiliatus, psal. 50. Mortificatio carnis, id est, uolūtatis nostræ, & oblatio corporis proprii. Ro. 12. Deinde laus dei, & gratiarū actio, id quod sepe in psalmis dicitur sacrificiū laudis. Postremo beneficentia in proximum, de qua Christus, Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Vnde Heb. 13. Per Christū offeramus hostiā laudis semper deo, id est, fructū laborū contentiū nomini eius, beneficentiæ autē & cōmunionis nolite obliuisci, Talibus enim hostijs cōciliatur deus. Summa. Christianū sacrificiū in scripturis est, ut teipsum siue exultantē siue tribulatū deo offeras, & beneficentiæ in proximū non obliuiscaris, modo semper cogites illud, Bonorū meorum non indiges domine. Vota in psalmis ferē semper sacrificio laudis adduntur, ut non dubites eandem esse, id est laudem dei. Vnde ego significationē uocabuli deuotio, qua significatione uulgo uiuuntur, natam credo. psal. 55. In me sunt deus uota tua, reddam laudationes tibi, cur non dixit, Reddam uota tua, si non idem sunt? psal. 115. Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiā laudis, & nomen domini inuocabo, vota mea domino reddā &c. psal. 60. Sic, psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi, ut reddam uota mea de die in diem. Nonne hoc dicit, Si non iugiter tibi psallerem, non iugiter tibi uota mea tibi redderem? psalmo. 64. Te decet hymnus deus in Sion, & tibi reddetur uotum. & in fine, clamabunt & hymnum dicent. Et hoc loco, A te laus mea (dicit Christus) in ecclesia magna, uota mea reddam in conspectu timentium eum, id quod supra dixit, Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ, id est, in medio timentium te, laudabo te. Et ne tergiuerferis, habes hoc ipsum apertissime psalmo. 49. ubi postquam rececerat deus sacrificia illa externa, dicens, Audi populus meus &c. addidit, Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua, & in fine, sacrificium laudis honorificabit me &c. Cur ergo nobis perpetuo obijciatur ex psal. 75. Vouete & reddite? cum uel idem significet cum prædictis. Hoc est, uota reddite, id est, laudem & gratiarum actionem domino deo uestro, qui pugnauit pro nobis, uel de ueteribus illis uotis & muneribus dicit, quæ tunc offerebantur in templo Hierosolymorum, quando adhuc

solum erat deus in iudæa notus, & in israel magnum nomen eius, ubi deus sepe pro illo populo confregit arma aduersariorū, sicut manifeste psalmus habet, de quo illic forte plura dicemus. Interim omnes dabunt mihi quando dicitur, Vouete & reddite, non esse præceptū de uouendo, sed de reddendo: quandoquidem nulla scriptura præceptū habet, de uouendo, id est, ut uoueamus, sed permiserat olim deus uota illa, consulens in firmitati humanæ, quæ semper & præcipue in aduersis aliquid noui molitur, si non per fidem nouit in solo uerbo herere, ne tamen sic perirent, addidit legem de uotis uel soluendis uel redimendis, fuerunt enim tantū temporalia uota, non perpetua, quin & si quis temere uouisset uotum perpetuū, iubebatur se redimere præcio, ut legis Leuit. 27. Nouit enim deus uota perpetua quantumcūq; facilia, in hominum non esse potestate. Idcirco mauult eos liberari, quā manere in periculo. Itaq; Vouete & reddite, id est, si quid uoueritis, reddite, uel quicquid uoueritis, reddite, sed domino deo uestro. Tu ergo ne contendas mecum, redde domino deo tuo omnia quæ uouisti in baptismo, & postquam reddideris, si libido uouendi tanta est, uoue plura, & illa quoq; redde, quod fiet ad Calendas græcas. Crede si uis, tuum uotum perpetuum (nam de illo solū iam loquor) à te temere ac humano errore susceptū, cum diuino illo uoto, quo totam tuam uitam deo secundum Euangelium uouisti, non stabit. Hoc uero dico, ubi aliud non licet, præstiterit te fieri mendacem & periurum quàm deum, si uideris tua uota pugnare cum dei uerbo, dā gloriam deo. Hic appello multorum conscientiam. Ingredere ad cor tuum, & proba te ipsum deligenter, & liberabor contentione, illic omnia impietatis argumenta, quæ fucum faciunt hominibus, nihil ualebunt. Hæc occasio uulgo uocant deuotionem, id est, dei laudem & gratiarum actionem, ne cæcos ex psalmis pro tuis uotis producas testes. Christus hic uota sua dicit, laudem dei & prædicatum uerbum per totum orbem terrarum.

Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum, uiuent corda eorum in seculum seculi. Reminiscentur & conuertentur ad dominum omnes fines terræ. Et adorabunt in conspectu eius omnes patriæ gentium. Quoniam dominus est regnū

mini est regnum, et ipse dominatur gentium. Man-
ducauerunt et adorauerunt omnes pingues terræ,
coram eo procident omnes descendentes in terrā.
Et anima mea ei uiuit, et semen meū seruiet ei. An-
nunciabitur domino generatio ueniens, et annun-
ciabunt iustitiam eius populo qui nascetur, quem
fecit dominus.

Hic uides fructum laudationis & predicationis Christi per totum mun-
dum de qua dixerat. Edent, inquit, id est, pascentur ex laude, quam tibi ca-
nam, id est, uerbo pascentur Euangelico, quo transformabuntur in ipsum
uerbum, hoc est, fient unum cum Christo incarnato, passo, resuscitato, atq;
adeo unum cum deo, ut legis Ioā. 17. quod est uere & efficaciter edere car-
nem Christi, & bibere eius sanguinem, id quod indigni, id est, increduli nō
possunt, licet sacramenta externa indigne manducent secundū Paulum.
Edent, inquit, pauperes, id est, afflictī, miseri, onus sui peccati sentientes, om-
nibus desperatis ex solo deo pendētes, timore mortis correpti &c. Isti sunt
publicani & peccatores in Euangelio. Quibus hic magnæ consolationis
uerbum additur. Non solum edent, sed etiam saturabuntur, id est, gratiam
dei & pacem consequuntur in æternum. Beati ergo qui esuriunt & sitiunt
iustitiam, id est, qui querunt iustitiam, quam apud se non inueniunt. Iustiti-
am, inquam, fidei, uel quæ est per fidem, quoniam ipsi saturabuntur. Cum
contra scriptum sit, Diuites dimisit inanes, id est, presumētes de sua iusti-
tia iustitiosos & hypocritas, dereliquit omni gratia uacuos. quemadmodū
Esa. 65. legis, Ecce serui mei comedent, & uos esuriētis &c. Et tales paupe-
res saturati uerbo Euangelico, non fastidient uerbum, sed laudabunt domi-
num, uiuent in gratiarum actione, sanctificabunt nomen eius, omnia deo re-
sistent accepta, totā uitā domino consecrabunt, non solū ipsi laudabūt, sed
& alij occasio & exemplū sua doctrina & uita erūt laudandi & magnifi-
candi clementiā dei in Christo. Non sic hypocritæ, qui suā gloriā, suāq; me-
rita in suis operibus querūt, non requirūt dominū, id est, dei uolūtatē, sed
quod sibi prescribunt, quod sibi rectum uideatur, hoc magnificiunt. Vnde
addit, Qui requirunt eum, id est, fidunt eo, timent eum, credunt ei, se se to-
rum.

Edent pau-
peres.

Saturabūtur.

Laudabunt
dominum.Requirentes
deum.

- tos ei cōmittunt, per quod exponit qui sint pauperes, de quibus dixit, De
 impijs & hypocritis dicitur psal. 13. Non est aliquis requirēs deū. Sequitur,
Viuent in eternum. hoc est saturari, sic edere semel, ut uita maneat eterna? nōne hoc est cum
 Christo immortalī unū fieri, id est, immortalē? vides quō ducat pauperes
 manducatio prædicationis Christi in ecclesia magna, id est, fides uerbi dei
 prædicata & Iud. eis & gentibus. De hac manducatione proprie loquitur
Ioan. 6. Christus ioan. 6. ubi sic incipit, Hoc est opus dei, ut credatis in eum quē ille
 misit. Hic est panis qui descendit de cælo, non mortalem uitam sustentans,
 ut illud manna, sed donans uitam immortalē. Qui manducat carnem me
 am, & bibit meum sanguinem, id est, qui credit me carnem & sanguinem
 pro se factum, & utrunq; pro salute suā expensum, in me manet & ego in
 eo, atq; adeo habet uitam æternam. Verba quæ ego loquor, spiritus & uita
Reminiscētur. sunt. Sequitur, Reminiscētur & c. id est, qui per orbē terrarū erāt dei oba
 liti, prouocabuntur uerbo fidei ad deū agnoscendū & adorandū, quia iam
 eiecto principe mūdi, ad dominū pertinet regnū gentiū, supra psal. 17. Cō
 stitues me in caput gentium. Manducauerūt & adorauerūt. Hic est fructus
 manducationis, adorare sc; in spū & ueritate, Hoc est, in corde magnifica
 re deū, id est, fide & spe colere & timere ubiq; præsentē, Io. 4. cuius adora
 tionis externū tantū signū est quo procumbimus in terrā poplite flexo.
 de quo hic additur, Corā eō omnes proci dēt cadentes ad terrā, sicut & ali
 bi, Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terrā lingent, Et adora
 bunt eum omnes reges & c. Et hic, Omnes pingues in terrā, id est, reges &
 principes & regna mundi, quos deus sublimauit in spiritu, ne hic respiciat
 externa laruam potētiae mūdi, nam supra pauperes dicuntur, & hic pro
 priè pingues uocat qui saturati sunt, ut supra dictū uerbo Euangelij, At nō
 sic saturati ut fastidiant, sed potius ut laudēt dominū, & adorēt in spiritu.
 Externa adoratio, ut olim exhibita est hominibus, ita & hodie quoq; exhibi
 betur non contra deum, qui aliam requirit adorationem.
- Semen Christi filij sunt dei.** Et anima mea ei uiuit, id est, Ego Christus uiuo deo patri, non præualue
 runt qui uolebant me occidere, ut perirem, & semen meum, id est, filij mei
 semine Euangelico concepti, nati, enutriti, seruient ei in spiritu, ut dictum.
 Annunciabitur domino generatio ueniens, id est, generatio gentium, aqua
 & spiritus sancto semen meum facta, annunciabitur domino, numerabitur
 in populo dei, secundum Ose. e prophetiam. Et erit in loco ubi dictum est,
 non populus meus uos & c. Et annūciabunt Euangelici prædicatores iusti

tiam non humanam, sed dei, psal. 18. populo non carnali, sed qui nascetur ex semine meo, id est, uerbo meo, quem populum fecit dominus. Ioan. 1. Ex deo nati sunt, id est, filij facti sunt dei uiuentis, sicut dixit Osee.

Felix hæc sic legit, Quoniã animã suã nõ uiuificauit. Semẽ seruiet ipsi, narrabitur uel numerabitur domino in generatione. Venient & manifesta bunt iustitiã eius populo genito, quoniã fecit. Quoniã animã suã &c. de se loquitur Christus, ut de alio, aut de deo loquitur, q̄ sibi deus nõ pepercrit, dũ nõ pepercit unigenito suo, ppter nos. Suã uitã posuit, propterea semen habebit, qd̄ seruet domino, & qd̄ semẽ numerabitur deo in generatiõẽ, id est, inter filios, quæ sententiã significat Christũ post mortẽ habiturum filios dei, sicut Isaac imolatus habuit semẽ benedictiõis & pmissionis dei, qd̄ ita dicitur Esa. 53. Si posuerit pro pctõ animã suã, uidebit semen lög eũ &c. Venient & manifestabũt iustitiã eius pplo per uerbũ genito, quæ est iustitiã eius, q̄ sc̄ fecit. hoc annũciabũt, q̄ ipse fecit oia, quæ sunt salutis hoim. Hæc est prædicatio Euangelica, quæ operibus humanis oẽm adimit iustitiã, quoniã dominus facit, nõ nos. psal. 18. Opera manũũ eius annũciat firmamẽtũ.

PSALMVS XXII.

Titulus. Psalmus Dauid.

SUMMA. Psalmũ tũc exacte intellexeris, si diligenter meditatus fueris deũ esse pastorem, te uero ouem, quo pascẽte & reficiẽte perire nõ poteris, *Pastor ouis.* etiam si quandoq; nihil nisi mors ob oculos uersetur &c. Vnde Esa. 40. Sicut pastor gregem suum pascet &c. lege quoq; Hier. 23. & Ezech. 34. Et Ioan. 10. Hinc Pet. epist. 1. ca. 2. Eratis sicut oues errantes, sed conuersi nunc estis ad pastorem & Episcopum animarum uestrarum.

Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, in locũ pascuæ ibi me collocauit. Super aquã requiei educauit me, animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suum. Si enim ambulauero in medio umbræ mortis, nõ timebo mala quoniam tu mecum es. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Parasti in

conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulāt me. Impinguasti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians me quam præclarus est. Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus uitæ meæ. Et ut inhabitem in domo domini in lōgitudinē dierū.

Fides uera. Omnia uerba quæ legimus in præterito, Felix legit ex Heb. in futuro, sed idem est. Verba enim sunt fidei & spei glorientis & gratias agentis. In locum &c. Fe. In habitaculis germinis accūbere me faciet: iuxta aquas placidas uel requiei, deducet uel nutrit me. Animam meam restituet siue resocillabit, laborantem scilicet & deficientem præ sit. In medio umbræ mortis. Fe. Per uallem tenebrosam, uel per uallem umbræ mortis. Et calix tuus inebrians quam præclarus est. Fe. Calix meus abundans, id est, quod poculum dedisti mihi a deo plenum est, ut quisq; possit inde extinguere sitim. Et misericordia &c. Fe. Certe bonitas & misericordia sequentur me omnibus diebus uitæ meæ, & quiescam in domo &c.

Hæc uerba sunt plena in deū fiduciæ glorientis in deo, & gratias agentis. Et certe descriptam inuenis fidem ueram, qua quid diutius esse posset, si uere regnaret in nobis: sed nos diffidimus deo, ut dixi psalmo superiori, ut maxime frustra dicamus, Credo in deum patrem omnipotentem &c. Si desum nosti cur non credis omnia, & te & tua esse in manu eius? si patre, quid metuis in eo? si omnipotentē cur alia metuis? sed uideamus psalmum. Sic gloriatur ovis dei, Dominus est pastor meus, & nihil mihi deerit, ne secundum corpus quidem. Matth. 6. fecit me habitare in pascuis uberrimis uerbi dei, supra, Edent pauperes &c. Iuxta fluentia amenissima spiritus sancti, Io. 4. Qui biberit &c. Et Ioan. 7. Si quis sitit &c. Hic spiritus facit accubare & requiescere inebriatas oues, ut sui curam nesciant. Hic enim requiescimus à laboribus nostris, ut felici sabbato deus operetur in nobis omnia opera sua, ut in sola fiducia pastoris quiescamus. Ovis enim sub pastore nihil operatur, tantū absq; ullo luporum timore pascitur securo, pastor omnia agit. Animam meam, inquit, conuertit scilicet ad se, alioqui ego quod in me erat aberrassem, uel animam meam, id est, uitam meam deficientem & laborantem in siti resocillauit spiritus consolatione. Deduxit me in semitis iustitiæ non humane sed suæ, homines per humanam iustitiam abducunt à iustitiā

dei. & nos ipsi ducere nō possumus, qui sumus ouiculae stultae, ipse ergo deduxit nullo meo studio, nullo meo merito, sed tantū propter nomen suum, ut solius maneat gloria dei.

Si enim ambulauero &c. Umbra mortis est species & imago mortis ubi nihil nisi mors adesse uidetur, sicut experiuntur qui tenentur uincti propter capitalla flagitia qui etiā ante mortē iugiter in morte uersantur & moriuntur. Quemadmodū de inferis loquitur Iob ca. 10. Et Paulus de sua tribulatione in Asia. 2. Cor. 1. Sic & Esa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris &c. Ergo si, inquit, etiā fuero in tenebris in medio luporū, in morte, p̄cō & inferis, adhuc bene sperabo in eo, nō timebo mala te presente. Bone deus quādo haec fides dabitur nobis? Nos in iustitijs nostris fidimus, in peccatis desperamus, in utroq; egregie stulti & absq; fide. Virga tua & baculus tuus &c. viroq; utitur pastor noster cōtra lupos. 1. Cor. 4. Quid uultis in uirga ueniam ad uos &c. Quid ni consolatio sit uidere quidem arma, sed pro te non cōtra te? sic Hier. ca. 17. Et ego non sum turbatus te pastorem sequēs: Præterea pastor ouibus minatur quidē baculo & uirga eas nōnunq̄ percussit, sed per hoc non aliud uult, quā ut recta eant, quā ut errabundae in uiam redeant. quod scire mirum quantum inducat nobis consolationis. id quod legis Heb. 12. ex prouerbiorū. 3.

Umbra mortis

Virga tua &c.

Parasti &c. Mensam uerbi domini corā me parasti, ut uideā & intelligā uerbū tuū. alioqui quid prodesset habere panē nisi esset in conspectu meo, nisi intelligerem uerbum quo prædicatur remissio peccatorum & uita æterna per hūc panē fortificatur cor, ut portae inferi non possint præualere & separari à deo. Remissionis uero peccatorum nos nūc certa signa habemus baptisimū & eucharistiae sacramentū. Alia signa habebant olim, sed tunc ut nunc non signa sed fides signorū à deo institutorum iustificabat. Impingui tu deus oleo tuo quod tu habes, spiritus es, spiritualiter unguis & oleo spiritus sancti, quod psalmo. 44. dicitur oleum leticie. Hec est unctio pinguis quæ docet omnē ueritatē, 1o. 16. & 1. 10. 2. Impinguiasti, inquit, caput, id est, mentē meā siue spiritū meū. Hic proprie spūs dei regnat. Et calix &c. Hec est ebrietas spūs, qua caro tandem sui cogitur obliuisci, regnante spiritu, ita ut hic irrideat mūdus dicens, hi musto pleni sunt Act. 2. De calice supra diximus psal. 15. Vides itaq; hic quæ dā alijs uerbis repeti. Nam quod supra pascha dixit, hic mensam dicit, quod supra aquā requiei, hic calicem inebriantem, quod supra semitas iustitiæ, securitatem & consolationem, hic oleum pingue, id quod & statim misericordiam uocat.

Mensa in

cōspectu.

Unctio.

Calix.

Et misericordia &c. Qui tali fiducia in deum præditus est, certus est & ipsum misericordia dei in hac vita nunquam deseret, & quæ habitaturus sit in sancto ouili pastoris summi in æternum.

PSALMVS XXIII.

Titulus Psalmus David.

Domini est terra. SVMMA. Domini sunt & terra & omnia terræna, quin & omnes homines in terra, quippe qui terram creauit, Sed cum sint iure creationis omnes homines domini, hic quæstio fit in spiritu, num omnes homines in regnum dei, quod regnum cælorum appellatur, ingressuri, & in æternum habitaturi sint cum deo. Eadẽ est quæstio psal. 14. Respondet spiritus, Non, sed solũ innocens manibus &c. Hic est Christus, & deinde oēs quotquot sunt in Christo, mundi per fidem. De quibus additur, Hæc est generatio &c. Vides itaq; hic duplex regnum dei, alterum potentie in omnibus, alterum benedictionis & misericordie in solis electis. Et quia glorificati Christi triumphus in hoc psalmo cantur, in fine spiritus mandat cum admiratione omnium creaturarum & angelorum & hominum, ut omnia huic regi gloriæ pateant, quo peruat uerbi Euangelici maestas, & cuncti principatus in cælo, terra & inferis, huius fortitudini cedant, quia domini sunt omnia, supra. Domini est regnum, & ipse dominatur gentium.

Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarũ & omnes qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina parauit eum.

Domini sumus omnium. Repete hic quæ dicta sunt psal. 8. Omnia subiecisti sub pedes eius &c. Omnia sunt dei quorum Christus heres est, & quæ dei sunt iam per Christum nostra sunt, qui credimus. Ergo, ut concludit Paulus. 1. Cor. 10. eis uti licet, sed sic ut non contra deum & ad tuas libidines, crapulam & ebrietatem, & nullo habito infirmi fratris respectu. Sic enim addit, Siue manducatis &c. Et. 1. Timot. 4. Cibos creauit deus ad percipiendum &c. Et quod de cibis dicitur, intellige æque de usu altarum creaturarũ, quia domini est terra &c. ne stulte, quemadmodũ mentium seductores docent, in creatura & elemētis huius mundi facias tibi uel peccatũ uel iustitiam. Libera sunt omnia

Libertas conscientie.

externa, dum nō sit aliquid cōtra dei præceptū, Sed hodie exc. ecatei didici
 mus præcepta hominū magnificare & dei præcepta cōtemnere. Hinc deus
 eū peruersis peruertitur, ut in omnibus frē creaturis inueniamus peccatū,
 qui alioqui libera conscientia per Christū essemus domini omnium. Vnde
 Paulus. 1. Cor. 3. Nemo gloriatur in hoībus, Oīa enim uestra sunt siue Paulus
 siue Apollo siue Cephas siue mundus siue uita siue mors siue præsentia siue
 futura, Omnia enim uestra sunt, nos autē Christi, Christus autē dei. Utinam
 hæc scirent homines absq; fide, qui nos uolunt à libertate Christi redigere
 in seruitutem mundi. Quia ipse &c. Quomodo enim, inquit, omnis terra Terra super
 non esset eius, quæ ab ipso creata est: sic & de Christo dicitur Heb. 1. Quem aquas,
 cōstituit deus hæredē uniuersorū, per quē fecit et secula. Sed quid est quod
 terra super maria scribitur fundata & super flumina stabilita? Respondeo.
 Simpliciter intelligo quod tam sæpe in scripturis dicitur. Nihil moror phi
 losophicas contradictiones, Affirmant enim sæpe quæ nesciunt, Nondum
 enim perscrutati sunt profunditatem abyssi, ut dicitur Eccle. 1. & psal. 32.
 Deus congregat sicut in utrem aquas maris, & ponit in thesauro abyssos.
 Similiter necdū satis perspectam habent uentorum originem, licet profite
 antur se scire, Nam psal. 134. dicitur, Qui producit uētos de thesauris suis.
 Et Christus dicit, Nescis unde ueniat aut quō uadat. Quid uero commemo
 rem nostrorum theologorū Aristotelicas nugas de Iride, contra manifestam
 in scriptura dei ueritatem? In summa Ecclesiastes ca. 8. sic dicit, Intellexi q
 omnium operum dei nullam possit homo inuenire rationem eorum quæ fi
 unt sub sole, & quanto plus laborauerit ad querendum, tanto minus inue
 niet, Etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire. Omnia hæc tra
 ctui in corde meo ut curioso intelligerem. Id circo optimo consilio dictum
 est Ecclesiastici 3. Altiora te ne quesieris & fortiora te ne scrutatus fueris,
 sed quæ præcipit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius
 ne fueris curiosus, Non enim est tibi necessariū ea quæ abscondita sunt ui
 dere oculis tuis &c. Cur ergo non omnia cæcæ carnis nugamenta contem
 nentes soli uerbo diuino quod manet in æternum adheremus: id quod cla
 mat illa uox clamātis in deserto, Esa. 40. Omnis caro foenū &c. Do igitur
 hic gloriā uerbo dei, et dico deū firmasse terrā super aquas, ut & psal. 135.
 dicitur. Firmasse, inquam, non q. aquæ (ut ego puto) sustineant illam terrā
 immobilis molem, cum natura sint fluidæ & instabiles, sed q. ipsa terra pro
 pria stabilitate, quā accepit uerbo creantis, modo nobis incomprehensibi
 li, à deo in sese fundata sit, & habeat sub se aquas, id quod non abhorret à

Gen. I. Congregentur, inquit, aquae quae sub caelo sunt in locum unum &c. Porro dum haec dico non ignoro quod hic dicunt de partibus terrae extantibus super aquas, sed non satisfaciunt scripturae uerbis, fauet nobis quoque ille uersus psal. 17. Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. Hinc & abyssus pro inferis poni solet, ut est Ro. 10. Et Io. n. e. 2. sic legis, Ad extrema montium descendi, terrae uertes concluderunt me in aeternum. Nihil uereor illos qui dicunt terram in finem elementorum, illi loquitur quae uolunt, ego respicio in uerba illius, qui terram & omnia creauit. Quod uero terra sit stabilis in seipsa, legis psal. 103. Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut uestimentum amictus eius. Et Iob. 25. Qui extendit aquilonem super uacuum, & appendit terram super nihil. Habes sententiam ex sacris literis. Potuissent equidem haec breui allegoria transisse, ut fere hoc loco faciunt, sed psalmi pulchra uicundaque sententia figmento humano cecidisset.

Quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundus corde, qui non accepit in uano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a domino, & misericordiam a deo salutari suo. Haec est generatio quarentium dominum, quarentium faciem dei Iacob.

Credentes regnant. Omnia quidem sunt dei, sed soli credentes regnant, regnabuntque cum eo. Reliqui omnes ita sunt in regno dei, sicut fures & latrones sunt in regno principis Saxoniae, non ut pro ciuibus habeantur, sed ut deprehensi pereant. Vide quae dicuntur psal. 14. Manus, os & cor mundum requirit spiritus, id quod sola fides praestat. Necessesse est enim esse arborem bonam, quae tales profert fructus. Non accepit. Doctor Martinus alicubi censet legendum, non exaltauit uel non iactauit. Accipere animam in uano, id est uanitate, est apud semetipsum gloriari & fidere sua iustitia, suis uiribus & meritis, & se putare aliquid esse cum nihil sit. Tales hypocritas & iustitiam non fert deus, qui dicit in Esaias, Gloriam meam alteri non dabo.

Iurauit in dolo, qui decipit fratrem iurando, psal. 14. Proximo suo, hic additū est explicandæ rei gratia, sed nō est in Heb. *Benedictio* psal. 3. *Benedictio.*
 & 20. Misericordiā uero addit, sed idē est cū benedictione. Hoc est benefi- *Misericordia.*
 cum dei gratis datū. Fe. habet Iustitiā, sed & hoc quoq; idem est. Est enim *Iustitia.*
 iustitia illa fidei, qua iustus uiuit. Versus uero, Hic accipiet &c. additus est,
 ne quis suo Marte parare se iustitiā putauerit. Omnia sancti à dco accipiūt,
 & omnia deo refundūt. sicut additur, Hęc est generatio noua quę renitiunt
 dominū, sicut diximus psal. 21. non ex illis quorū nullus requirit deū, sed fru-
 gunt à facie dei iacob, non in deū, sed in se suāq; respicientes psal. 13. Felix
 legit, Faciē tuam iacob, id est, qui quærūt eam faciē. quā tu ō iacob, qui es
 populus dei quærīs, nempe dei. Aduerte nos omnes accipere ea à domino.
 Christus autē sic ea accepit à domino ut refundat in nos, Nam ipse est dei be-
 nedictio psal. 20. dei misericordia & dei iustitia &c. nobis factus.

Tollite portas principes uestras, & eleuamini por-
 tæ æternæ, & introibit rex gloriæ. Quis est hic rex
 gloriæ? Dominus fortis & potens, dominus potēs
 in prælio. Tollite portas principes uestras, & ele-
 uamini portæ æternæ, & introibit rex gloriæ. Quis
 est hic rex gloriæ? dñs uirtutū ipse est rex gloriæ.

Felix, Attollite portæ capita uestra, id est, ō portæ referate claustra ue- *Tollite.*
 fra. Vos principes, id est, quicquid ubiq; est potentie, huic potentie *Glorificatio*
 subdatur, nec portæ inferorum præualcant, nec portæ regni cælorū clau- *Christi.*
 dantur, ut omnia pateant huic regi triumphanti, & mortis uictori, qui rex
 gloriæ dicitur, quia gloriam suam nobis dedit, qui sumus regnum eius, de
 qua gloria psal. 18. sicut alibi dicitur, rex iustitiæ, id est, Melchisedec. Atq;
 hæc est gloria Christi resurgentis, & uera Christi ascensio magis quàm illa
 quam uiderunt oculus carnis discipuli quadragesimo à resurrectione die,
 sicut dicit, Mulieri, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem, id
 est, credis me nondum glorificatum, sed uade dic fratribus meis, Ascendo
 &c. id est, q. sum glorificatus, & q. ipsi sunt regnum dei facti per me. Isto
 ascensu de quo psalmus loquitur non solum ascendit in cælos, sed etiam
 in terris regnum cælorum occupat ubiq; prædicato Euangelio & eiecto

principe huius mūdi 1oā. 12. Hęc potētia regis nostri nostra est, si recte credimus, quibus nulla potestas resistere poterit, quo minus perueniamus, quo dux noster præceſſit. Sed admirāda sunt hęc in oculis & angelorū & hominū. Hinc est illa admirantiū interrogatio, Quis est hic rex glorię? Rēſpōdet spiritus, qui est doctor omniū, Dominus fortis &c. Hic est dominus triū phator peccati, mortis, inferorū, & omnis aduersarię potestatis, sub quo tuos licebit agere in omni tentatione, quādoquidē & dominus Sabaoth, id est, uirtutū siue potentiarū & exercituum in cœlis, terris & inferis est hic rex, cui oīs gloria debetur, qui suos glorificat in eternū. Spiritum horum uersuum hodie rursus uidemus, quādo portę inferorū nolūt ut Euangeliū Christi uictor peruadat, & impietatis ciuitates nituntur obfirmare: Ipsum tamen ingreditur, & portas illic constituit eternitatis, quas rursus expugnare nulla potentia potest. Tu quoq; in tentationibus tuis clamare potes contra aduersarios spiritus, ut cedant Christo uictori, Amen.

PSALMVS XXIIII.

Titulus. Dauid.

SUMMA. Hęc est cum multa ad deum fiducia cordis oratio, quā non possibile est ut deus non exaudiat, secundū Christi in Euangelio promissionem, Per totum uero psalmum oratio hęc interspergitur spiritus sancti doctrinis, ut frē sit in talibus psalmis. Tibi uero hoc uno suboleat, quę sit pia oratio, nempe interim subinde audire quid spiritus dicat, qui postulat pro sanctis gemitibus inenarrabilibus. Igitur non tam uerbis quā ardenti desiderio & meditatione sancta commendatur apud deum oratio.

AD te domine leuauī animam meam, deus meus in te confido non erubescam in æternum. Neq; irrideant me inimici mei, & non cōfundantur omnes qui te expectant. Confundantur inique agētes superuacue. Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas doce me. Deduc me in ueritatem tuā, & doce me, quia tu es deus saluator

meus, & te expectaui tota die. Recordare miserati-
onũ tuarũ dñe & misericordiarũ tuarũ, quoniã a se-
culo sunt. Delicta iuuetutis meæ & ignorãtias me-
as ne memineris. Secundũ misericordiam tuã me-
mento mei tu, propter bonitatem tuam domine.

Leuau, pro leuo, more Hebraico, ut alibi dixi, Id est, Cor meũ ad te diri-
go, ut orem in mea tribulatione. Vides itaq; orationẽ esse desiderium ani-
me sue cordis, ut sepe dixi. Felix, Leuabo. Deus meus cui me totum per-
mitto, non erubescam, non patiar quãso repulsam. Erubescit qui petit &
non exauditur, non solum coram iudice, sed multo magis etiam coram ad-
uersarijs, contra quos iudex inuocatur, qui interim gloriantur quasi iu-
stam habeant causam, dum iudex uidetur ab illis stare, ergo addit, Neq; ir-
rideant &c. In æternum, non est hic in Hebræo, sed ex alio psalmo huc
adiectũ in Græcis quæ ego uiderim. In alio psalmo est, In te domine spera-
ui non confundar in æternum. Neq; irrideant. Fe. Ne latentur inimici mei
super me, Etiam omnes expectantes te non erubescant. Erubescant præua-
ricantes frustra, id est, qui persecutionem intentant tuis sine causã, cũ nos
illis nihil mali faciamus.

Vias tuas &c. Vide hoc loco unde angustia sit, & qui sint hostes, ut & Hostes ue-
psalmo. s. admonui, In periculo salutis est, ut urgentibus aduersarijs à uia ritatis.
ueritatis discedat. Hæc tentatio infidelitatis nunquã cessat, iugiter ergo
orandũ ne cedamus impijs doctrinis, impijs suasionibus, impie speciei san-
ctitatis, impie potentie. Præterea uide nostram stulticiam. Nos putamus Stulticia
nos multa scire in rebus sacris inuenies quid dicat, Egone ignorẽ quid mi-
hi faciendũ, & quid non? Sancti autem orant iugiter deũ, ut doceat ipsos
&c. scientes q̄ nihil sint ubi spiritu dominus cessauerit docere, Hinc est ille
totus psal. 118. Sententia est, Tu domine doce me ne aberrẽ, quia tu es deus sal-
uator meus, id est, nõ aliũ de spero salutẽ & liberationem q̄ a te, qui es deus,
& te expectaui iugiter. Expectant qui tempus miserendi deo non prescri-
bunt, sed patienter ferunt moram, certit de auxilio quandoq; futuro, quo
uerbo sepe uitur scriptura, interpretes sepe sustineo uerbo malunt uti, ut
in alio psalmo. Expecta dominũ, uiriliter age, & confortetur cor tuum, &
sustine dominum. Et alibi, Eruis sustinentes te domine. Doce, inquit, me ui-

Animã leuare
ad deum.

Non cõfundar

Hostes ue-

Stulticia
nostra.

Expectant.
Sustinent.

as tuas ut non seducar uijs & beneplacitis hominum & doctrinis humanis aut sequar uias meas, & quod mihi bonum uidetur, sed quod tibi, id quod non potero, nisi te & docente & ducente. Doce me nō recordatus delictorum meorū & ignorantiarū mearū, sed misericordie & bonitatis tue: quoniam ab eterno sunt, id est, delictis iuuetutis & ignorantijs nostris & quibus cūq; peccatis tuæ miseratiōes quæ eternæ sunt aboleri nō possunt, sed nō solū tibi, uerum etiā nobis manent integræ, mo do fide reuertamur ad te.

A seculo sunt misericordie tue.

Delicta iuuentutis.

Delicta &c. De hoc loco diximus psalmo. 13. Significat uero totam ante actam uitā, quā in infidelitate uiximus ignorantes ueritatis, dum non solū crassa uitia admisimus, sed etiam in iustitijs nostris ambulauimus, nō in uijs dei secundū uerbum eius. Profunda enim inherent uana gloria, hypocrisis & stulta sanctitas &c. Delicta enim quis intelligit? Qui hāc orationē orat omnem profecto ante actam uitam condemnat, Non est hoc hypocritarū.

Suauis & rectus dominus, propterea legem dabit peccantibus in uia. Deducet mansuetos in iudicio, & docebit mansuetos uias suas. Omnes uix domini misericordia & ueritas exquirentibus testamentum eius & testimonia eius.

Is digne pōt inuocare qui sic sentit de deo, Benignus est deus & misericors, ergo nō pōt nō docere peccantes & aberrātes à uia, ut docti spū eant in recto iudicio, nō sequātur errores. Spūalis homo dijudicat oīa. Docebit mansuetos, Fe. humiles. i. ut Matth. 11. dicitur, paruulos. Vias suas, ut scilicet fide agnoscant misericordiā & ueritatē eius, quibus agit cum hominibus, quos ipse docet. Propter misericordiā dicitur suauis, propter ueritatē rectus: Misericordiā exhibet, quia suauis, siue, ut Fe. habet, bonus est, hoc est, gratis exhibet. Veritatem autem, quia rectus est, nam promisit & se ipsum negare nō potest. Misericordia est beneficium gratis exhibitū, nullo respectu meritorū. Veritas est exhibitio promissionū, quæ ex debito fit, quia deus se uobis obstrinxit. Misericordia gratis promittit, ueritas promissionem implet. Veritate fortiter urget Iacob deum Genesis. 32. Ita misericordiam & ueritatem interpretatur Paulus Ro. 15. ex psalmo, Laudate dominum omnes ues gentes &c. Quid igitur dulcius quā audire quod spiritus dicit, Oēs

uiae domini misericordia & ueritas? sed quibus? Exquirentibus, inquit, testamentum eius & testimonia eius. Sic in Rom. 2. His quidem qui secundum per seuerantiam boni operis, gloriam & honorem & immortalitatem quaerunt, uitam aeternam. Sunt autem (ut ibidem patet) qui non sunt ex contentione, & acquiescunt ueritati, & non credunt iniquitati, quos hic uocat mansuetos, humiles, requirentes testamentum dei & praecepta eius, timentes dominum, quos docet ipse dominus, & demonstrat eis iustitiam suam, qua eos iustificat, quibus dulcis est dominus, id est misericors condonator peccatorum, & rectus, id est iustificator secundum promissiones, quas credunt ueras, dum interim impijs amarus & peruersus iudicatur.

Propter nomen tuum domine propiciare peccato meo, multum enim est.

In alio loco dicitur. Pro hac impietate orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Sancti orant pro delictis, non solum praeteritis, ut supra, *Sancti peccatores.* Delicta iuuentutis meae &c. sed etiam pro praesentibus, & non leuia ducunt sua peccata, ut hypocritae, sed aiunt, Multum est peccatum meum. Sciunt enim se non posse esse saluos, & per nullam iustitiam, nisi dei. Ergo & hic additur, Propter nomen tuum, sicut supra, propter bonitatem tuam domine. Non sunt hi iustitiarum affectus, qui suis meritis fidunt &c.

Quis est homo timens dominum, legem ponet ei in uia quam elegit. Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius haereditabit terram. Firmamentum est dominus timentium eum, & testamentum suum declarabit eis.

Quos supra dixit mansuetos, humiles, exquirentes testamentum dei & testimonia eius, iam dicit timentes dominum, tales docet in uia, uel docet eos uiam quam elegit, quae ipsi placet, ut non sequantur suum sensum sed dei. Felix, Docebit illum uiam quam eliget. In uerbo, Eliget uel elegit subaudi dominus, non, timens deum homo. Nam praeter hoc quod sententia hoc requirit, etiam supra manifeste uides, Docebit mites uias suas. Porro & legem

Legē ponere. ponet legem dabit ex Græco legimus pro docebit positū est, secundū illud Hierc. Et dabo leges meas in corda eorum, & cognoscent me &c. Sic & alibi, Legem pone mihi domine uiam iustificationum tuarum &c.

Hæreditas terre. Anima eius &c. Hic est fructus cognitionis dei quam ipse dat, & scilicet qui cognoscit deum, id est, credit & fedit eo, habitat in tabernaculis fiducia, sicut dictum psal. 4. & semen eius, id est, filij docti ab eo semine uerbi dei, Hoc est qui imitati fuerint eius fidem, hæreditabunt terram, id est, hæredes dei erunt, cuius est terra & plenitudo eius &c. Sicut & psal. 8. & 14. diximus, & alibi de terra forte latius dicemus. Firmamentum est dominus talibus, ne cadant à deo per infidelitatem: Hypocritæ aliud fundamentum habent. Et timentibus nomen suum declarabit testamentum suum, ut intelligant dei uoluntatem, & legem esse spiritualem, quemadmodum & alibi, Declaratio sermonū tuorum illuminat & intellectum dat paruulis. Felix, Secretum domini timentibus eum: & fœdus eius ut faciat illos cognoscere. Secretum domini est fides & cognitio eius, quam nemo scit nisi qui accipit, mundus gloriam fidei intelligere non potest.

Oculi mei semper ad dominū, quoniam ipse euolet ex laqueo pedes meos. Respice in me & misere re mei, quoniam unicus & pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt, ex necessitatibus meis educ me. Vide humilitatē meam & laborē meū, & dimitte oīa peccatā mea. Vide inimicos meos quoniam multiplicati sunt, & odio iniusto oderunt me. Custodi animā meā & libera me, nō confundar quoniam speraui in te. Innocentes & recti adhærebant mihi, quoniam expectaui te domine. Libera deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.

Necessitatibus. Fe. Angustijs. Humilitatem. Fe. Afflictionē. Innocētes & recti adhærebāt mihi. Fe. Innocētia uel simplicitas & rectitudo custodient

me. Libera. Fe. Redimet. Illud est bene precantis, hoc uero bene sperantis.

Quod dicit, Oculi mei ad dominū, supra dixit, Ad te leuavi animā meā, Oculi semper sicut alibi, Ad te leuavi oculos meos &c. Mos est orantiū respicere sursum, ad dominū. Illuc oculos dirigere quo dirigūt mētē, qđ & Christus legitur fecisse. vnde in Threnis, Leuemus corda nostra cū manibus ad dominū in caelos. Quod uero addit, semp, desiderū iuge significat, donec eripiat̄ ex laqueo inq̄ta tis, ignorātia & erroris, quo iugiter circūdamur, & nisi deus doceat & ducat uincimur. Qui sentiūt suā necessitatē, & cupiūt à deo liberari, illi solū nouerūt, quid sit iugiter & sine cessatiōe orare, sicut dixi psal. 5. & alibi forte. Necessitatē hic uides, Quoniam, inq̄t, unicus. i. solitarius, & ab oībus deere Necessitas. lictus, & pauper. i. non habēs in quo cōfidā, tribulationes internae, quia impugnatur fides tui uerbi, multae sunt. Vide humilitatem. i. deiectionē, & la Vide humilitatē &c. bore meū. i. angustia animi mei, attende qđ patior, ut liberes alioqui peritu litatē &c. rā, uide miserā meā qua teneor, nō merita mea qua nō habeo, nō pētā mea qua merēt̄ur damnationē, & dimitte oīa pētā mea, & emūdabor à delictō maximo, ut nō tradas me in reprobū sensum cū reprobis, qui non probauerunt deū habere in noticia. Vide praeterea inimicos meos, q̄ multi sunt, & solo odio me psequūt̄ur, non uolūt ut sequar uias tuas, quas tu doces timētes te, sed ut sequar uias corū. In hac necessitate & angustia, deiectionē & la bore animi quō subsistere potero, nisi tu deus meus custodias? Custodi ergo animā meam &c. Caue ne quid erres in uocabulis, Humilitas & labor, ne sic interpretaris cū pharisaeo, Domine uide, quia ego sum humilis corde, & laboro, id est, facio multa bona opera, ergo dimitte oīa pētā mea. Misericordia significatur nō uirtus, sicut & praeter uocabula ipse contextus ostendit.

Innocentes &c. ad est, optimi quiq; & pijs hoīes hoc ipsum uolūt, quod Adhaerebant ego uolo, hoc ipsum orant quod ego oro, nempe ut liberentur à te quicūq; mihi pijs. sunt in angustia, Adhaerebant mihi ut suo membro, ut suo fratri, non cecidi à coetu & ecclesia sanctorū, id quod aduersarij, uel solum querebāt, ut ad se deficerem, & hoc non meo merito, quia multa peccata habeo, sed te seruante, quia expectaui auxilium tuum in tempore opportuno, non defeci, q̄ mox nō uidebaris adesse &c. Quod autē Felix legit Innocentia & rectitudo custodient me, significat, Innocens & rectus permanebo, nō cadam à tua iustitia, ut maxime eam impugnent aduersarij, te custodiente animā meam, ut non percat uita mea coram te.

Libera deus israelē. i. populū tibi credentē & fidentem. Cū per totum. Oratio chara psalmū una persona uisa sit orare pro seipsa tantū, tamen hic unus uersus ritatis.

declarat, tales orationes non solum dici à nobis pro nobis ipsis, sed & pro fratribus & ecclesia sanctorum, peccatis & infidelitate oppugnata. Tales orationes ipsa postulat charitas, quia supra dixit, Innocentes & recti & c. quemadmodum & alibi, Qui timent te uidebunt me & letabuntur & c.

PSALMVS XXV.

Titulus. Dauid.

Hec Christus potuit integerrime dicere, & pr. eterea quisquis patitur persecutionem propter iustitiam, hic enim certus est suam causam esse iustam, ut diximus psal. 7. & 16. Id quod statim in psalmi principio apparet.

Iudica me. Iudica, inquit, me domine, id est, iudicium pro me fac. Hec oratio in psalmis nihil aliud significat quam si dicas, Vindica me uel defende me ab iniuria aduersariorum. Sic alibi, Iudica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta & c. Et psal. 71. Iudicare populū tuū in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperū & c. In quibus orationibus clarius erat construere uerbū iudico cum datiuo. Nam aliās ubi petitur contra aduersarios, tales orationes illorum condemnationē significant, ut psal. 7. Iudica illos deus. Si uero innocētie, quā hic audis, exemplū quæris, lege uerba Dauidis. 1. Reg. 14. Dominus, inquit, retribuet unicuique secundū iustitiam suam & fidem.

S V M M A. Defende me domine, ne minē lesi, certus sum q. dum in te spero non cadam. Verū nihil mihi præsumo, tu scrutare diligenter affectus & cogitationes meas. Nihil mihi conscius sum, sed in hoc non iustificatus sum. Ego nihil respicio nisi misericordiam tuam, & ambulauī in ueritate tua, id est fide tua. Nolui consentire consilio impiorum, nec consentiam. Abstinebo ab omni iniuria aliorū, ut munda sint manus meæ, dum etiam mihi iniuria fit, ut laus tua audiatur, & prædicare possim, quā mirabiliter tuos liberares. dum interim uirorum sanguinum, qui innocentium & ueritatem dei prostantium sitiunt necem, manus sunt iniquitate & corruptione munerū plena. suo commodo consulunt contra dei ueritatem.

Quoniā misericordia & c.
Lauabo manus.
In quorū manibus & c.

Iudica me domine, quoniam ego in innocentia mea ambulauī, & in domino sperans nō infirmabor. Proba me & tenta me, ure renes meos & cor meum. Quoniam mise

ricordia tua coram oculis meis est, et complacui in
 ueritate tua. Non sedi cum concilio uanitatis, & cū
 impijs non introibo. Odiui ecclesiam malignantiū
 et cum impijs non sedebo. Lauabo inter innocen-
 tes manus meas, circumdabo altare tuum domine.
 Ut audiam uocem laudationis tuæ, et narrem om-
 nia mirabilia tua. Domine dilexi decorem domus
 tuæ, et locum tabernaculi gloriæ tuæ.

*Infirmabor. Felix. Elabar. Vre. Fe. examina. Ergo hic usionem intellige
 in igne sicut aurum & argentum probatur et examinatur in igne. est autē
 ignis dei probatio qua probat nos tentatione & afflictione. Verum hic fi-
 des dicit, Vt cūq; probet deus per aduersarios, tamen in domino sperans
 non infirmabor, non cadam, Quoniā solam misericordiam dei hic intueor
 ut non diffidam de adiutorio propter peccata mea, & ueritas dei, id est,
 fides in deum & dei promissiones mansit apud me, & in hac placui tibi,
 uel, ut Felix habet, ambulauit. Sola ueritas dei, fides siue fiducia in deum,
 spes & respectus misericordie nos seruant innocentes ad homines, & im- Innocentia
 maculatos ad deum. Alioqui ne astra quidem munda sunt in conspectu dei, per deum.
 ut dicitur in Iob. Vnde Petrus in Act. Fide, inquit, purificans corda eorum.*

Vre.

Innocentia

De renibus & corde diximus, Psal. 7.
 Non sedi cū concilio uanitatis. Fe. cum uiris uanitatis. De quibus psal 5.
 Cor eorū uanum est, quia meditantur consilia impia aduersus dei uerita- Non sedi &c
 tem, Psal. 1. Non sedi, inquit, cum eis, id est, non consensi eorum consilio. Et
 cum impijs non introibo, id est, ingrediar in domum. Hoc est, cum eis non
 ero particeps, sicut alibi, Non cōmunicabo, cū electis eorum. Felix, Et cum
 uersus non ingrediar. Sunt autē qui Psal. 5. dicuntur, Viri sanguinum &
 dolosi, linguis suis dolose agentes. Idem repetit sic, Odiui ecclesiam &c.
 Lauabo &c. Non ero inter impios immundus, sed innocēs manibus in-
 ter innocentes. Non ero in ecclesia malignantium, sed in ecclesia innocen- Lauabo.
 tium. Inter fideles ero fidelis, & credam deo cum sanctis, cum impijs non
 agam, in quorū manibus iniquitates sunt, ut infra. Fe. Lauabo in innocētia,
 id est, ubi innocentes sunt, uel in innocētia de qua supra dictum.

Et circumdabo altare tuum domine id est, circumdabo locum habitationis tuæ ubi te adesse sciero, te inuocabo protectorcm, tibi gratias agam liberatori, te agnoscam in omnibus benefactorem Non sic gloriior de lauandis, id est, puris seruandis manibus meis ne cū impijs eas extendam ad iniquitatē: Non inquam, sic gloriior ut aliquid mihi arrogem, quasi hoc ex me sit, cum antea dixerim, Ambulaui in ueritate tua, & ueni, In domino sperans non infirmabor, sed circumdabo &c. Id est, te inuocabo, tibi astabo, ut dicitur Psal. 5 Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tui. Vide quæ dixi

Ut circumdabo
do &c.

Ut audiam.
Et enarrē.

Domine
dilexi.

Altare.
Templū.

Psal. 5. & mox addam. Ad hoc uero, inquit, circumdabo altare tuum, id est, ueniam ad te, non ut uictimas & carnes pecudum tibi offeram, sed ut audiam uocem laudationis tuæ, id est, uerbū predicationis tuæ, unde tu magnificeris, non ueniam ut aliquid offeram, sed ut à te accipiam ut à te docear, sicut Psal. superiori dictum est. Propterea à consilio impiorū abstinebo & mundas seruabo manus & te inuocabo, ut aptus sim tuo uerbo à te suscipiendo, & postq̄ audiero possim & ego enarrare omnia mirabilia tua, id est, magnificare nomen tuum, ceterosq; docere ueritatem, quā aduersarij opprime-re nituntur. Psal. 9. Narrabo omnia mirabilia tua. Deniq; se exponit, dicens, Domine dilexi &c. ut sit simplex sententiā per contentiosam antithesim. Non introibo cum impijs in domū eorum ut impietatem secter, sed potius mundis manibus & innocentia introibo tecum in domum tuam ubi est altare tuū, id est, inuocatio tui nominis, ubi tu inuocaris & gratæ tibi præces offeruntur in ecclesia sanctorum, illic est decor tuus, illic habitat gloria nominis tui. talia dilexi, ecclesiam uero malignantium odiui &c. Felix, Domine dilexi habitaculum refugij domus tuæ.

Non dubito quin alludat ad altare, ad domū & tabernaculum siue templum dei quæ erant tunc in populo Iudaico, ut diximus Psal. 3. quanq̄ templū sub Dauid non fuerit, nisi tabernaculū illud pro templo accipias, quia dicebatur locus dei secundū dei promissionē, sed q̄ talia in spiritu intelligit sequentia indicant. Non enim sacrificia alia audis, q̄ laudem dei, & hanc se auditorū dicit & deinde alijs prædicaturū. Sic & Psal. 42. Et introibo ad altare dei, num offeram oues, hircos, uitulos &c. Non, sed, Confitebor tibi, inquit, in ciuitha &c. Altare ergo inuisibile est ubi sacrificatur deo & adoratur deus in spiritu & ueritate, & offertur deo oblatio munda in cordibus credentiū in odore suauitatis deo, qui illic in uero suo templo inhabitat, cuius decorē & ornatū se dilexi se dicit. Non enim potest diligere iniquitatē pius hō unde templū illud uioletur, id qd̄ & prædētia et sequētia indicāt.

Ne perdas cum impijs animã meam, & cum uiris sanguinũ uitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorũ plena est muneribus. Ego autẽ in innocẽtia mea ambulauĩ, redime me domine & miserere mei. Pes meus stetit in rectitudine, in congregationibus benedicam te domine.

Vides q̄ innocenti e sue nõ confidit, Nã non iustificabitur in conspectu *Misericordia*
 dei ois uiuẽs. Nisi enim misericordia dei nos eximeret eodẽ iudicio cum im- *dei.*
 pijs & ignorantibus deũ damnaremur. & nisi misericordia dei nos custodi-
 ret sic impugnantibus undiq; impijs & uiris sanguinũ, Psal. 5. Quis posset
 manere & persistere in ueritate dei? In quorũ & c. Breuis descriptio im- *Descriptio*
 piorum & uirorũ sanguinũ. In quorũ manibus iniquitates sunt, id est, sem- *impiorũ.*
 per unique agunt, semper fructificant morti. si uero dexterũ quid quãdoq;
 facere uidentur, ut iudicare pro iusta causa, orare, laudare deum, docere,
 predicare & c. Hoc nõ agunt nisi pro suo lucro, pro sua gloria, alioqui nõ
 facturi. Præterea impij institutiij pro meritis cumulandis seruiunt deo: Tu-
 stus uero misericordiã tantũ precatur. Pes meus & c. Ego ne minẽ læsi, *Pes animæ.*
 nec ledere uolui ut maxime læserim. Hoc est, *Pes animæ,* id est affectus, ste-
 tit in uia recta. Hoc est uerbũ tuum & tuam ueritatem secutus est, fuit pes
 rectus, non male uolui ut uiri sanguinum. Tuã laudem & prædicationem,
 quã illi impugnant, in conuentibus hominũ non tacebo, ne qui in persecu-
 tione & tentatione nõ negaui nomen tuũ, liberatus tacendo peccem.

PSALMVS XXVI.

Titulus. Dauid.

SUMMA. Psalmus est plenus fiducia spiritus in deum. Dominus, inquit,
 est illuminator cordis mei & protector corporis mei, etiam si aduersum me
 surrexerit totus mūdus & omnis potestas tenebrarũ. Vnum hoc & optauit
 & solũ requiram ut neglectis oibus possim per fidem semper cũ deo habi-
 tate & eius uerbi frui solatio, qui me magnifice sepe sua misericordia et di-
 uina prouidẽtia liberauit. Itãr cone sim ingratus laudes eius cãtabo & be-
 neficia eius prædicabo. Deinde ab eo loco, Exaudi domine & c. plena fidu

cia implorat misericordiam dei, ne se iam ab omnibus etiam propinquissimis derelictum derelinquat in manibus aduersariorum et eorum qui mentiuntur omne malū contra se. In fine Parænesis spiritus sancti adiecta comprehendit summam totius psalmi, imò summam omnis consolationis in omni aduersitate, Expecta, inquit, dominum, uiriliter age &c.

Dominus illuminatio mea & saluator meus, quē timebor. Dominus protector uitæ meæ, a quo trepidabo. Dū appropinquant aduersum me affligentes, ut edant carnes meas. Tribulantes me & inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me bellum, in hoc ego spero.

Dum appropinquant &c. Fe. Dū præliabuntur aduersum me malignantes. In hoc, id est, in hac re, scilicet quod dominus est illuminatio mea &c. sicut et sequitur, Vnam petij, pro unam rem, quod latinis clarius erit, unum petij à domino, hoc requiram.

Illuminatio. Prima salus est mentis illuminatio per deum, ut non cōprehendant nos tenebræ errorum, Id quod in primis uolunt uerbi dei contemptores et aduersarij, sicut sæpe diximus. Deinde et uita per eum tuta est, dum nihil in nos possunt quod et quando deus non uult &c. ergo hic solus timendus est, Lucæ. 12. Ut edant &c. Id est, ut deuorent me sicut leo paratus ad prædam, ut alibi dicitur. Ipsi infirmati sunt &c. uel de experientia præcedentis liberationis intelligit, ex qua fortificamur ad bene sperandum in alijs, Vel de futuro loquitur certus de uictoria, acsi iam uicti iaceret aduersarij. Spes enim non confundit. Fe. Ipsi corruent et cadent.

Vnum petij a domino hoc requiram, ut inhabitē in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. Ut uideam uoluptatē domini, & uisitem templū sanctū

eius. Quoniã abscondit me in tabernaculo suo in die malorum meorum, protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me, & nunc ecce exaltauit caput meũ super inimicos meos. Circũiui & immolauĩ in tabernaculo eius hostiam laudis & iubilationis, cantabo & psallam domino.

Voluptatem. Fe. Iocunditatem ne quis prauator rursus hoc loco faciat uoluntatẽ, sicut in uulgatis codicibus legitur. In petra. Fe. In rupe. Circum= iui, sicut psal. superiore, Circũ dabo altare tuum domine. Verũ in Hebræo coniungitur cũ precedenti uersu sic, Exaltauit caput meum super inimicos meos, qui in circuitu meo sunt. Laudis, non est in Heb. sed tantũ Sacrificia iubilationis, de quibus diximus, Psal. 21. & psalmo superiori.

Potest uideri Dauid alludere ad grauem illam Absalonis persecutionem quando imprimis optauit ut reductus uideret tabernaculũ domini. 2. Reg. 15. Dixit rex ad Sadoch, Reporta arcam &c. Et quare tantopere desiderauerit rursus uidere tabernaculũ, uidetur hic subdere causam, q̄ olim seruatus sit in tabernaculo domini in Nobe. 1. Reg. 21. Id quod hic quasi gratias agens uidetur referre in sui cõsolationẽ, adiuncta & alia liberatione olim facta in loco qui ab euentu dictus est Petra diuidens. 1. Reg. 23. In petra, inquit, exaltauit me &c. Si cui hæc placet, accipiat ut allusionem. Nam nolim in his Dauidicæ historiæ angustias deduci psalmũ, à Dauide quidem conscriptum, sed omnibus fidelibus cõmunẽ. Quin & ipsa uerba protinus nos ab historia auocant. Quãdo enim habitauit Dauid in tabernaculo domini, ut non dicam q̄ hoc non licuit? Nisi idem sit habitare in tabernaculo & habitare circa tabernaculum, quemadmodum putat Lyranus. Cur non potius exigimus hæc ad locos similes? Vnum petijt, ut scilicet habitet iugiter in domo uel templo uel tabernaculo domini. De quo alibi interrogatio fit, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Item alibi dicitur, Beati qui habitant in domo tua domine &c. Itẽ, Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus uitæ meæ, & ut inhabitem &c. Quid quæso hoc aliud est quã q̄ dominus dicit Luca. 10. Vnum est necessarium, Maria bonam partem elegit quæ non auferetur ab ea? Maria delectabatur ad pedes domini auditu uerbi domini. Et hic dicit, Vt uideam, id est, per fidem cognoscam & corde

Vnũ est necessarium.

sentia uoluptate domini quod est gaudium in spiritu sancto de remisso peccato
 & donata hereditate eterna. Quam uoluptatem cognitionis dei hypocritae
 & iustitiarum non nouerunt. Seruus enim non manebit in domo in eternum, sed si-
 lius. Et addit, Et uisitem templum eius ubi ipse habitat in electis, ubi ipse doctor
 est & illuminatio. Atque haec est summe necessaria petitio. Hoc enim unum
 agunt aduersarii ut me e domo dei expellant trahantque in consilium impiorum, in
 ecclesiam malignantium, in hypocrisim & iustitias hominum, in quibus mors
 est & uexatio conscientiarum. Ego uero hoc unum oro, ne fiat &c. Quin illic
 semper tutus fui & tutus ero in abscondito alarum tuarum, ubi mundus non uidet
 unctioem, id est, uoluptatem sanctorum in domino, sicut psal. 30. dicitur, Quam
 magna multitudo &c. Iamco deus ipse sepe refugium nostrum in psalmis dicit
 Petra. lege totum psalmum, Qui habitat &c. Et addit, In Petra exaltaui me &c.
 Si Petram uis accipere Christum, quem scriptura uocat petram scandali, lapidem
 angularem, fundamentum ecclesiae, per me licebit, sententia uerissima est, in
 Christo certe exaltaui me, sed ego simpliciter accipio, ut in psalmis accipi so-
 let, pro firmitate & constanti robore. & idem hic significatur quod psal. 39.
 Eduxit, inquit, de lacu miseriae & de luto fecis et statuit supra petram pedes
 meos. Unde alibi queritur, Infixus sum in limo profundi & non est stabile,
 psal. 68. Praeterea interpretes ex Hebraeo hic malunt futura uerba legere,
 Abscondet, proteget, exaltabit, id quod non conuenit historiae Dauidis supra
 dictae. Exaltaui caput meum. Psal. 3. Circumui &c. Id est, gratus de benefi-
 cijs in ecclesia sanctorum praedicabo & sanctificabo nomen eius cum gaudio.
 Exaudi domine uocem meam qua clamaui, miserere mei
 & exaudi me. Tibi dixit cor meum, dominum quem
 quaesiuisti te facies mea, faciem tuam domine quem
 quaesiuisti. Ne auertas faciem tuam a me, & ne declines
 in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto, ne proicias
 me, & ne derelinquas me domine deus saluator me-
 us. Quoniam pater meus & mater mea dereliquit
 me, sed dominus assumpsit me. Legem pone mihi
 domine in uia tua, & deduc me in semitam rectam, pro-

pter inimicos meos. Ne tradas me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui & mentita est iniquitas sibi. Credo quod uideam bona domini in terra uiuentium.

Tibi dixit cor meum, id est, in conspectu tuo sic apud me statui, sic me ipsum propter te exhortatus sum. *Facies mea?*
Facies domini.
 Facies mea quasiuit te, id est, desiderauit te uidere tuam uoluptatem, ut supra, tua bona, ut infra, et amplius quæram faciem tuam, ut possim crescere ex fide in fidem, à gloria in gloriam in facie tua & illuminatione uultus tui super nos. Ne ergo auertas faciem etc.
 Nota quod ex Græco legitur, Dominum quæram, non est in Heb. Felix uersum sic legit, Tibi dixit cor meum, requirite faciem meam, faciem tuam domine requiram, sed Hebræis facies est plurale. Sic ergo legendum, requirite o facies meæ, uel require o facies mea, scilicet dominum. Quid sit requirere deum diximus Psal. 13. & 21. Sed hic dicitur, Requiere faciem domini, sicut et Psal. 23. id quod supra dixerat, Ut uideam uoluptatem domini. & infra, Credo quod uideam bona domini.

Adiutor meus esto etc. Ne desere aut abijce me ab omnibus desertum & abiectum creaturis etiam patre & matre & amicissimis secundum carnem. *Quonia patet etc.*
 Hec est Christianorum uita in cruce. Caro & mundus non potest probare que dei sunt. Stultitia enim sunt illi & non potest cognoscere, ergo etiam non potest non odisse. Inter inimicos ergo deserimur & inimici hominis domesticius, sicut est in Euangelio. Sed hic fides dicit, Dominus autem assumpsit me, sub umbra alarum eius dego, uoluptatem eius uideo, faciem eius facie mea sumpsit me. *Dominus assumpsit me.*
 me, sub umbra alarum eius dego, uoluptatem eius uideo, faciem eius facie mea sumpsit me. *Dominus assumpsit me.*
 fide intueor, gaudeo, dum interim mundus me ridet despectum, dum hypocrite & pharisæi me condemnant hereticum. Assumptus sum à domino, iudicent alij ut uelint.

Legem pone mihi domine in uia tua. Felix, Doce me domine uiam tuam. *Hostes ueri.*
 Omnes sentiunt contra me quod non sequor sensum eorum, sed tuum uerbum quod illuminat & intellectum dat paruulis, uerum tu hic doce me & dirige me ne unquam consentiam consilio eorum qui sentiunt contra uerbum tuum, sine te non potero stare impugnatu ab illis qui uolunt me abducere à uia tua & à semita recta, ne quæso tradas me in animas, id est, uoluntates eorum, quoniam testificati sunt aduersum me omne malum mentientes & docetes falsa, sub specie tamen ueritatis, ut uel me abducant à uero, uel, si non possunt, persuade

Credo me ui-
dere.

Experientia.

Terra uiuen-
tium.

ant alijs me ueritatis non esse cultorem, sed conculcatorē. Sed mentita est iniquitas sibi non mihi, in sui perditionē mentiuntur, ego talibus non seduor. Nam credo q̄ uideam bona domini, id est, uoluptatē domini, ut supra, Testimonium habeo spiritus cōtra omnes seductiones & errores sapientiæ mundi & iustitiæ carnis, Nam dexter ubiq; in hac terra uiuentium adest mihi dominus, sicut undiq; mala premere uideātur. Deus beneficijs multis, & presenti à grauib; & animæ & corporis periculis liberatione, cogit nos nō solū prouocat, ut tandē eum benignū patrē agnoscamus, Amen. Fe. Quoniā insurrexerūt in me testes falsitatis & loquēs mēdaciū, uide psal. 5. Terrā uiuentium interpretantur futuram uitam, q̄ illic sit uera uita, hic tantū uita morti obnoxia, hinc & nos mortales dici. Ego autē interpretor terram hanc in qua nunc uiuimus, atq; hoc ipsum ex scriptura, licet & ipsa oratio, Credo q̄ uideam, satis indicet de fide dici quæ est in hac uita in sanctis. Primū nusquā in scriptura, quod sciam, coelum terra appellata est, sed hæc duo ut maxime distantia poni solent, ut psal. 102. Quoniā secundū altitudinem coeli à terra &c. Imō in his totum uniuersum, quod uocant, comprehenditur, Gen. 1. In principio creauit deus coelū & terram. Deinde terra alia uiuorum, alia mortuorū dicitur, Mortuorū est infernus, qui dicitur lacus mortis, puteus interitus. psal. 54. terra obliuionis, Psal. 87. Vnde iob 10. Nunquid non paucitas dierū meorum finietur breui &c. Viuorum autē terras cum timebat se moriturū, dixit, Vadam ad portas inferi: Non uidebo deum in terra uiuentium, non aspiciam hominem ultra &c. Et promissione bunt qui descendunt in lacum ueritatem tuam. Viuens uiuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie. Et psal. 114. Dicit se in angustia mortis fuisse & horrore inferorum, sed liberatū ne moretetur, & dominū non esse sibi iratum, quemadmodū in illa tentatione usum erat. Placebo, inquit, domino in regione uiuorū: Crede, si hic non placueris illic non placebis, sicut psal. 15. dicitur, Sanctis qui in terra sunt eius mirificauit omnes uoluntates meas in eis. Quod autē citant uulgo ex Psal. 141. Portio mea domine sit in terra uiuentiū, male legunt, sit, cū uersus sic habeat, Clamaui ad te domine, dixi, tu es spes mea, portio mea (scilicet tu es) in terra uiuentiū, id est, in hac uita nihil aliud hereditatis uolo præter te, quæ admodū Leuitarū in terra pars & portio erat dominus, ut dictū psal. 15. Et nos omnes sumus genus sacerdotale in Christo qui dicimus, Portio mea domine, dixi custodire legem tuā.

Quia

Quin & non solum cœlum sed & terra nostra est in æternum, ut diximus psal. 8. & uiuimus post resurrectionē ubiq; & ubiq; fruemur gloria uultus dei. Nouos enim cœlos & terram nouam uidebimus. 2. Petri. 3. Et expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat. Ro. 8. Cur enim talia non dicam cū scriptura sit aperta & sepe idem inculcet? Sic Prouer. 2. Qui recti sunt, habitabunt in terra, & innocētes permanebūt in ea. Impij uero de terra perdentur, & qui inique agunt auferentur ex ea. Et psalmus. 36. ferē continue talia dicit. Et Christus, Beati mites, quoniā ipsi possidebūt terram. Non sum nescius quā illic uariant interpretes. Ego uocabulum terræ uolo in suo significato accipi, nisi ipsa oratio metaphoram habeat apertam, ut si dicas, Terra nihil nisi terram sapit, ubi tamen grammatica huius uocabuli ratio non perit, non minus quā ubi Christus dicit terram optimā quæ seminata reddit centuplū, esse eor optimū &c. Esaias quoq; dicit, ca. 57. Qui fiduciam habent mei hereditabunt terram, & possidebunt montē sanctū meum. Verum ne longius euager, quid attinet hic multis agere, cum non ignotum sit uiuentes dici illos qui hic uiuunt, & mortuos defunctos? Hinc psal. 113. Non mortui laudabunt te domine neq; omnes qui descendūt in infernum, sed nos qui uiuimus &c. Hinc tam sepe in scripturis apostolicis Christus dicitur resurrexisse à mortuis, q; amplius inter mortuos nō sit futurus inter quos erat. Contentiosus & qui pluris faciunt patrū dicta, quā dei in scripturis sanctis, obijto, quod Esa. ca. 53. de Christo dicitur, Abscisus est à terra uiuentium.

Terra sancto-
rū est in ætera-
num.

Expecta dominum, uiriliter age, confortetur cor
tuum, & expecta dominum.

Sanctissima spiritus doctrina, si quæ dominus docuerit ut intelligere possit.

PSALMVS XXVII.

Titulus. Dauid.

SVMMA. Hæc est fortis precatio, ne pereat cum impijs, quorum uerba, corda, opera impia sunt, quia opera sua non opera manuum domini respexerunt & magnificerunt ad sui non ædificationē, quod tamen putauerūt, sed potius destructionem. Inde ubi dicit, Benedictus &c. Gratus agit pro accepta consolatione salutis certæ, & magnificat gloriā operis dei in sanctis per Christum. Hoc opus est fides, Io. 6. quæ mira operatur agente spiritu dei. Aliorum opus est mera hypocrisis &c.

AD te domine clamabo, deus meus ne sileas a me, ne quando taceas a me, & assimilabor descendentibus in lacum. Exaudi domine uocem deprecationis meae dum oro ad te, dum leuabo manus meas ad templum sanctum tuum. Ne simul trahas me cum peccatoribus, & cum operantibus iniustitiam ne simul perdas me. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Da illis domine secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinventionum eorum. Secundum opera manuum eorum da illis, redde retributionem eorum eis. Quoniam non intellexerunt in opera domini & in opera manuum eius, destrues eos & non aedificabis eos.

Deus in occulto. Ad templum sanctum tuum. supra psal. 3. & 4. Leuare manus ad deum, est gestus orantium. Fe. Ad abditum sanctuatis tuae, id est, ad locum secretum ubi sanctitas tua habitat, quae nihilominus allusio est ad sancta sanctorum in tabernaculo Moysi. Deus habitat in occulto, quis enim uias eius cognouerit nisi ipse doceat? qui praeterea mirabiliter cum sanctis suis agit, ita ut ipsi ammirari possint, scire nequeant, quid, quomodo agat pro eis, dum interim contra eos agere uidetur. Ne simul perdas me, non est in Heb. Cum peccatoribus. Felix, cum impijs. Adinventionum. Fe. studiorum. Quoniam non & c. Felix, Quoniam non intelligent opera domini & opus manuum eius, destruet illos & non aedificabit illos, scilicet deus.

Bona opera. Vide quae ex uersu, Quoniam non intellexerunt & c. qui sint contra quos orat, nempe qui non intelligunt, non respiciunt fide in opera domini & in opera manuum eius. Cum bonorum operum fit mentio non intelligunt ea quae deus operatur in sanctis, qui sancti spiritu dei non suo aguntur, Ro.

8. in quibus fides in deum per charitatem operatur, Gal. 5. in quibus spiritus docet omnem ueritatem ut faciant uoluntatem patris qui in caelis est. Pater in me manens, aut Christus, ipse facit opera, non solum miracula quae uideatis, sed etiam omnia opera & uerba, ut liceat mihi in faciem aduersarijs dicere, Quis ex uobis arguet me de peccato? Hoc felix sabbatum nostrum quo deo permittimus nos, nostra & omnia, haec felicia & uere bonorum opera, quae dei sunt, non intelligunt impij, imò irrident, dicentes, Ergo ne opera, quae dei sunt, non intelligunt impij, imò irrident, dicentes, Ergo nihil boni faciemus? ecce isti iactant se spiritum dei habere. A deo nihil intelligunt homines absq; spiritu quae sunt spiritualia. Stulticia sunt illis & non possunt intelligere. Respiciunt uero ad opera illa speciosa, opera hominum, traditiones humanas, arbitria & studia inuentionum suarum, in quibus seruat is ponunt iustitiam, iniustitiam uero in non seruat is, absq; omni uerbo dei sola opinione & cogitatione humana. Haec magni faciunt, haec nobis obtrudunt quasi sanctissima & urgent ut cum eis discamus confidere in brachio carnis, in uiribus nostris, hisce totum dementant orbem mente corrupti & mentium seductores, attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum in hypocrisis loquentium mendacium, & cauteriatam habentes conscientiam. Cur non respiciunt in opera dei caelum, terram, mare & omnia quae in eis sunt, quae felicissime à deo ad dei uoluntatem gubernantur? quare ipsi soli à deo nolunt gubernari? quare suas providentias, suaq; studia & consilia ut cumq; in speciem sanctissima dei uerbo praeferrunt? Sed sublimia sunt haec in oculis eorum. Cum quibus peruersis ita deus peruertitur, ut gaudentes gaudeant non in domino, sed in suis meritis, timentes uero trepidant timore ubi non est timor. Fictas iustitias habet, unde necesse est ut ex fictis peccatis propter cauteriatam conscientiam, quae non nouit purum uerbum dei, uera faciant peccata. Et sit excæcante corda hypocritarum deo, ut dum respiciunt in opera illa quasi bona quibus sanctitatem & iustitiam tribuunt, non solum non uideant quae sint opera bona, sed etiam non agnoscant sua ipsorum opera, quibus infidele cor in quo non est spiritus dei agitur, nempe iram, odium, inuidiam, uanam gloriam, auariciam, hypocrisim, infidelitatem & dei ignorationem. Qui dum, ut dictum est, absq; spiritu sunt necesse est etiam esse absq; fide (ut crasse loquar cum crassis) Quod si absq; fide sunt, necesse est omnia opera eorum, ut cumq; in speciem sanctissima, esse opera infidelium, id est, peccata. Quicquid enim est absq; fide, peccatum est, Ro. 14. & impossibile est, secundum uerbum Christi, ut arbor mala, id est homo infidelis, proferat bonos fructus. Vocat ergo eos.

Psalmus peccatores qui nihil aliud possunt quam peccare etiam dum optime facere uidentur, Impios ex Hebræo dixeris, Item, operantes iniustitiã, quia iustitia fidei illis non est, ut diximus psal. 5. Qui loquuntur, inquit, pacem cū proximo suo. uidentur enim docere, q̄ deus sit colendus, timendus, deo credendum, fidendum, obediendum, sed mala in cordibus eorum, nihil enim aliud quærunt his speciosis uerbis quam traditiones humanas confirmare & suam tyrannidē statuere, gloriãq; suam & lucra sectari. negant hæc sic habere, sed uidemus, deprehēdūtur hypocritæ, erit quãdo non negabunt. Contra quos orat spiritus, da illis quod meriti sunt, confundantur in suis studijs, operibus & adinventionibus, qui tua opera tuãsq; adinventiones contēpserunt. Igitur sic oratur, Domine sine te non manebo innocens, tanta est astutia & dolus circūueniētium me, ut deficiam à fide tui uerbi in opera humana, tu audi inuocantem, ne, te tacente, nō respondente, non exaudiente, sed dissimulante uel contemnēte audire me, similis fiam illis qui non intelligentes ad tua opera, descendunt in lacum perditionis æternæ.

Benedictus dominus, quoniam exaudiuit uocem deprecationis meæ. Dominus adiutor meus & protector meus, in ipso sperauit cor meum & adiutus sum. Et refleuruit caro mea, & ex uoluntate mea confitebor ei. Dominus fortitudo plebis suæ, & protector saluationū Christi sui est. Saluum fac populū tuum domine, & benedic hæreditati tuæ.

Hic est finis psalmi in quibusdam exemplaribus Græcis, In quibusdam uero additum est, Et pascere eos usq; in æternum. In Hebræo uero sic est, Et pascere eos & extolle eos usq; in æternum.

Refleuruit
caro.

Protector. Felix, scutum. Et refleuruit caro mea, id est, rursus exilarata est, reddita consolatione. Caro enim perit quoq; ubi in angustia & afflictione mens est, Prouer. 17. Spiritus tristis exiccat ossa. Et in uolūtate mea, hoc est in corde & animi affectu gratias agam. Integrum uersum sic legit

Felix, Et exultabit cor meum, & in cantico meo celebrabo eum.

Dominus fortitudo plebis suae. glorientur alij de suis uiribus & iustitijs & operibus bonis sine fiducia in deum. Plebs domini nouit uerū esse quod Christus dicit, Sine me nihil potestis facere, Et dominus est protector, uel, ut Felix habet fortitudo saluationum Christi sui, id est, quae fiunt per Christum suum. Christi saluationes quibus saluamur sunt fortitudo, uirtus & potentia dei, nihil hic nobis relinquitur, omnia sunt dei per Christum. Nisi sic intelligas, Dominus est fortitudo saluationum quibus saluator Christus eius, id est, messias eius, unctus eius, rex quem ipse constituit. De una tamen persona non intelligi, sed de toto regno sequentia indicant, Saluum fac, inquit, populū tuum domine: dum enim Christi salutem legimus, nostram legimus qui sumus in Christo, ut dictum Psal. 19.

Saluum fac & c. Populum quem tuum agnoscis, quem aeterna hereditate possidebis, populum tibi fidentem salua, ne erroribus impietatis pereat & opprimatur uiolentia uirorum sanguinum, & benedic ei contra maledictiones & blasphemias impiorum. Et pasce eos tuo uerbo ne seducantur doctrinis & traditionibus humanis, & extolle eos semper ex fide in fidem erigendo, donec crescant in uirum perfectum maneantq; in gloria tua in aeternum qui gloriam carnis contemnunt.

PSALMVS XXVIII.

Titulus. Palmus Dauid.

SVMMMA. Prouocatur in hoc Psalmo omnis potestas ut subdatur uerbo domini & gloriam det deo, qui suo uerbo potentissimo & efficacissimo, Potentia uerbi dei. quippe quo omnia creauit, superbos qui deo deiq; populo resistunt, terret, punit, absorbet, occidit, igne consumit, demergit ad inferos etiam uiuentes, quosdam etiam trementes fugere facit à conspectu suo & sanctorū, qui tremor est Cain. Contra facit ut sanctis nihil non sit peruium, quā peruadant potentia uerbi dei freti, resistentibus etiam portis inferorum. Itaq; efficac illud dei uerbum siue illa uox domini, in diuersis diuersum est. Superbi & contemptores per hoc pereunt. Populus autem dei prouocatur per uerbum, & confortatur ad adorandum deum & gloriam ei decantandam. Hic populus ne in aquis quidem ualidis & umbra mortis perire potest: Huius est rex & gubernator dominus in aeternū, Hunc confortat contra omnem & mundi & inferorum potentiam, addo etiam caelorum, ut accipiat dei promissa: Huic deniq; benedictionem, id est, gratiam suam & pacem largitur

*sempiternam. Hec omnia agit Psalmus iucundissimis allusionibus ueterum
historiarum, ut dicemus. Quasi dicat, Talia quæ cano, suo uerbo solet effice-
re dominus, quare tremiscite persecutores, confortamini fideles. sicut in
Psalmo. 75. uides. Idem dicit Epistola ad Heb. ca. 4. ubi postquam declara-
tum est illud ex Psalmo, Hodie si uocem eius audieritis &c. Additur, Festine
mus ergo ingredi in illam requiem, ut ne in idem quis incidat incredulitatis
exemplum. Viuus est enim sermo dei & efficax & penetrantior omni gla-
dio ancipiti &c. Habes ergo hic illud uerbum quo fiunt omnia, quod descri-
bitur Ioan. 1. Habes quoq; illud ipsum uerbum esse ipsum deum, quemadmo-
dum Ioannes dicit, Et deus erat uerbum. Nam hic dicitur, Vox domini con-
fringens cedros, & confringet dominus cedros libani. Nunc uox domini,
nunc dominus dicitur talia facere. Hoc si diligenter intuearis, quid aliud
est quam patrem, qui dominus est, & filium, qui uerbum est, esse unum de-
um omnia potentem.*

*Verbum dei
deus est.*

AFFerte domino filij dei, afferte domino filij
os arietum. Afferte domino gloriam & ho-
norem, afferte domino gloriam nomini eius, adori-
rate dominum in atrio sancto eius.

*Hæc Felix sic, Afferte domino filij principum uel fortium, afferte domi-
no gloriam & fortitudinem. Afferte domino gloriam nominis eius: adoraie
dominum in magnificentia sanctitatis. Vides itaq; in primo nostro uersu al-
teram partem esse superuacua. Filij principum siue potentium sunt gene-
ratio & populus nobilium, ut hodie uocantur, quos coactius potes ex gra-
dia uerbo dei co interpretari filios dei, id est, à deo sublimatos, cū rectius legerentur etiã
ex Heb. filij deorum, id est, iudicum, regum & potentium. Exo. 22. Applicã
bitur ad deos. Item, ad deos utriusq; causa perueniet &c. Ista inuitatione
aduocantur regna mundi, reges & principes terræ, qui ex natura non pos-
sunt non persequi uerbū domini, quod condemnat omnia nostra, ut depo-
sita gloria sua, uere gloriosum deū glorificent, sicut & monentur Psal. 2. ne
quãdo, inquit, irascatur dominus &c. id quod prædicatur futurū sub Chri-
sto Psal. 71. ubi dicitur, Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes serui-
ent, et, qui enim spiritū Christi acceperint suam gloriam scient esse nihil, om-
nem gloriã & honore afferent domino & nomini sancto eius, et adorabunt*

dominū non gestibus solum externis quod hypocritarū est, sed in spiritu & ueritate, in atro sancto eius ubi ipse habitat, quo hypocrite accedere non possunt, uide Psal. 3 Hieronymus legit, *Afferre domino filios arietū. Filij arietum sunt oues & agni. quo Hieronymo uisum est sacrificium esse offerrendū, ut tum res erant, aut saltem allusum esse ad id, cū tamen psalmus nō habeat nisi sacrificium laudis, de quo alibi diximus, Afferte, inquit, domino gloriā & honorē &c. Et postea, In templo eius omnes dicūt gloriā, quis non ignorē sic multos interpretari, Afferte domino filios arietū, id est, uos ipsos qui estis filij patriarcharū & prophetarū & apostolorū qui sunt arietes gregis dominici Septuaginta interpretes, quia uisum est eis posse reddi & dei & arietū, duas sentētiās reddiderūt ex una Hebraica, Afferte domino filij dei, afferte domino filios arietū. Quos si imitari cupis, sic legere potes, Afferte domino filij principū: afferte domino filij arietū. Principes enim arietibus comparantur, ut Threnorū. 1. Facti sunt principes eius uelut arietes non inuenientes pascua, & abierunt absq; foritidine ante faciē subsequēntis. Arietes tamē ut hic legamus, non satis probatur Hebraeis.*

Vox dominī sup aquas, deus gloriæ intonuit, dominus super aquas multas. Vox dominī in uirtute, uox dominī in magnidecentia.

Date, inquit, gloriā deo ad uestri salutē. Ne contēnte uerbū eius quod uos monet dicēs, *Afferre domino &c. Nā uerbū siue uox dominī quis salus sit credētibus ut olim credētibus Hebraeis, tamē dura sentētia est & horrēda uastatio incredulis, ut olim experu sunt Aegyptij, Cananei & alię gentes & impij Hebræi, Hic si nō dicitis, tamē uel gestis credite toti orbi notis.*

Vox dominī super aquas. Non repeto iam quod dicitur Gen. 1. Spūs dominī ferebatur super aquas, dixitq; deus &c. Vnde alibi, Ipse dixit & facta sunt &c. Neq; q; super aquas Iordanis bapuzato Christo uox dominī audita est. Nam confractiōem inimicorū hic legis per uocem dominī fieri. Sed uox dominī super aquas, quando locutus est deus super flumina Aegyptiorum omnia, & uersa sunt in sanguinem dederuntq; ranas, Exo. 7. & 8. Item, quādo pluit grandinē igni mixtū & horrenda tempestate intonuit. Exo. 9. Rursum quādo iussu dominī mare rubrū fit per uū populo dei, imicos obruit stupēdo miraculo. Exo. 14. ut interim taceā de aquis Marath, Exo. 15. & de aquis bis ex petra excusis. Exo. 17. & Nu. 20. quando incre-

duli tentati sunt non sine indignatione domini. Iam postq̄ talia scieris non recuso ut aquas multas uoces, populos multos & inundationes persecutorum, ut alibi diximus, certe in hanc rem sat habes explorū in ijs quæ hic sequuntur. Hic certe erat uox domini in uirtute efficiens quod uoluit, erat ita in magnidecentia & gloria sua ut ab inimicis contemni non posset, sentientibus uerbi uirtutem cui resistebant. Ita rursum in magnidecentia, ut à fidelibus non glorificari non posset &c.

Vox domini confringentis cedros, & confringet dominus cedros libani. Et comminuet eas ut uitulum libani, & dilectus quemadmodum filius unicornium.

Confringentis. Felix, Confringens, id quod melius est, ut refratur ad uox, ut supra dictum. Confringens uero subaudi est uel erit, ut sit participium pro uerbo confringit uel cōfringet. Vox domini non solet parcere &c. Et comminuet &c. Felix, Et exilire sicut eas uelut uitulum: libanū & Sario
Cedri libani. *on uelut filium unicornium. Eas scilicet cedros, Ad euulsionem alludit & fugam. Cedros libani dicit reges illos trigintaunum qui circa libanum montem Syriae habitabant, quos Iosue percussit trans Iordanem ad occidentem Abaalgad in campo libaniusq; ad montem libani. cuius pars ascendit in Seir, ut legis Iosue. 12. Cedri altae arbores sunt, sed in libano altissima. Vnde ecclesiastici. 24. Sicut cedrus exaltata sum in libano &c. Hinc & superbos & qui maxime potentes uidentur cedri significant, id quod uides Esa. 2. Dies, inquit, domini exercituum super omnem superbum &c.*
Sario est *De libano sepe legitur, de Sirio uero uel Sario Deut. 3. sic dicitur, Sario Hermon. ut Sydonij dicunt, siue Sanir, ut Amorræi, est Hermon mons. Porro hos reges, ut trepidationem & fugam imbecillitatemq; eorum exprimat, comparat uitulo & filio unicornium siue pullo. Nam unicornis grandior indomabile animal est, sicut indicaui ex Iob, Psal. 21 & Plinius ex aliorum sententia dicit, q. uiuum sese capi non sinit. Quod autem ex graeco cohercet, ut uitulum libani. potes si uis interpretari, uitulum qui in libano pascitur. Et quod sequitur male translatum, Dilectus quemadmodum filius unicornium, non intellige dilectum illum à deo & hominibus Moysen quemadmodum Lyranus putat, sed ut possit utcumq; respondere ad Hebraicam intel-*

lgentiam sic accipe. Dilectus, id est, potens, qui scilicet magnifit inter suos (ut erant illi reges) scilicet erit uel fuit, quemadmodum pullus unicornium fugiens.

Vox domini intercidentis flammã ignis, uox domini concutientis desertum, & concutiet dominus desertum Caddes.

Felix, Vox domini intercedens flammã ignis. Vox domini contremiscere fecit desertum, contremiscere fecit dominus desertum Caddes. Intercidens ergo & concutiens nobis legendum esset. Pro intercedens uero excutiens alij malunt ex Hebræo, ut alludatur ad excusionem ignis è silice. Miraculo enim uenit ille ignis, de quo dicemus.

Hoc factum est quando igni cœlitus misso occisi sunt quatuordecim milia hominum & septingenti, quando Aaron occurrit igni & stetit in medio uiuorũ & mortuorum, quo referre potes quod legimus, Intercidēs. Quin & in seditione Chore absorpti cum suis, igni consumpti sunt ducenti quinquaginta uiri qui offerrebant incensum. Omnis hæc commotio & horrenda turbatio facta est in deserto Caddes, quod lege Num. 16. Facta est præterea & alia cōmotio ignitorum serpentium, sed in alio deserto, Nu. 21. ut non dicam de tota historia quadraginta annorum, in quibus increduli Iudæi sepe senserūt damna suæ incredulitatis, ut nec Aaron & Moyses fideles inuenti sint coram deo. Vnde impij Iudæi audiunt horrendam damnationē post agnitam ueritatem, Nu. 14.

Commotio
deserti.

Vox domini præparās ceruos, & reuelabit syluas.

Præparans, scilicet ad fugam. Felix, Vox domini cōtremiscere fecit ceruas. Vel dolere fecit, ut parturientem, ceruas. 1. Tessa. 5. Sicut dolor in utero habentis & non effugient.

Cervus si cornua inspicias pugnax animal uidetur, ubi uero impetitur, Cervus. tremiscens fuga querit salutem. Significantur ergo hic reges & populi Canancorum, de quibus Raab ad exploratores dicit Iosue. 2. Noui q̄ dominus tradiderit uobis terram. Etenim irrui in nos terror uester, & elanguerūt omnes habitatores terræ &c. Et hæc audientes pertimumus & elanguit cor nostrum nec remansit in nobis spiritus ad introitum uestrum. Ex Hebræo uero ceruas legunt, ut maior imbecillitas significetur.

Reuelare uia.

Et reuelabit syluas. Fe. Detexit uel denudauit, uel decorticauit syluas. Nec hoc sine historia est, quã lege Iosue. 17. Locuti sunt filij Ioseph ad Iosue & c. ut nõ dicam q. per syluas & nemora deduxit dominus suos in terram promissam contra aduersarios. Et hodie reuelat inuia dum carnis obstacula spiritu repurgans, iter per fidem monstrat salutis, ut intelligamus se quamurq. uerbum eius, sicut Dauid dicit, Ancerta & occulta sapientie tue manifesta sũ mihi. Et Christus post resurrectionẽ aperuit discipulis sensum ut intelligerent scripturas. Et in summa, Nihil obstat pijs quo minus ad promissam pergant hereditatem.

Et in templo eius unusquisq. dicit gloriam.

Templum. Id est, Quotquot sunt in templo eius gloriam omnem de talibus factis deo adscribunt, scientes pro se omnia contra impios facta, de quo gratias agũt in templo siue tabernaculo domini. Imò ipsi potius fideles tunc ut & nũc erant templum dei, quibus promisit deus, Inhabitabo in illis & c. ut citatur 2. Cor. 6. ex Leuitici. 26. sicut & Psalmista dicit, Confitebor tibi domine in toto corde meo, in consilio iustorum & congregatione.

Dominus diluuium inhabitare faciet.

Diluuium. Fe. Inhabitauit. Quod significat, Dominus etiã suis aderat in diluuium aquarum, ut in diluuium Noe, in transitu maris rubri, in transitu Iordanis. Ad quã etiam alibi pulchre alludit, dicens, Verumtamen in diluuium aquarũ multarum ad eum non approximabũt. Aiunt quoq. ex Hebræo legi, Dominus ad

Ad flumina. flumina sedebit, id quod optime sequitur ad historias prædictas: Dominus enim tunc sedit ad flumina quando populum suum quiescere fecit in terra promissionis, de qua Deut. 1. A deserto, inquit, & libano & flumine magno Eufrate usq. ad mare occidentale erunt termini uestri & c. Item, Deut. 8.

Ad laudandũ Dominus ad laudandũ sedit, id est, habitauit cũ populo suo in eadem terrã ubi tunc uel solum erat magnũ & laudabatur nomen eius.

Et sedebit dominus rex in æternum. Dominus uirtutem populo suo dabit, dominus benedicet populo suo in pace.

Rex æternus.

Dicant Iudæi, quõ uerũ sit q. dominus sedebit cũ eis ipsorũ rex in æternum qui perdidierunt & locũ & gentem, regnũ & sacerdotium, nisi fate-

teantur dominum Iesum, de quo legunt Esa. 9. Multiplicabitur eius imperium &c. ubi non audiunt regnum carnale aut temporale quod sibi futurum fingunt. Id quod & angelus ad Mariam dixit, Dabit illi dominus deus sedem David &c. Et hic audis spirituale regnum, Dominus, inquit, fortitudinem &c. Id est, suos spiritu confortat qui impios terribos fugat & comprehensos supplantat: suos benedictione gratiae & pace donat, aeterna, impios aeterna maledictione confundit &c.

PSALMVS XXIX.

Titulus Psalmus Cantici dedicationis David.

Si nos sumus templum dei, tunc dedicamur & canimus canticum dedicationis quando coeperit in nobis deus habitare uel primum per fidem uel sepe per consolationem quasi reuertens post afflictionis derelictionem, Aliam dedicationem Davidis non lego. Atq; hoc ipsum habet Psalmi exordium. Exaltabo, inquit, te domine quoniam suscepisti me &c. Et in fine, Aeternum confitebor tibi, secundum illud, Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te.

Dedicatio.

S V M M A. Verba sunt Christi ex omnibus tribulationibus etiam inferis & morte liberati, Verba quoque sunt omnium per Christum liberatorum, Nam dum Christus educus est ab inferis nos educus sumus, dum Christus incorrupta carne (ut dictum Psal. 15.) resurrexit, nos resurreximus, qui hoc uerbis pro uocamur ad canendum deo. Psallite domino &c. Praeterea uerba sunt cuiusque ex terrore mortis & inferorum, quae rea conscientia sustinuit, reducti. Ista cordis iubilatio est uera templi dei dedicatio. Primum gratias agit de liberatione & prouocat alios quoque ad laudandum deum, qui quis castiget tamen non morti tradit, imo quauis etiam occidat tamen rursus uiuificat, iratus quidem apparet quodammodo pater corripuens filium, sed tamen nihil aliud interim cogitat quam uitam nostram, quam bonum nostrum, id quod sic dicit, Quoniam ira in indignatione eius & uita in uoluntate eius. Est quidem tristitia dum tentatio durat, sed ubi coeperit illucessere consolatio tunc redit letitia & gratiarum actiois canticum, id quod sic dicit, Vespere demorabitur fleus & ad mane letitia. Heb. 12. Omnes discipuli in praesenti quidem non uident esse gaudij sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit iustitia. Hoc uesperum & matutinum etiam interpretati sumus Psal. 3. Hac uicissitudine tentationis & consolationis suos filios exercet celestis pater, ut non simus fideles in nobis, sed in deo qui suscitatur mortuos qui de tantis periculis eripuit & eripit, in quem speramus

Quoniam ira in indignatione.

Vespere.

Manc.

Vicissitudo tentationis & consolationis

In abundantia mea. q. adhuc eripiet dum nos mutuis iuuamus orationibus. 2. Cor. 1. Dum enim consolatione accepta respiramus, confidimus multum, dicentes, Quis nos separabit à charitate dei? Rom. 8. Redeunte autem tentatione illa graui, in qua nobis à deo quoq; derelicti uidemur tunc turbamur, quod & capiti nostro Christo qui per omnia similis nobis factus est, accidit, cuius anima tristis fuit usq; ad mortem, deinde redyt ei læticia sempiterna. Hæc priorum exercitatio hic ita describitur, Ego autē dixi in abundantia mea &c. Et uel hinc gratiarum= accipe (quod alibi quoq; monuimus) Psalmos tales qui simul & periculum actiones. describunt maximum & consolationem maximam, ut uides Psal. 6. & serè in omnibus talibus, præcipue etiam Psalmo sequenti, id est trigesimo, non esse scriptos in tribulatione sed post, in gratiarū actionem pro liberatione, Verba Christi in psalmis. illic etiam ubi in persona Christi uerba describuntur spiritus prophetae in utrūq; simul respexit, id est, in persecutionem siue tentationem & liberationem, ut non opus sit tibi cogitare, dicendo, quando Christus talia dixit? Nam spiritus loquitur in persona Christi, sicut & in persona dei & aliorū, De Psalmo trigesimo. id quod uulgatissimum est in prophetis, quemadmodum Psalmo sequenti Christus loquitur, In manus tuas cōmendo spiritum meum. id quod legitur corporali uoce dixisse, reliqua quæ sequūtur non legitur dixisse, imò protinus post illa uerba emisisse spiritum, & tamen omnia spiritus prophetae loquitur in persona Christi non mortui, sed adhuc in mortali corpore agentis, id quod ipsa uerba luce clarius indicant. Nam dicit illic Christus uitam suam in maximis defecisse doloribus, ut nihil ex eo psalmo agant qui Christum post mortem siue post expirationem aliquid pro nobis passum apud inferos asserunt, nisi hoc ostenderint ex alijs locis.

Exaltabo te domine quoniā suscepisti me, & non lætificasti inimicos meos super me. Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Domine eduxisti ex inferno animā meam, saluasti me a descendantibus in lacum.

Suscepisti. Fe. Exaltasti, q. d. Exaltabo glorificando & laudem eius prædicādo, qui me exaltauit liberando. Saluasti me &c. Felix. Viuificasti me ne descenderem in puteum, id est, in uitā reduxisti me ne detinerer in morte æterna cum impijs.

Psallite domino sancti eius, & confitemini memo-
ria sanctitatis eius. Quoniã ira in indignatiõẽ ei⁹,
& uita in uoluntate eius. Vesperĩ demorabitur fle-
tus, & ad mane læticia.

Psallite domino qui creditis in eum & fidiſtis eo, ſanctificate nomẽ eius, id quod eſt uere psallere ei. Et confitemini &c. Id eſt, Laudate eum quãdo recordamini q̃ ita ſanctus eſt, id eſt, ſuos ſanctificat. Vel celebrate memoriã ſanctificationis eius, recordamini cum gratiarum actione beneficentiẽ eius. Quoniã ira &c. Felix, Quoniã inſtans in ira eius, id eſt, ira eius eſt ue- lut inſtans, id eſt, breuiſſima, tamen ſi hoc nobis in tribulatione non uidetur. Reliqua ſupra diximus.

Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor
in æternũ. Domine in uoluntate tua præbuiſti de-
cori meo uirtutem. Auertiſti autem faciem tuam a
me, & factus ſum conturbatus. Ad te domine cla-
mabo, & ad deum meũ deprecabor. Quæ utilitas
in ſanguine meo, dum descendero in corruptionẽ?
Nunquid confitebitur tibi puluis? aut annũciabit
ueritatem tuam?

*Ego ſic ſenſi in abundantia mea, id eſt, quãdo bene mihi fuit per te, quã Viciffitudo
do deuicta nõ nunquã tentatione redijt conſolatio, nõ moubeor in æternũ, ut ſupra.
id eſt, quia tam præſentem ſenſi deum, non cõmittam rursus ut perturbato
ſim animo utcũq; ſeuiat rursus tentatio mundi & inferorum. Sed tu do-
mine interim me non meo ſtudio, ſed tua uoluntate benigna ſic feciſti affe-
ctum, ut ſic ſentirem porrõ me infracto ſtaturum animo, præbuiſti interim
uirtutem, id eſt, fortitudinem & conſtantiam animi decori meo, id eſt, huic
me a perfectiõẽ, ut uidebatur. Felix, Monti meo, id eſt, illi perfectiõẽ & ſi
duciã qua firmiter ſteti & immobilem me iudicaui. Verũ tentatio rursus
declarauit mihi infirmitatem meam. Auertiſti faciem &c. Id eſt, dereliquiſti*

Facies domini me mihi in tentatione. Sicut non potest non letificare facies domini dū respicit in nos, Psal. 4. Signatum est &c. Et alibi, Illuminet uultum suum super nos &c. Ita rursum non potest non conturbare auersa à nobis. Hic idē ecce omnia, Hic clamatur, Ad quid domine utilis uita mea si permittis me descendere in corruptionem & in mortē æternam? Qui detinetur in morte non laudabunt te neq; prædicabunt ueritatem tuam, sicut ego faciam à morte liberatus. Psal. 6. In inferno autē quis confitebitur tibi? Et alibi, Non mortui laudabunt te domine &c. Hæc proprie & primū conueniunt Christo, sicut diximus psal. 15. Quoniā non derelinques animā meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem.

Puluis:

Audiuit dominus & misertus est mei, dominus fuit adiutor meus. Conuertisti planctum meū in gaudium mihi, dirupisti saccum meū & circūcinxisti me læticia. Ut cantet tibi gloria mea & non cōpungar. Dñe deus meus in æternū confitebor tibi.

Felix, Exaudi domine & miserere mei: Domine esto adiutor meus.

Saccum abstulisti. Conuertisti &c. Hæc est læticia resurrectionis à morte & inferis graui q; tentationis periculo. Dirupisti saccum meum &c. Saccum erat uestis lugentium, ut uidet Ion. 3. Ait ergo, Abstulisti uestem luctus & induisti me uestimento læticia sempiternæ, pro mortalitate immortalitatis gloria me donasti, pro luctu, gaudio &c. Ut cantet, id est, gratias agat & prædicet ueritatem tuam gloria mea, id est, gloriatio mea qua gloriatur de te liberatore. Psal. 3. Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meū. Et non compungar, id est, nunquā poenitebit me laudis tue & gloriatio de te. Fe. Et non sileat, scilicet gloria mea.

Nō cōpungar.

Domine deus meus in æternum laudabo te. Hæc est prædicatio Euangelij æterni per Christum & per eos qui sunt in Christo.

PSALMVS XXX.

Titulus προσκείμεσις Psalmus Dauid.

SYMMA. Vox est Christi & piorū in passione & afflictione & spiritus & carnis. Inde ubi dicitur, Quā multa multitudo &c. commendat dulce

dicem diuine misericordie quæ semper adest timentibus deum, licet usque adeo quãdoq; abscondita ut nihil minus adesse uideatur. In fine addit Par. enesim pulcherrimã, Diligite dominũ & c. ut & in fine psal. 25.

IN te domine speraui non confundar in æternũ, in iustitia tua libera me & eripe me. Inclina ad me aurem tuam, accelera ut eripias me. Esto mihi in deum protectorẽ, & in domum refugij, ut saluũ me facias. Quoniã firmamentũ meũ & refugiũ meũ es tu, & propter nomen tuum deduces me & enutries me. Educes me ex laqueo hoc quẽ absconderũt mihi, quoniã tu es protector meus. In manus tuas cõmendabo spiritum meũ, redemisti me domine deus ueritatis.

Esto mihi & c. Fe. Esto mihi in lapidem fortitudinis & in domum propus gnaculi. Quoniã rupes mea & turris mea tu.

Hæc sunt uerba magno affectu laborantis ut liberetur. Hic nulla merita *Omnia dei.* sunt humana, fidele cor omnia nouit esse dei, nihil sibi arrogat, ut hypocrisi- *In te.* te in bonis operibus confidentes, quæ ex hoc ipso bona non sunt q; in eis confidit. non enim fiunt ex fide, ut alibi diximus. In te, inquit, domine spe- *In iustitia tua.* rai non in meis meritis, quæ ueniente tentatione mortis facile cadũt, si per- *Propter no-* hypocrisim ante falso adfuerint. Non confundar in æternum & si ad tem- *men tuum.* pus confusus sum & à te derelictus. In iustitia tua, non mea quæ nulla est, li- *Enutries.* bera me & quàm primũ: quando quidẽ non noui aliam spem, aliam iustitia- *Propter no-* am quàm te qui es salus mea, protector, refugium, firmitas. Et propter no- *men tuum.* men tuum, id est, propter gloriam tuam & propter teipsum, ut agnoscaris *men tuum.* talis esse qualis prædicaris, ut glorificetur nomen tuũ, non propter me aut *Enutries.* iustitias meas. Dux mihi eris contra omnẽ seductionis errorẽ & ut reducar *Enutries.* à morte, & enutries me, id est, sustentabis uitam meam, nam hic quoq; non *Enutries.* parua tentatio est si infirmam fidem nostrã deserat deus. Psalmo. 21. In te

In manus tuas proiectus sum ex utero. Educes ex hoc laqueo erroris & mortis quo per
Redemisti. infidias uenantur me. Ego, utcumq; seuiant omnes, in manus tuas commen-
 dabo spiritum meum, illic tutus erit sub umbra alarum tuarum, seruabis illu-
 sum, etiã ablatum restitues. Certus sum de tua redemptione domine qui es
 deus ueritatis, tua promissio cui credo mentiri nõ potest. Qui uero tendunt
 mihi laqueum nihil aliud agunt quã ut à tua ueritate abducant, ne credam
 tuis promissionibus & peream. Deum profecto non habent qui ueritatem
 uerbi dei nõ amplectuntur, quia tu es deus ueritatis. Vide quæ dixi in sum-
 ma psalmi superioris.

Odisti obseruãtes uanitates superuacue. Ego autẽ
 in domino speraui, exultabo & lætabor in miseri-
 cordia tua. Quoniã respexisti in humilitatẽ meam,
 saluasti ex necessitatibus animã meam. Et non con-
 cluisti me in manus inimicorum, statuisti in spaci-
 oso pedes meos.

*Observantes
 uanitatum.*

Felix, Odi obseruantes uanitates uanitatis, sicut Ecclesiastes dixit, Vanitas uanitatum & omnia uanitas, præter dei timorẽ & mandatorum eius obseruationem, ut idem in fine libri dicit. Sunt autẽ in primis obseruatores uanitatũ superuacue, id est, frustra, qui suis iustitijs & operibus confidunt, sequentes traditiones humanas, alioqui hic per emphaticam antithesim nõ adderetur, Ego autem, non sicut illi quos odisti & quos ego odi, in domino speraui, gaudebo non in meritis ullis, sed in tua misericordia, quoniã respexisti afflictionẽ meam (ut habet Felix) cognouisti in tribulationibus animam meam. Et non concluisti &c. Non deseruisti me in manibus aduersariorũ, sed eduxisti me in latitudinem, psal. 17.

Miserere mei domine quoniam tribulor, turbatus est in furore oculus meus, anima mea & uenter meus. Quoniã defecit in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate uirtus mea, & ossa mea turbata sunt. Apud oẽs inimicos meos
 factus

factus sum opprobrium, & uicinís meis ualde, & timor notis meis. Quí uidebant me foras fugerunt a me, obliuioni fui tanq̃ mortuus a corde. Fui tanq̃ uas perditum, quoniam audiui uituperationē multorum circumhabitantium. Dum cōgregantur símul aduersum me, accipere aīam meā cogitauerūt.

Supra cecinit tribulationē & liberationē, hic eadē repetit alijs uerbis.

Que sit tribulatio exprimit cū dicit. Turbatus est in furore facies mea, aspectus meus, indignatio mihi multa est contra persecutores ueritatis, sicut de Christo legis Marci. 3. Circumspiciens eos in ira, contristatus est super cecitate cordis eorum, & supra ex Heb. Odi obseruantes uanitates uanitatis. Fe. Caligauit uel corrosus est prae ira uel dolore oculus meus &c. Dum ego indignor, dum ego doleo & gemo pro eis, ipsis sum ludibrio, & ad hoc quoq; congregantur, id est, ut Felix legit, Consilium inuenit. ut accipiant siue perdant uitam meam. Oculus meus, uultus, anima, uita, uenter, corpus, hæc omnia pereunt mœrore, sicut sequitur. Quoniam defecit &c. Infirmata est &c. Felix, Corruit in delicto meo uirtus mea, id est, Delicta. bur meum debilitatum est in delicto meo, quod nunc pro alijs porto, si uerba accipis esse Christi, qui peccatum non fecit, Sub pondere peccatorum mūdi coactus sum cadere. Qua propter quod legimus paupertatem, interpretare animi corporisq; languentis defectionem. Apud omnes &c. Hæc omnia non solum Christo facta sunt, sed & fiunt omnibus amantibus ueritatis, Tanquā mortuus à corde, id est, sicut qui mortuus est, obliuioni datur & perit à corde & memoria hominum. Vas perditum. Pulchra comparatio, uas fictile aut aliud instrumentum fractum, quotquot aduertunt, uituperant, abijciunt, nemo emit &c.

Ego autem in te domine speraui, dixi, tu es deus meus, in manibus tuis sortes meæ. Libera me ex manu inimicorū meorū, & ex persequentibus me. Illustra faciem tuā super seruū tuū, saluū me fac in

miseriordia tua, domine non confundar quoniam
inuocaui te. Erubescant impij & deducantur in infer-
num, muta fiant labia dolosa. Quæ loquuntur ad-
uersus iustū iniquitatē, in superbia & despectione.

In manu dei Ego autem. Psal. 15. Conserua me & c. In manibus tuis sortes mee, id est,
sortes nostræ. quicquid mihi acciderit siue iucundum siue triste, atq; adeo hæc quam patior
or tribulatio, & quam certo securam scio liberatio, in manibus tuis est,
non in potestate aduersariorum, ut mala inferant, & bona mihi prohibeant,
utrūq; in manu tua est tempus & tribulationis & consolationis, sicut dix-
imus psalmo. 17. Felix, In manu tua tempora mea. Illustra faciem & c.
id est, me intueri iucunditate uultus tui, ut uideam adhuc te mihi bene fa-
uentem. Vide psalmo. 4. Non confundar, id est, non patiar repulsam, non
relinquar à te, ut rideant inimici mei, Confundantur potius impij, dum non
consequuntur in me quod uolunt, dum turpiter abijciuntur, qui se mundi
Muti futuri. columnas putant, Et deducantur in infernum, id est, in mortem æternam.
Felix, Sileant in inferno, id est, in interitu sileant, qui nunc clamant & do-
minantur. Et apud Poëtas quoq; umbræ inferorum silentes uocantur. Vnde
de additur, Muta fiant labia falsitatis, quæ mentiuntur omne malum aduer-
sum professores ueritatis & iustitiæ dei in mera superbia & contemptu, sicut
uidemus.

Quã multa multitudo dulcedinis tuæ dñe, quã ab-
scondisti timētibus te. Perfecisti sperantib⁹ in te, in
cōspectu filiorū hominū. Abscondes eos in abscon-
dito faciei tuæ, a cōturbatione hominū. Proteges
eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarū.
Benedictus dñs, quoniã mirificauit misericordiam
suã in ciuitate munitiōnis. Ego aut̄ dixi in stupore
meo, pietus sum a facie oculorū tuorū. Propterea

exaudisti uocē deprecatiōis meæ, dū clamarē ad te.

Fe. Quam magna bonitas tua quam abscondisti timentibus te, operatus es pro confitētibus in te in conspectu filiorū hoīs. Occultabis eos in secreto uultus tui à superbia uir. Abscōdes eos in tugurio à contētionē linguarū.

Hic experto crede magistro, sed credere nō poteris, nisi & tu experia- In occulto
ris. A tentatione graui liberatus, nouit prædicare dulcedinē misericordiæ deus,
diuinæ, quæ quanq̄ semper adsit timentibus deum plusq̄ homines, tamen in
ipsa afflictione se abscondit, & uidetur abesse, suo uero tempore palam sit
etiam uidentibus hominibus, & hic & in futuro iudicio, dum piorum iusti- In abscondito
tia, & impiorū reuelatur iniquitas. Interim tu deus abscondes eos, ut nulla
eis dominetur iniquitas, nulla præualeat aduersaria uirtus. Abscondes, in- faciei,
quam, in abscondito faciei tuæ, id est, in occulto, ubi tu semper in eos respi-
cis, licet non uidearis, licet impij te negent adesse pijs, licet & pij quandoq̄
te timeant abesse &c. Hic uides quod psal. 4. & alibi de templo, de taber-
naculo, de domo dei diximus, id quod & hic insuper metaphorice uocat ci-
uitatem munitam. In Heb. additur Mihi, Mirificauit mihi &c.

Ego autem dixi in stupore meo, id est, quando feruebat tentatio, quando In ecstasi.
nihil fidei putabam me habere, quando clamaui, Deus meus, deus meus quæ-
re me dereliquisti? Adeo deus in occulto habitat, ut etiam adesse non uideatur,
quando maxime adest, ut non simus sine fiducia in deum, quando mera
uos angit desperatio. Hic mulier cum parit, tristitiam habet &c. Fe. Ego au-
tem dixi in precipitatione mea &c.

Diligite dominū oēs sancti eius, quoniā ueritatem
requirit dominus, & retribuit abundanter facienti-
bus superbiā. Viriliter agite & confortetur cor ue-
strum omnes qui speratis in dominum.

Misericordiā dei expertus alios docet, & cōfortat fideles, ut perstent, Diligere do-
Diligite, inq̄t, dominū, i. placeāt uobis oīa quæ facit, siue dulcia sint, siue ama- minum.
ra carni, certi q̄ oīa in uestri facit salutē. Nō perimit ut ueritatē, ut itā apparet
opprimi, sed requirit eā, amat, defendit, & p̄secutoribus abunde reddet in Veritatem res-
caput ipsorū, q̄ nūc loquūtur aduersū iustū in superbia & cōtemptu, Viri quirit.
liter agite &c. supra psal. 26. Robur spūs uobis querite à deo, ut perstatis.
Qd̄ legimus, Veritatē requirit dominus. Fe. legit, Fideles custodit dominus.

- Prima eruditio.** *Remissio peccatorum quia non imputatur a deo.* **Titulus.** David prudens, uel. Eruditio David.
- S**YMMA & interpretatio totius psalmi ex titulo. Recte eruditio dicitur. Hic enim erudimur, unde remissionem accipiamus peccatorum, nempe non operibus nostris, aut ulla (ut impijissime uocant) satisfactione, sed ex non imputatione dei, id est, quia deus credenti in eum qui iustificat impium per fidem, secundum propositum gratiae suae non imputat peccatū, ut h. ec. exponit Paulus Ro. 4. Hec spiritus sancti eruditio adeo magna est & abscondita hypocritis & insularijs, ut ferè totus mundus (quia non intelligit) hodie pugnet contra eam, quam nemo ueram esse scire poterit, nisi docente deo, qui hic dicit, Intellectum tibi dabo &c. qui uarie affligit conscientias nostras uarijs peccati casibus & uarijs tentationibus, ut tandem nos penitus coram ipso agnoscamus peccatores. Idcirco hic mox sequitur alia
- Secunda eruditio.** *Confessio.* eruditio, nempe quae sit uera peccati coram deo confessio. Quoniam, inquit, tacui &c. Hanc confessionem exigit à nobis deus, quae est perfecta sui cognitio, scientia non tam facilis, ut putatur. Nam potest fieri, & ferè fit, ut in spiritu hominis sit dolus, id est, ut putet se purum, dum respicit solū crassa illa in uerbis & operibus, & interim tamen decipit eum cor suū, specie operum bona & opinione sanctitatis, dum ignorat quod nemo iustus sit nisi ignoscens & non imputante peccatū deo, Quisquis autem sese illuminante deo penitius intueri poterit, inuenit non solum illa, quae etiam mundus iudicat peccata, quae uel sola iustitiam terrent, modo uere terreat, quibus uel solis si licet depositis mundiciem sibi arrogat hypocritae, sed etiam se totū in corpore & anima, non dico peccatorem, sed ipsum esse peccatū, imò inscrutabile peruersi cordis pelagus ingreditur, & clamare cogitur, Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me. Et delicta iuuentutis meae &c. Hic primum perfecte suspiratur ad deum, dum perfecte (quantum licet) cognoscitur peccatum. Hic primum diuina misericordia gratis dimittit peccatum & iniquitates, quia tu non remittis tibi, id est non ignoscis, sed ex corde confiteris te nihil esse nisi iniquitatem. Tegit peccata, quia tu non tegis, Non imputat tibi peccatum, quia tu tibi imputas. Hic detectus est qui latebat in spiritu dolus. Putabas enim silla uel illa faceres, alia ommitteres salua esse omnia, & satis te tuum cognouisse peccatum, dum interea dolum illum in spiritu tuo non uidebas, amabas te querebas tua, timebas aduersa, non amabas deum, non querebas quae dei sunt, non timebas deum, non fidebas

eo, ne secundum uentrem quidem, nunc longe secus iudicas, & damnationem tui agnoscis. Talis qui iam deprehenderit humani cordis malitiam, non alios, sed se iudicat, non alios, sed sibi indignatur. Igitur, quod diximus, ut ille dolus & hypocrisis (à qua nullus homo immunis est) pro datur deus electorum conscientias uexare & misere affligere non cessat, donec impietatem agnoscant & confiteantur coram domino. Hi sunt esurientes & siti-
 entes iustitie, nec frustrantur suo uoto, additur enim hic, & tu remisisti impietatem peccati mei. Ut uero hunc locum intelligas accipe similitudinem à malefactore, qui in questione tortus, & clamat & tacet. Clamat quidem dolore pœnæ, sed non fatetur delictum, & ut maxime aliquid fateatur se deliquisse, & aliquo modo se esse reum criminis, tamen ipsam rei summam, de qua interrogatur adhuc tacet, donec cõuincatur pœnis, ubi incipit maxime fateri, quod antea tacebat. Cui, per deum, quãtum beneficij præstiteris, si fideliter promittas, dicens. Tantum confitere & liber esto. Sed ferè fit ut in iudicio humano hæc confessio operetur corporis mortem, in iudicio uero dei semper ex misericordia operatur salutem. Vnde ait, Quoniam tacui, id est, non agnoui, non confessus sum coram deo peccatum & iniquitatem, remisisti mihi, tibi, non imputaui, dolum in spiritu meo non attendi, sed deus in conscientia terroribus & minis (Inueterauerunt, inquit, ossa mea, dum clamarem, pœnam sentiens iugiter) tandem coëgit fateri, id quod sequitur, Delictum meum cognitum est. Item ut maxime fatebar illa crassiora quæ uel sola fatentur, qui hodie sibi boni uidentur, tamen illud adhuc agnoscere nolui aut potui, quod unum deus agnoscere me uoluit, nempe me nihil esse nisi peccatum per omnem uitam meam, ubi etiam sancte conuersari uidebar. Bone deus quàm in ista penitissima sui agnitione cadunt omnia nostratum omni illo quod ipsi sumus, Disputent alij interim de libero arbitrio, & de bonis operibus ut uelint. Ex ista eruditione sequitur tertia eruditio in hoc Psalmo, Pro hac, inquit, orabit &c. Nullam hic audis securam oscitantiam, postquam remissa est iniquitas peccati, sed audis quod omnis sanctus, id est qui, quia non imputauit ei dominus peccatum, iustus factus est, orabit pro hac, id est, impietate peccati sui, ad deum uel in conspectu dei in tempore opportuno, id est, quando agnoscit delictum, Tunc enim est tempus miserendi, tunc tempus est gratiæ, de quo Paulus ex Esa. Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Si orat iustus, & hinc iustus est siue sanctus, quia orat pro iniquitate, obmutesce impietas, da gloriam deo hypocrisis &c. Huc pertinet quod prouerb. 24. dicitur, Septies cadit

Tacui dum
clamarem.

Quarta eru- ditio. Perseue- rantia.

Diluuium.

Eruditio dei. Intellectū tibi dabo &c.

Ratio.

In camo & freno.

ustus & resurgit. Quarta eruditio est, q̄ hic sanctus qui orat pro iniquita-
 te, quem grauat semper id quod ipse est, sicut Paulus quoq; cōqueritur Ro.
 7. solus persistere poterit, ubi illud diluuium tribulationum & tentatio-
 num rursus super eum inundare cōperit, Edificauit enim domum suam
 supra firmam petram, ut est in parabola Matthæi. 7. Alij uero qui securi
 sunt ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Luc. e. 8. Hęc
 eruditio hic ita exprimitur. Veruntamen in diluuiio &c. Talis etiam in
 hoc diluuiio cum fiducia magna dicit deo, Tu es refugium meum à tribula-
 tione circumdante me &c. Et respondet ei deus uerbum maxime consola-
 tionis, Intellectum tibi dabo & instruam &c. Vides hic deum doctorem &
 eruditorem. Hic cadit omnis intellectus & sapientia humana, q. d. iam tan-
 dem uides te intellectum non habere, qui nisi à me coactus intelligere cæci-
 tatem tuam & dolum illum in spiritu non potuisses, sicut illi Pharisæi qui
 dixerunt Ioan. 9. Nunquid & nos cæci sumus? Cognoscis te iam toto ere-
 rare cælo. Confide solum in me, ego tibi aperiam oculos, ut etiam postquā
 cōperis uidere tenebras lucem uideas, ego ducam te in uiam rectam, & ne
 rursus aberres, si tibi relinquareis, in ea quoq; te instruam, & non deseram,
 sed iugiter ne quid desit oculi mei in te erunt intenti, qui oculis tuis solitus
 eras aberrare, & ad deuia imò præcipitia transire. Non doce neq; me neq;
 te, non elige uel hoc uel illud, mihi te totum per mitte, abnega temetipsum,
 & sic sequere me quò ego uolo, non quò tu, esto paruulus, insipiens tibi, &
 sine intellectu tuo, ut sis sapiens coram me, ego intellectum tibi dabo. Tan-
 tum nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Erubescant
 hic qui intellectum interpretantur rationem, quod uocabulum scripturæ
 non nouit, imò qui rationem sequitur illam humanam (quæ est sapientia
 mundi & sensus carnis, quæ sua querit) suum sensum tantum sequitur, sicut
 suum equus & mulus. Est enim tantum rationalis siue animalis homo,
 qui non percipit ea, quæ sunt spiritus dei, stulticia enim sunt illi, & intelli-
 gere non potest, quia spiritualiter dijudicantur. Si quæ salutis sunt & fidei re-
 spicias, homo omnino est absq; omni intellectu, quare necesse est, ut intel-
 lectum à deo accipiat, qui est spiritus sapientiæ, spiritus scientiæ, spiritus intel-
 ligentiæ, spiritus consilij &c. Tunc spiritualis homo dijudicat omnia à
 deo illuminatus. Igitur si quis uidetur esse sapiens in hoc seculo stultus fit
 at, ut sit sapiens, Postremo in hoc diuino dialogo prosequitur, siue peccator
 siue propheta, dicens, In camo & freno &c. quasi dicat, Scio domine iam
 à te doctus & eruditus, uiam hominis non esse in manu eius, Propterea

trahere nos post te, si qui uero suo impetu feruntur, ut equus & mulus com-
pelle intrare, sicut me compulisti, ut discant agnoscere dolum in spiritu, di-
scant uere sapere non secundū suum sensum, non secundū suam bonam in-
tentionem & rationem, sed secundū tuum uerbum, quod intellectum dat
parulis. vide quæ diximus psal. 4.

BEATI quorū remissæ sunt iniquitates, & quorū
repta sunt peccata. Beatus uir cui non
imputabit dñs peccatū, nec est in ore eius dolus.

Præter cetera quæ diximus de gratiâ ex hoc loco, hoc quoq; consolati-
oni est, q̄ beatus uir nō dicitur, qui nō peccauit, sed cui deus remisit, textit,
non imputabit quod peccauit. Quod autē sequitur, Nec est in ore eius do-
lus, significat q̄ confitetur, & uere ex penetralibus cordis agnoscit, pecca-
tum & hypocrisim non defendit, id quod solum uult deus, ubi remisit non
bis, imò ubi non est ista confessio, non est peccatorū remissio. In Hebræo est,
Nec est in spiritu eius dolus, sed in idem redit, Dolus enim non nisi spiritu
& corde committitur, & de confessione peccati iam sequitur.

Dolus in ore,
dolus in spiri-
tu idem sunt.

Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea dum cla-
marem tota die. Quoniam die ac nocte grauata est
super me manus tua, conuersus sum in ærumnam,
dum infigitur mihi spina. Iniquitatem meam noti-
ficauī, & peccatum meum non texi. Dixi, confite-
bor aduersum me iniquitatem meam domino, &
tu remisisti impietatem cordis mei. Pro hac orabit
ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Verū
tamen in diluuiō aquarum multarū ad ipsum non
appropinquabunt.

Conuersus sum in ærumnam, totus in miseria sum dum infigitur mihi spina
 terroris iudicij tui. Felix, Immutatus est humor meus in siccitates æstatis, id
 est, terrore tui iudicij contabuit etiã humor & succus corporis mei & peris-
 erunt uires meæ, aridæ factæ, ut sicca æstas, quemadmodũ supra dixit, In-
 ueterauerunt ossa mea. Dixi &c. Fe. Dixi confitebor super transgressioni-
 bus meis domino, & tu remisisti iniquitatem peccati mei. In tempore op-
 portuno. Fe. In tempore inueniendi, secundũ illud Esa. 55. Quærite domi-
 num dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est.

Confessio uera
 coram deo.

Quia tacui confessionem peccati, ut supra dixi, ossa mea cõtabu-
 erunt, dum clamarem iugiter dolere & angustia cordis, iudicium tuum ferre non
 potens. Itaq; clamauit dolore & angustia animi, & tacui, quod unũ à me re-
 quirebat deus, nempe confessionem peccati, & agnitionem doli in spiritu,
 sed supra hæc satis. Compulit itaq; me. Quoniã die ac nocte sentio, inquit,
 manum iudicij tui super me grauius, coniectus sum in ærumnam, quemad-
 modum qui uolutatur in spina. Hic tandem iniquitatem meã agnouit, & cõ-
 fessus sum tibi. Dixi, id est, in animo statui, Hoc est quod psalmo. 9. dicitur,
 Desiderium pauperum exaudiuit dominus, præparationem cordis eorum
 audiuit auris tua. Hec est larga dei benignitas.

Verumtamen. Felix, Quippe. Id est ut maxime uenerint rursum uno in-
 petu aquæ multæ tribulationum & tentationum, tamen non appropinqua-
 bunt, scilicet aquæ multæ ad ipsum sanctum, qui sic orat pro impietate cor-
 dis sui uel peccati sui, ut Felix legit. Et ut sic intelligam, facit uersus qui se-
 quitur, Tu es &c.

**Tu es refugium meum a tribulatione circūdante
 me, exultatio mea erue me a circūdantibus me.**

Tu spes unica & læta liberatio es, quando inundauerit diluuium aquarum
 multarum, de quibus sepe supra diximus. Fe. Tu secretũ mihi, à tribu-
 latione custodies me, canticis liberati circūdabis me. Quod deus sit abscon-
 ditum quo protegentur pij, dictum est psalmo superiori, q. uero dicit, Can-
 ticus liberati circūdabis me, significat, facies undiquaq; me resonare tibi can-
 tica gratiarũ actionis, qualia solet cantare liberatus ex periculo &c.

**Intellectũ tibi dabo & instruam te in uia hac qua
 gradieris, firmabo super te oculos meos. Ne sitis**
 ut equus

ut equus & mulus, quibus non est intellectus. In-
cerno & freno maxillas eorum constringe, qui nō
appropinquant ad te.

Felix paulo aliter sic, In cerno & freno maxillam eius (scilicet qui est si-
cut equus & mulus) ut constringas, ne appropinquet ad te, id est, ne fro-
ciat contra te aut tuos, ut discat recta incedere.

Multa flagella peccatoris, sperantem autem in do-
minum misericordia circūdabit.

Hic uersus est summa totius psalmi. Peccatorem & impium suo iudicio
deus flagellat, & terrore manus suæ. ut supra dictum, ut agnoscat peccatū
& dolum in spiritu, & misericordiam consequatur, si non agnoscit, perit
ipso flagello.

Lætamini in domino & exultate iusti, & gloriami-
ni omnes recti corde.

Iustos dicit, quos supra beatos, & rectos corde, in quorū spiritu non est
dolos. Hos iubet lætari & gloriari, sed in domino qui remisit, texit, nō im-
putauit peccatū, qui est refugium &c. qui dat intellectum &c. Hoc gaudium
& gloriam hanc suæ gloriationem iustitiarū operum non nouerunt. Non
uult de meritis nostris nos gloriari deus, cuius solius est gloria. Amen.

PSALMVS XXXII.

Titulus nullus in Hebræo.

SUMMA. Qui imputatione dei iusti sunt, ut supra dictū, hic prouocan-
tur ad laudandum deum, & eius misericordia plena est terra, qui uerbo suo Omnis gloria
potentissimo omnia operatus est in fide, cuius uerbum rectum est, hominū nostra hic pe-
mendax, cuius opera fidelia sunt, quia nihil sunt nisi iustitia & misericor- rit.
dia, hominū autē fragilia sunt, quia nihil sunt nisi uanitas. Cōsiliū domini
& cogitationes eius eterne sunt, quas nemo impedit potest, hominū au-
tem dissipantur & reprobantur à deo, id quod uidemus. Beatus solum ille
populus qui dominum habet deum suum, quem deus elegit in hereditatem
sibi, cuius populi ipse est fortitudo & salus, hominum autem fortitudo se-

Recti corde. cum dū uanas cogitationes, & uana opera eorum, nihil est ad salutem. Atq; hic rursus uides omnia iacere humana & consilia & opera, & quicquid homines possunt & sunt, predicari autē diuina. Hinc est ista exultatio & collaudatio rectorū, id est, timentium deum & sperantium in misericordia eius, quos psalmo superiore & septimo rectos corde diximus.

EXultate iusti in domino, rectos decet laudatio. Confitemini domino in cithara, in psalterio decachordo psallite ei. Cantate ei canticū nouum, bene psallite ei in iubilatione. Quia rectum est uerbū domini, et omnia opera eius in fide. Diligit misericordiam et iudiciū dominus, misericordia domini plena est terra. Verbo dñi coeli firmati sunt, et spiritu oris eius oīs uirtus eorum. Congregans sicut in utrem aquas maris, ponēs in thesauro abyssos. Timeat dñm omnis terra, ab eo autem cōmoueantur omēs habitantes terrā. Quia ipse dixit et facta sunt, ipse mādauit et creata sunt. Dominus dissipat consilia gentiū, reprobant autē cogitationes populorū, et reprobant cōsilia principū. Sed consilium domini in æternū manet, cogitationes cordis eius in generationem et generationem.

*Instrumenta
musica.*

In psalterio decachordo. i. quod habet decē chordas. In Heb. sunt duo. In nablo & decachordo psallite ei. Nablū esse psalteriū alibi diximus. Ogdachordū psalmo. 6. legis. Hic uero decachordū, id est, citharam decē chordarum. Non libet iam philosophari quid psalterium, quid cithara, aut quid numerus chordarum significet, maxime cum sciam deum in spiritu & uer-

ritate adorari, & istis instrumentis musicis significari mentis leticia, quæ
 gratus animus deo in spiritu afficitur, & prædicat alijs quoq; iam exper-
 tus dei benignitatem. quemadmodum impropere Iudæis Christus, Tibia,
 inquit, cecinimus uobis, & non saltastis. Alioqui impijs dicit deus, Amos. 5.
 Aufer à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyre tue non audia-
 am. Et hic solum iusti prouocantur ad canendū domino cithara & psalte-
 rio. Canebant quidem olim his instrumentis domino, ut uides. 1. Para. 15. &
 16. quando in elementis huius mūdi adhuc populus legis seruiabat deo, sed
 tamen secundū uerbū dei, uerum nihil aliud significabatur, quàm quod di-
 ximus. id quod uel psalmus. 97. indicat, ubi prædicato Euangelio totius mū-
 dus iubetur laudare & sanctificare nomen domini his uerbis, Viderūt om-
 nes termini terræ salutare dei nostri. Iubilare deo omnis terra, cantate &
 exultate & psallite. Psallite domino in cithara, in cithara & uoce psalmi, in
 tubis dulcilibus, & uoce tubæ cornæ &c. Vnde Ephe. 4. In psalmis, hym-
 nis & canticis, spiritualibus cantantes & psallentes in cordibus uestris do-
 mino, gratias agentes semper &c. Præterea si mysterijs delectaris, accipe
 quod tibi manifeste ipsa uerba offerunt. Exultate, inquit, o iusti in domino. Exultate.
 quis hic non uidet fide cordis gratias agendas deo? Rectus decet laudatio. Laudite.
 quis non uidet hoc esse oris confessionem & prædicationem benignitatis
 dei? Atq; hanc confessionem in cithara & psalterio, id est, mentis leticia & In organis.
 sancta conuersatione oportere fieri, sequentia declarant, quemadmodum
 psalmo primo de meditatione diximus. Siquidem illa instrumenta musica to
 tum sibi uolunt hominem qui in eis cecinerit &c. Quid uero canendum sit
 deo à iustis & rectis, id est, corde per spiritum innouatis, subdit, Cantate,
 inquit, canticum nouum, id est, noui noua canite, sanctificate nomen domi-
 ni in nouitate uitæ, id est, in iustitia & sanctitate, ad hoc enim uos fecit iu-
 stos, ut in iustitia post hac illi seruiatis non in fermento ueteri maliciæ & ne-
 quitie. Porro hoc canticum nouum non canatur in torpore spiritus aut fasti-
 dio rerum spiritualium, ob quod fastidium increpat Paulus suos Corin-
 thios, dicens, iam saturi estis, iam sine nobis regnatis &c. de quo in psalmo
 106. Omnem escam abominata est anima eorū &c. Sed bene psallite, inquit,
 & in iubilatione id est, magno cordis affectu, qui se continere nequit, quin
 in uocem erumpat. Iubilum enim uocant uocem, quæ testetur quidem men-
 tis exultationem, sed præ gaudij abundantia sese uerbis non satis expri-
 mere possit.

Quia rectum &c. Hic psalmus eo nomine sit tibi commendatus q; hic ui-

Predicatio des apertam Euangelij pr. edicationem, nimirum nos sola fide uerbi dei &
Euangelica. misericordia saluari, nullis nostris uiribus aut meritis. Sic enim incipit, Ex
 ultate, laudate, canite, iubilate, Hæc omnis uestra læticia sit, quia rectum est
Rectū uerbū uerbum domini, in se rectum, quia mentiri nō potest, præstat quod promit
domini. tit, & uobis rectum quia uos iustos & rectos facit, qui illi creditis. Non est
 alia rectitudo & iustitia coram deo quàm fides in uerbum eius. Sicut deus
Omnia opera ethificans Et omnia opera eius in fide scilicet sunt, Potuisset & iisdem uer
dei in fide. bis dixisse, Et omnia opera eius recta, id est, rectificantia per fidem. Quia
 quid deus facit à condito mundo siue in caelo siue in terra, in omnibus
 creaturis & in nobis, sola fide intelligitur esse dei opus, quod ipse facit
 suo uerbo omnipotente, sola fide capitur esse opus rectum & iustum &
 sanctum, & hac fide in omnibus dei operibus iustificamur singulis momen
 tis, tantæ sunt rectorum & iustorum, id est, credentium, diuitiæ, qui non ig
 norant illud, Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Vnde Heb. 11.
 Fide credimus aptata esse secula uerbo dei, ut ex ijs quæ non apparebant
 ea quæ uidentur, fierent. Contra de incredulis dicitur Psal. 13. Dixit insipi
 ens in corde suo non est deus, & psalmo. 27. Quoniã non intellexerunt in
 opera domini, & in opera manuum eius, Destrues eos domine, & non ædi
 ficabis eos, fideles in omnibus operibus dei, etiam in cruce ædificantur, in
 fideles uero destruuntur, qui non considerant opera dei, aut infideliter de
 eis disputant, cum quibus peruersis deus ipse peruertitur, ita ut ipsis quia
 quid deus facit, placere non possit. Cum sancto enim sanctus est, cum pera
 uerso peruertitur. Fidelium uerbum est in omnibus quæ fiunt, Iustus es do
 mine, & rectum iudicium tuum. Item, Fidelis est dominus in omnibus uer
 bis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Item, Tu es qui extraxisti me
 de uentre, in te proiectus sum ex utero &c. Item, Ego autem in te speraui
 dem creationis & prouidentie diuinæ ignorant impij, qui ad sua studia &
 consilia deflectunt, ipso corde negantes omnia esse in manu dei. Ad eandẽ
 quoq; exultationem quæ in hoc psalmo est, alibi prouocamur, Venite ex
 ultemus domino &c. Quoniam deus magnus dominus &c. quia in manu
 eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt, quoniam
 ipsius est mare &c. Quid igitur hodie impij & homines absq; spiritu fidei,
 contendunt non sola fide nos iustificari, cū fides sit credere uerbo & pro
 missioni dei, & talem habeam deum, qualis est mihi deus? Cur negant nos

solo uerbo recreari cū solo uerbo creata sint omnia? sed neq; hoc neq; illud
 absq; fide capitur &c. Pij in omni creatura sanctificantur, increduli in usu
 omnium creaturarum peccant, & cooperantur eis omnia in malū, sicut di-
 ximus psal. 8. Sequitur, Diligit misericordiam & iudicium. Felix, non mise-
 ricordiam sed iustitiam legit, sed idem est modo iustitiam fidei intellexeris, cordiā & iu-
 stitiam & psal. 23. diximus. Sic connectitur hoc cum precedentibus, Exulta-
 te in domino &c. quia diligit misericordiam & iudicium, Misericordiam
 qua non imputat peccata, & prouidet ut pater omnibus creaturis, etiā se-
 cundū corpus. Iudicium quo non solum iudicantur & damnantur omnia
 nostra, uerum etiam defendimur contra omnem iniuriam aduersari. e pote-
 statis, quemadmodū psal. 102. dicitur, Faciēs misericordias dominus, & iu-
 dicitum oībus iniuriam patientibus. Sed unde ista gratia? & unde cognosce-
 mus, ut liceat nobis exultare? Respondeo. ex uerbo eius & operibus, Quo
 cūq; enim te uerteris, deprehēdes in uerbo dei, quo oīa creauit, quo omnia
 gubernat, quo omnia saluat, quo credētes iustificat, quo oīa iudicat, meram
 dei bonitatē & misericordiā, ita ut etiam fide uidere liceat, q; ipse gaudeat
 suos suāmq; creaturā, misericordia iuuare & protegere iudicio. Atq; hoc
 est quod dicit, Diligit misericordiā uel iustitiā & iudiciū. Misericordia do-
 mini plena est terra, nō solū per uerbū prædicationis, sed etiam per uerbū
 illud dei inuisibile & æternum, quo inuis. prædicatione creditur & discitur,
 quo oīa & uisibilia & inuisibilia condita sunt, & agūtur mirabili prouidē-
 tia, quemadmodū in alio psalmo dicitur, Homines & iumenta saluabis domi-
 ne, quemadmodū multiplicasti misericordiā tuam deus. Lege totū psalmū
 103. & 138. Verū cum omnes creaturæ sint huius bonitatis & misericordie
 participes soli increduli, ut nō agnoscunt, ita exultare de hac gratia non
 possunt. Sunt enim in regno mortis & principis tenebrarum, sua sapientia
 & prouidentia excæcati, cæci & duces cæcorum &c.

Misericordia
 domini plena
 est terra.

Verbo domini cæli &c. Dominus habet uerbū, quod pcul dubio proce Dominus.
 dit ab ore eius (nō possumus aliter loqui de diuinis) & spūū habet, qui & Verbum.
 hic ab ore eius procedere scribitur, ut uideas hic filiū, & spūū sanctū à pa-
 tre procedere, & spūū sanctū à patre & filio, & trinitatē quæ unus deus
 est oīa & cōdidisse & gubernare et seruare. Verbo oīa condūtur, Spūs est
 uirtus omnū. Atq; hoc loco uides, quæ supra diximus. Verbo, inquit, domi-
 ni cæli facti sunt, & quicquid cælorū ambitu continetur & oīs uirtus, effi-
 catia, uis, potestas cælorū facta est spū oris eius, ut diximus, uel eodē uerbo,
 quia uerbū non est sine spū, nec spūs sine uerbo, nec utrūq; sine domino, nec

dominus sine illis, Hac legis Gen. 1. ubi & hoc uides quod sequitur, **Congregans**
 & c. ego legerem, **Congregantis** & ponentis. Id est, **Qui dominus cō-**
 gregat aquas maris, suo uerbo sicut in uirem, id est in unum locum, ut apa-
 pareat arida. Felix, **Congregans** sicut cumulum aquas maris & c. Et idem
 dominus suo uerbo ponit abyssos, id est, profunditates aquarū, in thesau-
 ris, id est, in absconditis & occultis, ipsi enim hi thesauri non sunt, non est
 sapientie humanæ istam scire profunditatem, sicut dixit ille Ecclesiastici 1.
 Altitudinem terræ & profundum abyssi quis dimensus est? Vide quæ dixit
 mus psal. 27. iam uero si etiam respicias in cælos illos nouos, de quibus psal-
 mo. 8. & 18. diximus, quis non uidet eos uerbo domini firmatos, & spiritu
 dei fortificados? aut quis ignorat aquas persecutionum à deo cōtineri ne ob-
 ruant terram nēue effluant sine eius uoluntate? nec ignotum est q̄ abyssos
 inscrutabiles secretorum suorum sibi seruat.

ipse dixit. Timeat dominum omnis terra. Felix, Timeat dominum omnis terra, p̄a-
 ueant ab eo omnes habitatores orbis terrarum. Quoniam ipse dixit & fuit,
 ipse præcepit & stetit. Fuit scilicet statim illud quod dixit. Stetit scilicet sta-
 tim illud quod præcipit, id est, statim corā apparuit, quasi dicēs, Adsum do-
 mine, quia me uocasti, sicut dicitur Baruch. 3. Qui emittit lumē, & uadit, &
 uocauit illud, & obedit ei in tremore. Vocatae sunt stelle & dixerunt, Adsum
 mus, & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit ipsas. Rom. 4. Deus uocat ea
 quæ nō sunt, tanq̄ ea quæ sunt. Nihil itaq; nobis desperandū. Nā qui ex ni-
 hilo suo uerbo uocauit omnia, potest & de lapidibus suscitare filios Abra-
 hæ. Sententia ergo est, illi soli reuerentia, metus & tremor debetur ab om-
 nibus, hic solum præ oculis habendus, cuius solius uerbo, sapientia, prouidentia
 & cogitationes, siue creationis siue re-creationis opus respicias, eterna sunt,
 & non potest immutari uerbū & consilium diuinum. Hominum autē uer-
 ba, consilium, sapientia, prouidentia, traditiones à deo reprobantur, quia
 sunt mendacium, tenebræ, insipientia & infidelitas & doctrina demonio-
 rum. Quicquid enim uel non fit, uel non regitur secundū dei uerbum, ad re-
 gnum pertinet principis tenebrarum, & nunquā consequitur quod exco-
 gitauit. Irridet enim deus omnes conatus impiorum, & omnem sapientiam
 & sanctitatem, quæ sese suis consilijs mundo uenditat. Id quod sic iubetur
 prædicare illa uox clamātis in deserto, Esa. 40. Omnis caro fœnū & c. Exie-
 catum est fœnū, & cecidit flos, uerbum autē domini manet in æternum.
 quæ de re lege uerā sententiā Iob. 20. per totum caput. Impium ergo fuerit

Vana hūana, diuina permanet.

Uerbū domini manet in æternum.

imitari uelle etiam sanctos patres, ubi uel egerunt uel docuerunt non secun-
dum uerbum dei. Verbo dei ecclesia generatur & regitur non uerbo huma-
no. Illud eternum est, hoc perire & errorem esse necesse est. Nota q. in He-
br. eo non est. Et reprobat consilia principum, sed additum est explican-
da rei gratia. Principes in scripturis magni, potentes, sapientes uocantur,
sicut Paulus dicit. 1. Corinth. 2. q. sapietiam dei nemo principum huius mun-
di cognouit &c.

Beata gens cuius est dominus deus eius, populus
quem elegit in hereditatem sibi. Ex caelo respexit
dominus, uidit omnes filios hominum. Ex parato
habitu suo respexit super omnes habitantes
terram. Fingens singillatim corda eorum, intelli-
gens in omnia opera eorum. Non saluatur rex per
multam uirtutem, & gigas non saluabitur in multi-
tudine uirtutis suae. Fallax equus ad salutem, in mul-
titudine uirtutis suae non saluabitur. Ecce oculi do-
mini super timentes eum, super eos qui sperant in mi-
sericordiam eius. Ut eruat ex morte animas eorum,
& alat eos in fame. Anima nostra expectat domi-
num, quoniam adiutor & protector noster est. Quo-
nia in eo laetabitur cor nostrum, & in nomine sancto
eius sperauimus. Fiat domine misericordia tua sup-
nos, quemadmodum sperauimus in te.

Beatitudo nunc dicitur habere dominum, ut sit tibi deus, ut dicitur psal. 15. Beatus qui ha-
bet dominum. esse electum peculiis ab ipso. Is habet dominum, quem dominus suo eterno uer-
bo elegit, & docet ut possideat, Sicut Christus dicit, Non uos me elegistis,

sed ego elegi uos. Nō enim est hoc uolētis aut currētis, sed miserētis dei, Id
 Electio dei. circo gens sancta dicimur & populus acquisitionis. Ut maxime habeas oīa
 alia, tamē beatus nō es, beatus autē, si fide agnoscas dominū esse deum tuū
 qui ē cœlis penitissīma quæq; intuetur, nam corda singulorū ipse formauit
 Oculi domini & nouit, & oīa opera hominū penitissīme rimatur, nō externā hypocrisim
 respiciūt fidē, considerat, sed quid qua fide fiat; non potest ille oculus falli. Humanæ uires
 Hiere. 5. ad hanc beatitudinē nihil sunt. Ut rex per magnū exercitum, ut gigas siue
 fortis athleta per suam fortitudinem, ut equus per robur corporis, non est
 tutus deserente deo, ita nemo suis uiribus, suo studio, suis operibus & me-
 ritis speret salutem. Nam ecce, inquit, illi oculi domini qui intuentur omnia
 corda, & intelligunt in omnia opera hominū, ut nihil ipsos latere possit, re-
 spiciunt super timentes & sperantes, quæ est uera fides, Respiciunt, inquā,
 ut eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame corporis & spiritus, sic
 ut psalmo sequenti dicitur, Nihil deest timentibus eum, & alibi, Dominus
 pascit me, & nihil mihi deerit. Hæc est illa fides creationis, recreationis &
 Epilogos de te oculos meos. Iam uero dic quid apertius potuisset de gratia dici, quā
 gratia in hoc in hoc psalmo legis? Dominus suo uerbo omnia creat, suo uerbo omnia sua
 psalmo. opera declarat, ut nihil in eis uideamus, nisi misericordiam & iudicium, do-
 minus elegit in hereditatem, dominus diligenter curat & respicit, ut sal-
 uet, ut eruat, ut alat, non confidentes suis uiribus, meritis, insitijs, sed timen-
 tes & trepidantes ad uerbum eius, & bene sperantes secūdū uerbum eius,
 de misericordia eius, & expectantes (ut alibi dicimus) ab ipso auxilium in
 tempore opportuno, ut maxime ad tempus uideatur deseruisse. Hoc est, ni-
 hil omnino deo præstantes, sed omnia ē manu eius expectantes, qui hic din-
 cunt, Anima nostra expectat &c.

Ex parato &c. repetito est sententiæ uersus præcedentis. Felix, de hâc
 bitaculo sessionis suæ. Non saluatur &c. Felix. Non saluatur rex in mul-
 titudine exercitus. Fallax equus, uel falsitas est equus ad salutem, id est, ni-
 hil est ad protectionem siue liberationem. In multitudine fortitudinis suæ
 non saluabitur. Satis crassum exemplum obiectum hic est humanæ stulti-
 ciæ. Si uires possent saluare, quid aptius esset saluti, quā equus qui abun-
 dat uiribus? Ex Hebræo legunt, Non saluabit uel liberabit scilicet equus,
 id est, nihil est ut quis confidat in exercitu & quadrigis & equis, aut quis
 buscūq; humanis uiribus uel præsidijs, ut alibi, Hi in curribus & hi in equis
 &c. Item, Non in fortitudine equi uoluntatem habebit, neq; in tibijs uiri

beneplacitum erit ei. Beneplacitum est domino super timentes eum, & in
eis qui sperant super misericordia eius. Quia in ipso &c. secundum illud quo
cepit psalmus, Exultate iusti in domino &c.

PSALMVS XXXIII.

Titulus. Dauid, quando commutauit os suum
coram Abimelech, & eiecit eum, & abiit.

Lege historiam. I. Reg. 21. Vbi rex, coram quo mutauit Dauid os suum
& simulauit se furere, dicitur Achis, hoc erat regis nomen proprium, illud
uero generale regum illic alienigenarum. Nam & sub Abraham illic erat
Abimelech, & sub Isaac & sub Dauid, dignissimum scilicet nomen illorum Abimelechi.
qui bene presunt. Nam Abimelech interpretatur Pater meus rex. sed ferè
fit, ut res non adsit, ubi egregia sunt nomina & tituli. Sic apud Romanos Au- Augusti.
gusti & Caesares sunt regum generales appellationes, & apud Aegyptios Caesares.
Pharaones. Sub Ioseph enim Pharaon fuit, & quarta generatione sub Mose Pharaones.
alius, & sub Salomone alius &c.

SVMMA. Gratias agit quisque fidelis qui liberatus sit ex omnibus tribula-
tionibus, prouocans alios quoque, ut suo exemplo fidant deo, ut gustent sua-
uitatem misericordiae eius, ut timeant illum solum, qui suis ita paterna soli-
tudine prouidet, ut nihil desit, siue ad corporis siue ad animae salutem, im-
pios uero a se reiecit. Si recte introspicias, non parum hic psalmus fidem no-
stram confirmat.

Benedicam dominum in omni tempore, sem-
per laudatio eius in ore meo. In domino lau-
dabitur anima mea, audiant mansueti & laetentur.
Magnificate dominum mecum, & exaltemus no-
men eius simul. Exquisiui dominum & exaudiuit me,
& ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Ac-
cedite ad eum & illuminamini, & facies uestrae non
confundentur. Hic pauper clamauit & dominus exaudiuit
eum, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

Castrametabitur angelus domini in circuitu timē-
tium eū, & eripiet eos. Gustate & uideate q̄ suauis
dominus, beatus uir qui sperat in eum.

Gloriatio
in deo.

Verba quidē plana sunt, sed nunquā intelliges psalmum nisi graui tri-
bulatione per deum liberatus, tūc laudabis dei benignitatē & dulcedinem
misericordiae eius. Benedicā, inquit, dominū, laudabo & gratias agā in om-
ni tēpore & tentationis & consolationis, ut cūq; mihi post hac acciderit, cū
sciam bonam esse uoluntatē dei patris, quodcūq; mihi eucnerit, In domino
laudabitur anima mea, nō queram meā gloriā ex deuicta tentatiōe, si quid
laudis mihi uenerit ei referam acceptum, ut possim non in me sed in domino
gaudere. Ex Hebr. eo recte legeris, In domino gloriabitur anima mea. Audi
ant hęc mansueti siue humiles quos infra uocat humiles spiritu, & letētur,
secundū illud, Qui timēt te, uidebūt me & letabūtur &c. Magnificate uos
māsuēti dominū, ut ego magnifico. Sic enim decet predicare beneficentiā
dei, ne simus ingrati. Neminē ipse deserit inuocantē, quia ego (ut exemplū
habeatis, & experto credatis magistro) exquisiui dominū in tribulatione,
inuocaui, me tota illi fiducia cōmisi, ut dictū psal. 21. & cōsolationē pro tri-
bulatione & mortis horrore mihi reddidit. Sic & uos accedite fide ad eū,
& ill uinabit uos, non sine uos in tenebris erroris, & horrendae tentati-
onis, horrendas tenebras noctis uertet uobis in diem cognitionis & cons-
olationis. Et facies uestrae non confundentur, id est, non patiēmini repul-
sam, quia & hic pauper qui loquitur hęc, clamauit, suam paupertatem, id
est miseriam, sentiens, alioqui nemo fideliter clamat ad dominum, & do-
minus exaudiuit eum secundū omnia desideria eius, Non dubitate, Ange-
lus domini castra caelestia ponet, circumquaq; ne aduersaria potestas noce-
at timentibus deum, etiamsi ad tempus praeualere uideatur. Plures enim
sunt nobiscum quā cum illis, ut dixit Helixeus. 4. Regum. 5. Et in psalmo
scriptum est, Angelis suis deus mandauit de te &c. Gustate tantum & ut-
dece, q̄ suauis est dominus omnibus sperantibus in ipsum. Nisi enim gusta-
ueritis, id est, experientia didiceritis in tribulationibus uestris, non uidea-
bitis, id est, non intelligetis. Tribulatio enim patientiam operatur, patientia
probatōnem, probatio spem, spes non confundit. Rom. 5. Beatus uir qui
sperat in eum, non in sua opera, merita, iustitias, aut quicquid est hominum
& uirium nostrarum.

Accedite &c. Felix, Respexerunt ad ipsum & cucurrerunt, & uultus eorum non confundentur. Respexerunt & cucurrerunt ad ipsum, scilicet quicūq; fideles, nullius enim preces auersatur.

Timete dominum omnes sancti eius, quoniā non est inopia timētibus eum. Diuites eguerunt & esurierunt, exquirentes autem dominū non minuentur omni bono. Venite filij audite me, timorē domini docebo uos. Quis est homo qui uult uitam, qui diligit dies uidere bonos? Cohibe linguā tuā a malo, & labia tua ne loquātur dolum. Declina a malo & fac bonum, quære pacem & sequere eam. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super faciētes mala, ut perdat ex terra memoriale eorum. Clamauerūt iusti & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus corū liberauit eos. Prope est dominus ijs qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Multæ tribulationes iustorum, et ex his omnibus liberabit eos dominus. Custodit dominus omnia ossa corū, unum ex eis nō conteretur. Mors peccatorū mala, et qui oderūt iustum delinquent. Redimet dominus animas seruatorū suorum, & non delinquent omnes qui sperant in eum.

Diuites, Felix, Catuli leonū, quo significantur diuites, fortes, potētes, Diuites.

rapientes, usurarij, iniusta lucra quærentes, ex aliorum sudore uiuētes, & eorum filij, præterea (de quibus proprie loquitur, alioqui nõ opponeret timoribus & exquirentibus deum) sua merita iactantes, & suis uiribus confidentes, & se aliquid putantes, cū nihil sint, quos scriptura diuites uocat, sicut Maria canit, Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Humiles spiritu. Felix, Contritos spiritu. quo uides repetitam esse sententiã, & significari illos, qui sua mala & tentationes sentiunt.

Mors peccatorū mala, Contra alibi, Preciosa in cōspectu domini mors sanctorum eius. Felix, Occidet impium malicia, & odio habētes iustum desolabuntur uel destruentur, id est, suo se gladio uigilabunt. Et non delinquent omnes qui sperant in eum. Felix, Et non desolabuntur omnes confidentes in eo. uel, non pœnitebit omnes confidentes in eo.

Appellationes timor sanctus est, & mundus qui exigitur primo dei præcepto, id quod diximus psalmo. 18. quos quoq; uocat exquirentes dominum, cum contra impium non requirat, psalmo. 13. Item filios uocat spiritus dei, sicut Ioan. 1. uides. Item, uolentes uitam, quia regnum mortis, quo premuntur, oderunt, Item, cupientes uidere dies bonos, id est, liberari à cōscientia peccati, ut habeant gaudium in spiritu sancto, pacē illam quæ supergreditur omnē mentem, quæ admodum in Proverbys dicitur, Secura mens quasi iuge conuiuuiū.

Admonitiōes Quos monet, si uelint uitam assequi, id est, uere liberari è regno mortis, & leges iustitiæ. gaudere in domino, ut cohibeant linguam à malo, id est, male dictione, detractione, iniustitiæ approbatione, & cohibeāt labia ne loquantur dolum, id est, mendaciū, malā doctrinā, hypocrisim. Diuertāt à malo opere, quod uetus ille homo requirit, & faciant bonū opus, quod nouus homo postulat. Querant, id est, cordis desiderio requirant à deo pacem, quam supra diximus, & assecutā adhuc amplius sequātur, quoniā in hac uita perfecta esse nõ potest, ut illud semper maneat, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã &c. His legibus & admonitiombus uia salutis indicatur quidē, sed præstari nõ possunt, nisi à nouo hoīe, qui hic uarijs appellatiōibus describitur, qui quidā spiritum dei habet, & iam assecutus est uitam, & cœpit dies uidere bonos, sua sponte & uolūtate illos fructus producit, & abominatur quicquid diuersum est. Talibus sanctis, timentibus deū, exquirentibus &c. id est, iustis superiore, secundū illud, Primū querite regnū dei, & iustitiā eius, & hæc omnia adijcientur uobis. In quos iugiter designt oculos illa paterna dei

benignitas, ne quid eis desit, ne quis noceat in re salutis, ut semper audiat in
 uocantes, & se exquirentes tribulari quidem sinit, & spiritu conterit sed
 in salutem, quando quidem hac uia itur ad gloriam. Quos ita conseruat, ut
 non solum salus eterna sit integra, sed etiam ne unum quidem frangatur
 ex corporis ossibus sine eius bona uoluntate, ut non dicam, q. in resurrecti-
 one nulla fraude omnia reddentur, quando quidem & Christus dicit, Om-
 nes capilli capitis uestri numerati sunt. Magna consolatio credentibus. Con-
 tra, inquit, diuites qui rebus & diuitijs suis, & potentia fidunt, qui sua ius-
 titia, ut hypocrite, satuti sunt, qui inueniunt in se multa bona opera & me-
 rita, quia hoc & illud fecerunt, qui non exquirunt gratiam dei, sed mercen-
 narij emerg se estimant pro merito congrui, ut uocant, qui solum timere uo-
 lunt in peccatis, in iustitijs autem securi esse, qui proprie est timor hypocri-
 tarum. Iob ait, Verebar omnia opera mea. Quos hic spiritus ob nullam ali-
 am causam accusat, quam q. oderunt iustum. Hec est radix illorum crasso
 rum diuitum, Hec quoq. est radix iustitiariorum, id est, hypocritarum, qui
 non fidunt deo, sed in omnibus sua querunt, suam gloriam suamq. tran-
 quillitatem & commoda sectantes. Oderunt iustum, quia nolunt sua dam-
 nari, quae iustus & uita & doctrina damnat, Ex hac mala radice sequun-
 tur mali fructus, ut contra iustum loquantur malum, detrahant, mentian-
 tur, male doceant, omnia dolis agant uiri illi sanguinum, quos oportet im-
 plere mensuram patrum suorum, dum obsequium se putant uel fingunt prae-
 stare deo curando, ut iustitiae praecones pereant, uel secundum animam, uel
 secundum corpus, Quando hi quae so cum sint male arbores, facient bonum
 fructum, & declinabunt a malo, ut possint assequi pacem illam conscientia-
 rum a deo, cum inquinatis & immundis in mente & conscientia nihil sit
 mundum, quanquam etiam in speciem mundissimum? Hi, inquam, diuites egerunt
 & esurierunt. Nam secundum corpus, dum suam providentiam sequuntur, dum
 metuunt ne non satis habeant, ne sua perdant uentris cultiores, tam deest quod
 habent quam quod non habent, dum interim suos deus in paupertate, quae
 uidetur, etiam diuiter pascit gaudentes & gratias agentes. Secundum animam
 uero, quam inanes dimittantur, uel tunc apparebit, quando uiderint lam-
 padas suas extingui, qui hic se aliorum lucem gloriabantur, & sua merita
 (ut hodie cerici & monachi) alij uendebant quasi ditissimi & superflua-
 ntes, ubi nihil proderit, quo se iam uenditant, hoc uerbum, Domine non-
 ne in nomine tuo predicauimus, & signa magna fecimus &c. quin audiet,
 Discedit a me operarij iniquitatis, qui uos gloriamini operarios sanctita-

Diuites.

Oderunt iustum.

Egerunt.

Scriptura con-
tra hypocri-
sim.

tis. Numq̄ noui uos, ne tunc quidem, quando sanctitas uestra mundo stulto
 fuit conspicua, ex illis estis qui oderūt iustū &c. Tale iudiciū spiritus uides
 in scriptura. Nam quod ante quandoq; monui, non opus est, ut crassos illos
 adulteros, raptos, usurarios, homicidas &c. scriptura damnet, quos etiā
 mundus damnat, & rea conscientia conuincit, Cum hypocriti in scriptura
 res est spiritui, qui arguit mūdū de peccō, & de iustitia, & de iudicio. Super
 quos, inquit, est uultus domini, ne putēt impietatē cordis sui nō uideri, uel
 ira domini (ut aequē ex Hebræo legere potes) quia per iustitiā dei nolūt ab
 ira liberari, Ioā. 3. Ut perdat ex terra memoriā eorū, qui suis operibus, suis
 Perditur me- traditiōibus, suis institutiōibus, dū instituerūt multa per alios fieri cātu, ora
 moria impio- tionibus, lectiōibus, ieiunijs, festis et reliquis operibus, quæ neq; deo probantur,
 rum. neq; hoibus uilia sunt sibi memoriā & nomē facere uoluerunt. Nā tan
 dem insipientia eorū, qui speciem habent pietatis, uim eius abnegantes, no-
 ta fiet omnibus hominibus. 2. Timot. 3. & mors eorum erit mala, & delin-
 quent, id est, ut Christus dicit, in peccato suo morientur, quorū (inquit Pau-
 lus Philipp. 3.) finis interitus, quorū deus uenter est, & gloria in cōfusione
 ipsorum, qui terrena sentiunt, suum sensum non uerbum dei secuti.

Qui natus est
 ex deo non
 peccat.

Non delinquent omnes qui sperant in eum. Sic & 1. Ioan. 3. Omnis qui
 spem habet hanc in eum sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Item, Omnis
 qui natus est ex deo, peccatum nō facit, quoniā semen dei in ipso manet, &
 non pōt peccare, quoniā ex deo natus est &c. Ecce quid noua natiuitas, id est
 fides operetur. Sic & Paulus Ro. 8. Nihil ergo nunc dānationis &c. Vnde
 sequitur, oīa opa fideiū esse bona, & si quid deliquerim statim ignosci, illa
 iputāte & acceptāte deo, p bonis opibus, alioqui bona esse nequeūt, hoc ue-
 ro nō imputāte deo, sicut supra, Beatus uir cui nō imputauit dominus pec-
 catū, utrūq; aut propter fidē, quā deus in eis excitauit, sine qua est imposs-
 le placere ei. Et ita diligentibus deū oīa cooperātur in bonū, sicut reprobis
 oīa in malū, ut diximus psal. 8. Alioqui nemo est qui nō peccet, Id qd' ibidē
 Io. ca. 1. dicit, Si dixerimus q. peccatū nō habemus &c. etc. 2. Filioli mei hæc
 scribo &c. Et Ro. 8. Qui etiā interpellat p nobis. Heb. 4. Nō habemus &c.

PSALMVS XXXIII.

Titulus. Dauid.

SVMMA. Hæc Christus & quisq; fidelis in tribulatione fortiter præ-
 catur contra ueritatis aduersarios. In fine autem iustitiæ fauentibus leti-
 tiam imprecatur.

Iudica domine nocentes me, expugna inim-
pugnantes me. Apprehende arma & scu-
tum, & exurge in adiutoriū mihi. Effun-
de frameam & conclude aduersus persequētes me,
dic animæ meæ, salus tua sum ego. Confundantur
& reuereantur quæretes animā meam. Auertantur
retrosum & erubescāt cogitātes mihi mala. Fiant
tanq̄ puluis ante faciē uenti, & angelus domini eli-
dens eos. Fiat uia eorū tenebræ & lubricū, & ange-
lus dñi persequēs eos. Quoniā gratis absconderūt
mihi interitū laquei sui, frustra exprobrauerūt ani-
mæ meæ. Veniat ei laqueus quē non cognoscit, &
captio quā abscondit cōprehendat eum, et in ipso
cadet laqueo. Aīa autē mea exultabit in dño, dele-
ctabitur in salutarī eius. Om̄ia ossa mea dicent, dñe
quis similis tibi? Qui eripis inopem ex manu forti-
orum eo, et inopem et pauperē a diripiētibus eū.

*Iudica domine &c. Fe. Cōtende cū contēdētibus mecū, p̄ aliare cū p̄a-
liātibus mecū. Frameā. Fe. lanceā. Elidēs. Fe. expellēs uel euertēs. Interitū.
Fe. foueā. Frustra exprobrauerūt aniā meā. i. sine causā irridētes dixerunt
omne malū aduersum me. Fe. Frustra fecerūt foueā animæ meæ. Veniat &c.
Fe. Veniat illi strepitus uel tumultus, quē nō cognosceret, & rete eius qd' ab-
scondit, apprehēdat illū, cū strepitu cadat in illud. i. repētina calamitas &
uastatio, quā minime sperauit, irruat sup eū, ut percat suo ipsius dolo, quē
alijs struxit. Hoc uero loco satis clarū est subito numerū esse mutatū, sicut
& alibi monui, Veniat ei p̄ eis &c. quin & qd' sequitur, Fe. legit in singula*

Contra uerita-
tis aduersari-
os precatur
spūs pro san-
ctis, Ro. 8.

ri, Eripiens pauperē à fortiori illo, & pauperē & inopē à depredante illi.
Cauent sibi, modo possint, Euangelij hostes, si quando spūs dei instiga-
uerit suos, qui humanis traditionibus opprimuntur, & mendacia pro uerita-
te doceri grauitur ferunt, ut orent talia contra ipsos. Deterreat eos uel ex-
emplum Iudeorum, qui non minori specie sanctitatis dolo usi sunt, & uio-
lencia in prophetas & Christum. Manus domini nondū est abbreviata, de-
siderium pauperū exaudivit dominus, preparationē cordis eorū audiuit
auris tua &c. Fides hic inuocat in tribulatione arma dei & dei iudiciū, nō
solum contra apertam uim in corpora, sed etiam & multo amplius contra
insidias, quibus aduersarij moliuntur capere & perdere animas, aut salte
declarare mundo quasi iuste faciant, dum consulentes suae cupiditati, perse-
quuntur ueritatem, Nam hic dolos legis & absconditū laqueum. Caueant,
nam horrendū est incidere in manus dei uiuentis. Quin & quid queso for-
tius postulaueris contra omnia, quae impugnant fidē nostram q̄ haec? Exur-
ge domine tua potētia pro me cōtra aduersarios, fac me audire in corde per-
spiritū tuum, hoc uerbum quod semel fugat omnem inferorum exercitum,
SALVS TVA SVM EGO. qui iudicaris nō agere curā nostri, qui uide-
ris nos deseruisse, cū tamē sis adiutor in opportunitate, in tribulatiōe. Cō-
fundatur qui quērit uitā meā, ut perdant dū non assequuntur quod uolūt,
dū ipsi pereūt, qui perdere tentāt. Reuertatur, & in fugā cōuertatur, qui
malignis consilijs nos insequuntur, fiant sicut palea leuissima uento agitata,
qui se iactant colūnas esse caeli, & angelus domini qui castrametatur in
circuitu timentū deū, ut supra dictū, sit elidēs & uastans eos, & ita perse-
quēs, ut olim in castra Astriorū. 4. Reg. 19. & Esa. 37. ut fugientes nō effu-
gant impediti tenebris, & lubrica uia, ut in omnibus, per quae tentauē-
runt fugere dei, quod uident, iudicium, plus inueniant erroris, & in omni-
bus cadant, ut impleant peccata sua semper. 1. Thessalon. 2. donec complea-
ntur iniquitates Amorrhoeorum. Vos, inquit Christus, implete mensuram
patrum uestrorum, Non frustra spiritus Christi in Esaia loquitur. Excēca-
tor populi huius, & auribus aggraua, ut uidentes non uideant, & audien-
tes non intelligant, ne conuertantur, & sanem eos. Non enim solum uerita-
tem respuunt, sed etiam omnibus eam insidijs petunt, ut perimāt in profes-
sionibus. Quoniā gratis, inquit, & frustra, i. sine causa tantū odio & inuidia
(ut ferē fit) alijs paratam, tunc cadet aduersarius in ipso suo laqueo. anima
uēt mea quae sola in laqueo peritura sperabatur, nō cadet, sed exultabit in
domino

Domino liberatore, & gratias agat de saluatione eius, nec solum anima, sed & totum corpus meum & omnia ossa mea, quæ antea erant conturbata, præ gaudio spiritus in corpus redundante, dicent, Domine quis similis tibi, qui ubi omnia desperata uidentur tam facile confundis & repentino iudicio conteris omnem aduersariam potestatem, quæ ad tempus ut nos probares uidebatur præualuisse?

Exurgentes mihi testes iniqui, quæ non cognoscebam interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis, & sterilitatem animæ meæ. Ego autem dum mihi molesti erant induebar cilicium. Et humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinum meum conuertetur. Quasi proximo quasi fratri nostro sic complacebam, quasi lugens & contristatus sic humiliabar. Et aduersum me lætati sunt & congregati sunt, congregata sunt super me flagella & non cognoui. Discissi sunt & non compuncti sunt, tentauerunt me, subsannauerunt subsannatione, fremuerunt super me dentibus suis.

In quo periculo fuerit, enarrat in gratiarum actionem & commendationem paternæ dei prouidentie erga suos, ut ferè fit in talibus psalmis. *Mala pro bonis.* Odio, inquit, ueritatis producti sunt contra me falsi testes mentiètes multa quæ ignorabam, id est, quorum non eram mihi conscius. Matth. 5. Beati estis cum maledixerint &c. Retribuebant mihi mala pro bonis, ego salutem illorum docendo quæ seram, illi contra, ut me perderem. Et retribuebant sterilitatem animæ meæ, id est, mihi sue uitæ meæ, ego tota uita mea nihil aliud quæsieram quæ fructum deo ex eis, sed sterilitatem accepi non fructum, inutiliter exerceui uitam meam propter eos, quicquid sum pro eis exposui, sed frustra, quæ sui fructum in sicu & non inueni. Matt. 21. Ego autem cum mihi molesti erant.

Felix, Cū ipsi infirmarentur, id est, sic perirent sua contra me impietate, In-
 duebar cilicium, affligebam ieiunio & media uitam meā, id est, abieci me pro-
 pter illos, contemnebā uitam meā, ita ut non liberet ueste ornari, nō liberet
 edere, quicquid aliās libet non libuit, dolebā, contristabar & moestus eram
 pro eis, tantū aberat ut uindictam quererem & male uellem male uolentia-
 bus. Orabam pro persecutoribus, sed frustra, non tamen frustra pro me, ne-
 sim & hic sterilis, nam quod orauī pro eis inutiliter ad me utiliter reuerte-
 tur, & mihi alijsq; proderit quod illi non merētur accipere. Felix legit, Con-
 uertatur. Id est, adeo mihi non sum conscius male orasse pro eis, ut hoc ip-
 sum quod orauī cupiam ad me reuerti, si male precatus sum ueniat super
 me. Ego quidem non complacbam eis, ut maxime omnia facerem pro eis,
 sed complacere studui quasi amico, quasi fratri nostro, ut lugens mortuum
 & contristatus affligebar animo meo & languebam corpore. Felix, Sicut so-
 cius, sicut frater mihi ambulauit, sicut lugens matrem nigerrimus humiliatus
 sum. Sequitur, & aduersum me letati sunt, dicentes, iam dolet, iam poeni-
 tet eum, q. contra nos dixerit & docuerit, iam non inuehitur contra nos ut
 ante, nunc tandem sentiet quos cotempserit. Congregata sunt super me fla-
 gella & poenae & non cognoui causam, non eram mihi mali alicuius con-
 sciū quod ipsi plecterent. Discissi sunt cordibus inuidia, furore & amentia,
 & non sunt compuncti. Id est, non redierunt ad cor, tentauerunt me ut ha-
 berent uel uerisimilem mortis causam contra me. blasphemias tegerunt in
 me, furore perciti dentibus suis me lacrare & deuorare catuli illi leonum
 & leones satagebant, quemadmodum & de aduersarijs Stephani dicitur
 Act. 7. Audientes haec dissecabantur cordibus suis & stridebant dentibus
 suis in eum. Felix ab eo loco, Et aduersum me letati sunt. sic legit, Cum ego
 autē confractus essem letati sunt & congregati sunt, cōgregati sunt aduer-
 sum me claudi (id est, hoīes abiecti) & nō cognouit, aperuerunt (scilicet os)
 & non siluerunt. cum simulatoribus uel hypocritis derisionum esulentos
 rum, frendere aduersum me dentibus suis. Cōiunge sic, Non siluerunt uel nō
 cessauerunt frendere aduersum me dentibus suis cū hypocritis qui deridēt
 & subsannant dei ueritatem, ut cibū habeant, quorū deus uenter est.

Pro inimicis
 & contra ini-
 micos orare.

Quaestio. Quare dicit se pro inimicis orasse cū tamē totus psalmus oret
 contra inimicos. Respondeo. Hoc scilicet est periculum aduersariorū ueris-
 tatis de quo diximus, Orant sancti pro impijs & pro persecutoribus & ex
 animo orant, non enim aliter possunt, orant ut nō opprimatur ueritas, do-
 nec cognouerint obstinatā esse aduersariorū maliciam. Hic ne repugnare

amplius uideantur iudicijs dei, orant ut saltem defendatur ueritas, & perdantur potius ueritatis oppugnatores quam ueritas, dum ipsi seruari non possunt cæci & duces cæcorū. Sic Moyses pro alijs se murum opponit contra dominum, alios uiuos in tartara mittit.

Quæstio alia. Quādo Chrestus usus legitur cilicio? Respondeo. In historia Evangelica non legitur hoc, ne hypocrisæ inde confirmaret suas regulas, qui ex gestis sanctorum, & ex liberis actibus, imò ad que urgebat sanctos ipsa sepe tentatio, facere nituntur regulas & uiuendi necessitates. Legitur tamē hic & in psalmo. 68. quē psalmū esse Christi uerba Evangelica prodidit historia, ut illic dicemus. ubi quoq; & de ieiunio & de oratione Christi dicitur, sicut & hic, Et quanquā sciam per tales figuras simpliciter intelligi luctum, sicut dixi psalmo. 29. Tamen rursus non ignoro Christum non usum purpura & bysso. nam qui mollibus uestiuntur in domibus regū sunt. Viuebat quidem in cruce propter nos sed occultissime, nam conuersa batur & edebat cum peccatoribus, propter quod sepe male audiebat. Sancti ieiunāt, orant, aspere uestiuntur, sed in occulto & libere aut urgente tentatione siue persecutione, sicut hic uides, Ego autē cum mihi molesti essent &c. Matth. 6. Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis &c. Hypocrisæ autē faciunt statuta & regulas & curant ut talia confirmentur ne totus orbis nesciat eos esse tam sanctos uiros, qui præterea in his seruatis, que neq; deus approbat neq; hominibus profunt, ponunt iustitiam & salutē, in non seruatis peccatū. Primū in ignominia dei cuius præceptis sua uolunt esse æqualia, quod ut efficiant iuramentis & uotis rem tentant, deinde in contemptū Christi, quod tamen minime omnium putant, qui factus est nobis à deo iustitia &c.

Domine quando respicies: restitue animā meam a malignitate eorum, a leonibus unicam meā. Confitebor tibi in ecclesia multa, in populo graui laudabo te. Non insultēt mihi qui aduersantur mihi iniuste, qui oderūt me gratis & annunt oculo. Quoniam mihi quidē pacifica loquebātur, & ad iracundiā dolos cogitabāt. Et dilatauerūt super me os suum,

dixerunt, euge euge uiderunt oculi nostri. Vidisti domine, ne sileas, domine ne discedas a me.

Affectus cupi Domine quādo respicies, qui iam uideris dissimulare quasi non uideas
entis liberari. malignitatem eorum? Felix, Domine usq; quo respicies? eripe animā meam
 à tumultibus eorū, à catulis leonū unicam meam, id est, animā meam iam
 ab omnibus derelictam. Vsq; quo respicies? id est, quousq; dissimulabis diū
 interim uides? sicut infra, Vidisti domine &c. Liberatus uero confitebor tibi
 in ecclesia gentium & in populo multo ne sim ingratus tibi. Hæc confessio
 est laus & prædicatio & sanctificatio nominis dei coram mundo. Non
 amplius iridentes gaudeant contra me, qui ueritatem à me prædicatā ode
Impia insidia runt & opprobrio dignam iudicant. Annuunt oculo sibi, quasi aliquid de
 prehensuri in me dum incauto dolos struunt, in quo me possint irridere &
 condemnare, Pacifica loquuntur mihi, sed insidias meditatur cor eorū, ut
 iram suam prodant & euomant cū aliquid uel uerisimiliter deprehende
 rint, sicut sequitur, Et dilatauerunt cū gaudio os suum super me, id est, ma
 gna locuti sunt & superba uerba cōtra me dicentes, Euge euge, bene bene
 nobis, satis iucundo spectaculo uidimus errorem, insipientiam, & blasphemia
 miam eius qui nos ante quasi uerbis dei dānabat. Hic loquitur cōtra Moysen,
 sabbatum non custodit, filium dei se facit, docet contra statuta seniorū
 & traditiones patrū, blasphemus est, hereticus est, crucifigatur, comburatur.
 Vidisti domine talē aduersariorū nequitiam, noli dissimulare, noli me
 deserere. Vides itaq; lector quā suis coloribus hic depinxerit Euangelij ho
 stes spiritus ille qui nouit corda hominū. Versum uero, Quoniam mihi quidem
 &c. Felix sic legit, Quoniā non pacē loquentur, & super mansuetos
 terra uerba fraudum cogitabunt. Id est, Non erunt uerba pacis eorū uerba
 & contra mansuetos qui sunt in terra meditabuntur uerba deceptionum
 ut uerbis eos decipiant in speciem bonis.

Exurge domine & intēde iudicio meo, deus meus
 & dominus meus in caussam meam. Iudica me do
 mine secundū iustitiam tuā domine deus meus, &
 non insultent mihi. Non dicant in cordibus suis,
 euge euge animæ nostræ, neq; dicāt deuorabimus

eum. Erubescant & reuereantur simul gaudentes
malis meis. Induātur cōfusione & pudore qui ma-
ligna loquūtur super me. Exultent & lætentur uo-
lentes iustitiam meā, & dicāt semper, magnificetur
dominus, qui uolunt pacē serui eius. Et lingua mea
meditabitur iustitiam tuā, tota die laudem tuam.

*Fe. Excitare & exurge in iudicium meū deus meus & dominus meus ad
contentionem meam, ut scilicet iudices & contendas pro me & pro causa
mea. Iudicium fac pro me qui iustus es iudex, non assequatur quod uolunt,
frant potius confusionem. Gaudeant uero pij qui cupiunt ut perstem in ue-
ritate tua, in fide tua quæ est iustitia mea, & benedicant nomini sancto tuo
iugiter qui cupiunt pacem meam, liberationem mei: Neq; ego ingratus ero,
predicabo enim in ecclesia magna tuam iustitiam, q; ita uindicas in maleuo-
los & defendis oppressos seruisq; tuos ne pereant in tentatione.*

PSALMVS XXXV.

Titulus. προσκέλευσις serui domini Dauid.

*SVMMA. Admiratur propheta profundissimam impiorum cecitatem
qua digni sunt odio dei, & rursus exuberantem dei misericordiam in eos
qui timent ipsum, qua etiā ne ipsis quidem iumentis deest. Queris quid hoc
discrimine sibi uelit deus. Respondet, Iudicia tua domine abyssus multa. le-
ge Ro. 9. & ubi ita concluditur, O profunditas diuitiarū sapientie &c.*

Dixit iniustus ut delinquat in semetipso, nō
est timor dei ante oculos eius. Quoniā do-
lose egit in cōspectu eius, ut inueniat iniquitatem
eius & odio habeat. Verba oris eius iniquitas &
dolus, noluit intelligere ut bene ageret. Iniquitatē
cogitauit in cubili suo, astitit omni uix non bonæ,
maliciam autem non odiuit.

Dixit, id est, sic apud se statuit in corde, ut maxime omnia foris aliter uideantur. Inustus, id est, qui est sine iustitia fidei, qui non ex animo fidit deo.

Vt delinquat. Quid dixit ut, inquit, delinquat intra semetipsum, ut maneat in infidelitate cordis & sequatur quæ sibi placent & bona uidentur, ut non sequatur uerbum dei, ut moriatur, sicut Christus dicit, in peccato suo, id est, infidelitate. Hæc sententia hic clarissime reddita est, uerum in Hebræo uerba uideantur obscuriora. Felix legit sic, Dixit transgressionis impio, intra cor meum. Impio scilicet est uel impius habet dictum transgressionis, id est, sic dicit de sua transgressionem, Intra cor meum uel in medio cordis mei. Affectus impius abrumpt uerba cordis. In medio cordis mei scilicet est quod ago & agam, sic mihi placet. Atq; hic est ipsissimus impiorum affectus. Impio, si dixeris, omnia tua coram deo damnata sunt, tua sapientia est stulticia coram deo, tua iustitia non potest iustitiam dei subici, tua merita sunt iniuria in deum, tua opera non te iustificat, quicquid boni uideris facere sine fide peccatum est, merumque hypocrisis &c. etiam si non contenderit contra, etiam per iram stulticiam suam uerbis non effuderit, tamen manet in sua sententia, ut maxime omnibus dei uerbis conuictus fuerit, dicens apud semetipsum, In medio cordis mei, mihi mea placent, cur non essent hæc sancta & iusta? nemo mihi aliud persuadebit, Gratias tibi ago domine quod non sum sicut ceteri hominum &c. Idcircoque stultus & insipiens uocatur Psal. 13. Quapropter clarius alij ex Hebræo legunt sic, Dixit iniquitas ad impium, in medio cordis mei. Vides cum quibus scripturæ sacræ & spiritui res sit, non cum crassis illis peccatoribus, qui iustitiam sibi non arrogat, sed cum hypocritis, unde sequitur, Non est timor dei ante oculos eius, timent tantum hominum traditiunculas cauterizate illæ conscientie, quibus seruat omnia tuta putant, item, timent sibi suoque uentri & gloriæ, ad dei uerbum non timent, & tamen æstimant se caelo proximos, contra uerbum domini, Esa. ult. Ad quem respiciam nisi ad patiens periculum & contritum spiritu & tremente sermones meos? Apertius uero coram deo. sequitur, Quonia dolose egit, omnia eius sunt fucus, & hypocrisis quicquid agit, & si non talia iudicantur coram hominibus, tamen talia sunt in conspectu dei. Felix, Quonia adulatus est sibi, uel persuasit sibi in conspectu domini. Quomodo quæeso apertius describeretur hypocrisis & iustitiorum iustitia? Adulatus est, placet ipse sibi in omnibus quæ sentit & agit & persuadet sibi sic habere quemadmodum sentit, non dico iam quod uult uideri hominibus, sed sentit quoque se esse aliquem in conspectu dei. Ut inueniat scilicet deus quando iudicare coeperit, iniquitatem eius ut odio habeat, non ut

dimittat quemadmodum iniquitatem peccatorum & publicanorum se ag-
noscentium, non ut non imputet quemadmodum peccata fidelium & electo-
rum. Pius namq; etiam peccatum cedit ad gloriam dei & ipsorum salutem. *Etiā peccatū
pijs cedit in
bonum;*
eterna, mirabili dei artificio, ut legis Ro 3. sicut & turpissima Christi mors
Christo cessit in gloriam. Oportuit enim Christum pati & ita intrare in glo-
riam suam. Audax addo, Mirabili & ineffabili dei providentia oportet
quosdam in peccatum labi, ut glorificentur. Norunt hanc sententiam dei
multorum corda fidelium, Impij uero ubi talia audiunt, aut ad contentio-
nem se uertūt, aut in excusationem suae impietatis prætexunt, id quod ibi-
dem in Paulo legis.

Verba oris eius iniquitas est, id est, cum dei iustitia non conuenit, menda-
cium est, de quo diximus, Psal. 5. & dolus, id est, mera simulatio & hypo- *Hypocrisis in
uerbo & ope.*
crisis. Sanctissime uidetur dicere & docere, sed fiducia in deum non est in
corde. Noluit intelligere, id est, credere uerbo dei, ut bene ageret, id est, fru-
ctificaret deo per cordis iustitiam. Nemo bene agit nisi intelligat iustitiā dei
quæ est per fidem. Siquidem mala arbor non potest fructus bonos produ-
cere. Intellectus quem deus dat, ut diximus Psal. 31. est radix & fundamen-
tum & fons bonorum operum. Desperata uero stultitia est quod dicit, No- *Noluit intel-
ligere.*
luit intelligere, id est, sapiens fieri secundum deum, hoc est instrui uerbo
dei & c. Fe. Cessauit intelligere, quo significatur excusatio infidelium qua tra-
diti in reprobum sensum respicere non possunt.

Iniquitatē cogitauit in cubili suo, id est, in secreto cordis sui uel in ab- *In cubili.*
sccondito loco, sicut qui noctu insomnes uarijs in silentio agitantur cogitat;
omnibus, alius cogitat libidines & adulteria, alius lucra & gloriam & c. Sed
qui agunt dolose in conspectu dei, qui nolunt intelligere & credere uerbo
dei, qui traditiones humanas & cōtra uerbum dei docere solent, qui ut ma-
xime sancta diuināq; uerba loqui uideantur, tamē dolus est & hypocrisis.
hi, inquā, de quibus Psalmus loquitur in abscondito, ubi non adest conspe-
ctus hominū, id est, ubi non deprehēdi possunt ab hoibus & dijudicari, ubi
solus deus uidet, in cuius conspectu agunt, cogitant & meditantur iniquita-
tem & iniustitiam, qui dei iustitiæ non sunt subiecti. Nā si fides est dei iusti-
tiæ consequitur infidelitatē esse iniquitatem & iniustitiā. Cogitant, inquā,
quō statuunt & stabiliant suas traditiones, suas de se opiniones bonas, sus-
cōmoda & tranquillitatem, quō resistant prædicatoribus uerbi dei, prædica-
toribus crucis, quō faciāt suū stulto populo ne uideantur iniuste facere. Sat
explorū, præter Euangelicā historiā, habet nostra aetas & hoc seculū, quō

Via bona. Euangelium gloriæ dei, quod confundit omnem gloriã, sapientiam & iustitiam humanã, cepit rursus illucescere mundo. Vnde addit, Astitit omni uocem meã audiunt. & Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habet lumen uitæ. Et in Psalmo, Lucerna pedibus meis uerbũ tuũ & lumen semitis meis. Insipientia phariseorum hodie nota facta est mundo, q̄ uerbo dei non astant, qui iudicio dei quiescere non possunt donec se prodant uiri sanguinum qui sunt, ut detecta persona spiritu oris Christi intereant. Sequitur, Maliciam autem non odit. Malicia est impietas cordis, externa illa prauæ facta opera sunt tantũ fructus internæ maliciæ. Est autem q̄ non fides deo, non times, non amas deum, quæris quæ tua sunt non quæ aliorum. Profundissima est ista radix & non satis ne à pys quidẽ intellecta. Delicta enim quis intelligit? Sentiuunt sancti istam maliciam & oderunt, clamantes cum Paulo, Infelix ego homo quis me liberabit à corpore mortis huius? Et propterea non imputatur eis, quia oderunt, hoc est spiritu cõtra pugnant, In quibus spiritus pugnat aduersus carnem, id est, cordis maliciã & ea quæ inde nascuntur, quæ sunt ira, inuidia, auaritia, uana gloria &c. Hypocritæ autem dũ abstinent, ad tempus ab externis maliciæ fructibus, dũq; hoc aut illud faciunt, putant omnia sana, iccirco cordis maliciã odisse non possunt, qui nihil in se uident nisi bonas intentiones & merita sanctitatis, & dũ cadunt in externa & crassa uitia, simulata quærunt, non dei remedia, nam satisfactionem Christi per fidem ignorant.

Maliciam nõ odisse. Nota q̄ ubi impium describit psalmus aut sacra scriptura, nihil omittit eorum quæ sunt impij, describit cor, opera, uerba, cubile, & omnia iniquitatis plena. Si foris intuearis secundũ opera & uerba, speciẽ ad tempus prætendit pietatis, uerum in conspectu dei omnia & agit & loquitur dolose & hypocritice. quid enim aliud esset in conspectu dei qui maliciam summo studio amplectens non habet timorem dei ante oculos suos? Quem & præterea Psalmus grauissime accusat q̄ noluit intelligere, ut bene ageret &c. Hi tandem latere non possunt propterea in fine appellat operarios iniquitatis. Sic enim scriptura ex operibus describit nobis impios, alioqui quid corda diiudicaret ut cauerentur? Ex fructibus eorum, inquit, Christus cognoscetis eos. quanquã & coram deo sint operarij iniquitatis, etiam si quid eorum ante generale iudicium à nobis non cognoscantur, quemadmodum habes Matth. 7. Vbi uero pios describit, ut infra uides, nihil nisi cor & fidem describit, & q̄ omnia de manu dei suscipiant, cum impij omnia in se

metipsis sibi habeant & multa sese deo prestare putent.

Domine in caelo misericordia tua, & ueritas tua usque
& ad nubes. Iustitia tua sicut montes dei, iudicia
tua abyssus multa. Homines & iumenta saluabis
domine, sicut multiplicasti misericordiam tuam deus.
Filij autem hominum in uelamento alarum tuarum
sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuae,
& torrente deliciarum tuarum potabis eos. Quo-
niam apud te est fons uitae, in lumine tuo uidebi-
mus lumen. Præstende misericordiam tuam scien-
tibus te, et iustitiam tuam ijs qui recto sunt corde.
Non ueniat mihi pes superbiae, et manus peccato-
ris non moueat me. Ibi ceciderunt omnes qui ope-
rantur iniquitatem, expulsi sunt et non potuerunt stare.

Domine in caelo. Vel aequae ex Hebr. eo, Domine usque ad caelos, ut sit idem
usque ad caelos & usque ad nubes, id est, Non est locus sub caelo ubi non uideatur
Miseri- cordia
tua misericordia tua erga omnes creaturas, ut nihil desit ad uitam quam de- in omni crea-
tur disti- tia ut omnibus pius pater uidearis & hominibus & iumentis quae sal- tura est.
uas siue seruas dum in omnibus eis prouides. Rursum non est locus sub cae-
lo ubi non uideatur ueritas tua (ut interim taceam de Euangelio Christi ubi
p. prædicato) Omnis creatura monet, ut agnoscamus creatorem & fida- Veritas in om-
mus ei à quo omnia creata sunt omniaque gubernantur & ex cuius manu om ni creatura ui-
nia suscipimus. Ro. 1. Inuisibilia dei &c. Et Paulus, Act. 14. Non sine testimo detur.
nio reliquit seipsum, benefaciens de caelo, dans pluias & tempora fructi-
fera, implens cibo & leticia corda eorum. lege Sapientiae. 13. Fides nutritur crea-
dentium in omni creatura, cum contra in omni creatura peccent increduli,
ut diximus psalmo. 8. Iam uero uideamus & reliqua, Misericordia dei, de
qua diximus, quae est in omnes creaturas, est iustitia dei in homines, id est, Iustitia dei ut
sperent homines.

qua homines iustificantur in spiritu qui filij hominum sunt, id est, ex carne & sanguine nati, ut tuti sint sub umbra alarum dei, quemadmodum alibi diximus, ubi inebriabuntur ex abundantia spiritus quæ est in domo dei, in cælesti dei uiuentis. Felix, Saturabitur pinguedine domus tuæ. uide psalmum 22. Et potabis, inquit, eos ex effluenti abundantia deliciarum spiritus, gaudebunt enim de remisso peccato pacem consecuti quæ excedit omnem mentem, certi quod sunt filij dei, hæredes dei, cohæredes Christi, omnium domini

Iudicia dei ut timeant hoïes.

Et c. Porro ueritas dei quam diximus in omni creatura uideri & agnosci (sicut tractauimus de uerbo domini, psal. 32.) continet iudicia dei (sicut de uerbo domini diximus psal. 28.) quibus hos illuinat, illos excecat, hos suscipit, illos abijcit, alijs omnia in bonum, alijs omnia in malum cooperantur. Nam sunt qui ueritatem dei commutant in mendacium, Rom. 1. Idcirco traduntur in reprobam mentem. Veritas dei & uerbum eius iudicat & damnat omnia quæ sunt carnis, quia uidemus ne istam quidem uitam constare per nos, aut huius temporis lucem & rerum prouentum, ut erubescamus in conspectu dei de uiribus nostris in re salutis & æternæ. Hoc uero iudicium & ista damnatio credentibus salus est, incredulis qui id ferre non possunt interitius. Contra iudicia enim dei increduli pugnant dum nolunt sua damnari, suam gloriam, uoluptates, iustitiam & c. Pij omnia dei iudicia placeant qui sciunt utcumque res cadat se nullam prorsus habere iustitiam quam dei. Idcirco trepidant ad uerba dei, dicentes, Iustus es domine & rectum iudicium tuum, dum interim impij omnia egregie contemnunt, tam dei iustitiam, quam dei iudicia, id est, & misericordiam & ueritatem. Nulla beneficentia nulloque dei uerbo siue promissionis siue comminationis commouentur, sed sua studia suaque sequuntur consilia & prouidentias, deo contempto, ut maxime quidam in speciem dei gloriam querere uideantur. Verum hæc misericordia & iustitia, hæc ueritas & iudicia sunt inestimabilia & longe maiora quam ut à nobis comprehendere possint. Agnoscunt quidem hæc & complectuntur amore qui credunt, scientes hæc misericordiam & iustitiam, hæc ueritatem & iudicium se seruandos & iam iustificatos, sed quia dei sunt incomprehensa etiam ipsi pijs manent, non minus quam & deus ipse manet incomprehensus postquam etiam agnoscitur. Impius uero qui dicit in corde suo, non est deus, quomodo hæc agnoscere poterit, quæ sunt dei quæ deo comprehendere det quæ ne uidet qui dem? Hoc est quod dicitur, Iustitia tua est sicut montes dei, id est altissima est, & iudicia tua abyssus multa sunt, id est profundissima, ut non querat quare iacob dilexerit & Esau odio habuerit.

Iustitia & iudicia incomprehensa.

Hæc autem sic cõiunge cum superioribus, Inustus dixit ut delinquit in Inexcusabilem. semetipso &c. cui præterea accedit ad damnationẽ q. nulla ratione potest excusari fulgente ubiq; misericordia & ppalata dei ueritate iustitiãq; eius & iudicijs, ita ut latere nõ possint nisi quis sit excæcatus. Non est solis cuba pasc. eum non uideat, quem uel ipso calore coactus præsentem quandoq; fateri cogitur, ut psal. 18. Non est qui se abscondat à calore eius. Hic calor tamen non illuminat excæcatos, id est, non feruet in cordibus impiorum, licet adesse quandoq; sentiant & inuideant hoc calore & inflammatis & illuminatis.

Sicut multiplicasti misericordiam tuam deus. Felix, Quã præciosa misericordia tua deus, & filij Adam in umbra alarum tuarum confident.

Sicut montes dei. Hebræi quod egregium est, uocant esse dei, & merito Montes dei. sic uocant, ut nihil hic aliud intelligas montes dei quàm montes altissimos, Sic & psalmo. 79. dixit Cedros dei. Et paral. 12. Grandis numerus quasi exercitus dei.

Quoniã apud te &c. Hæc ratio præcedentis uersus. Inebriabuntur, & tu potabis eos. quia apud te est fons & origo uitæ, sine te non est uita, quã Fons uitæ. qui alibi quæserit nunquã inueniet, non est ergo in omni eo quod uiribus nostris possumus. Item, inebriabuntur & potabis eos tua dulcedine, quia Lumen dei. per lumen tuum, id est te illuminante, uidebimus lumen, id est, cognoscemus dei ueritatem. Mentiuntur ergo qui multa de naturæ lumine disputant, sicut diximus psalmo. 4. & 31. Sine deo deiq; uerbo nulla neq; peccatorum neq; iustitiæ cognitio. Iam uero quis non gaudeat fonte uitæ potant, quemadmodũ dicitur ioannis. 4. Fiet in eo fons aquæ uiuæ salientis in uitam æternam? aut quid tristitiæ esse poterit è regno tenebrarum translatis in regnum lucis? sicut in psalmo dicitur, Signatum est super nos lumen, uultus tui domine, dedi isti læticiam in corde meo. Hoc scilicet est gaudium in spiritu sancto.

Præterea &c. Ita sancti orant & necessario orant per omnem uitam, Misericordia non ignorantes q. ex sola gratia dei sunt id quod sunt, & in omnibus operibus suis inueniri damnationem, nisi misericordia præcedatur quasi uidentibus. lum, ut tegatur peccatũ misericente bonigno patre, sicut est psal. 31. quorum recta sunt peccata. Hæc misericordia exhibetur scientibus deum, id est credentibus, & iustitia qua iustificat deus impium ijs qui recto sunt corde, id est, credentibus, qui recte sentiunt de deo & rebus uerbisq; dei. Non ueniat mihi quæso pes superbia, id est, affectus & cogitatio superbiæ, ne scilicet super Pes superbus.

perbe de me sentiam, de mea sapientia, iustitia, uiribus, arbitrio presumam, ne me aliquid esse putem cum nihil sim, cum omnia sint dei, quid enim habeo quod non acceperim? qui praeterca non inuenio in carne mea bonum. De hoc pede superbiae alibi dicit, Neq; ambulauit in magnis neq; in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam &c. Rom. 12. Non plus sapere qua oportet, sed sapere ad sobrietatem &c. Et manus peccatoris non moueat me, scilicet a uia recta. Felix, Et manus impioru ne amoueat me. Quae sunt quae so istae manus: num adulterorum, latronum &c. Profecto non, Nemo enim illis seducitur, nemo iudicat eos bene agere aut recte sentire: Sed manus impiorum, scilicet opera speciosa sine fide, quibus seducuntur qui relicta fide per talia quaerunt iustificari & sancti fieri. Christus ut sepe diximus uocat operarios iniquitatis, sicut & sepe scriptura. Et Paulus Philip. 3. dicit de pseudapostolis qui magna pietatis specie in opera legis confidere docebant, Cauete canes, caute malos operarios, caute conscensionem. Nos enim sumus circuncisio qui spiritu seruiamus deo & gloriamur in Christo Iesu non in carne fiduciam habentes &c. Diligenter uide quae hic spiritus orat pro sanctis. Hypocrite & iustitiarum offendunt & cadunt pede superbiae, qui uero opera eorum opinione iustitiae imitantur, amouentur a uia dei manu impietatis. De utrisq; sequitur. Ibi, id est, in pede superbiae & manu peccatoris ceciderunt operarii iniquitatis, qui operantur multa absq; fide, quomodo fides illic esset ubi est fiducia meritorum humanorum aeternum? Expulsi sunt e regno caelorum qui se putabant deo proximos, nec potuerunt stare suo pede aut suis manibus. Felix habet, Nec potuerunt surgere, id est, resipiscere. quo grande periculum notatur hypocritaru, q. non possunt surgere, quia errorem non possunt aut uolunt agnoscere, cum interim se publicani & meretrices agnoscant.

PSALMVS XXXVI.

Titulus. David.

Christiani SVMM A. Non Philosophicos sed Christianos hic audis mores qui ex uires. sincera fide manant, id quod totus psalmus ubiq; prodit. Cuius argumentum cum alijs sepe in scripturis, tum uel maxime habes Prouerbiorum. 4. ubi dicitur, Ne deleteris in semita impioru, nec tibi placeat malorum uia, fuge ab ea, nec transeas per illam, declina ab ea & prae tergrede illam. Non enim dormient nisi cum male fecerint, & non rapitur somnus ab eis nisi illi

quid offendiculi posuerint, Nam comedent cibum impietatis & uinum iniquitatum bibent. Insuper autem semita quasi lux splendens procedit & fulget siue crescit usq; ad perfectum diem. Via impiorum sicut caligo, nesciunt quorsum corruant. Et paulo post, Ne declines ad dexteram neq; ad sinistram. Auerte pedem tuum à malo.

ADVERTE maximum esse fidei opus & uel solum q; nos nostraq; omnia deo committimus, ut disponat secundū beneplacitum suæ bonitatis siue dulcibus siue amaris nobiscum agere uelit, nihil moti interim prosperitate, uoluptate & gloria impiorum & hypocritarum. Nam ex prosperitate impiorum & aduersitate piorum etiam sanctos tentatos prophetas legimus, ut uidet psal. 72. Hier. 12. Abac. 1. Hoc fidei opus, hanc abnegationem & mortificationem nostri docet hic Psalmus, ut scilicet omnia relinquamus deo, omnia placeant quæ ipse facit siue cum fidelibus siue cum infidelibus, qui nouit tempus utrorumq; ut dicere liceat, In manibus tuis domine sortes meæ. Et iterum, Dic animæ meæ, Salus tua sum ego. Item, Propter nomen tuum deduces me & enutries me. Tali homini quia ubiq; timet deum nihil de erit ne secundū corpus quidem. Diuites autem egerunt & esurierūt & c. Vide hic ergo quanta diligentia, quantis exemplis, quā multis uerbis spiritus sanctus nitatur à nobis propulsare infidelitatis affectum, quem roborare contendit huius mundi uanissima species. Quid enim aliud est inuidere fortunatis peccatoribus, quā inclinari ad illa quæ eis inuidemus? Multa autem pace fruimur si cogitamus deo, ita placere, ut sic disponat & c. Hic Psalmus dignissime est expositus à D. Martino, ideòq; abstinere nisi ordo ipse aliud postulare.

Maximū fidel
opus oīa deo
committere.



NE æmulare malignantes, neq; æmulare facientes iniquitatem. Quoniam tanq; foenū cito arescent, & tanq; holera herbarum cito decident. Spera in dominum & fac bonitatem, & inhabita terram, & pasceris in diuitijs eius. Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela domino uiam tuam & spera in eū.

& ipse faciet. Et educet tanquam lumen iustitiam tuam & iudicium tuum tanquam meridiem, subditus esto domino & ora eum. Ne æmulare prosperantem in uia sua, hominem facientem iniquitatē. Desine ab ira & derelinque furorem, ne æmulare ut maligneris. Quoniam malignantes exterminabuntur, expectantes autem dominum ipsi hæreditabunt terram. Adhuc modicum & non erit peccator, & quæres locum eius & non inuenies. Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.

Felix, Noli contendere cum malignantibus. Arescent. Pe. Succidentur. Pascere in diuitijs eius, scilicet domini, nisi etiam terra putaris referendū, sed illud conuenit magis sequenti, Delectare in domino. Felix, Pisce ueritatem, id est, cura ut augeatur in te ueritas, id est, fides. ut maxime omnia de esse uideatur tamen nihil deerit credenti. Hieronymus, Pascere fide, id est, nutri te ad hanc uitam necessarijs, sed in fide. dignissima sententia. Reuelā domino, uel, Circūuolue secus dominū uiam tuā, id quod Petrus dicit, Omnem sollicitudinem uestrā projicientes in eū, quoniā ipsi est cura de uobis. Subditus esto domino & ora eū. Felix, Expecta dominū & expecta ipsum, id est, noli deficere ueniens ueniet & non tardabit, suo tēpore faciet quod
Tacere. speras, etiam si sepe diūq; expectandū sit. Hiero. Tace domino & expecta eum, id est, sile, esto quietus, permittite domino omnia. Sic Exo. 14. Dominus pugnabit pro uobis & uos tacebitis. Esa. 30. Si reuertamini & quiescatis salui eritis. In silentio & spe erit fortitudo uestra. Doctor Martinus sic, Sile domino & formare ei, id est, permittite omnia domino & adapta te ut formaris ab eo secundū omnē eius uoluntatē, uelut foetus in utero. Quid quæso hæc aliud uolunt q̄ mortificationem omnium quæ nostra sunt & summā in deum fiduciam? Ne æmulare &c. Felix, Ne contendas cum perducente ad prosperitatem uiam suam, cū uiro faciente scelera, Ne æmulare ut maligne

ris. Felix, Ne contendas certe ut maligneris. Peccator. Felix, impius.

Omnia quæ hic describuntur non sunt naturæ humanæ, quæ indigna Natura. tur, inuidet, ulcisci se uult aduersus malignantes, id est, maligne agētes & Gratiæ. solo odio & inuidia persequentes, quorū opera omnia etiā in speciem op- tima cum non ex fide fieri possint sunt mera iniquitas. Hanc naturam om- nes in nobis sentimus & fallimur, q̄ hic iustissimā indignandi uideamur ha- bere causam, qua certū sumus q̄ illi malignantur & inique in nos atq; alios agunt. Liberari uero ab hoc æmulationis siue indignationis onere non pos- sumus nisi per gratiam. Si ergo inuocaueris spiritum rectū, habebis hæc om- nia quæ hic describuntur, id est, iustitiam, pacem & gaudium in spiritu san- cto, ut cūq; dominus uel tibi uel alijs fecerit.

Dicit itaq; Non hoc te male habeat q̄ multi malignantur aduersum Flos iniquorū & hypocrita- rum. te & alios, & contempta dei iustitia sunt operarij iniquitatis, & tamen flo- rent coram mundo diuitijs, honoribus, fauoribus, uocantur iusti, reputan- tur sancti. Expecta paulisper & quos florere uides, arere uidebis & deci- dere uelut scænum & herbas, quæ sua sponte tandem arent, ut maxime de- sit qui demetat. Recte dixit Sophar, Job. 20. Hoc scio à principio ex quo ho- mo posuius est super terram, q̄ laus impiorum breuis sit & gaudium hypo- critæ instar pumti. Si ascenderit usq; ad cælum superbia & caput eius nu- bes tetigerit, quasi strigulinium in fine perdetur, & qui eum uiderant, di- cent, ubi est? uelut somnium auolans non inuenietur, transiet sicut uisio nocturna &c.

Spera in dominum, committe sortem tuam deo, reijce humanas cogita- tiones, Non male te habeat q̄ deus bene facit malignis & hypocritis (quæ sunt operarij iniquitatis, ut sæpe diximus, non solum crassi illi peccatores) sic cogita, Si deus illos pascit ad interitū ut pecora pinguta, nō me deseret, dabit & mihi quod edam. Si sic pascit contemptores, quomodo non pasce- ret inquirentes se? Quid si ego cū pace & bona conscientia fruor mea pau- pertate, dum ipsi sua cupiditate & conscientia torquentur? Spera, inquit, Fides & opa, hoc est, crede & fiduciam tuam omnem projice in deum, & fac bonitatem, id est, facito ex eadem fiducia quicquid facis, nam hoc solum est facere bo- num seu bonitatē, quicquid enim non est ex fide, peccatum est. Vide quæ so- mi lector, quid doceat spiritus in scripturis, nempe nihil aliud nisi fidem & fidei opera siue fructus, quæ sola sunt opera bona & fructus iustitiæ. Vbi enim dictum erat, Ne æmulare &c. addit quid facias, & duobus uerbis comprehendit summā totius sacræ scripturæ & Euangelijs. Spera, inquit, in

dominū & fac bonitatem. Hæc est fides & bona opera, Hypocritæ quia fiducia non habent in deum, sed in sua opera & merita, facere bona opera non possunt, maxime cum Christus dicat, Hoc est opus dei ut credatis in eū quem ille misit.

Inhabita terram.

Inhabita terram, id est, non sit tibi molestū in quacūq; regione fueris, nō li distorquere te, iam illic iam alibi esse cupiens, sicut illi quibus cum magna huius uitæ molestia & tedio semper sua displicet fors. Mane ubi es, nihil de erit ad uictum, si alio migrandum est tamen nutrieris ut Abraham, Isaac & Iacob, si ad exiliū missus fueris deus tibi aderit ut Ioseph. Domini enim est terra & plenitudo eius. Nec ad te pertineat etiā si damna sustinueris, nihil deerit, etiam si omnia amiseris, ut Iob. Non peribis etiam in medijs Sodomis ut Loth. si quid defuerit in fidelitati adscribito, pete panē quotidianū, nō denegabit credenti pater ille cœlestis. Huc pertinet quod additur, Et pasce ris in diuitijs eius, de quo supra diximus.

Delectare in domino.

Delectare in domino, id est, placeat tibi quicquid facit deus, & dabit tibi quicquid desiderauerit cor tuum. Nōne hæc est magna spiritus dei promissio? quid amplius requiris? Reuela domino uiam tuam, id est, quicquid tuum est, quicquid agis & acturus es apertū sit & manifestum coram domino, illic committe disponendum &c. Et spera in eum, id est, crede ipsum omnia bene curaturum, & ipse faciet quicquid sibi bonum uidetur, non tu facies, ut illi qui sua se prouidentia & consilio gubernare uolūt ignorantes omnia esse in manu dei.

**Iustitia fidei
Rectū iudiciū**

Et educet &c. Non indignare fili q. tua damnentur & obscurentur, illorum fulgeant ut sol. Tantū cōmitte deo, Erit quando omnibus patebit illorum peruersitas & tua iustitia. Præterea & hoc dicimus, Si speraueris in deum nō solum curabit ad hanc uitam tibi necessaria, sed etiā ad salutem, faciet fulgere iustitiam tuam sicut lumen, & iudiciū tuum sicut meridiem. Id est, iustus eris & recti iudicij, ut erroribus non seducaris. Iustus enim ex fide uiuit & spiritualis homo dijudicat omnia. talia dat deus, ipse faciet, natura nostra non habet. Tu uero tantū fac quod sequitur, Subditus esto domino, id est, in omnibus obtempera te eius uoluntati & ora eum ut hoc ipsum possis, caue ne ex te præsumas sequi dei uoluntatem, ora deum, ipse dabit spiritum bonum petentibus se. Aliter ex Hebr. eo legitur id quod supra diximus.

**Patere &
abstine.**

Ne emulare prosperantem in uia sua, id est, cui omnia prospere succedere uidentur & tamē non credit siue fiduciā habet in deū. Hæc est expo-

fitio primi uersus. Desine ab ira &c. non quære uindictã, non redde malum pro malo, ne perdas dei gratiã & similis uel uindictam cupiendo uel uindican-
dicando sis illi qui malignatur. Malignus est uide ne uindican- & tu sis
malignus, deus utrũq; respicit &c. Prouer. 20. Ne cogites, reddam malum
pro malo, spera in dominũ & dabit salutẽ tibi. Quoniã, inquit, malignan-
tes, id est, maligne agentes siue irritati siue nõ irritati, nihil interest. Exter-
minabuntur, id est, de terra perdentur, sicut dicitur Prouer. 2. non regna-
bunt semper super terram. Expectantes autẽ dominũ, qui suo tẽpore om-
nia faciet & pro iustis & contra impios, ipsi hereditabunt terrã, id est om-
nĩ creaturarũ erunt in eternũ domini. quid enim nunc habent impij, qui
etiam quæ habent nulla cordis quiete & pace possident? imò hæc ipsa quæ
habent & habere contendunt non sinunt ipsos pacem, quæ omnem exube-
rat mentem, habere. alius enim pro diuitijs, honoribus, uoluptatibus certat,
alius pro iustitia sua non dei misere distorquetur, & ut ille damno cepto
dolet, ita hic non dolere nõ potest dum sua damnantur. quæ est miseria mi-
seriarum. Contra ait, Mansueti delectabuntur in multitudine pacis, ut ma-
xime omnia sibi uideant intentari quæ hic sequuntur. gaudent enim certi
de remisso peccato & q. heredes iam facti sunt dei in regno eterno. Eadem
sententia est in Euangelio, Beati mites, quoniam ipsi hereditabunt terram.
Vide quæ dixi psal. 15. & 26.

Hereditabunt
terram.

Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eũ
dentibus suis. Dominus autẽ irridebit eũ, quoniã
prospicit q. ueniat dies eius. Gladium eduxerunt
peccatores, intenderunt arcũ suum, ut dericiant in-
opem & pauperem, ut iugulent rectos corde. Gla-
dius eorum intret in cor ipsorum, & arcus eorum
confringantur. Melius est modicũ iusto super diui-
tias peccatorũ multas. Quoniã brachia peccatorũ
confringentur, confirmat autem iustos dñs. Nouit
dominus uias immaculatorũ, & hæreditas eorum

in æternū erit. Non confundentur in tēpore malo,
 & in diebus famis saturabūtur, quia peccatores pe-
 ribunt. Inimici autē domini mox ut glorificati fue-
 rint & exaltati deficientes quemadmodum fumus
 deficient. Mutuatur peccator & non soluet, iustus
 autem miseretur et tribuit. Quoniā benedicentes
 ei hæreditabunt terram, maledicentes autem ei ex-
 terminabuntur.

*viri sanguinū
 & dolosi.*

Obseruabit peccator iustū, se3 ut inueniat occasionē calūniā di, dānandi,
 occidēdi, ut auferatur de terra uiuentiū ut hæreticus, ut seductor populi, ut
 male sentiens de statutis seniorū, id quod Christo factum est ab hypocritis,
 phariseis & scribis & ab ijs qui optimi uidebantur in populo, ne hic cogi-
 tes publicos latrones & adulteros, quos quid attineret sic describere, cum
 etiā & à mundo & à seipsis iudicentur: Eò scilicet procedūt illi in specie
 pij & sancti ac religiosi dei cultores, ut tandem uiri sanguinum esse sese
 prodant, & tamen uel sic se fingunt obsequium prestare deo, ut alibi dixit
 mus. Tales erant qui dissecabantur cordibus & stridebāt dentibus in Ste-
 phanum quasi lupi onem laceraturi, Act. 7. Felix, Cogitat impius aduersus
 iustum. Verū caue ne hoc tua referre putes, nihil fiet quod deus nō uult tibi
 in salutē, ut maxime ille sentiat impie qui frendet dentibus in te, Nam domi-
 nus irridebit, inquit, omnia quæ ille machinatur. Videt enim q̄ tempus iudi-
 cij eius ueniet super eum, tunc uel sero pœnitebit cum stulticiæ suæ, quā sa-
 pientiam & iustitiam uoluit uideri.

*Gladius.
 Arcus.*

Gladium eduxerūt ex uagina impij &c. Gladio, id est, aperto Marte, &
 arcu, id est, insidijs impetunt pauperem & inopem, id est, ab omni humano
 presidio derelictum & in solo deo fidentem, qui omnibus bene, nemini ma-
 le uult, nisi q̄ uerbo dei adheret quo omnia humana damnantur in re salu-
 tis. Ut iugulent rectos corde, id est, bene de deo & de omnibus rebus senti-
 entes, id quod animales homines sua sapientia excæcati ferre non possunt.
 Sed (quod dicitur) suo se gladio iugulant, & cadunt in laqueum quem sibi
 parauerunt, dum persequēdo ueritatē promouent, quæ alioqui apud pau-
 cissimos pios latuisset, dūmq; in iudicium dei incidunt qui alios damnare

propter dei uerbum nituntur. Quid latius audiri potuit contra Euangelij
persecutores, quam q̄ dominus iridebit eos, sicut & in Psal. 2. dictum est?
Ride ergo cum deo & expecta finem. Tu uerbum dei habes, illi traditiones
humanas, quibus nihil aliud querunt quā sua, non deseret uerbum suū qui
seipsum negare non potest. Aduerte non frustra me interpretatum gladium
apertam inuasionem, arcum, insidias. Nam qui gladio pugnat ui inuadit &
aperte, sagitta uero prius uulnerat quā praeuideatur. Vnde Psal. 10. Quo-
niam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pha-
retam ut sagittent in obscuro rectos corde. & Psal. 63. Qui exaceruerunt ut
gladium linguas suas, intenderunt arcū rem amaram ut sagittent in oculis
innoculatum. Vbi praeterea uides linguas corū esse gladium. Clamant
enim inuocantes brachium seculare qui brachiū domini perdidērunt. Tol-
le tolle crucifige eum, nobis non licet interficere quem quā ne fiamus irregu-
lares, sed ne praesentes quidem esse licet, ut non contaminemur manduca-
turi pascha, uolumus tamen ut occidatur ne perdamus locum nostrum &
gentem: Si non esset hic hereticus non tibi tradidissēmus eū, nos ante mor-
ti eum adiudicauimus, non opus est ut examines caussam, tantum tu esto li-
ctor noster ut occidas, non iudex ut caussam audias. Hoc de corporibus, ut
interim non dicamus q̄ isto gladio linguae multa milia animarū occiderunt,
qui gladium spiritus, quod est uerbum dei, non habent, dum tamen docere
uolunt quae dei non sunt.

Lingua gla-
dius.

Melius est modicū iusto &c. Hoc est quod ante diximus, deum suos etiā
in paupertate bene nutrire & eis se prestare benignum patrem. Diuitiae
uero peccatorum siue potius impiorum sunt omnia in quibus ipsi confidunt,
pecunia, honores, sanctitatis fama & opinio probitatis. Et certe hodie qui
sanctitatis nomen obtinuerunt quasi à mundo separati spirituales non se-
culares, hoc nomine obtinuerunt mundi diuitias, & inter hos imprimis illi
qui paupertatis sese iactant professores. Sed sequitur, Quoniā brachia im-
piorum, id est, omnia in quibus confidunt & nituntur confringentur: sicut
confracta est Damascus in qua sperabat Ephraim, sicut confracta est Aegyptus
in qua sperabat Iudas, ut haec uidere licet in Esaia, Hieremia & Ezechiel.
Nihil prodest ubi iudiciū uenerit & interius super Babylona, Esa. 13. Con-
firmat autem iustos dominus, id est, ceteris cadētibz stabilit, confortat &
saluat, qui ante debiles & iacere uidebantur. His magnus questus est pietas
cum sufficientia, uide cetera. 1. Tim. 6.

Melius modi-
cum iusto.

Immaculatus.

Nouit dominus uias immaculatorum. Quis quæso est immacultus nisi cui non imputat dominus peccatum? Psal. 31. quem tam sepe hic iustum legis, id est, iustificatum iustitia dei per fidem. uide Psal. 14. Hic scit omnes uisitas nostras esse uelut pannum menstrua patientis foeminae, Esa. 64. & non iustificari in conspectu dei omnem uiuentem, gratia uero dei sola esse id quod est. Horum immaculatorum uias dominus nouit, ut est in Psal. 1. Ex Heb. uero legitur, Nouit dominus dies immaculatorum, id est, tempora auxilij eorum, quapropter illi omnia committant, qui, ut supra dicitur, prospiciet etiam quæ ueniet dies impij. Psal. 9. Adiuor in opportunitatibus in tribulatione. Psal. 30. In manibus tuis sortes meae uel tempora mea. Et hereditas, inquit, eorum in æternum erit. nam & hic quoque sat habebunt, qui dicere possunt, Dominus pars hereditatis micæ & calicis mei, Psal. 15. Sic infra, iustitiam hereditabunt terram & inhabitabunt in seculum seculi super eam. Vnde sequitur, Non confundentur, id est, non patientur repulsam à deo in tempore malo, scilicet et belli & famis & tentationis, Et in diebus famis saturabuntur curante deo, quando impij percunt omni spe destituti, non enim credunt deum esse prouisorum, liberatorem, patrem.

Inimici uero domini &c. Magna consolatio quæ hactenus inimici tui iam domini inimici dicuntur, nihil metuito satis fortis & potens est tua pars, tua causa non cadet. Vide hic eorum finem, ut supra, Quoniam tanquam foenum uelociter arescent &c. illorum gloria, quia non est dei, manere non potest. Caro enim & foenum est Esa. 40. Verbum autem domini stabit in æternum. Vel hac comparatione discere quam turpiter pereant qui sibi aliquid coram hominibus esse uidentur. Fumus subito euanescent in auras, & dum interim durat nitentia offuscatur, oculos lædit, uisum impedit & diem, si fieri possit, nititur obscurare. Vide quid ista uelint. Fe. sic legit, Et inimici domini uelut adeps agnorum (scilicet qui sunt, id est, pingues) defecerunt, in fumo defecerunt, id est, cum fumo euauerunt.

Impius non soluit. Mutuatur peccator uel potius impius, & non soluit. Impius licet abundet det multis diuitijs tamen etiã non reddit id quod debet, aut non libenter redit, dum potius retineret si posset aliquo colore, ut non diceretur uir infidelis, adeo perdit hæc misera cupiditas rerum. Dabant quidem nostri antea clericis & monachis, sed sua dando per errorem quærebant maiora, emebant enim missas, uigilias, merita, fraternitates, participationes omnium bonorum quæ sunt in cappis, id est, pediculorum, ut interim impietates non mouerent amplius. Nam hodie postquam didicerunt propter talia non esse dandum, dant pauperibus.

ut consulant suorum ciuium paupertati, quod negant monachi? Nequaquam, non enim nouit impietas pietatem. Contaminant potius omnia iniustis lucris & usuris & mendacijs, ut nusquam fides sit, ut nescias cui credas.

Contra, Iustus miseretur & tribuit. Vides longe diuersum de utroque iudicium: Impius etiam non dat quod debet amico, Iustus dat etiam quod non debet illi à quo non accepit siue amico siue inimico modo egeat, nulla ratio ne nisi quod misericordia mouetur, quo uerbo affectum dantis notauit spiritus, quem affectum impij non habent, ut maxime per hypocrisim uideatur quã doq; pauperibus dare, Matth. 6. Vides praeterea impios in diuitijs esse pauperes, Iustos uero in paupertate adeo esse diuites ut suis diuitijs effluant quoque in egenos & alios sibi beneficijs deuinciant, secundum Tobiae sanctissimam admonitionem.

Iustus dat.

Miseretur.

Quia benedicentes ei, id est, domino, nam praecessit, Inimici autem domini &c. Id est, qui inuocant eum in necessitate, qui semper sanctificat nomen eius, qui semper gratias agunt de beneficijs acceptis & gratia dei, erunt eius heredes, quia domini est terra. Maledicentes autem ei, id est, inimici eius & blasphematores uerbi & ueritatis eius qui sua magnificiunt & merita uiresque humanas, disperdentur & eijcientur. Si autem intellexeris, benedicentes iusto & maledicentes iusto, in idem redit, nempe propter iustitiam iusto à iustis benedicitur, & propter eandem eidem ab impijs maledicatur. Et Christus dicit, Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Felix sic, Quia benedicti ab eo hereditate accipient terram, & maledicti ab eo ex-terminabuntur. Si de deo intelligis clara sententia est, Ipse benedicit suis etiam temporaliter, sicut benedixit Ioseph in omnibus, et maledicit impijs ut uel turpi egestate cum peccato & iniusto lucro uictum querant contra deum uel abundantia sua misere intus torqueantur, ut supra diximus. Si de iusto intelligis, certum est quod spiritualis homo dijudicat omnia, ideo ego ut benedictionem dei accipio iusti benedictionem, & maledictionem eius uereor, ut dei maledictionem, quia non maledicit & tradit Satanæ nisi certus spiritus quod mihi maledictio debeat.

Benedictio & maledictio dei & iusti.

A domino gressus hominis dirigetur, et uiam eius uolet nimis. Cum ceciderit non collidetur, quia dominus confirmat manum eius. Junior fui etenim se-

nui & non uidi iustum derelictum, nec semen eius
quærens panes. Tota die miseretur & commodat iu-
stus, & semen eius in benedictionem erit.

Dominus dux

Hæc est prouidentia dei patris erga filios, dirigit omnes gressus ne labantur, & uiam eorū diligit nimis, id est, maxime curabit, ut omnia eis bene succedant, ut uia eorum sit recta, ne errant, omnia in eis ipse per gratiam cum iucunditate operabitur. Alioqui si nostra studia & consilia secuti fuerimus errabimus. Prouer. 20. A domino diriguntur gressus uiri, & quis hominū intelligere potest uiam suam? Cū ceciderit non collidetur, id est, si etiā damna passus fuerit, si etiā uenerit in manus inimicorū, si etiā sic cū eo agatur ut totus mundus de eo desperet, addo si etiā errare coeperit, si etiā peccauerit, ut discat cognoscere quid ex se & quid ex gratia sit, tamen nō collidetur, nō frangetur, non peribit, quia dominus tenet manū eius, sicut paruum manū tenet pater ut cadens non cadat. Idcirco dicitur, inuidis & qui libenter quærūt occasionē infamiae aduersus pios. Prouer. 24. Ne insidieris & quæras impietatem in domo iusti, neque uastes requiem uel cubiculum eius. Septies enim cadet iustus & resurget. Impi autē corrueunt in malum.

Iustus ne cadens quidem perit.

**Experientia
fidei.**

Iunior sui &c. Ex experientia sua loquitur. quis enim unquam inuocauit dominum & derelictus est? Dominus prouidet iusto, id est, credenti & fidenti deo (nam de illo solum hic fit mentio) etiam in infirmitatibus, damnis, carceribus, dans talem mentem ut dum omnia abesse uidentur tamen nullo indigeat. Exemplum est Ioseph. Quomodo igitur non prouideret nobis in communi ista uita? Felices profecto nimiumque beati si crederemus. Nec uidi, inquit, semen eius, id est, filios paternæ fidei imitatores, quærens panem, id est, mendicans. Tantum abest ut aliquid iusto desit ut etiam filijs relinquat unde uiuant, modo & ipsi credant deo. uide Psal. 33. & 22. Recte monuit Tobias filium, Fili mi pauperem quidem uitam gerimus, sed habebis multa bona, si timueris deum. Sequitur uero quod mireris, id quod & Tobias fecit. Tota die, id est, iugiter & quamdiu uiuit, quam diu durat iustus huius uitæ dies, miseretur egentis, & commodat ubi non uidet necessarium ut det, quemadmodum supra dixit, Miseretur & dat. Et hic tantum abest ut meruat sibi egestatem iugiter dando & commodando, ut etiā filij eius sint in benedictione, id est, multiplicentur, augeantur, ditentur, sat habeant à domino: Id quod & Prouer. 11. ex Heb. sic legitur, Est qui diuina

Dat.

**Commodat.
Nihil deest.**

dit & augetur ultra, & qui abstinet à recto certe deficiet. Vulgo sic legimus, Alij diuidunt propria & ditiores fiunt, alij rapiunt non sua & semper in egestate sunt.

Declina a malo & fac bonum, & habita in seculum seculi. Quoniã dominus amat iudiciũ, & non derelinquet sanctos suos, in æternũ conseruabuntur. Iniusti autem punientur, & semen impiorum peribit. Iusti autẽ hæreditabũt terram, & inhabitabũt in seculum seculi in ea.

Iniusti autẽ punientur, nõ est in Hebræo, quanquã sententiæ nihil obsit.

Declina &c. psal. 33. Curet omnia deus, at cũq; omnia accidant, tu tantũ ora ut possis ambulare in nouitate uitæ abiecta ueteris hominis uetustate. & habitabis in æternum, id est, eris æternus hæres omnium bonorũ domini tui cuius iam per fidem es filius. nam seruus nõ manet in domo in æternũ, sed filius Ioan. 8. Apertius hoc dicitur in sequentibus, Iusti autẽ hæreditabunt.

Quoniã dominus amat iudiciũ & id quod rectum est, ergo aduersariorum causa damnabitur & tua perire tandem non potest &c. Impij autem exterminabũtur, extra domum quã iam iniuste occupant, ut dixi psalmo. 8. eijcientur cum semine ipsorum, id est, cum filijs et quotquot paternæ impietatis sunt imitatores.

Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudiciũ. Lex dei sui in corde eius, & non supplantabitur gressus eius. Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum. Sed dominus nõ derelinquet eum in manus eius, neq; damnabit eum cum iudicabit eum.

Non supplantabitur. Felix, Non cõmouebũtur, id est, nõ labẽtur. Peccator. Fe. Impius. In manus eius, id est nõ finet ut ueniat iustus in manus impij, quis hoc impius molietur. Fe. In manus eius, id est, ut maxime sit in manu im

pij ne sic quidem derelinquet eum dominus. Si enim nondum hora eius est feliciter euadet, si hora eius est feliciter patietur & morietur cōmēdans sp̄ritum in manus patris, qui spiritus manu hostili nec premi ut cōsentiāt, nec teneri potest. Neq; damnabit eum cum iudicabit eum, id est, ut maxime suo iudicio deus quādoq; terruerit & presserit iustum, sicut saepe uides in psalms, uel psalmo sequētis, tamen non damnabit eum. Impij uero ubi iudicari cōperint desperātes pereunt. Vt uero ad Hebraeū aptes sic interpretare. Neq; damnabit dominus iustum cum impius iudicabit eum scilicet iustum. Re. Neq; condemnabit eum dum iudicabitur ipse, scilicet ab impijs.

Sapientia prædicata declaratur q̄ sint uiri sanguinū.

Hic uides, quod saepe monui, odij causam, unde ueniat ut impij qui sanctis fulgent & florent nominibus, concepto odio tandem sese prodant esse uiros sanguinum. Os iusti meditabitur, loquetur, prædicabit sapientiā quā deus sapientiam iudicat, nō mundi sapientiam & adinventiones humanas fictasq; religiones & excogitatos dei cultus, quæ sapientia dei ut stulticiā & impietatem damnat, uult enim ut non sequamur quod nobis rectum uidetur, sed quod ipse iudicat rectum secundū suam sapientiam, id est, secundū suum uerbum, ut recte oremus, Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra. Et lingua eius loquetur iudicium, id est, illud quod iustum est, quo iudicat & damnat inutiliāq; & nociua ostendit & ex uerbo dei declarat ad salutem, omnia nostra, ut cūq; optima iudicetur ab animali homine qui sp̄ritum dei non habet. Sed unde uenit q̄ iustus loquitur sapientiā dei & iustitiam? Respondet, ex radice cordis hoc uenit, ex abūdantia cordis os loquitur, non potest non fateri ueritatem, quia lex dei, uerbum uita est in corde ipsius, uide Psalmo. 1. quam legem nemo potest intelligere, nemo potest recte prædicare nisi eā habeat in corde, id est, diligit & secundū eam uiuat, id quod sola fides in deum efficit. Hæc est lex spiritus uita scripta in cordibus à deo secundū prophetiam Hieremiæ ca. 31. Impij & hypocritæ in libris tantū eam habent, modo habeant, & non ex corde eam loquuntur nec scientes de quibus affirmant. Itcirco, inquit, nō supplātabitur gressus eius, id est, nō errabit, nō cadet à uia iustitiæ. Hic hic obseruat impius iustum, sicut supra dictum est, & querit studio cordis mortificare eum, ut maxime non mortificet, uellet illum iustum nō esse, uellet illam ueritatem quā audit non esse ueritatem, uellet non ita haberi in sacris literis. nōne hinc uidelicet, quare supra appellauerit inimicos domini, odit deum talis impius & hypocrita qui talem mūdo prodidit ueritatem, quā optime sentit cum suis cupiditatibus non conuenire. Sed licet iustus iudicetur ab impio, proclamo

Viri sanguinum

tur blasphemus & hereticus, damnetur sexcentis excommunicationibus, & præterea licet occidatur, uolente benigno patre, tamen dominus non damnabit eum. Gloriantur quidem illi quasi spiritu sancto congregati, omnia faciunt in nomine domini, sed dominus non damnabit eum: Non spiritus sanctus sed spiritus diaboli & regnum Satane illic est, ubi quæruni iustum mortificare, Ezechielis. 13. Mortificant animas que non moriuntur, & contristant & mœrere faciunt cor iusti mendaciter, quem dominus non contristauit &c.

Expecta dominum & custodi uiam eius, & exaltabit te ut hæreditate capias terram, cum exterminabuntur peccatores uidebis. Vidi impium elatum & eleuatum sicut cedros libani. Et transiui & ecce non erat, & exquisiui eum, & non est inuentus locus eius. Custodi innocentiam & uide æquitatem, quoniam reliquæ sunt homini pacifico. Iniqui autem exterminabuntur pariter, reliquæ impiorum exterminatæ erunt. Salus autem iustorum a domino, & protector eorum in tempore tribulationis: Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos, & eripiet eos a peccatoribus, & saluabit eos, quoniam sperauerunt in eum.

Peccatores. Fe. Impij. Vide impium &c. Fe. Vidi impium robustum & integrum, sicut laurus uiridis, uel sicut arbor uegeta. Locus eius, non est in Hebræo. Quoniam reliquæ sunt, uel residuum est homini pacifico, id est, quando iniqui cum suis reliquijs eijcentur, iusto erit residua sua iustitia & suum semen, id est, filij imitatores iustitiæ paternæ. Vocatur uero hic pacificus, qui omnibus bene uult, beneficit, dat, commodat, conciliat discordes, uerbū prædicat, quo peccata redduntur conscientie, credentium. Non sic

COMMENTARIVS POMERANI

412
 viri sanguinum. Fe. Quoniam nouissimum uiro pax, id est, tandem fructus
 eius erit eterna pax, qui in felicitate uidebatur agitari per impios. A peccat
 toribus. Felix. Ab impijs.

Expecta dominũ, noli festinare, ueniet suo tempore, tu custodi uiam eius
 ut non desleetas, uel ob tuam crucem, uel ob impiorũ, gloriam, te glorifica
 bit eterna hereditate, licet nunc uidearis deiectus & despectus: Noli uelle
 uidere ante tempus, quando ex terra eijcientur impij, tunc uidebis, id quod
 consummabitur in extremo iudicio. Particularia tamen iudicia iam uidi
 mus, Vidi, inquit, impium elatum eleuatum, sicut cedros libani, ut Goliath,
 Saulem, Achitophellem, Absalonem, Et transiui, id est, paululũ deinde uixi,
 postq̃ uidi elatam gloriam impij, & ecce ne apparebat quidem, & ad nihili
 lum redactus erat, qui se putabat cedris altiore. Confidamus & nos, qui
 nunc insaniunt contra nos post paululum cum toto suo regno non erunt,
 satis regnarũt hypocrite, cœperunt iam occidi spiritu oris Christi, id quod
 optamus eis fieri in salutem.

Vidi impium
 &c.

Custodi innocentiam, tu nemini noce, obserua quod rectum, hereditas
 sequetur, qua impij carebunt. Ista ad te pertinent, reliqua non curato, com
 mite deo. Ut maxime paupertate premi uidearis, diuissimus es qui has dei
 promissiones habes quæ hic sequitur. Salus autem iustorum &c. Omnium
 autem bonorum causa subditur, Quia sperauerunt in eum, non dicit, quia
 hoc & illud fecerunt, sic ederunt, sic uestiti fuerunt &c. quæ est egregia fi
 dei commendatio, Atq; hinc uides, q̃ omnem salutem psalmus refert in fidu
 ciam dei, Nam ab ea cœpit, dicens, Spera in dominum, & fac bonitatem, in
 eadem finit, salus iustorum à domino &c. quia sperauerunt in eum. Beati
 ergo omnes, qui sperant in eum, maledicti omnes qui sperant in alium
 quemcumq; aut quantumcumq; sanctum, aut in aliud quodcumq; sit, &
 quantumcumq; sanctum.

Omnia fidei
 sue fiducia
 sunt.

PSALMVS XXXVII.

Titulus. Psalmus Dauid ad reminiscendũ.

SV MMA. Psalmus est ad reminiscendũ, id est, ad agnoscendam corrup
 tionem & fragilitatem nostrã, quam Christus pro nobis portauit, absq; suo
 peccato, peccatorũ nostrorum factus reus, ut diximus psal. 17. qui hic dicit
 & quisq; fidelis in ipso. Non est sanitas in carne mea &c. Quoniã iniquitas
 meam annuntio &c. Quod enim nos sumus in culpa, Christus factus
 est in peccatũ. Heb. 4. Tentatum per omnia pro similitudine absq; peccato.

Itaq; istam uere pœnitentis uocem, & pro se & pro nobis orauit, ut & nos ex ipso orare discamus. Confitetur ergo hic conscientie terrorē, animi angustiam, peccatum, infirmitatem, lapsum, tentationes in carne, desperationis impetum, derelictionem ab omnibus, uolentiam, & dolos aduersariorum. Horum si nondum reminiscimur, saltem ex domini passione discamus agnoscere in nobis, quæ tamen si uere etiã peccata nostra, & id quod sumus iudicare coeperimus ignorare non licet, certe tentatio docebit. Inde ubi dicit, Ego autē tanq; surdus &c. dicit se inimicis tacuisse, & soli domino locutum esse in omni & mentis & corporis afflictione, quod & nobis summo pretere notandum est, atq; hoc agit usq; in psalmi finem.

Domine ne in furore tuo arguas me, neq; ira tua corripas me. Quoniã sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, sicut onus graue grauatae sunt super me. Foetuerunt & putruerunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ. Miser factus sum & curuatus sum usq; in finē, tota die contristatus incedebam. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam præ gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est, dereliquit me uirtus mea, & lumen

oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

Iudicium sentire. Confirmasti super me manum tuam, id est, non cessas tuo tremendo iudicio me persequi, & tentationes carnis & spiritus mihi suscitare. Foris caro pugnat contra me, querens dulcia, tranquilla, sua, & sua sapientia animali disputans semper contra me, ut quicquid in me est fidei, auferat. Intus uero sunt tremores & angustie in spiritu, ut adigar ad desperationem propter peccata mea & impietatem totius uite meae, propterea quod nihil sentio fidei & consolationis in hoc tentationis tumultu. Accedunt aduersarij, & qui etiam amici erant, & dicunt, Non est salus ipsi in deo suo, qui ob confessam ueritatem irrident, obloquuntur, blasphemant, argumentis omnibus utuntur, ut me abducant a ueritate, omnes assentiuntur eis, nemo sentit pro me, & tu ipse o deus meus aduersaris mihi, dum sic intus & extra impetor & labor, nemine iuuante, necesse est in his inferis, & hac morte in eternum manere & blasphemum esse cum blasphemis contra te, nisi, quam ad te oro, iam audias orationem meam. Talia habet psalmus, quae ex litera non discis, tentatus quandoque scies. Vide quae dixi psalmo. 6. Porro haec sententia, psal. 31. sic dicitur, Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua. Felix, Et depressa est super me manus tua, id est, non extenta est ad percutiendum, ut Esayas dicit, sed depressa est super me, hoc est, iam iam percussit & sentio eam.

Non bonum in carne. Usque in finem, id est in eternum, scilicet nisi tu liberares ex hoc iudicio, quod sentio. Verum ex Hebraeo legitur, Incuruatus sum, humiliatus sum uehementer. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, id est, carnem meam ex Adam inuenio abominationibus & immundicijs plenam & stultam, male patitur & uoluptatem iudicat, male sentit & sapientiam uult haberi, & sua infirmitate & stulticia fortificatur contra me, & concupiscentia sua me nititur superare, ita ut non inueniam in carne mea bonum, Ro. 7. Interior macula se sepe per membra externa ostentat, ut non liceat mihi ignorare qui sum. Felix, Quoniam ilia mea repleta sunt combustione, id est, ignis tentationis meam carnem examinat &c. A gemitu. Fe. praepalpitatione, id est, trepidatione. adeo anxie laboraui terrore tui iudicij. Conturbatum est. Fe. Circumuiuit, scilicet, praetimonis & horroris magnitudine.

Quicquid sumus nunc, nihil est tunc. Dereliquit me uirtus mea, id est, robur & animi & corporis, tremunt omnia, languent omnia, caro, ossa, spiritus, & lumen oculorum meorum, scilicet licet dereliquit me, non uideo quomodo euadam, non uideo auxilium, non

tellectus & sapientia mea perijt. Sileat hic stulta philosophia, cum sacra theologia hic nihil sit, unicū restat remediū deus, sed hic quoq; uidetur aduersari. Quod ad sententiam uerborum attinet, non multum attinet uti la-
 boremus. Non ignotum est quod sepe monui, faciem presentiam significare: ut significet, A facie iræ tuæ, à presentia iræ tuæ quā sentio. A facie peccatorum meorum, id est, à presentia peccatorum meorum, quæ quāuis & antea presentia erant, non tamen agnoscebam, nūc reuelata lege iudicium dei sentio. Idem est quod infra dicit, A facie insipientie meæ. Cicatrices uero
 sunt eadem peccata & concupiscentia & infidelitas, quæ putamus abesse, & omnia sanata esse, sed suo tempore se produnt, fatent & putrent, ut uideamus quā nihil simus absq; gratia dei. Neq; hoc non sepe monui quod dicit, Tota die, significare, iugiter. Porro quod dicit, Domine ante te, uel coram te omne desiderium meum &c. significat, Maior est omnino angustia mea & liberationis desiderium, quā ut exprimere ualeam, domine tu nosti melius me. Quæ uerba non sunt desperantis, licet sibi in angustia desperare, & derelictus à deo uideatur. Hæc, inquam, notissima puto quod ad litteram attinet. Verum de sagittis altius repetamus.

Facies.

Cicatrix.

Tota die.

Sagittis uulnera infligi quis ignorat? Sagittæ ergo domini sunt, quibus ipse uulnerat & sagittat, quosdam ut inexcusabiliter pereant, quosdam uero ne pereant. Fulmina autem dicuntur sagittæ, ut psal. 17. Et misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit & conturbauit eos. Item, psal. 76. Vocem dederunt nubes. Etenim sagittæ tuæ transeunt. Vox tonitruui tui in rota. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ &c. Item Psalmo 143. Tange montes & fumigabunt, fulgura coruscationem, & dissipabis eos, emitte sagittas tuas, & conturbabis eos. Significant ergo non obscure uulnera conscientiarum, & terrorem iusti iudicij dei & iræ comminationis diuinæ contra nos, quibus certe tonitruis magis horrenda, ad quæ naturam, quia ualde impar est, necesse est perire. De quibus Iob. 6. Verba, inquit, mea dolore sunt plena, quia sagittæ domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores domini militant contra me. Et psal. 44. Sagittæ tuæ acutæ in cordibus inimicorum regis. Hæ sagittæ domini insiguntur etiam ministerio impiorum hominum, psalmo. 10. Quoniã ecce peccatores intenderunt arcum &c. psal. 36. Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcū suum, ut decipiant &c. psal. 63. Intenderunt arcū rem amaram &c. Insiguntur & ministerio diaboli, & tūc proprie inscripturis solent ignitæ appellari. Inflammant enim ad concupiscentiam,

Sagittæ in scripturis.

ad iram, ad impatientiam, ad blasphemias & desperationem, & incendunt ignem illum æternum, nisi rursus extinguantur aqua sapientiæ salutaris, id est, fide promissionum diuinarum, sicut in Dauide fuerunt extinctæ accepta remissione peccatorum post homicidium & adulterium. De quibus psal. 7. Nisi conuersi fueritis &c. Et psal. 119. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs, id est, oia uasantibus. Vnde & Paulus Ephe. 6. In omnibus sumetes scutum fidei, in quo positis oia ignea tela nequissimi extinguere. Nõ mireris, si dico domini quoq; hæc esse tela, cū legas Ro. 1. propter quod tradidit illos deus &c. qui & per diabolū percussit Iob uirū piū. Cū autē impios sic tradit deus, & percutit, non queritur in scripturis, q; peccauerūt, sed q; non agnoscunt manum percutientis, sicut Iob agnouit, qui dixit, Manus domini tetigit me. Et hic in psalmo, Confirmasti super me manum tuā. Id quod uidet Esaiæ. 9. In omnibus, inquit, his nõ est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta, & populus nõ est reuersus ad percutientem se, & dominum exercituum non exquisierunt. Hæ omnes sagittæ, terrores, & pœnæ fuerunt infixæ Christo. Et licet concupiscentia uulneratus non fuerit, quippe qui peccatum non fecit, tamen propter hanc uel solam, quæ est in nobis, damnatus à patre propter nos fuit.

Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerunt et steterunt. Et qui iuxta me fuerant a longe steterunt, et uim inferebant quærentes animam meam. Et quærentes mala mihi locuti sunt uanitates, et dolos tota die meditati sunt. Ego autem tanquam surdus non audiebam, et tanquam mutus non aperiens os suum. Et fui sicut homo non audiens, et non habes in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speraui, tu exaudies me domine deus meus. Quoniam dixi, ne quando insultent mihi inimici mei, et dum commouebantur pedes mei super me magna locuti sunt. Quoniam ego

in flagella paratus sum, & dolor meum coram me est,
semper. Quoniam iniquitatem meam ego annuntiabo,
& anxius ero de peccato meo. Inimici autem mei ui-
uunt, & confortati sunt super me, & multiplicati sunt
qui oderunt me inique. Qui retribuunt mihi mala
pro bonis caluniantur me, quoniam sequebar bo-
nitatem. Non derelinquas me domine deus meus, ne disce-
das a me. Intende in adiutorium meum domine salutis meae.

*Aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Fe. Ex aduerso plagae
meae stabunt, id est, tantum abest, ut consolentur, ut etiam augeant dolorem.
Et uim &c. Fe. Et posuerunt tendiculam querentes animam meam, & perscri-
bentes malum meum, locuti sunt prauitates, & fraudes tota die meditabun-
tur. In flagella. Fe. ad interitum. Annuntiabo. Fe. Indicabo. Qui retribuunt
mihi, in Hebr. eo non est mihi, ut sit sententia, qui non norunt pro bonis re-
tribuere, nisi malum, fecerunt mihi talia. Intende. Fe. Festina.*

*Amici & ini-
mici appetunt.*

Amici.

Inimici.

Haec dixit de iudicio dei quod intus sensit, iam uero de illo ipso per il-
los, qui extra nos sunt, & amicos & inimicos aucto, ita ut desperare necesse
esset, nisi benigni patris manus teneret iustum, ne cadens, collidatur, ut
dictum psalmo superiore. Haec Christo contigisse quis nescit? Amici sic op-
pugnant. Tu uideris tibi ueritatem amplecti, solus tibi sapias, tam multo
docti & sapientes uiri & boni uellent aequo saluari, ut tu, cur concilias ti-
bi odia omnium, dolemus uicem tuam, Haecine pietas est sentire con-
tra omnes? non est hoc Christianae modestiae &c. Vbi uero uiderint &
audierint te omnibus esse odio, a potentibus, sapientibus, sanctulis con-
temni, damnari, malis affici, stant a longe, dicentes, Diximus ei, nemi-
nem uult audire, utinam adhuc saperet, contra omnes sentit, habe-
at sibi nunc quod habet. Alij uellent quidem quem iustum sciunt non
pati talia, sed non audent ne hiscere quidem contra, plus timentes ho-
mines quam deum, plus timentes suis rebus & honori, quam ueritate.
Tales sunt amici, dum interim inimici qui male uolunt uerbo dei
eum inferunt, querentes animam, id est, uitam ad interitum. Vitam dico

non solum carnis sed etiam spiritus: nam hanc potius querunt, ut in san-
 ctis & uolentis doctrinis, quæ non sunt secundum uerbum dei auersi à uita re-
 eta, cum eis sentiamus. Hic omnibus dolis & persuasionibus agunt. Putas
 sanctos patres non intellexisse scripturam, ut maxime uerba aliter uidean-
 tur sonare, quàm ipsi interpretati sunt? longa temporis præscriptio, mul-
 titudo sapientum sic sentientium, tam religiosus dei ubiq; cultus etc. apud
 te nihil sunt? Nonne obediendū est maioribus, apud quos est loco dei man-
 dandi autoritas? Vide has & illas scripturas, quæ sunt contra te. secundū
 interpretationem doctorum, qui scripturas interpretati sunt mystice se-
 cundum spiritum, nam litera secundum Paulum occidit, quam tu tamen se-
 queris etc. Quid animus afflictus hic faciat? certe sine gratia dei persisten-
 te non poterit. Quod si steterit, iam alias prauitates loquentur, damnana-
 tes uera, maledicentes, blasphemantes, mentientes omne malum, ut uulgo
 uersimilibus aduersus iustum criminibus imponant, dum ueris nō possunt,
 quæ omnia hic ita dicuntur, Vim inferebant quærentes animam meam, &
 querentes etc. Hic iustus tacet, se enim uindicare non nouit, & præterea
 nemo uult audire, non sunt margaritæ proiciendæ ad porcos, sed ne au-
 dit quidem, tum q̄ grauiora intus patitur coram deo, quàm ut foris illata
 magnificaret, tum q̄ impietatem nemo pius libenter audit. Ioh. 10. Non au-
 dierunt eos oues. Sequitur. Quoniam in te domine speraui, non in amicis
 meis, non in sapientia mea, iustitia mea, ueritate & confidentia mea, ut ad-
 uersarij impij & hypocritæ: tu exaudies me dominator & creator meus,
 qui ut omnia creasti, ita omnia quoq; habes in manu tua, nihil habent in ma-
 nu mei aduersarij. Beatus qui hoc potest in tanto tentationis tumultu, Quis
 dixi, inquit, id est, in oratione precatus sum, ne fiat, ut aliquando insul-
 tent mihi aduersarij, dicentes, iam palam factum est, quàm non à ueritate stetit
 rit ille, sed potius domine, insipientia eorum nota fiat toti mundo. Erubes-
 cant & conturbentur etc. psal. 6. nunquàm obtineant, ut iure fecisse uidean-
 tur, qui tam quia lapsus sum, id est, omnibus iniurijs & tentationibus in-
 tus & extra expositus sum, magna loquuntur contra me, quasi iam præua-
 luerint contra me, gaudentes q̄ cruci & morti destinatus sum, semper uir-
 dens coram me blasphemiam eorum, & peccatum meum, unde doleam, gau-
 dentes q̄ iniquitatem meam fateor, & nunq̄ me iustum facere audeo, q̄ an-
 xius de peccato meo, quod semper in me agnosco, tota die contristatus in-
 gredior, dum interim illi bene uiuunt, confortati contra me, & multiplican-
 ti honoribus, diuitijs, opinione sanctitatis & sapientia, nam multi eis ada-
 hærent

Tacet iustus,
 Non audit.

Dum commou-
 bantur &

heret, & nihil nisi merita, iustitias, indulgentias, & dei cultum iactant, me vero dicunt prophanatorem templi, se ductorem populi, habentem demonium, blasphemum in deum, indignum quem ferat terra: & preterea me meo iudicio esse damnatum, & taceam, & humiliatus incedam, & nihil boni de me pronunciem, cum tamen nullam aduersum me iustam causam habeant, nisi & oderunt inique, & reddentes malum pro bono, pro ueritatis admonitiõe, qua eis uolui uitam, pro oratione, qua pro eis deprecatus sum, uolentes mihi omnia mala & mortem, obsistebant & calumniabantur nulla causa nisi & sequebar bonitatem, sequebar quæ dei sunt, illis longe dissimilis: Non potest Caino cum Abelo conuenire, se enim solum uult esse dei cultorem, quanquam deo reprobante, & hunc ferre non potest, quem deus uerum cultorem agnoscit. Tu ergo domine ne derelinquas me, derelictum ab omnibus &c.

Cain.
Abel.

PSALMVS XXXVIII.

Titulus. προσκέλευσις ipsi Idithun, Psalmus David.

Vt uaria omittam, potest simpliciter intelligi hic psalmus à Davide traditus ad cantandum Idithun cantori, id est, qui psalmus solitus fuerit cantari, quãdo Idithun & posteri eius incantando uice sua fungebantur, de quo habes. 1. Para. 25. ubi etiã sic dicitur, Idithun in cithara prophetabat super confitentes & laudantes dominum.

SUMMA. Magnũ est dei donum, sic obfirmare animum, ut non pecces in lingua, quando calumniante audis, sicut David, quando audiebat Semei, 2. Reg. 16. sicut Christus, quando sustinebat calumniam à Iudæis. Hæc omnino exempla sequamur, ubi excæcata corda uiderimus. Primum, ne contentendo similes eis efficiamur, deinde ne etiã margaritas ad porcos proijciamus. Facile est mitem sese ostendere cum nemo obsistit, cum omnes nostra laudant, sed ubi consiterit peccator siue impius aduersum nos, tunc silere uirtutis est plane diuinæ. Tamen interim cor dolore turbatur & exarsuat, partim & naturam uincere difficile est. Reliquit enim in nobis infirmitatem peccati deus, ut sciamus qui simus, ut patientiam exerceamus, partim & audire impietatem, & innocentie condemnationem non potest cor piuum. Hic homo uidens omnia, & nos & nostra esse uanitatem ad deum conuersus, quem solum in tribulatione nouit adiutorem, à corpore mortis huius sese petit absolui.

Quãdo tacendum aduersarijs.

ADDE extra psalmum. Quod & tunc stat peccator aduersum te quan-

Peccator stat aduersum nos do coram te obloquitur alijs, adulatur tibi, loquitur impias doctrinas, blasphe-
 mat uerba sacra: uult enim ut approbes, ut dicas similia. Hic non secun-
 dum præceptum, sed secundum indulgentiam dico, si non es tante constan-
 tiæ & animi, ut possis contradicere, tace. Erit (crede) uel tuum silentium,
 confusio impij. Vnde alibi, *Pone domine custodiam ori meo &c.* Non decli-
 nes &c. *Cum hominibus &c.* Corripiet &c. Hic interim nihil de turpilo-
Turpiloqui. quis illis & immundis porcis, quibus nihil in ore nisi spurca uenus & glo-
 riatio iniquitatis contra proximum factæ, quæ prohibet Paulus cum omni
 auaricia, uel ne nominentur quidem in nobis. Non enim dignos iudico, de
 quibus admonendi sunt homines, ne per eos contaminentur, nam & iudicio
 carnis damnantur, etiamsi sibi sapientissimi uideantur. Contra quos dicere
 potes, *Quid gloriaris in malicia?* At aiunt, *Nos quidem talia dicimus, sed*
deus nouit corda. Respondet Christus, *Ex abundantia cordis os loquitur.*
 Hæc tamen si huic psalmo non multum conueniant, occasione tamen acce-
 pta duxi addenda, ut scires quid sit non delinquere in lingua, utq; non sit
 opus repetere psalmo. 140.

Dixi custodiã uias meas, ut non delinquam
 in lingua mea. Posui ori meo custodiam,
 cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui
 & humiliatus sum & silui de bonis, & dolor meus
 innouatus est. Concaluit cor meum intra me, & in
 meditatione mea exardescet ignis. Locutus sum
 in lingua mea, notum fac mihi finem meum, &
 numerum dierum meorum, quis sit, ut sciam quid
 desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos,
 & substantia mea tanquam nihilum coram te. *Ver-*
umtamen omnia uanitas, omnis homo uiuens.
Verumtamen in imagine pertransit homo, uerumtamen

tamē frustra turbatur. Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea.

Posui ori &c. Felix, Custodiam ori meo capistrum, dum consistit impius aduersum me. Obmutui & humiliatus sum. Felix, Obmutui silentio. Innouatus. Felix, conturbatus. Vt sciam quid desit mihi. Felix, Cognoscam quam breuis temporis ego. Ecce &c. Felix, Ecce ad mensuram pugillorum posuisti dies meos, & tempus meum, ac si non esset coram te. Ad mensuram pugillorum, id est, quantum pugillus potest capere, hoc est, breuissimos fecisti dies meos. Omnia uanitas. Felix, Omnis uanitas. Turbatur. Felix, Tumultuati sunt. Cui. Fe. quis, sed in eandem sententiam recidit.

Dixi, id est, sic in animo statui, sic mihi persuasit spiritus meus, ut obseruarem omnem conuersationem meam, & quicquid dicerem & agerem, cetera omnia esse ita ut ne uerbo quidem peccarem obloquendo, adulando, non recta dicendo aut docendo, imò ne respondendo quidem calumniantibus & mentientibus contra me, quibus obmutui & depressi me, & silui de bonis, id est, non opposui respondendo mea bona, meam iustitiam illorum mendacibus, sed commisi rem deo, tamen interim turbabatur cor dolore, concaluit, & uelut ignis ex aestuabat cogitatione, ut supra dictum. Hic quia loqui non potui hominibus, erupit cor meum suo aestu in uerba ad deum, cepti huius uite tedio affici, cepti agnoscere miseriam & uanitatem humanam. Nam si mundum sequimur, coram deo damnati sumus, si deum, quicquid mundi est, nos persequitur, quocumque ergo nos uertimus, siue ad dulcia siue ad amara, uita hac uanitas est uanitati, & afflictio spiritus, sicut dixit Ecclesiastes, Breuissima domine est uita mea, & incolatus quidam, tu tantum fac, & doce me, ut hanc breuitatem agnoscam, ut sciam quam nihil sit tempus meum, quam nihil quicquid ego possum & sum, quam sit tantum uanitas & imago siue umbra super terram homo, qui hic in multis turbatur inhaerendo rebus huius temporis, & thesaurizando, quasi diu, uel semper hic uicturus, ad quid mihi ultra mundus, qui me sic persequitur? Hic uidere licet, quam sancta sit sanctorum persecutio, dum & ipse mundus urget nos ad deum, id quod clare habet hic totus psalmus.

Quod dicit, Notum fac mihi finem uite mee & numerum &c. non factis uel fictis illis reuelationibus & mendacibus Anti Christianisq; miraculis, sed sic accipe, Natura semper sperat longam uitam, cum reuera sit breuis

Finem uite scire.

si etiam Nestoris uixeris annos. Hinc immergit sese bonis huius temporis, & quibus rursus emergere non potest. Donum ergo dei est, si quis se semper cogitat moriturum, & breui moriturum, id quod non intelligo de illis, qui timore mortis stulte docentur facere bona, sed de illis, qui ex dono dei sese agnoscunt, dicentes, Aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei, id quod tentatio, & huius uitæ malicia, pios imprimis docebit. Hoc scilicet est scire numerum siue mensuram dierum, id est, breuitatem, quam licet etiam caro fateatur experientia aliorum docta, tamen in sese ignorat, ut ille diues Luca. 12. Hos licet centum annos natos, tamē mors subito occupat, quam non præuiderunt, psal. 72. Subito defecerunt. Contra de pijs Sapien. 4. Iustus autem si morte &c. Hæc intelligens uidet omnia esse uanitatē &c.

Et nunc quæ est expectatio mea nonne dominus & substantia mea apud te est. Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me, opprobrium insipienti dedisti me. Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu fecisti, amoue a me plagas tuas. Quia a fortitudine manus tuæ ego defeci, in increpationibus pro iniquitate castigasti hominē. Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius, uerū tamen frustra turbatur omnis homo. Exaudi orationem meam domine, & precem meam percipe, lachrymas meas ne sileas. Quoniam aduena ego sum apud te et peregrinus sicut omnes patres mei. Remitte ut respirem, priusquā abeam et amplius non subsistam.

Tentationes bonæ sunt. Et nunc &c. Quis non dignas omni laude ducat tentationes, quæ hoc docent, imò efficiunt, ut omnibus cōtemptis in solo deo hercamus. Expec

Et inquit, alij quæ huius mundi sunt, dum uane distorquentur thesauri-
zando, ego expecto dominum, & quicquid habeo, quicquid quoque sum in manu
tua est domine. Fe. Et nunc quid expecto domine? spes mea in te est.

Ab omnibus &c. Rectus est hic orandi ordo, ut primùm quæramus hono-
rem dei, deinde liberationem nostram, sicut in oratione dominica. Ita hic pri-
mum orat, ut auferatur, quo in deum peccauit, deinde ut liberetur à calum-
nia & persecutione Satanæ & hominum, quam deus ipsi suscitauit. Tu, in-
quit, posuisti me opprobrium impio, cui non respondi, sciens quod tu fecisti hoc,
obsecro amoue à me plagas, non tam aduersarij quam tuas, Manus enim
tua est, qua me intus terres, & foris persequitur hostis, quam ferre non pos-
sum. Sic homo meruit castigari propter transgressiones mandatorum tu-
orum tuis increpationibus, ut reus factus non haberet quietem in consci-
entia, nec foris careret oppugnatoribus, non tam uitam quam fidem ex-
pugnare uolentibus si qua fides adhuc superest, & præterea huic uanitas
ti traditus est, ut seipsum uelut araneus siue tinea inutili studio, cura, &
prouidentia perturbet, & absumat, quemadmodum supra dixit, Thesau-
rizat &c. Sicut enim araneus uanissimo labore sui corporis exhaurit sub-
stantiam, facit enim nulli usui aptum opus. Et tinea ubi perederit lignum
moritur. Sic & homo se uarijs implicat curis, & aestu cordis sui perit, dum
non deo relinquit sollicitudinem tam in aduersis quam in prosperis, tam
in spiritualibus quam in corporalibus. Idcirco domine à me fugio ad te,
exaudi lachrymas meas in hac cruce. Nihil hic amici, nihil regia mea po-
testas, & quicquid meum est, nihil iustitia huius mundi, nihil hic totus
mundus potest, totus mundus me reliquit, atque adeo aduersus est, ut eru-
ditus tentatione fatear quod res est, aduena ego sum, & extranei hospes
huic mundo, sicut omnes patres mei ante me, ut Abraham, Isaac, Iacob,
ut omnes qui futuram expectabant ciuitatem, Heb. II. Tu tantum remitte
paululum manum, qua percutis, ut respirem antequam ex hac mortali ui-
ta decedam, id est, ut consolatione spiritus accepta, agnoscam te benefi-
cum patrem, quem iam sentio terribilem iudicem, & certa in te fiducia po-
nam spiritum meum &c.

Opprobrium insipienti dedisti me. Fe. Opprobrium insipientis ne ponas
me, id est, libera me ex opprobrio impij. A fortitudine. Felix. A uulnere.
Sicut araneam animam eius. Felix. uelut tineam preciosum eius, id est,
illud quod in eo preciosum est, hoc est animam siue cor. Verumtamen fru-
stra turbatur omnis homo. Felix. Verumtamen uanitas omnis homo. La

Manus domi-
ni, non aduer-
sariorum.

Araneus.
Tinea.

Vanitas.

Aduena ego.

chrymas meas ne fileas. Felix. ad lachrymam meam ne fileas. Remitte mihi
ut respirem. Felix. Declina à me & corrobabor. Declina, scilicet, qualis
iam uideris mihi &c.

Manus domini, non aduer-
farorum.
silere sua bona.

Duo hic in sanctis tentatis non obscure uides, Alterum q̄ quamuis Sa-
tan flagellet, & homines calumnijs intentent malis, tamen hanc gloriam
non dant Satanae & hominibus, q̄ hic aliquid possint, quandoquidem scia-
unt hæc omnia à deo sibi fieri, licet per malos. Sic Iob, Dominus dedit, do-
minus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est &c. Item, Manus domi-
ni tetigit me, cum tamen diabolus tetigisset eum. Alterum q̄ sancti silent
etiam sua bona, ubi accusantur ut impij, cum q̄ commendant causam
deo, tum q̄ nulla merita norunt, & suam iustitiam non agnoscunt, scien-
tes, q̄ non iustificabitur in conspectu dei omnis uiuens. Hypocrite lon-
ge diuersa uia incedunt. Imò sancti ut patientius taceant opponunt sibi
iniquitates suas, quæ licet iudicio hominum non sunt obnoxie, ta-
men deo manifestas confitentur, dicentes, Ab omnibus iniquitatibus mea-
is eripe me. Iniquitatibus quidem suis adscribunt, q̄ calumniam susti-
nent, uerum hoc interim consolationis uice est, q̄ non propter iniqui-
tatem, sed propter iustitiam persecutionem patiuntur. Si tamen inde
scandalum infirmorum exurgere uiderimus, non debemus nostra taci-
turnitate committere, ut iuste agere in nos nostri calumniatores uide-
antur, sed dicere fortiter cum Iob, Absit à me, ut uos iustos esse iudica-
sem. Iob. 27.

PSALMVS XXXIX.

Titulus. προσκέλευσις Psalmus Dauid.

Lex spiritus.

SUMMA. Hæc esse uerba Christi, docet Epistola ad Hebræos. cap. 10.
probans nunc non esse sacrificium externum, nisi ut exemplo Christi faci-
as uoluntatem dei, & legem, non furo externo, sed in medio cordis tui.
Hæc est lex spiritus, id est, fides in corde, quæ non male operatur, quæ
& efficit, ut non taceas in ecclesia magna, siue populo multo dei iustiti-
am, ueritatem, salutem, & misericordiam, secundum illud, Corde credi-
tur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Hæc agit psalmus ab
illo uersu, Sacrificium & oblationem &c. Inde à uersu, Tu autem do-
mine &c. usq; in finem precatur contra aduersarios pro credentibus.
Principium uero psalmi gratiarum actio est pro admiranda dei libera-
tione.

EXpectans expectaui dominum, & attendit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me ex lacu miseræ & ex luto limi. Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum nouum, hymnum deo nostro. Videbunt multi & timebunt & sperabunt in dominum. Beatus uir cuius est nomen domini spes eius, et non respexit in uanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciaui et locutus sum, multiplicata sunt super numerum.

Ex lacu miseræ, id est, in quo non erat nisi miseria, significat autem tentationes graues, & horrorem mortis & inferorum, in quibus desperandum esset, nisi benigni patris manus reduceret, Ipse enim est, qui deducit ad inferos & reducit. Felix, De puteo strepitus, id est, tumultus & procellarum tentationis, ubi nõ dabatur quies cordi meo. Ex luto limi siue cœni. Non est metaphorā ab ijs, qui luto quod est sub aquis, ita inhaerent pedibus, ut submersioni proximi sint, dum emergere non possunt, de qua, & in alio psalmo, Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ &c. Vnde statim perstans in metaphorā addit, Et statuit supra petram pedes meos. petram, id est solidam stationem, opponit luto limi, quasi dicat, qui eram in desperatione, iam certa spe, & solido fundamento sum erectus in deũ. In luto aquarum stare non potui nedum transire, nunc per deum sto firmus & recta uia incedo, id est, solida fiducia pergo per deum in deum, ut iam gratus per deum habeam canticum nouum, & gratiarum actionem deo nostro. De cantico nouo diximus psalmo. 52. Porro, inquit, meam liberationem, gratiarum actionem siue sanctificationem nominis domini post tantam tentationem

Ex luto.

Exemplū poe
nitentiæ.

Beatus.

Insaniæ falsæ.

Mirabilia dei
in hominibus.

uidebūt multi, & discent exemplo meo prouocati rationem totius iustitiæ
id est, discent timere deum & sperare in eum, quæ est summa salutis. Vides
quã sancta sit tentatio sanctis, etiamsi quãdoq; ut sese agnoscant, qui absq;
gratia sint, ceciderint: fortiores enim erunt fide, & magnificabunt nomen
domini, & præterea multi eorū exemplo cōuertentur, uidentes dei patriã
benignitatē in peccatores, in abiectos & despectos, & stabunt eorū exēplo,
qui uidebātur casuri &c. Beatus est ergo uir qui sperat in domino, nam ut
maxime uideatur omnibus premi malis, tamē suo tempore liberatur cū sua
aliorūmq; salute, & eterno cōmodo, & cedunt ei omnia in bonū. Beatus,
inquã, qui solum respexit tribulatus in dominū, & inuocauit nomen eius,
& non respexit in uanitates & insaniã falsã. Sunt autē insaniã falsã omnia
huius mundi uana, de quibus psalmo superiore. psal. 4. & psal. 5. &
36. Et quicquid extra fidem illam iustificantem, siue fiduciã in deum hodie
de fūco externo docet, insaniã sunt falsissimã & uanitates impijssimã. Bea-
tus qui in solum deum respicit in tentationibus & in persecutionibus, nam
si respicere incipit in prosperitates & gloriam impiorū, & in sanctam spe-
ciem hypocritarū, persistere non poterit. Quem enim non deceperunt mes-
sagria illa lenocinia, qui relicto dei uerbo, rationem suam male in re diuina
ratiocinantē sequutus fuit? Felix sic, Beatus uir qui posuit dominū spem
suam, & non respexit ad superbos siue arrogantes, & diuertentes mendacia
siue circumcuntes mendacio. Id quod clare exprimit sententiam, quam
dixi, imò quæ potest esse alia sententia contra beatitudinē sperantis in solo
deo? Non puto opus monere, q. dictio Eius, quam nos ex Græco legimus per
hebraismum abundat, sicut & sepe aliã.

Multa fecisti &c. Nemo istas dei laudes nouit, nisi grauib; periculis citē
corporis, tum animæ liberatus, quam experientiam plenius Christus ex-
pertus est. Sic ergo cognoscimus omnia mirabilia dei liberati, quemadmo-
dum dicitur, psalmo. 9. ut dicamus, Multa fecisti domine deus ab initio mun-
di mirabilia, non solum uindicando in impios, sed & multo amplius bene-
ficia præstando in te confidentibus, quæ sunt mirabilia secundū cogita-
tiones tuas, quibus nemo potest esse tibi similis, Mirabilia, inquam, ita ut ne
ipsi quidem comprehendere possint, pro quibus fiunt. Experimuntur quæ-
dam te ipsis bene fauentem, sed tu ducis per ignominiam ad gloriam, per
turbationem ad pacem, per mortem ad uitam, per peccata ad iustitiam, per
ro modo, etiam ubi omnia desperata uidentur, quis hæc comprehendere
posset? Ego annunciaui, & gratus de beneficijs tuis prædicaui alijs mirabilia

bilis tua, & beneficia tua, ut & ipsi timerent te, & sperarent in te, sed multiplicata sunt super numerū, infinita sunt, ego omnia enarrare nō possum. Sicut enim cogitationes tuas nemo capit, ita quæ tuis cogitationibus efficit, nemo comprehendit. Quis enim tuus consiliarius fuit? Felix, Præualuerūt, ut enar. &c. ut uideas eam sententiam esse, quam dixi. Qui hic legerunt, Multiplicati sunt, mirum, quā alienam sententiam ad duxerint.

Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem coaptasti mihi. Holocausta & p̄ peccato nō quaesiuisti, tunc dixi, ecce uenio. In capite libri scriptū est de me, ut faciam uoluntatem tuam, deus meus uolui, & legem tuam in medio uentris mei. Annūciaui iustitiā in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo, domine tu scisti. Iustitiam tuā non abscondi in corde meo, ueritatem tuam & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam et ueritatem tuam a concilio multo.

Corpus autē coaptasti mihi. Sic in Græco legitur, & ita quotq; citat epi- Corpus.
stola ad Hebræos. Oportet uero, ut corpus opponas umbræ, quemadmodū Umbra.
& Paulus loquitur, Col. 2. q. in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis
corporaliter, id est uere, non per umbram & figuram, aut solū gratia præ
sentiam, ut olim in multis signis ueteris testamenti, in templo, super arca
propiciatorium, in rubo ardenti &c. Et infra, Quæ sunt umbra futurorum,
corpus autem, id est, ueritas est Christi. Ita hic, Sacrificium & oblationem
noluisti, sed corpus, id est, ueritatē, & illud, cuius illa sacrificia tantū umbra
erant, coaptasti mihi. Figuram amplius noluisti, ueniente tempore, in quo
corpus, id est res ipsa & ueritas propalanda erat. In uulgatis autem codi- Aures.
cibus recte legitur ex Hebræo. Aures, non corpus. Felix sic legit, Aures per
forasti mihi. In quo notatur fides, quæ est ex auditu, quā opponit iustitijs legi-
gis. Vnum est enim necessarium, scilicet, ut cum Maria sedentes ad pedes

Iesu audiamus uerbum eius, quae pars manebit nobiscum in aeternum. Videt itaq; hoc cū superiori expositione conuenire, ne facias hoc loco corpus ecclesiae. Nam sacrificia externa umbra erāt, corpus autem siue ueritas, fides, quam solam requirebat dominus, ut et nunc. Hier. 5. Domine, oculi tui respiciunt fidem. Holocausta et pro peccato non quaesisti. Fe. Holocaustum et sacrificium expiationis non postulasti.

- Sacrificium.** Aduerte nomina ista, Sacrificium generale nomen est omnium, quae inferbantur altari, secundū legem, ut erat sacrificium matutinum et uespertinum, Item alia secundū tempora et personas. Oblatio uero etiam extendit se ad illa, quae ultro offerebantur, nō mandante lege. Holocaustum erat illud solum sacrificium, quod totum incendebatur domino, unde sacerdotes non accipiebant partem, sicut ex alijs sacrificijs. Sacrificium autē siue holocaustum pro peccato, dicitur sacrificium expiationis, quod fiebat semel in anno per summum pontificem ingressum, non sine sanguine, in sancta sanctorum, Leuitici. 16. de quo lege Epistolam ad Hebraeos, quia expiatio summo pontifici Christo, semel unica et perfectissima oblatione et in aeternum consummata. Erant et alia sacrificia pro peccato ignorantiae, et pro peccatis singulorum, Leuit. 4. et 5.

In capite libri, intelligunt in principio libri psalmorum. g. illic scriptum est de beato uiro, qui in primis Christus est. Sed in lege domini uoluntas eius etc. sed in tales angustias non est hic locus arcendus. Felix sic legit, et Hieronymus, In uolumine libri, id est, in sacra scriptura, hoc est, in lege et prophetis, ut liceat quod legimus sic interpretari, In capite, id est, in summa libri, quasi dicat, ut maxime multa uideatur scriptura et lex dei praescribere, tamen istud caput rerum et summa est, ut faciam o deus uoluntatem tuam etc.

In medio uentris mei. Felix, Intra intestina mea. Quod uero uulgo legimus, In medio cordis mei, sententia recte reddita est, non ipsa uerba.

Non abscondi misericordiam etc. Fe. Non negaui misericordiam tuam, et ueritatem tuam in ecclesia multa siue magna.

Abrogatio legis.

Hic est insignis locus abrogationis legis, quem locum tractat Epistola ad Hebraeos, cap. 10. Est autem abrogata lex in illis, qui habent uoluntatem in lege domini, ut dicitur psalmo 1. Hoc est qui spiritu concepti uolunt, quicquid lex praecipit, quid quaeso talibus lex praescriberet? Lex iusto non est posita. 1. Timoth. 1. et Galatas. 5. Vbi enim spiritus domini, ibi

libertas. 2. Corinth. 3. hac libertate nos Christus donauit, qui emeruit nobis
 spiritum, Nisi, inquit, abiero paracletus non ueniet &c. per sanguinem
 enim suum euacuauit legem mandatorum in decretis, siue chirographon
 decreti, quod erat contrarium nobis, Ephesios. 2. Collos. 2. At dicis, quo-
 modo sum liberatus à lege, quam adhuc sentio, quia sentio peccatum &
 mortem? Respondeo, Sancti qui spiritum Christi habent, sentiunt pecca-
 tum, sentiunt legem, semper inueniunt se peccatores, semper agnoscunt
 quod ex se sunt, qui etiam in bonis operibus inueniunt peccata, scientes q̄
 non iustificabitur in conspectu dei omnis uiuens, quia adhuc in carne sunt,
 Ro. 7. quæ pugnat contra legem dei, contra spiritum, ut dicitur ibidem,
 & Galatas. 5. nondum toti in spiritum abierunt, nondum plene spiritu
 baptizati sunt, sed baptizantur usq; in mortem, quoad in nouissimo die
 toti in corpore & anima spirituales resurgamus. Verum non sunt sub
 lege, Lex enim auctoritatem & ius eos damnandi non habet, nam quod
 in carne reliquum est peccatum, propter repugnantem spiritum non im-
 putatur, Atq; hæc est gratia, quam sciunt se habere credentes. Qui ue-
 ro ex ista libertate fingunt sibi carnis libertatem, nunquam intelligent
 quæ sit consentientiarum per dei spiritum libertas. Lex enim non sic abro-
 gata est, ut non fiat, sed ut fiat lex sine lege, id est, sine legis præcepto, hoc
 est, spiritu ducente, Romanos. 8. non lege cogente, id quod hic dicit, ut
 faciam uoluntatem tuam & legem tuam in medio cordis mei, & Hierem-
 mi. e. 31. Dabo legem meam in mentem eorum & in corda eorum scribam
 eam. Totam enim legem & omnes prophetas requirere cor & uolunta-
 tem, is solum ignorat, qui nescit legem & prophetas in his duobus præcep-
 tis consistere, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & proxi-
 mum tuum sicut teipsum, quæ dum ego præstare non possum, lex me dam-
 nat, à qua damnatione me solus Christus liberat, dato spiritu suo, ut porro Lex nostris ue-
 sequar dei uoluntatem. Itaq; uides quoq; in hoc loco insignem illorum ritibus non im-
 stulticiam, qui suis uiribus legem exprimere nituntur, cum quicquid se-
 ceris, cor impurum mancat, si spiritus non adsit, uelles enim talia non es-
 se mandata, id quod nihil aliud est, quàm uelle, quod deus non uult, Vi-
 des, inquam, illorum stulticiam. Nam si non uult eius sacrificia, oblationes
 & holocausta, & quicquid pro peccato secundum legem offerebatur,
 ut hic scribitur, & psalmo. 50. psalmo. 49. Esaiæ. 1. Amos. 5. Hieremia.
 6. quæ tamen ipse deus excogitauerat quid quæso hypocrita tuæ uale-
 bunt satisfactiones & opera humana cogitatione adiuuenta? Non uoluit

Externa opa.

deus, quæ ipse iusserat sibi hac opinione offerri, quasi auferrent peccata, ut sola gratia tunc, ut nunc, constaret remissio peccatorum, & tu tua somnia diuinis serijs præferes? Ah tace impietas, da gloriam uerbo dei. Nostra hodie cecitas quiduis potius amplectitur, quàm dei uerbum. At ais, Miramur, quare Prophetæ dicant talia deum non mandasse, non quæsiuisse, non uoluisse, cum tamen mandarit, quæsierit, uoluerit. Respondeo, Tibi quidem uidetur talia mandasse deus, & quæsiuisse, dum non intelligis. at prophetæ sunt legis interpretes, qui dicunt fidem quæsiuisse deum in hominibus. Non habeto, inquit, coram me deos alienos, Diliges dominum deum tuum ex toto corde &c. cuius fidei signa & testimonia uoluit esse illa omnia externa sacrificia & opera, usq; ad tempus impletionis prophetiarum & legis. Lex enim & prophetæ usq; ad Ioannem, & ex eo regnum dei, quod non est in elementis huius mundi, Euangelizatur. Atq; hoc sic dicit lex, Deuteronomij. 6. Cum interrogauerit te filius tuus cras dicens, quid sibi uolunt testimonia hæc, & cerimonie atq; iudicia &c. Et Ezechiel. cap. 20. Insuper ait, & sabbata mea dedi eis, ut esset signum inter me & eos. Igitur pij tunc talia fecerunt, non cogente lege, id enim fuisset deo ingratum, sed libero spiritu, respicientes non in opera sed in uerbum dei, certi q; talia placerent deo, de quibus habebant uerbum dei, non quærentes ex his operibus iustificari, qui iam fide iustificati erant, quia credebant uerbo dei, quos si interrogasses, quare talia facerent, quorum multa erant talia ut sapientia carnis non irridere non posset, nihil aliud respondissent quàm hoc, Nos facimus talia, quia deo sic placet, ut ostendamus his signis nos timere deum, & credere uerbo eius. Contemptores autem dei faciebant talia, lege cogente, alioqui non facturi, quid hoc aliud est quàm uelle, ut uerbum dei non sit id quod est. Et præterea hypocritæ non tam in uerbum dei, quàm in opera illa respexerunt, & magna impietate, quæ hodie apud nostros regnat, addiderunt uerbo dei, sentientes talia opera iustificare coram deo, & his remitti peccata, id quod est mendacium quod omnis scriptura detestatur, & blasphemia horrenda, dicere scilicet, q; deus & dei uerbum talia dicat, quæ non dicit. Nulla enim scriptura operibus tribuit remissionem peccatorum, sed multiplicia opera in scriptura præscripta, signa sunt, q; non remissum est peccatum, nam hoc scimus quod deus uult nos facere, quod non faceremus, nisi crederemus, Sicut hodie certificant nos Christi sacramenta non iustificant, nam hoc solius fidei est, imò etiam nostra bona opera, quæ sunt opera charitatis, nisi p

sos certos faciunt, q̄ credimus deo, Heb. 6. 2. Petri. 1. De his qui abiecto dei
 uerbo, ut hodie, confidunt in operibus, dicitur Hier. 6. Verba mea non au-
 dierunt, & legem proiecerunt. Ut quid mihi thus de Saba offeritis &c.
 Igitur, ut ad psalmum reuertamur, Christus hic dicit se uenturum in tem-
 pore, quo deus non amplius uolet sacrificia, & quicquid pro peccato uide-
 batur offerri, quando illa iustitia uera, olim paucis cognita, fuerit mūdo re-
 uelanda, quæ est corde credere, & ore confiteri. Illud sic expressit, ut faci-
 am uoluntatem tuam, deus meus, uolui, & legem tuam factam nō fuo ope-
 rum, & externa hypocrisi, sed in medio uentris mei. Iohannis. 6. Hoc est
 opus dei, ut credatis in eum, quem illi misit. Item, Hæc est uoluntas patris
 mei, qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam
 æternam. Hoc autem, scilicet ore confiteri, sic dicit, Annunciaui iustitiam
 quam in corde habui in ecclesia magna, iustitiam tuam non hominum præ-
 dicaui, non in occulto, sed publice, ueritatem tuam, id est, promissiones tu-
 as, & quicquid tuum uerbum est, & salutare tuum, siue misericordiam tu-
 am, magnis etiam congregationibus patefeci. Verum quia Christus nostris
 uerbis loquitur, etiam hæc uerba nostra sunt. Dum nostris operibus hære-
 mus incognita uia salutis, semper dubij manemus, an ista deo placeant,
 quia de talibus uerbum dei non habemus, & ut maxime uideamur nobis
 habere uerbum dei, quod interim male intelligimus, tamē nunquā nobis ip-
 sis satisfacimus, ut impossibile sit iustificari per opera, semper enim dubia
 manet mens, sic sentiens, Ego quidem saluauer, indulgentiam peccatorum
 lucrarer, satisfacerem pro peccatis meis, quemadmodum in illa summuta,
 in illo tractatu, in illo libro sermonum legi, quemadmodū sæpe audiui præ-
 dicari, per illa opera, per illas peregrinationes, per illa ieiunia, per illas elec-
 mosynas, per illas lectiones & orationes, per illas indulgentias, sed ego non
 feci, ut debui, ego sæpe omisi, non fui debite contritus & confessus, interim
 aliquid egi, aut dixi contra fratrem, non fui satis attentus in oratione, illic
 aliquid oblitus sum &c. Inde fit, ut misere nos torqueamus, dū nostro mar-
 te cupimus esse pij. Inde fit, ut minorita cupiat esse Carthusianus, & legat
 etiam horas de domina, cui non sufficiunt horæ de domino. Alius cogitat,
 quandoq̄ sum absolutus plenaria potestate, sed eam gratiam rursus per-
 didi, q̄ si contingeret rursus sic absolui, aliter uiuerem. Alius, ego ieiunau
 sanctam Barbaram (libet enim nunc de barbaris rebus barbare loqui) &
 ieiunau singulis annis, ut mihi daretur sacramentum corporis Christi ante
 mortem, quia ipsa secundum pictores tenet in manu calicem cum corpore

Christi, id quod nulli laico conceditur, nedum foemina secundū ius cano-
nicum, nulla enim foemina est sacerdos præter sanctam Barbaram, sed ego
in uno anno ieiunare omisi, propterea totū perditum est quod ieiunavi tot
annis, quemadmodum & Gregorius in Dialogo scribit de triginta missis
continuis diebus celebratis, quas omnes irritas facit unus diei intermissio,
& necesse est manere animam tam diu in purgatorio, quoad continuæ mis-
se ueniāt. Ergone tam impie sentiunt de suis missis, ut una intermissa plus
destruat, quā omnes reliquæ edificauerint? Sed quid attinet reliquas nu-
gas excecationis sequi & describere? Dum, inquam, nostris operibus hæ-
remus, nemo nostrum ex corde coram deo potest dicere, Ecce uenio, sed di-
per dei gratiam mittitur nobis uerbum salutis, ut intelligamus nostras satis-
factiones & opera esse nihil ad iustificationem, deum nihil uelle aut require-
re pro peccato, ne opera quidem legis diuinae, sed quemadmodum scriptū
est in omnibus scripturis, fidem requirere ad iustitiam, ipsum gratis dona-
re peccata per Christum. Hic dicimus, Ecce uenio, hic publicani & meretri-
ces regno caelorum uim faciunt. Hic uidebis populum acceptū domino lau-
dantem & sanctificantem nomen eius. Hic non opus erit legibus ad facien-
da bona opera, sed tantū admonitione, ut pergant, ne ad carnalem securita-
tem deflectant, omnia bona uidebis. Quis igitur non uidet iustitiam operū
cum gratia dei non conuenire?

Tu autem domine ne elonges miserationes tuas a
me, misericordia tua & ueritas tua semper suscepit
me. Quoniam circumdederunt me mala quorum
non est numerus, comprehenderunt me iniquita-
tes meæ & non potui uidere. Multiplicatæ sunt su-
per capillos capitis mei, & cor meum dereliquit
me. Complacat tibi domine ut eruas me, domine
ad adiuuandum me festina. Confundantur & re-
uereantur simul quærentes animam meam ut au-
ferant eam. Auertantur retrorsum & erubescant

qui uolunt mihi mala. Ferant confestim confusio-
nem suam, qui dicunt mihi euge euge. Exultent et
lætentur in te omnes qui quærūt te domine. Et di-
cant semper magnificetur dominus qui diligūt sa-
lutare tuum. Ego autem inops sum et pauper, do-
minus sollicitus est mei. Adiutor meus et protector
meus es tu, deus meus ne tardaueris.

Semper susceptus me, uerbum est fidei exercit. a. semper in omni tribu-
latione inueni te beneficium patrem & ueracem in tuis promissionibus. Fe-
lix, Semper custodiant me, quod est precantis. Ferant confestim confusio-
nem suam, id est, statim manifestu fiat impietas illorum, ne seducantur mul-
ti, in malis meis tam scandalizati. Felix sic, Desolentur iuxta premiū igno-
mnie illorum, id est, confusione quam meruerunt, id quod cum nostro con-
uenit. Dominus sollicitus est mei. Iterum uerbum fidei est. Felix, Domi-
ne assignetur mihi, id est, istud quod sum inops & pauper, id est, in nullo confi-
dens, & omnibus destitutus, moueat te pro mea causa. id quod & sic lege-
re licet, Dominus assignabit mihi, id est, dominū mouebit hoc ipsum, quod om-
nibus destitutus in ipsum confido. Græci bene uerterunt & sententiā aper-
tius expresserunt, quemadmodū nos legimus.

Hic uides crucem post fidei confessionem, ut habeas in hoc psalmo sum-
mam Christiane rei. Semper uerum manebit, Omnes qui uolunt pie uiue-
re in Christo, persecutionem patientur, Christum comprehenderunt iniqui-
tates suæ, non quas fecerat, sed quas pro nobis susceperat diluendas. Hic nō
potuit uidere, in tantam enim angustiam deuenit ut clamaret se à deo suo
derelictum, ita & nos absorpti tentatione & mortis horrore non uidi-
mus liberatorem, sed putamus deum nos deseruisse, imò & pugnare con-
tra nos, ob nostras iniquitates, dum sumus in manibus aduersariorum.
Nam, inquit, multiplicatæ sunt iniquitates meæ & præualuerunt siue as-
cenderunt super caput meum, obruerunt me, quo allusum esse ad illos,
qui submerguntur in aquis, nemo non uidet. Nam Felix legit, Præualue-
runt super capillos capitis mei, ut non intelligas, quod legimus, Multipli-
catæ & c. plures factæ sunt iniquitates meæ, quàm capilli capitis mei, quæ

Cruce.

comparatione nos Germani vulgati uel solemus, ceterum nescio an alicubi in scripturis reperiat, de aquis uero in scripturis uulgatissima est. Porro in hac cruce & tentatione oratio fidei te saluabit in confusionem illorum, qui dicunt nunc, euge, euge, & in gaudium illorum, qui nunc dolent de blasphemis, & uerbi dei persecutione.

PSALMVS XL.

Titulus. *πρὸς κλέυσις* Dauid Psalmus.

ET HVNC PSALMVM esse uerba Christi, testatur ipse Christus, Io. 13. Sed, inquit, ut adimpleatur scriptura. Qui manducat mecum panem, leuauit contra me calcaneum suum, id quod nos legimus, Qui manducat panes meos, magnificauit contra me supplantationem. Per quod Iudam significabat domesticum proditorem.

Misericordes

SV MMA. Christus in hoc psalmo detestatus aduersariorum insidias & Iudae perfidiam, in principio bene precatur illis, qui longe ab aduersariis ipsius dissimiles agnoscent miseriam pauperis ab omnibus derelicti, quem omnes inferorum petunt insidiae, hoc est, qui sciunt condolere necessitatibus infirmorum & afflictorum, e quorum numero iam unus erat ipse Christus. Itaque hic misericordes illis, qui absque misericordia Christum persecuti sunt, opponit.

BEatus qui intelligit erga egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Dominus conseruet eum & uiuificet eum & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in manus inimicorum eius. Dominus opem ferat illi in lecto doloris eius, uniuersum stratum eius uersasti in in firmitate eius.

Egenum & pauperem, eadem sunt uocabula in Graeco, quae superiori psalmo legimus, *inops* & *pauper*. Verum hic in Hebraeo tantum unum est uocabulum. Aduerte quoque, sicut legimus, Liberabit, ita & omnia uerba quae legimus deprecativae, possunt ex Hebraeo legi praedictivae in futuro, ut sint uerba

uerba promissionis & fidei. Non tradat. Felix, Nō trades, scilicet ò deus.
 Hec subita Anastrophe frequēs est in prophetis, sicut & infra. Versasti, sci-
 licet ò deus. In manus, id est, potestati. Fe. In animā, id est, uoluntatem.
 Hic pauper quem admodū sepe monuimus non solum est qui indiget ui- Pauper.
 ctu & amictu, sed uel maxime is qui in tentatiōe & persecutiōe impiorū,
 peccati, mortis & inferorū desitutus est omni auxilio humano. Beatus præ-
 dicatur & multis dei promissionibus ducet qui intelligens corde huius pau- Promissio mi-
 peris miseriam, subuenit indigenti & bene uult ut maxime nihil aliud possit, sericordibus.
 condolet, consolatur, tegit ignominiam & peccata, orat pro eo, nihil nō fa-
 cit, ut ille erigatur. Proinde quis non beatū iudicat secundū hanc sententiā
 qui hodie omnibus sese exponit periculis prædicando Euangeliū Christi,
 ut miser & adstrictæ conscientie & illi quoq; qui adhuc suam non senti-
 unt miseriam ab errore liberentur? Hic, inquit, intelligit (quo uerbo omnis
 hypocrisis misericordie excluditur) erga egenum & pauperem, qui pau-
 per Christus est in suis membris, quod uni, inquit, ex minimis meis fecistis,
 mihi fecistis. Et propterea sequuntur eum dei promissiones siue spiritus san-
 cti bene imprecationes quæ hic describuntur, secundū dictū Christi, Bea-
 ti misericordes quoniā misericordiam consequentur. In die, inquit, mala, id
 est, in tempore aduersitatis, penurie, famis, belli, peccati, mortis & aliarum
 tenebrarū liberabit eum dominus qui omnia habet in manu sua, Dominus
 conseruet eum stantem, & uiuifi. et eum lapsum peccato etiā negationis, si
 forte timore superatus negauerit, ut Petrus, & beatum faciat eum in terra,
 ut porro non cadat sed hereditate incipiat hic possidere dei bona. Et non
 tradat eum in manus inimicorū eius, id est, non permittat eum uenire in ma-
 nus aduersariorum, & ut maxime ueniat, tamen non tradat eum uoluntati
 ipsorum, sed & illic adsit benigna patris manus, ut in maxima coram mun-
 do infelicitate suam felicitatem & hanc beatitudinem non sibi amiserit, in-
 telligens crucem esse gloriam & mortem esse uitam. q. d. Non obtineant
 inimici quod machinantur, ut maxime sibi uideantur facere quæ uolunt.
 Hoc enim agunt ut iusti hominis moriatur & pereat nomen, sicut infra di-
 citur, sed Christus dicit cum suis, Resuscita me & retribuam eis. Dominus
 opem ferat illi in lecto doloris eius, non solum quando decubuerit corpore
 languēs, id quod sepe est medicina salutis, sed multo amplius (quia de spi-
 ritualibus rebus libenter scriptura loquitur quasi de corporalibus) quādo
 inciderit in angustiam animi, in tremorem iudicij dei & dolorem conscien-
 tiæ, ut quocumq; se uerterit nihil nisi angustiam uideat & fugiat dei patris

conspicuum, tunc, inquit, ô deus uersasti uniuersum cubile eius in hac infirmitate, ut hic filius tuus qui iam uidetur sibi perditus, qui uoluntatur in spem, qui nihil quietis habet, possit molliter quiescere, dormire & melius habere, qui enim semper pater es hic plane matrem agis, ut filius, qui alijs solet esse misericors, iam, quia indiget, misericordiam consequatur. Vides pie lector quo te ducam ut in psalmum ingrediaris, ultra mihi scribere non licet, obruor enim hic patris nostri beneficijs.

Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius. Et ingrediebatur ut uideret, uane loquebatur, cor eius congregabat iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur simul. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerunt aduersum me, nonne qui dormit non adiciet ut resurgat. Etiam homo pacis meae in quo speraui, qui manducat panes meos magnificauit contra me supplantationem. Tu autem domine miserere mei & resuscita me, & retribuam eis.

Simul, in Heb. pertinet ad uersum sequentem. Simul aduersum me susurrabant &c. Verbum iniquum &c. Felix, uerbum Belihal effusum est in ipso. Verbum Belihal plane idem est cum eo quod nos legimus, uerbum iniquum, sed quod nos in plurali legimus, Constituerunt aduersario contra me, in singulari legit Felix, Effusum est in ipso, scilicet aduersario, quae numeri mutatio frequens est, ut saepe antea monuimus.

Nonne qui dormit non adiciet ut resurgat. Felix, Et qui iacuit non sus

get amplius. Vtrūq; idem significat, scilicet qui semel moritur non amplius resurrectorum, sed illud cum interrogatione, hoc sine interrogatione, Verbum est impiorum. Panes meos. Fe. Panem meum.

Christus hic loquens uerbis nostris se planè fatetur pauperem, de quo **Christi peccata** dixerat & fatetur se peccasse qui tamen peccatum non fecit, sed nostra peccata portauit & omnium eorum reus coram deo factus est, ut aliàs diximus. Et præterea ipse semper apud patrem intercedit pro peccatis nostris quasi suis, nostra enim peccata suscipit per gratiã dum nos suscipimus eius iustitiam per fidem. Ego hic disco dum omnes insidiæ me appetunt precari misericordiam, quia manus domini tetigit me, non manus aduersariorum, qui sine deo nihil possent.

Quæ eius paupertas & miseria sit declarat. Inimici, inquit, mei dixerūt **Non interca-** apud se consultantes, quando morietur & peribit memoria nominis eius? **unt pia.** Adeo auidè expectant ut omnia pietatis studia et sancta doctrina cum pio homine intereant, Id quod expectabant in Christo Iudæi, sed frustra, id quod expectant omnes impij & uiri sanguinum de sanctis prædicatoribus, sed clamat de terra sanguis Abel, & uerbum dei quod ipsi prædicarūt perire non potest.

Et ingrediebatur &c. Elegantiſſime describit insidijs aduersariorum. **Insidia.** Aliquis, inquit, ex aduersarijs quasi amicus ingrediebatur in aedes meas, in hospitium meum, ut uideret, ut scrutaretur res meas, num essem talis qualis apparebam, qualis dicebar &c. Vane loquebatur, uidebatur mea commendare, sed cor eius augebat sibi iniquitatem, omnia mea displicuerunt, dum uidit me loqui ut hominem, agere ut hominem, edere cum peccatoribus, bibere uinum &c. Ita diligenter obseruatum esse Christum quis ignorat? Et Gal. 2. Paulus scribit falsos fratres subintroisse ut explorarēt libertatem quam habemus in Christo, ut, inquit, nos in seruitutem adigerent. Additur ergo, Et egrediebatur rursum ex aedibus meis, ex hospicio meo, ex consortio meo & loquebatur cū omnibus aduersarijs meis. Qui, inquit, homo est ut alij unde patimur tantam contradictionem? si moreretur, si posset occidi non resurgeret. Mortuus manet mortuus, mortuus non cacat. Ita impij sentiunt mortuo homine, etiam mori dei uerbum quod prædicauit. sed ut tum: ita & nunc falluntur & frustrantur sua spe: Resurgit dei uerbum dum non speratur & pereunt qui illud perire uolebant.

Etiam homo &c. Auget miseriam dum & de domestico proditore con- **Domesticus** queritur cū quo pacem uidebatur habere & cui multa cōmiserat, pecuniã **hospis.**

rei familiaris, dispensationem mensæ, apostolatium, ministerium uerbi, officiam miraculorum, qui Petro non uidebatur inferior, qui conuersabatur & edebat cū eo simul, non solum singulis diebus cōmuncem cibum sed etiā uenerabile eius corporis & sanguinis sacramentiū. Hic, inquit, magnam fecit contra me supplantationē, plus alijs me supplantauit erecta contra me calce. Hoc est, prodidit me & tradidit in manus querentium animam meam. Satis dura hæc est Christi querela contra illos qui persequuntur Euangelium Christi, qui tamen sibi commissum uideri uolunt ut ueritatem Euangelicam quasi Christi uicarij tueantur. Iudas sane multos habet filios. Huc pertinet quod dicitur Hierē. 5. Ego autē dixi, Forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes uiam domini & iudicium dei sui. Ibo ergo ad optimates & loquar eis, ipsi enim cognouerunt uiam domini & iudicium dei sui, & ecce magis hi simul confregerūt iugum, ruperunt uincula. Iccirco percussit eos leo desylua &c. Hos terreat quod sequitur, Tu autē domine miserere mei & resuscita me ex hac angustia, ex hac potestate tenebrarū, ex hac morte in qua putant periturū etiam nomen meum. & retribuam eis, sentient quem percuti sint. Iudæis retributum est. Et Christus sedet à dextris dei donec ponat pater inimicos & supplantatores eius scabellum pedum eius.

In hoc cognoui quod uoluisti me, quoniā non gaudebit inimicus meus super me. Me autē propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum. Benedictus dominus deus Israel, a seculo & in seculū, fiat fiat. Heb. Amen & Amen.

Voluisti. Fe. Dilexisti. Me autem &c. Felix, Me autē in simplicitate uel innocentia mea sustentasti, id est, fecisti & dedisti gratiam ut perstarem in innocentia.

In hoc cognoui & certus sum quod uoluisti me, quia scio quod non gaudebit inimicus meus super me, erit quando tacebit, quando cōfundetur qui nūc clamat. Saluū faciāt eum quoniā uult eum. Me autē propter innocentiam suscepisti quam deserere non potes utcumq; ad tempus dissimules, & in æternum perstabo in conspectu tuo, nō moriar amplius, non illi obtinebūt quod uoluerunt. Sit nomen domini benedictum in æternum, Amen Amen.

Quæris quare hic innocentia iacet qui supra confessus est peccata. Respon-
deo, siue Christum siue alios pios esse innocentes in persecutione, nihil enim
nocuerunt aduersarijs, sed certi sunt q̄ aduersarij solo ueritatis odio ipsos
persequantur &c. Vide quæ dixi psal. 7.

Summa psalmi, Benedictus qui miserorū tentationes agnoscit. maledi-
ctus qui persecutorum ueritatis iniquitati consentit.

PSALMVS XLI.

Titulus προσκλήσεις eruditiū filiorum Chore.

Chorite, id est filij Chore scribuntur Ianitores tabernaculi siue templi do-
mini, quos puto hunc psalmū fecisse, sicut in titulo apparet. Est autē erudi-
tium siue eruditio qua erudimur, q̄ si etiam omnia uideantur desperatissi-
ma tamen in domino sperandum. Non est hoc uirtutis humanæ.

SVMMA. Tribulatū cor ad dominū suspirat quādo impij oppugna-
tores fidei dicūt, Vbi est deus tuus? nec cessant quotidie fidem tentare, & ubi est deus
ut maxime externi desint, tamen oppugnamur impijs & carnalibus cogita-
tionibus, ut fides pereat & fiducia in deum. Hic se consolatur primū q̄ in-
gressus nūc in tabernacula dei, id est, cōmunionem fidelium siue ecclesiam
sanctorum, ingreditur quādoq; ubi uidere liceat facie ad faciem cum Leti-
cia deū de quo nunc impij exprobrant quasi nō adsit. Hæc recordatus sum,
inquit, &c. Deinde q̄ pro suis deus solet mirabiliter pugnare, ut olim in ter-
ra Iordanis & Hermon. Iosue. 12. ubi & Christus illuminare cœpit & con-
solari adflictorū conscientias potenti uerbo & miraculis, Matth. 4. ex Esa-
ie. 9. Præterea ut maxime omnes fluctus terrorū dei inundent, omnia im-
pietatis argumenta inuadant, tamen ex solo dei uerbo pendet, recordatus
dominum mandasse in omnibus suis scripturis ut laudemus misericordiam
ipsius in die, id est, in tempore consolationis, & cantemus ei in nocte, id est,
in tribulatione. Quid autē cantemus psalmus. 91. apertius dicit. ueritatem,
inquit, tuam per noctem, ut hæc diximus psal. 5.

Quemadmodum desiderat cerua ad fontes
aquarum, ita desiderat anima mea ad te
deus. Sitiuit anima mea ad deum fortē

uiuentem, quando ueniam & uidebor coram facie
dei? Fuerunt mihi lachrymæ meæ panis die ac no-
cte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus?

**Fortem
uiuum.** Felix, quem admodum ceruus uociferat uel præ desiderio clamat super
inundationibus aquarum (scilicet ut inueniat eas) sic anima mea uociferat ad
deum. Sitiunt anima mea ad deum, ad deum uiuum. Vel, sitiunt anima mea
ad deum fortem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Vbi
quis non uidet, quod uulgo legitur, Fontem uiuum, neq; Græco neq; Hebræo
respondere, & mutatione unius literæ corruptum à sciolis quibus uisum est
hoc esse melius?

**Tentatio gra-
uissima.**

Hoc est desiderium præ anime languentis & ad deum suspirantis dum
est in agone siue certamine eum desperatione, ubi nihil aliud uidet, nihil ali-
ud audit, quam ubi est deus tuus? Frustra tu sapis contra tot sapientes, san-
ctos, atq; adeo contra totum mundum, omnia diuersa apparent & tu manes
in tua stulticia? Communem deum tibi soli arrogabis? an non & alij habent
uerbum dei? uide multitudinem aliter sentientium, uide longam consuetu-
dinem & c. non est hæc uia salutis, uideris omnia sancta contemnere. Deum
esse deum scimus, sed tuum esse negamus, ubi sunt illa gloriosa quæ tibi de
deo tuo promittis? Hæc est grauissima piorum tentatio, de qua diximus psal-
mo tertio, ubi dicit impietas, Non est salus ipsi in deo eius. Hæc dum non cessant
in mundo, pius animus sentiens his blasphemijs suam impugnari fidem
& salutem suspirat, flet, dolet, clamat, quare deus dereliquisti me? quando
rursum respicies me ut exhilarer spiritu tui consolatione qui in hac tenta-
tione uideris auertisse faciem tuam à me? in hoc æstu pereo, ad te deum sitio
ut refrigerer tuo spiritu, qui es deus fortis ne præualeat mihi tentator, es
uiuus ne absorbeat me mors. Respice in me & miserere mei quia unicus &
Ceruum. pauper sum ego. Ceruum esse æstus impatientem imprimis fugatum à ca-
nibus & uenatoribus & aquas petere ipsa experientia docet. Et poeta. 7.
Aene. de ceruo cicurato dicit, Fluuio cum forte secundo Destrueret, ripamq;
æstus uiridante leuaret.

Hæc recordatus sum & effudi in me animam meam
& transibo in loco tabernaculi admirabilis usq; in

domū dei, In uoce exultationis & confessionis soni
festum celebrantis. Quare tristis es anima mea, &
quare conturbas me? Spera in deum, quoniam con-
fitebor ei, salutare uultus mei & deus meus.

Consolatio. In hoc estu hæc quæ sequuntur recordatus sum & effudi in Effudi animã.
me animam meam, dilataui intus cor meum, angustiam animi depulsi, coepi
consolationem sentire, quemadmodū diximus de cordis dilatatione, Psal.
4. Gaudisus, inquam, sum hac recordatione, q̄ qui etiam iudicio meo in hac
mentis turbatione usus sum abiectus à consortio electorū, transibo & con-
uersabor corā deo & sanctis eius in loco tabernaculi admirabilis in eccle- Tabernaculū
sia sanctorum ubi deus habitat, ubi deus mirabiliter operatur quæ carnales admirabile.
oculi uidere non possunt, atq; ideo contemunt & derident. 1. Corin. 2.
Nihil enim mundanæ lucis est in sanctis sanctorum, sed deus illic inhabitat
lux & gloria Hierusalem Esa. 60. Sinam mundum & regnum illud tene-
brarum cum sua sapientia carnali insanire, ut uoluerit, Habeo uerbum dei
quo hoc tabernaculum admirabile & cōditur & conseruatur, in quo uer-
bo certo possideo deum meum, dum ipsi dicunt, Vbi est deus tuus? De ta-
bernaculo isto diximus in alijs locis. Transibo autem, inquit, in uoce exul-
tationis & confessionis, id est, laudis & gratiarum actionis, In uoce soni fe-
stum celebrantis & quasi conuiuium agentis propter gratiam dei & pa-
cem quæ est in ecclesia sanctorum. Felix sic legit, Hæc recordabor & effun-
dam super me animam meam, quoniam transibam cum numero, deducebar
cum illis usq; in domum dei, in uoce exultationis & confessionis, copia ma-
gna populi tripudiantis uel festiuitatē agentis. Quis per hæc non uidet al-
ludi ad uetus illud templum, siue potius tabernaculum? Hoc uero signifi-
catur, presens esse remedium ubi cum desperatione nobis pugnandum est,
recordari (modo hoc detur in tanta turbatione) prioris gratiæ & conso-
lationis quando gaudebamus nos à peccatis liberos introduci in communi-
onem sanctorum & erui à presenti seculo nequam. Ad quod monet etiam
epistola ad Hebræos, ca. 10. Rememoramini pristinos dies &c. Itaq; ait ò ani-
ma mea quid me conturbat quasi res sit desperata. bene spera de deo, ista Spera &c.
tentatio quandoq; transibit & cantabo & glorificabo deum ut ante,
quandoquidem per fidem scio quod ipse est salutare uultus mei, id est, is

qui dilectum meum uultum rursus erigat in salutem, qui cum salute ut pater solet mihi suo spiritu arridere, ut meum uultum exhilaret, scio quoque quod ipse est deus meus, ut maxime porte inferorum iugiter clamet, ubi est deus tuus? Felix, Quonia adhuc celebrabo illi salutem uultus sui, id est, laudabo et gratias agam quod saluando me respicit, nec abiicit, ut clamant aduersarie potestates.

Ad meipsum anima mea turbata est, propterea recordabor tui de terra Iordanis & Hermonijm a monte modico. Abyssus abyssum inuocat in uocem cataractarum tuarum. Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt.

De terra Iordanis &c.

Turbata est. Fe. depressa est. A monte modico Fe. A monte Mizbar. Qui sit mons modicus uel mons Mizbar in scripturis non est expressum. Licet intelligere scopulos torrentis Arnon uel locum illic uicinum, ubi primus incoeperunt possidere filij Israel terram suam percusso Seon rege Amororum et Og rege Basan, quod repetitur ex historia Deut. 2. et 3. Surgite et transite torrentem Arnon &c. Reliqua lege Iosue. 12. De mirabilibus enim, ut sentio, loquitur, quae deus operatus est pugnando pro populo suo in terra Iordanis, in terra Hermonijm, id est, Hermoniorum qui dominati sunt in monte Hermon, sunt autem in terra Basan, et de mirabilibus in terra montis modici uel montis Mizbar quae intelligo terram Seon regis Amororum. Translatore transulerunt ut ipsis uisum est. Ex Hebraeo sic apte legere poteris, Propterea memor ero tui propter terram Iordanis et Hermoniorum et montis modici.

In uocem, legitur ex graeco, Commodius tamen fuerit ut legas, In uocem quemadmodum legit Felix. Omnia excelsa tua. Fe. Omnes undae tuae. Vide quae uaria meditetur animus ad fluctus qui iugiter audit, ubi est deus tuus? Et uere non derelictus est qui talia potest meditari, quae in hoc ipsum nobis praescripta sunt, ut tentati refugium non ignoremus. Primus suspirat ad deum, Quemadmodum desiderat &c. Deinde recordatur communionis sanctorum, se scilicet unum esse ex illis qui suscepti sunt a deo utique; tam omnia diuersa appareant. Hec recordatus sum &c. Tertio recordatur exempli sanctorum, iste et ille sanctus sic quoque tentabatur et grauius, ut diffide

ret, & adiuuat cum dominus mirabiliter, non me quoq; deseret, sed libera-
bit quis enim unquā inuocauit dominū & derelictus est? Ad meipsum ani-
ma &c. Quarto simpliciter hæret in uerbo dei, & orat ut hæere possit,
hic tutus est dum etiā cætera cadunt. In die mandabit &c. & Psal. sequenti,
Emitte lucem tuam &c. ut infra dicemus.

Anima, inquit, mea ad me depressa est & in me conturbata, ad me con-
turbata est, quæ ad deum, id est, dei recordata melius habet. Omnia iam ui-
dentur desperationis plena, propterea recordabor tui, quid egeris pro san-
ctis tuis manu fortissima & stupendo totius orbis miraculo in terra Iorda-
nis siue Cananæorū & in terra Basan & Amorrhæorū. Impias gentes ex-
pulistī & occidisti, ut infra Psal. 43. & dedisti terram ipsorum Israëlitis po-
pulo tibi fidenti, postquā omnia erant desperatissima, postquā increduli
Iudæi perierūt in deserto, Tu promiseras, totus mundus contra sentiebat,
desperabant & ipsi quibus promissum erat, & tamen factum est, ego cur de-
sperem? cur non sperem similia, cum & mihi promissum sit &c? Sed tenta-
tio grauis qua interim premor nō permittit talia in consolationem mei me-
ditari, alia enim tentatio aliā trahit, abyssus abyssum ad se uocat dum stre-
punt & horrende super me ô deus pluunt de excelso cataractæ tuæ, & in-
ferne obruunt fontes abyssi magnæ, non est ausugium. Iudicia tua sentio,
manus domini tetigit me. Nemo ista nouit nisi expertus, sed nouit dominus
pios de tentatione eripere, sicut eripuit Noë & Loth. Certe magna tentatio
sit necesse est quæ his uerbis describitur, per quæ manifeste alluditur ad di-
luuium Noë & subuersionem Sodomorum, sicut & Psal. 31. Verūtamen in
diluuio &c. Psal. 11. Pluet super peccatores &c. Et eleganter Esa. 24. For-
mido & fouea & laqueus &c. quia cataractæ de excelsis aperte sunt &
concutientur fundamenta terræ. Eadem penè quæ in hoc uersu sunt, dixit
Ionas, ut legis Ione. 2.

Exempla
sanctorū.

Abyssus &c.

In die mandabit dominus misericordiam suam, &
nocte canticū eius apud me. Oratio deo uitæ meæ,
Dicā deo, susceptor meus es, quare oblitus es mei
& quare contristatus incedo dū adfligit me inimicus.
Dum confringuntur ossa mea, exprobrabant
mihi inimici mei. Dum dicunt mihi quotidie, ubi

est deus tuus? Quare tristis es anima mea & quare conturbas me? Spera in deum quoniam confitebor ei, salutare uultus mei & deus meus.

Dum confringuntur etc. Felix, Cum gladio in ossibus meis opprobria affecerunt me tribulantes me, dum dicerent ipsi mihi quotidie, ubi est deus tuus? Cur deprimeris anima mea, & cur tumultuaberis super me? Spera in deo quoniam adhuc celebrabo illum salutem uultus mei & deum meum. Cum gladio etc. potest omitti pr. eposito, & est elegans appositio, ut sit gladius in ossibus, in medullis, in intimis cordis, illud opprobrium & illa blasphemiam impiorum dicentium, Vbi est deus tuus? Quod autem nunc transfert Felix, Celebrabo illum salutem, rursus appositio est.

Die misericordia.
Noctis ueritas.

Dum dies consolationis & gaudij est in spiritu sancto dominus mandabit siue mandat, id est, eius uoluntas est, ut eius misericordiam, que operatur in nobis, magnificemus, & dum nox est tentationis interim solum remedium est ut canticum eius habeam apud me & orationem ad deum uitae meae, ut non obliuiscatur mei, dum & spiritus & ossa tremunt & confringuntur ad ipsius horrenda iudicia, quem horrorem augent impij, dicentes, Non est salus ipsi in deo eius. Porro quod canticum sit, Psal. 17. apertius dicitur, Latens inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero, Et apertissime Psal. 91. Veritatem tuam per noctem. Sed haec alibi.

PSALMVS XLII.

Titulus nullus in Hebræo. Cohæret autem sententia huius Psalmi cum Psalmo precedenti, licet etiam Hebræi diu idant hunc ab illo, & uides hic orationem de qua supra dixit, Orationem deo uitae meae, dicam deo etc.

Iudica mihi deus, & iudica causam meam. Quia ex gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea, quare me repulisti? & quare tristis incedo dum affligit me inimicus? Emitte lucem tuam & ueritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt

runt in montem sanctum tuum & in tabernacula tua.
 Et introibo ad altare dei, ad deum lætificantem iuuen-
 tutem meam. Confitebor tibi in cithara deus deus
 meus, quare tristis es anima mea & quare contur-
 bas me: Spera in deum quoniam confitebor ei, salu-
 tare uultus mei & deus meus.

Iudica causam meam ex gente non sancta, id est, incredula & impia, quæ
 dicit, Vbi est deus tuus? Fe. Contende contentione meam de gente non san-
 cta, id est, tu age pro me, ego contendere & uindicare ut non possim, ita non
 debeo, Et exponit dicens, Ab homine iniquo & dolofo erue me, qui sequi- Iniquus,
 tur iniustitiam, nam fidei iustitiam non nouit, & præterea mihi nititur per Dolofus.
 suadere ut non agnoscam deum meum dum in alia me confidere uult quæ non
 sunt deus, ut sunt mea opera, iustitiæ & uires humane &c. Hic omnibus do-
 lis agit, ut hoc accipiam pro uia ueritatis & sanctitatis quod sancta specie
 ipse mihi ostentat & probat. Vide psal. 5. & alibi, Vides itaq; in psalmis & Gloria fidei si
 in prophetis quæ delecta & damnata sit aquis impios gloria fidei, Non enim ue gloriatio.
 sustinent iustitiarum hypocritæ ut de deo solo gloriemur, sed iudicant hoc esse
 hæresim & nihil minus nos habere quæ quod gloriamur, dicunt enim, Vbi est
 deus tuus qui omnia tibi facit sine tuo arbitrio & conatu?

Quia tu es deus fortitudo mea per quem inuictus ero contra omnes por-
 tas inferorum, clament interim ad raum etiam, Vbi est deus tuus? Vel hinc
 uide quod supra emendauimus, Sitiuit anima mea ad deum fortem &c.

Quare me repulisti? id est, quare non adiuuas, sed tu quoque uideris ad-
 iuuare consilium impiorum contra me, Iob. 10? Quare lugeo non accepta Lux.
 spiritus tui consolatione? Emitte de cœlis domine lucem tuam & ueritatem Veritas.
 tuam, id est, per spiritum sanctum illumina cor meum uerbo tuo & promissis
 sonibus tuis. Spiritus lux est, uerbum ueritas: sine quibus omnia sunt meræ
 tenebræ & mendaciū. Spiritus docet omnem ueritatē ut confundatur omnes
 spiritus mendaces, Verbum dei est quidem ueritas, quæ sola saluat, sed sine luce
 non est tibi ueritas, non enim credis. Ministerium quidem uerbi per hominē
 siue per literam uenit ad te, sed non intelliges nisi intus luce dei illustreris ut
 sis theod. i. d. xx. Iog. Ne querito ergo inter homines aut in tuo ingenio, ratione
 & sapientia siue uiribus, quod hic petitur ut à deo emittatur, quando quidem

dei est, necesse est ergo ut ex illo fonte fluat. Emitte, inquit, lucem & ueritatem planè non aliam quàm tuam ò deus. Ipsa me deduxerunt in uia recta, & adduxerunt ad te deum uite mee in montè & in tabernacula tua, ubi tua sanctitas inhabitat, id est, per lucem tuam & ueritatem tuam introductus sum in consortium electorū, in regnum lucis & hereditatè dei. eternam. supra sic dixit, Hæc recordatus sum & effudi & c. Presentanea est cōsolatio recordari se ad scriptum numero electorū. quemadmodum Christus ait, Gaudete q̄ nomina uestra scripta sunt in coelis. Eugabuntur tenebræ ubi sic cogitaueris. Ego à deo uocatus sum, uerbum suum misit mihi, signum accepi baptismum, pignus dedit Christum & spiritu suo me subarrauit & c. quid alienam uocem audio? quid me turbant peccata mea? quid uane suadēt uiri sanguinum & dolosi? nunquid deus mētiri potest aut fallere? nunquid frustra omnia ista egit pro me? & c. Felix legit in futuro, ipsa me deducēt & adducēt, id est, ubi tu me illuminaueris, gaudebo rursus de consortio sanctorum, ex quo, tentatione urgente, cogor uereri ne me abieceris. tunc liberatus ex gente non sancta sinam furere qui furunt, in congregatione credētium adibo ad altare tuum non manufactum, id est ad te deum qui letificas iumentutē meam, qui postquā penè inueteraui inter omnes inimicos meos Psal. 6. consolatione & innouatione tui spiritus exhilaras me rursus nouit̄ hominē factum, qui reparas animæ mee iumentutē, ut aquile, psal. 102. Illic non offeram sacrificium taurorum aut uitulorum, sed sacrificium laudis quo omnia tibi feram accepta, Confitebor, inquit, tibi in cithara, id est, laudabo te & sanctificabo nomē tuum gaudio spiritus. Alluditur quidem per hęc ad illud tabernaculum uetus & altare & cantica citharæ, sed illa non significantur, ut alibi diximus, uel psalmo. 25. Cū igitur ista leticia per deū mihi restet & non sint omnia per dita, ut cogebat in tentatione uereri, quare tristis es anima mea? & c.

PSALMVS XLIII.

Titulus: ἡγοσὶνέλευσις filiorum Chore eruditium.

Ante Christū Credentes siue Iudæi siue gentes, unus in Christo populus sunt, sed ex
& post Christū Iudæis salus est, ut ait Christus Io. 4. quoniā ex eis Christum secundū carnem credētes
nē & apostolos primosq; uerbi Euan gelici prædicatores accepimus. Quid
unus sunt populus, ergo unus populus sunt, Paulus Rom. 8. citat ex hoc psalmo testimonium de
persecutione Christianorū, dicens, Sicut scriptum est, Propter te mortificamur tota die & c. Sicut enim populus dei dispersus inter gentes in captiui

tate olim male audiebat & propter deum adfligebatur, Ita & nunc.
 SVMM A. Credentes dicunt, Deus tu mirabiliter exaltasti nos data terra
 promissionis, ex qua eiecisti gentes tuo opere tuâq; potentia, ut hic bene-
 ficium agnoscamus & nihil gloriemur de nostris uiribus. At nunc tradidi-
 sti nos in manus aduersariorû omnibus expositos malis & opprobrijs, nō
 tamen negauimus nomen sanctum tuum, quin & tu ipse nō ignoras q; pro-
 pter te mortificamur tota die &c. Noli ergo semper dissimulare, libera nos
 non merito nostro, sed propter tuam misericordiam.

IN HOC Psalmo omnino reijcitur opus nostrum, uires nostræ, sapien-
 tia & iustitia nostra, & omnia quæ saluationis nostræ sunt tribuuntur dei
 operationi, dei uiribus, dei illuminationi & misericordie, quæ exhibet no-
 bis dominus non ob aliam causam quàm q; diligit nos & misericors est, ut
 qui gloriatur in domino gloriatur.

Deus auribus nostris audiuimus, patres no-
 stri annūciauerūt nobis. Opus quod ope-
 ratus es in diebus eorum, in diebus antiquis. Ma-
 nus tua gentes disperdidit & plantasti eos, adfixi-
 sti populos quos & eiecisti. Nō enim in gladio suo
 hæreditauerunt terram, & brachium eorum non
 saluauit ipsos. Sed dextera tua & brachium tuum
 et illuminatio uultus tui, quoniã dilexisti eos. Tu
 es ipse rex meus et deus meus, qui mandas saluati-
 ones Iacob. In te inimicos nostros uentilabimus
 cornu, et in nomine tuo contemnemus insurgentes
 nobis. Non enim in arcu meo sperabo, et gladius
 meus non saluabit me. Saluasti enim nos exaffligē-
 tibus nos, et odientes nos confudisti. In deo lauda-

bimus tota die, & in nomine tuo confitebimur in
seculum.

Ventilare
cornu.

Qui mandas, Felix, Manda. Ventilabimus cornu, id est, per te inimicos nostros frangemus & fugabimus solo buccinarum strepitu etiam sine armis. Sic. 1. Macha. 7. Ventilabant eos cornibus. Videtur tamen à cornibus animantium pugnatium hoc translatum, quæ iactant ut feriant impetu suo. Felix sic, In te inimicos nostros percutiemus, in nomine tuo conculc-

Laudabimur.

bimus insurgentes in nos. In deo laudabimus. Qui legunt, Laudabimur, intelligunt quod populus dei magnificatur à gentibus iugiter propter mirabilia quæ deus illi fecit. Verum non conuenit in hoc psalmo, mūdus enim ridet & contemnit quæ dei sunt. & hic uersus seipsum exponit, dicens, Et in nomine tuo confitebimur in seculum, quod planè est idem cū precedenti oratione. Et Felix sic habet, In deo laudabimus tota die, & nomen tuum in æternum celebrabimus.

Patres doceant
filios.

A paribus, inquit, audiuius, quia præceptū est, Deut. 6. & alibi ut patres narrent filiis suis præcepta dei & mirabilia quæ fecit pro ipsis, ut non obliuiscantur dei &c. In quo commissum est patribus, ut in domibus suis sint Episcopi & doctores, id quod & diuus Augustinus solebat monere patres. Quod nos, inquit, sumus docetes in ecclesia, hoc uos singuli estis in domibus uestris. Sic uero doceant, ut omnis iustitia, omnis gloria tribuatur deo non nostris operibus: quemadmodum hic clare uides. Id quod est

Sola bonitas.

uere fidem & fiduciam in deum docere. Dextera, inquit, tua non hominum manus, & brachium tuum non ipsorum potentia, & illuminatio uultus tui, non ipsorum sapientia & prudentia, fecit hæc omnia, nulla alia causa quã & dilexisti eos, quã & quasi pater tibi cōplacuisti in eis, sola bonitas & misericordia tua illic produxit pro populo tuo potentiam & brachium tuum & illuminationem uultus tui, Rom. 5. Dilexit nos cum adhuc essemus ini-

Vsus historiæ.

mici. Ephe. 1. Dilexit nos in Christo ante mundi constitutionem. Non attinet hic admonere de historijs quæ notissimæ sunt ex sacris libris. Et profecto in hoc psalmo ostenditur nobis quid ex historia discamus, nempe primo fidem, deinde spem, quæ duo separare non licet. Ad hoc enim præteritorum dei beneficiorum recordamur, ut porro speremus ad futurum qui antea nõ defuit uel nobis uel alijs. Vnde ait, Tu es ipse &c. Manus tua nondum est abbreviata tu es qui mittis liberationes & uictorias & triumphos populo tibi fidenti, Per te ridebimus insultus aduersariæ potestatis & quicquid

in regno tenebrarum tuæ ueritatis lucem non sustinet. Nostræ uires, nostræ opera hic nihil sunt. arma nostra, inquit, Paulus sunt potentia per deum. Tu saluasti nos, tu confundisti magna molientes & insano furorc in populi tuum correptos. Itcirco dignum est & salutare nobis ut beneficia cõ referamus unde ad nos uenerunt, ne quid nobis arrogemus, aut ingrati inueniamur. Laudabimus, laudes cantabimus & gratias per deum, & per nomen tuum ò deus laudes promemus tota die, id est, iugiter & in æternum. Habeto gloriam qui fecisti rem, nõ hic nomen & fama nostra glorificetur, sed nomen tuum sit benedictum in æternum, Amen.

Quæris quare in bellis usi sint armis, consilio, insidijs &c. si nihil illic fuerint arma & quicquid est humanarum uirium? Respondeo, omnia illa illic nihil fuissent etiam iudicio carnis, ut uides Deut. 1. & Numeror. 13. & 14. aduersarij gigantes appellantur & urbes usq; ad caelum munitæ dicuntur, Nihil, inquam, fuissent nisi adfuisset uerbum dei quod creditum efficit omnia, Tamen iussit deus adhiberi quæ humana uidentur, ut doceret nos non tentare deum. Tentatio dei fuisset si se argumentati fuissent, Deus promisit nobis istas ciuitates ut ingressi possideamus, ergo hic expectemus donec ciues exeant. Imò impietas fuisset dicere, Deus tradidit armis nostris suscipiendas ciuitates, nos tamen sine armis uolumus habere eas. Sicut & hoc est, Dominus deus conseruat mihi uitam, & conseruabit etiam si non edero & bibero &c. Itaq; sic accipe, Pius homo nihil agit nisi certus sit deo placere quod agit, Certus autem est per uerbum dei. Vbi uero sic certus est, utitur in rebus huius mundi sua ratione, suis uiribus, suo ingenio à deo concesso, ne creatura dei sit ociosa ad id quod scit deo placere. Hic uerbum dei præcedit, omnia alia nostra sequuntur, ita ut iam nõ sint sua suiq; iuris, sed uerbi dei, per quod omnia creata sunt, per quod tuum ingenium, tuæ uires tibi datæ sunt. Nam in talibus non confidis, sed sic sentis, Ego quidem ista facio certus q; deo placeant, uerum in his non confido, dei est uel promouere, quod facio, uel amouere, Ago quod deus dedit, expecto quod deus uult &c. quemadmodum edo, bibo, ad uitæ conseruationem, sic enim ordinauit deus, ueritamen in edendo & bibendo non confido, Nam ut edam, ut bibam tamen ad unam horam non sum uitæ meæ securus &c.

Nunc autē repulisti & confundisti nos, & nõ egredi

dieris deus in uirtutibus nostris. Conuertisti nos retrorsum prope inimicos nostros, & qui oderunt nos diripiebāt sibi. Dediti nos sicut oues escæ & inter gentes dispersisti nos. Vendidisti populū tuū sine precio, & non fuit multitudo in commutationibus nostris. Posuisti nos opprobriū uicinis nostris, subsannationem et derisum ihs qui in circuitu nostro sunt. Posuisti nos in prouerbiū in gentibus, commotionem capitis in populis. Tota die uerecūdia mea cōtra me est, et confusio faciei meæ cooperuit me. A uoce exprobrantis et obloquentis, a facie inimici et persequentis.

Nunc autē. Felix, Verū tamen oblitus es, & confudisti nos & non egressus cum exercitibus nostris uel non es egressus &c. Obloquētis. Felix, blasphemantis. Persequentis. Felix, Ultoris, id est qui se cōtra nos ulciscitur offensus ueritate, ut psal. 8. Destruas inimicū & ultorem.

Cruce. Hic uidet crucem populi dei, cuius quidem gloria & gloriatio & potentia atq; uictoria deus est, ut supra dictum, sed tamen expositus est omnibus mundi malis (ut olim populus Iudæorum in Aegypto, deinde & in captiuitate Babylonica) ut diuina uirtus paternāq; clementia mirabiliter in tentatione & persecutione seruando & ab ea liberando magis innotescat, & ut ipsi discamus ipsa experientia utrum diligamus deū an non, id quod extra tentationem fieri non potest. Sic enim ait dominus, Iudicū. 2. Expectar in gentibus relictis Israël em utrum custodiat uiam domini &c.

Vendidisti. Propter uersum, Vendidisti populū tuum &c. estimant quidam hic dicti de nouissima captiuitate Iudæorum sub Romanis, quādo quidam occidebantur, alij portento sa fame moriebantur, alij ad feras cū ludibrio proij-

ciebantur, alij in seruitutem perpetuam uendebantur. ut testatur Iosephi historia. id quod sic permitimus ut reliquie Israël per Christum saluati hoc ipsum opprobrium populi sui coram deo conquerantur, & orent ut hoc opprobrium auertat quibusdam conuersis & illuminatis qui cæcitate tenentur, Nam ut hæc dicant impij qui Romanis traditi sunt psalmus non permittit. Fidelium uox hic auditur qui deo per fidem semper adherēt & in persecutione à deo non descierūt, & qui hoc ipsum quod patiuntur propter deum deiq; ueritatem & iustitiam patiuntur, id quod sequentia luce clarius ostendunt. Non, inquit, oblitus sumus te &c. Quoniã propter te mortificamur tota die &c. Nihil aliud ergo significat uersus, Vendidisti &c. quam, Tradidisti nos in manus alienorum gratis, id est, qui nullam habent causam nos possidendi & persequendi, & nõ fuit multitudo, scilicet precij in cõmutationibus nostris uel corũ scilicet populi tui, id est, uili uendidisti, & quasi proiectamenta abiiecisti nos in manus impiorum, qui uolentis & humanis doctrinis nos premunt & fratres nostros in errore tenent & ignem gladiũq; adhibent ne liberemur ex misera seruitute & scandalis Euãgelij, nec aliud patimur inter gentiles Christianos quã olim prophetarum & ueritatis amantes, & deinde Apostoli inter gentiles Iudeos. Nã primum martyriũ inter gentes uidetur tolerabilior fuisse conditio, ubi errores seduci non potuerunt. Hic nobis solatio sit quod dominus promittit post captiuitatem, Esa. 52. Excutere de puluere, consurge, sede Hierusalem, solue uincula colli tui captiua filias Sion, quia hæc dicit dominus, Gratias uenundati estis & sine argento redimimini. Ablatus est populus meus gratis. Dominatores eius inique agūt, dicit dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphematur. Quã pulchri super montes pedes &c. ubi promittitur liberatio per Euangelium prædicatum. Et ca. 26. cantant ab errore ueteri liberati. Domine deus noster possederunt nos domini absq; te, tantũ per te recordemur nominis tui.

Redemptio per
Euangelium.

Igitur sic dicit populus dei, Tu domine deus qui soles pro populo tuo pugnare & uictoriam tribuere. Nunc in his malis abiiecisti nos & fecisti nos opprobrium aduersarijs, non ades prælijs nostris ut olim, uideris nos dereliquisse, uertimur in fugam & dripiuntur spolia nostra. Impugnamur ueridq; & mente & corpore, & multi ex nobis in errore cadunt, omnes uero confusione tenemur dum impij in gloria suã iustitiã regnant, quasi oues parate ad macerandum estimati sumus, quasi indigni quos sustineat terra, pu-

tant etiam se isti gentiles, qui in circuitu nostro sunt, id est, inter quos agimus, qui uerbū tuum oderunt, obsequium prestare deo dum dictoria in nos iactant & prouerbia irrisionis de nobis faciunt, cōmouentes præ indignatione & irrisione capita & blasphemantes, ut & psal. 11 scriptum est.

Hæc omnia uenerūt super nos, & non oblitī sumus tui, & non iniuste egimus in testamēto tuo. Et non retrocessit cor nostrum, & declinasti semitas nostras a uia tua. Quoniā, humiliasti nos in loco afflictionis & cooperuit nos umbra mortis. Si oblitī sumus nominis dei nostri, & si expandim⁹ manus nostras ad deum alienum. Nonne deus requireret ista ipse enim nouit abscondita cordis. Quoniam propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Exurge quare obdormis domine, exurge ne repellas in sinem. Quare faciem tuam uertis, obliuisceris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ? Quoniā humiliata est ad puluerem anima nostra, adhæsit ad terram uenter noster. Exurge domine adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum.

Et non declinasti.

Et declinasti &c. Sic est in Græco & in Hebræo, uerum Hebræis mos est inconiunctis orationibus nō repetere negationem quæ mox præcessit, sed subaudire. Intelligit ergo, Non declinasti, quemadmodum præcedit, Non retrocessit. alioqui uidebis orationes sibi pugnare. ideo ut error uitaretur nobis omnino legendum esset, Et non declinasti, uel, Nec declinasti, id quod

sententia ex Hebræo postulat. Et Hieronymus hoc intellexit, qui paululum immutauit Hebræum sic. Nec declinauerunt gressus nostri à semita tua.

Afflictionis. Felix, Draconis, id est, inter infideles & blasphemos uerbi tui, ubi locus & regnum est Satane.

Nonne deus requiret ista? Felix, Certe deus requirat hoc, id est, deus uel Requirat deus, tor existat in nos, sicut in Ezechiele, Sanguinem etus de manu tua requirã,

Repellus. Felix, obliuiscaris. Auertis. Felix, Abscondes. Nomen tuum, Felix, Misericordiam tuam.

Hoc scilicet est quod supra monuimus, q. uerba hæc sunt illorū qui per Perseuerantia se- uel patientia. cutionem & tentationem sustinent propter deum nec desiciunt, sed per- stant in fide dicentes, Propter ista non negauimus nomen sanctū tuum, nec decessimus à fiducia tui, non egimus iniuste in pacto uerbi tui, id est, ad in- iustitiā in fidelitatis non declinauimus à iustitia fidei, & non declinasti & c. Id est, tu gratiam præstisti ut stare potuerimus in uia tua, ne quid hic nobis arrogemus. Et hoc ipsum loquimur coram te teste qui nosti corda. Quoniã detecisti nos in loco tentationis & nihil uidimus nisi speciem mortis & de- sperationem ut æ (sicut Psal. 22. de umbra mortis dictum est) si propterea Deus alienus, obliuiscaris ne inuocarem nomen tuum, & desiceremus adorando ido- la gentium uel confidendo in iustitijs hypocritarum, quæ est uera idolola- tria, Id quod aduersarij urgebant ut considerem in aliud quàm in deū ue- rum, ut facerem mihi deum alienum, ut iustitiam inuisibilem adscriberem rebus uisibilibus & elementis huius mundi, & regnum Christi quod nõ est de hoc mundo facerem regnum huius mundi & pompam quandam glori- æ inq. humanam. Si, inquam, propter tentationem nobis à te missam hoc se- cimus, nonne tu uindicabis qui nosti occulta cordiū? Nam ut maxime foris non extendantur inuocando manus ad deum alienum, ut gentes faciunt, tamen in corde extenduntur manus ad deum alienū quando in aliud fidi- tur quàm in deum uerū, ut hypocrita iustitarij faciunt, qui suis operibus & iustitijs fidunt, deo diffidunt, uerbi dei egregij contemptores. Quia uero propter te iugiter sumus in morte, quia tuum uerbū nolumus deserere, & estimamur sicut oues quæ seruantur macello, ut occidamur, ut edamur, ut pereamus. (Rom. 8. & 2. Corinth. 4.) exurge, quare dissimulas (ut in nauicula Christus, Matth. 8.) Videris nobis dormire dum non adiuuas, cum ta- men scriptum sit, Ecce non dormitabit neq. dormiet qui custodit Israël. Ne abijcias quæso nos in æternum, qui ad tempus nos uis mala pati. Quare

auertis faciem quasi dedigneris audire? id quod grauius nobis est omni tentatione, uideris ab inimicis stare, qui tamen non ignorat quid quare patiamur, quia deiecta est penitus anima, id est, uita nostra & uenter, id est, corpus nostrum in terram, conculcatio hominum facti sumus. Adiuua nos propter nomen tuum, siue misericordiam tuam, non propter iustitiam nostram, non quia in tentatione non te negauimus, nihil habemus in quo fidamus. Tua causa agitur, tu libera &c.

PSALMVS XLIIII.

Titulus. προσκέλευσις super lilia filiorum Chore
eruditium canticum.

Lilia. Lilia sunt sponsus & sponsa. id est, Christus & ecclesia, quibus hoc canitur epithalamiū. Vnde Ephe. 5. Viri diligite uxores sicut & Christus dilexit Ecclesiam &c. Canticorum. 2. sponsus dicit, Ego flos campi & lilium conuallium. Et de sponsa, Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Hec sponsa est ex multis congregata, ideo in hoc Psalmo postquam de desponsatione dictum est, additur, Virgines post eam, proxima eius affectentur tibi. De quibus sponsa dicit, Canticorum. 6. Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, ut tibi pascatur in hortis & lilia colligat. Ego dilecto meo & dilectus meus mihi qui pascitur inter lilia, id est, inter castas per fidem mentes. quemadmodum Paulus dicit, Desponde uos uni uiro uirginē castam exhibere Christo. Hæ sunt nuptiæ quas rex fecit regi filio suo, Matth. 22. qui dicit Psalmo. 2. Ego autem constitui regnum meum super Sion montem sanctitatis meæ. Et hic propheta ad Christum, quemadmodum & epistola ad Hebræos interpretatur, ca. 1. Vnxit, inquit, te deus deus tuus &c.

SVMMA. Christus deus & homo hic canitur atq; adeo regnum eius & nuptiæ spiritu dei fecundæ, id quod in Psalmo ipso uidebimus.

ERuctauit cor meum uerbum bonum, dico
ego opera mea regi. Lingua mea calamus
scribæ uelociter scribentis.

Hic est unus uersus in Hebræo, de quo autore Augustino multa cōmen-
ti sunt. Tu uero sic accipe, Propheta exorsurus nuptiale carmen his uerbis
præfatur, ut deinde canere incipiat. Cor, inquit, meū musto & crapula spi-
ritus dei plenum, eructauit, id est ad auditū fidelium produxit uerbum bo-
num, id est carmen suauē. Ego dico, hoc est, ego iam canto regi siue ad hono-
rem regis opera mea, id est, canticū quod feci. Lingua mea qua profero uer-
bum, qua dico opera mea regi, est calamus scriptoris uelociter scribentis, id
est, spiritus sancti, qui nescit tarda molimina ad componendū diūq; medita-
tandū hoc carmen, quemadmodū humana carmina non subito scribuntur,
sed mox illuminat & dat intelligentiam, mox scribit in corde & lingua ca-
nit, quemadmodū & Mariam uides prompisse canticum, Magnificat. q. d.
Verbum quod eructo & opera qua dico uel cano non sunt litera, sed spiri-
tus. Lingua est hic calamus spiritus, scribentis subito in corda auditorum,
uerbum uiuum est, non mortua litera. Vide quā breuibus uerbis prouocet
nos propheta ad audiendū epithalamium. Qui non atramēto, sed uerbo &
lingua scribit uelociter, in corda scribit non in librū, quod est ministerium
spiritus, nō litera secundū Paulū. Sic & Esaias, ca. 5. cantaturus præfatur,
dicens, Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei de uinea sua. Sequitur
ergo nunc carmen quod canit regi Christo, Speciosus forma & c.

Speciosus forma præ filijs hominū, diffusa est gra-
tia in labijs tuis, Propterea benedixit te deus in
æternū. Accingere gladio tuo super fœmur tuum
potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, &
intende & prosperare & regna. Propter ueritatem
& mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mira-
biliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ (populi sub-
te cadent) in corde inimicorū regis. Sedes tua deus
in seculum seculi, uirga directionis uirga regni tui.
Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatē, Propterea
unxit te deus tu^o oleo læticiæ præ participib^o tuis.

Et intende & prosperare & regna propter ueritatem &c. Fe. Et deo
 re tuo prosperare, equita super uerbū ueritatis & mansuetudinis & iusti
 Euangelio res
 gnat Christus. tie, & docebit te terribilia dextera tua. Quo significatur regnum Christi
 esse per Euangeliū quod est gladius spiritus, uerbū ueritatis nullā hypocrisi
 sim docens nihilq; falsi admittēs, seruans fideliter quod promittit, uerbū
 mansuetudinis, nō uerbū austeritatis, ut legis erat, uerbū iustitiae quod cre
 ditū iustificat. Et docebit &c. Id est, terribilia & mirabilia experieris per
 tuam ipsius potentiam in hoc uerbo, siquidē potentia dei est in salutem omni
 ni credenti, Ro. 1. Populi enim sub te cadent, & inimici tui sentient sese cō
 sistere non posse, id quod illic quoq; additur, Reuelatur enim, ait, ira de cō
 lo super omnem impietatem &c. Iniquitatem. Fe. Impietatem:

Christus rex,
 deus & hō.

Qui homo describitur ceteris speciosior & à deo maiori gratia donda
 tus rexq; constitutus & in sequētib; deus appellatur, certe deus & homo
 est, ut non dubites hic Christum describi, de quo & psal. 20. & 71. &c.
 Sed aduerte in psalmis scriptores græcos penē ubiq; abusos articulo nomi
 natiui d̄ pro aduerbio uocandi cō ubi uocatiuus occurrerit, ut uidere licet
 in his & similibus, Miserere mei deus, Deus in nomine tuo saluum me fac.
 Confiteantur tibi populi deus, Ita & hoc loco, Sedes tua deus in seculū se
 culi, & ubi hoc citatur in epist. ad Hebr. eos, cap. 1. Quod admoneo ne quid
 hoc loco hæreas, nam & in sequentibus dicitur de hoc ipso rege, Quoniam
 ipse est dominus tuus uel deus tuus & adorabis eum. Et Esa. 9. Paruulus na
 tus uocatur deus & pater futuri seculi cuius regni non sit finis. Id quod re
 petijt angelus Luca. 1. ut taceam quæ dicuntur psal. 71.

Regnū Christi

Regnum Christi describitur hic regnum gratiæ & misericordiæ, sed po
 tens in uerbo salutis, quod quidē omnia nostra damnat, sed tamē in salutē
 credentibus. Creditū enim uerbū pro mortificata carne donat spiritum san
 ctum, quē primū accepit Christus homo non ad mensurā. Atq; hæc est huius
 loci summa. Lex erat terribilis, minabatur, occidebat, deus illic erat ignis de
 uorans, loquebatur de medio ignis, ut habet historia, cogebatur fugere con
 scientia rea, & mediator ille Moyses intelligi non potuit, non enim potues
 runt intendere filij Israel in faciē Moysi præ splendore uultus eius, maie
 stas diuina hic omnia terruit, quia spiritus non dabatur lege, sed fide, sicut
 ait Deut. 5. Quis det eos talem habere mentem ut timeāt me & custodiant
 omnia mandata mea in omni tēpore &c. Hic autē ubi placuit deo per stult
 ticiam prædicationis saluos facere credentes, uerbū caro factū est, & ap
 paruit deus iam homo nobis similis speciosus iucundūsq; aspectu & dulcis

Moses.
 Lex.

Christus Euan
 gelium.

affatu, cui nunc canit propheta, dicens, Tu qui speciosus es forma patris filii
 hominum, qui super omnes homines iam homo factus mitis es et nihil saueri
 in te habes, ut alicias non terreas peccatores et publicanos, gratiam, non sci-
 entiam, non cognitionem, ut lex, habes diffusam in labijs tuis, ut doceas Euan-
 gelium quo credito per gratiam donantur omnia peccata et heredes aeterni
 regni constituimur. Quid quae uisu incundius, quid auditu suauis? quis
 non cuperet adesse et spectator et auditor? Propterea, inquit, benedixit
 tibi deus in aeternum, quia, inquit, speciosus es patris omnibus et gratiam praedicas,
 benedictionem aeternam a deo patre accepisti. Psal. 20. Tu es enim semen illud
 Abrahae per quod benedicendae erant cunctae cognationes terrae, per quod
 qui non benedicuntur, manent in maledictione aeterna. Accingere o rex no-
 ster gladio tuo, id est, Euangelio, uerbo spiritus, Ephes. 6. super foemur tuum,
 id est, in assumpta humanitate tua, Hoc est, appareat humanitas tua quae pra-
 dicatura est uerbum salutis, o potentissime ad saluandum etiam ad infima
 tartara deiectos et desperatos peccatores modo te audiant, et rursum po-
 tentissime ad damnandum omnes aduersarius potestates et quotquot resi-
 stunt Euangelio. Blandicie ista tua et decore aspice nos et prospere age in
 omnibus et regna, ut a terribili mortis regno et errore tenebrarum aspectu
 tuo, gratia laborum tuorum et tua benedictione aeterna liberemur. Et hoc
 fiat, nempe ut regnes, quia uerax es, neminem fallit tuum uerbum, quia man-
 suetus es, neminem terret tuum uerbum, quia iustus es, omnes iustificat et
 absoluit a peccato tuum uerbum, modo ei credatur. Talem enim decet esse
 regem qui uerax sit, mansuetus et iustus. Et deducet te mirabiliter dextera
 tua, id est, mirabilia efficies per tuam ipsius potentiam dum potenti uerbo
 per efficaciam spiritus tui conuerteres corda impiorum. Nam populi tuo re-
 gno per sagittas tuas, per gladium spiritus subijcientur. Erunt enim haec sa-
 gitte laborum tuorum acutae in corde inimicorum regis, id est, tuorum ini-
 micorum qui es rex, ut aliorum occidatur in corde impietas et credant si-
 deli deo animas suas, alij uero qui non crediderint inuidia uerbi tui conta-
 bescant, excaccentur, occidantur in aeternum. Alij enim inimici Christi ex
 uerbo Euangelij sunt amici, alij plus inimici. utrunque mirabilis efficit dex-
 tera dei et Christi eius, Roma. 1. Esa. 6. Sequitur, Thronus tuus et regnum
 tuum est aeternum, ne quis uereatur istam gratiam et mansuetudinem tu-
 am quandoque desitutam. Sceptrum regni tui quo moderaris omnes quot-
 quot in tuo regno sunt, sceptrum est directionis non erroris, sceptrum
 iustitiae aeternae quo omnes iustificantur, est autem tuum uerbum quod

Diligere primū iustitiam.

gladium, quod sagittas ante diximus, sed gladius & sagittæ sunt dum ad huc uerbo pugnat Christus ut impietatem cordis nostri extrudat & sibi credentes faciat, sceptrum uero dum iam expulso errore regnat, hic iustitia est, illic ingredi cupit. Hæc est uirga qua Christus occidit AntiChristi regnum. Esa. 11. Et percutiet terram uirga oris sui & spiritu labiorum suorum occidet impium, quod & Paulus repetijt. 2. Tessa. 2. Sequitur, Dilexisti iustitiam, scilicet fidei Ro. 3. & odisti iniquitatē uel impietatem, id est incredulitatem cui nihil cum deo cōmertij. Atq; hoc docet tuum uerbum creditum quo donatur spiritus, Gal. 3. ut tu similes in regno cœlorum, in ecclesia tua efficiamur, ut primū diligamus iustitiam, deinde odio habeamus iniquitatē siue iniustitiam, nisi enim illud pr. ecesserit, hoc non sequetur. Quapropter errāt qui recordatione peccatorū & amissi regni & accepti damni & perditionis docent formare ueram contritionem, quasi talia in nostra sint potestate, sed orandus est deus, quemadmodū Christus dicit, ut e cœlis det spiritum bonum quem non negabit petentibus se, hic ubi incipis diligere iustitiā, necesse est ut odio habeas iniustitiam. Dilectio iustitiæ mortificat tuam carnem & quicquid est iniquitatis. Propterea, inquit, quia talis es, nempe speciosus, comis, fortis, æternæ iustitiæ, unxit te deus iam tuus quia homo factus es, id est, te messiam & regem constituit (reges enim iniungūtur, ut uides in Saule, Dauide, Salomone & alijs, & sacerdotes, ut uides i Aaron)

Unxit.

Unctio spūs.

Verum non regem externum constituit, Non enim est regnum tuum ex hoc mundo, accirco non externo oleo te unxit, id enim nihil efficit in tuo regno, nihil pertinet ad deum, sed unxit te oleo interno, oleo læticiæ siue exultationis, quod necesse est ut sit in corde, est autem hoc oleum spiritus sanctus, de quo & Esa. 61. dicit Christus, ut uides Luca. 4. Spiritus domini super me, eo q. unxerit me &c. Et discipuli, Act. 4. Iesum quem unxisti &c. Hoc oleo iniunguntur, id est, fiunt reges & sacerdotes omnes uere Christiani, id est, quotquot credunt Euangelio gloriæ magni dei qui baptizantur per totam uitā spiritu sancto & igni, qui hic dicuntur participes siue consortes Christi, sed Christus præ oibus plus unctus est, qui accipiunt spiritū ad mensuram, alijs enim datur sermo sapientiæ, alijs sermo scientiæ &c. Præterea etiā mensura fidei datur singulis. Christi autē datus est spiritus nō ad mensuram, Io. 3. Nos enim sancti sumus qui unctiōnē habemus à sancto. 1. Io. 3. Christus autē unctus est sanctus sanctorū, Danielis. 9. is enim est qui emerauit nobis spiritum & per quem spiritum accipimus, sicut Io. 1. dicitur, Nos de plenitudine eius omnes accepimus, ita ut hoc ungentum Aaron (de quo

Exo. 30. secundū figuram) descendat à capite Christo, in barbam, id est, illos qui propius ex ore eius uerbum susceperunt, ut olim prophete, ita nūc Apostoli, & uiri spiritu pleni, à quibus fluxit hoc unguētum acceptum, usq; in simbriam uestimenti huius summi sacerdotis & regis, id est, usq; in infima membra Christi, usq; ad consummationem mundi, ut hæc legis psal. 132. Sic & hic Myrrha & gutta &c.

Myrrha & gutta & casia a uestimentis tuis e domibus eburneis, ex quibus lætificauerunt te filia regum in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis in uestimento deaurato, circumamicta uarietate. Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus deus tuus & adorabis eum. Et filia Tyri, cum muneribus uultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Omnis gloria filia regis ab intus, in simbrijs aureis circumamicta uarietate. Adducuntur regi uirgines post eā, proximæ eius afferentur tibi. Afferentur in læticia & exultatione, adducuntur in templum regis.

In uestitu deaurato. Felix, Cū massa auri ophir, de quo. 3. Reg. 10. Quod autem hic sequitur, Circūamicta uarietate, nō est hoc loco in Heb. sed post. Omnis gloria &c. Ec. Tota gloriosa filia regis interior, interfectionibus deauratis indumentum eius (id est, quæ sunt uarijs coloribus elaboratæ) uestibus Phrygianis (id est, uestibus acu auro pictis) deducetur ad regē, uirgines post eam, proximæ eius adducuntur tibi &c.

Gutta stacten uocat Græci, & casia alio nomine dicitur fistula, id quod

dico propter eos, qui ex historia naturali cupiūt hoc loco in hisce rebus philosophari, mihi non est propositum, qui scio per hęc odorata bonum Christi odorem significari in Christianis &c.

- Regina à dextris.** Hactenus sponsam descripsit & regem, nunc autē sponsam & regnam quæ à dextris regnat cum Christo, id quod nunc quidē uerum est. 1. 10. 3. sed in fine mundi palam uidebitur, quando statuet oues à dextris, Matih. 25. id quod & Paulus dicit Ephe. 2. Conuiuificauit nos, & confedere fecit nos cum Christo in cœlestibus &c. Sumus ergo cum Christo unum, quia sponsa sumus, ergo & reges & sacerdotes. sed hęc sponsa, & hęc regina casta, uirgo ex multis membris constat, id est, nullis uirginibus, quæ dicuntur hic filie regum, & proxime sponsæ. Virgines cum hic audis, ne somnias hic dici de corporis uirginitate, quæ eiecta est à paradiso, quia perdidit fidem castitatem, & crederat mœcho serpenti, ut hic nihil sit quod iactant, uirginitas replet paradysum, quam tamen interim laudo, sed sic ut Paulus 1. Corinth. 7. Verum potius, id quod res est, accipias de incorrupta mente, quæ seruat uerbum dei purum & impermixtum, quam solam respicit deus uirginitatem, sicut Hieremias dicit, Domine, oculi tui respiciunt fidem. Atq; sic interpretatur Paulus, dum Corinthiis scribit, Respondi uos omnes uni uiro uirginem castam exhibere Christo, timeo autem, ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. A simplicitate excidimus, dum à fide & simplici doctrina Christi ad fiduciam operum, & traditiones humanas descimus, nam Paulus eo loco cōtra pseudapostolos agit, qui docebāt in opera legis confidere. Hęc filie regum, & hęc uirgines, quæ pertinent ad sponsam ad Christum, trahuntur bono odore, qui undiquaq; effluit à uestimentis eius, quod est uerbum gratiæ, & plenitudo, ex qua omnes accepimus, ut supra dictū, id quod & uersus dixit, Diffusa est gratia in labijs tuis. At
- Myrrha & gutta &c.** igitur sic, Myrrha & gutta, & casta fluunt à uestimentis tuis, è domibus eburneis, id est, è palatijs regum, quasi dicat, regum unguentum est non uulgare, id quod rursum refluit à credentibus in te Christum, dum nihil simbi, sed omnia tibi serunt accepta, hoc scilicet est quod subditur, Ex quibus delectauerunt uel letificauerunt te filie regum in honore tuo. Filie regum, id est, animæ Apostolorum, doctrinis & prædicatione Christo gentes, quemadmodum Paulus dicit Galatis, Per Christum ego genui uos, de quibus regibus infra dicitur, Constitues eos principes super omnē terram. Hęc, inquam, Christum honorantes, letificauerunt unguento regio. Siquis

dem Christi bonus odor sumus deo, qui odorem sue noticiæ manifestat per nos in omni loco. 2. Corinth. 2. Vnde ait sponsa, Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum. Ideo adolescentulæ dilexerunt te, Trahit me post te, curremus in odore unguentorum tuorum. Et sponsus, Cant. 4. Odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua, & odor uestimētorum tuorum sicut odor thuris, Cypri cū nardo &c. Non est autem negligendum, q̄ in Euangelio eijcitur, qui non habebat uestem nuptialem. Hæc uestis hic describitur. Primū in Christo fluens aromatis, deinde in sponsa foris deaurata, aureis simbrijs, & uarijs intexta coloribus. Lucet enim in ea sapientia spiritus, & uariarum fulgor gratiarum, usq; ad nouissima membra, ut non dicam, q̄ etiam ex uarijs est congregata nationibus. Intus uero omnis gloria filiæ regis, in corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Nisi enim hæc gloria intus fuerit tuo periculo iusti ad nuptias, & illa omnia externa sunt facus tantum, hypocrisis & impietas. Porro unam esse uestem Christi & ecclesiæ (sunt enim una caro, & unus spiritus) habes Esaiæ. 61. ubi Christus dicit, Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo, quia induit me uestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis &c. Sed uide, quæso, quid spiritus requirat à sponsa, ut placeat regi, Nihil aliud requirit quàm fidem, ut scilicet cognita dilectione & bonitate sponsi, perpetua ipsi fide adhaereat. Hæc planè fides etiam in coniugio requiritur carnali, quæ coniugium conciliat, quæ uiolata idem dirumpit, quemadmodum Christus nullam diuorij causam admittit quàm fornicationem, quæ sola uiolat matrimonij fidem. Illa, inquit, quæ planè est fidei appellatio, per quam sumus filij dei, nunc enim filiam uocat, quam sponsam dixerat. Audi, quia fides est ex auditu uerbi dei. Et uide, id est, intellige spiritu, quæ audis, Et inclina aurem tuam, id est, consenti. Et obliuiscere mundum, & carnem Adam patris tui, ut possis adherere, & placere sponso tuo domino deo tuo, & adorare eum in spiritu & ueritate. Vides mortificationem carnis requiri, ubi in scripturis scribuntur dulces in spiritu sponsi amplexus, ut scilicet omnia relinquamus, & abnegemus nosmetipsos. Ita inuenies significare etiam illa Cantica Canticorum, non sunt hic carnales uoluptates. Hæc autem obliuio sequitur ad quod est in Genesi. Propter hoc relinquet homo patrem, matrem &c. Tunc ô filia Tyri, quæ gentilis eras & damnata

Munera ad
nuptias.

cum populo tuo, & domo patris tui (erat enim Tyrus gentium ciuitas ne-
gociatione maris opulenta, & luxu perdita, Esa. 23.) Tunc, inquam, mune-
ribus uultum tuum honorabunt omnes diuites plebis. Munera sunt, q̄ se suaq̄
obtulerunt, quibus dicit Christus, Esuriui, & dedistis mihi manducare. His
muncibus honoratur uultus ecclesie, & adoratur Christus. 2. Corinth. 8.
& 9. de quo dicitur aibi, Reges Tharsis, & insule munera offerent, reges
Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges, omnes
gentes seruient ei. Quia liberauit pauperem à potente &c. De fide Tyri-
orum, quibus reliquæ gentes significantur, solet meminisse scriptura, ut in
psalmo. 86. Eax alienigenæ, & Tyrus, & populus Aethiopum, hi nati sunt
illic. Multos ad Christum uenisse, ut audirent eum, testatur Marcus ca. 3. &
Lucas ca. 6. Tyriorum autem munera prædixit quoq; Esa. cap. 23. Et erunt
negociationes eius, & merces eius sanctificatæ domino &c. Quod autem
hic additur de reliquis uirginibus, sed proximis, id est credentibus, in do-
num Christi adducendis cum læticia & exultatione, significat omnes cum
dem habere spiritum, quo Christus unctus est, quod est oleum exultationis,
& gaudium in spiritu sancto. Habes itaq; hic dona ad nuptias regales, ob-
lata cum pompa sponsi & sponsæ, & exultantium chorosq; ducentium uir-
ginum.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos
principes super omnem terram. Memor ero nomi-
nis tui in omni generatiōe & generatiōe. Propter
ea populi confitebuntur tibi in æternum, & in secu-
lum seculi.

Castum coniu-
gium & fecerit
atq;.

Sed nunquid hoc coniugium, quia castum, sterile putas futurum? Nequa-
quam. Pro patribus enim, inquit, tuis ò rex, id est, patriarchis, quos habes
patres secundum carnem, Rom. 9. nati sunt tibi filij, id est, primogeniti illi, du-
ces & principes fratrum Apostoli, doctores, & patres fidei, secundum mis-
terium ipsis ad omnes totius orbis partes commissum. Hi licet plures, ta-
men sacro numero duodecim sunt in Euāgelio, secundum numerum duodecim
Patriarcharum, sed si carnem respicis, ex his carnalis, ex illis spiritualis popu-
lus deo prognatus est. Et sunt hi simul uigintiquatuor seniores, de quibus
24. seniores sepe Apoc. meminit, ut clare uides Apoc. 21. In fine uero huius epithalamij

propheta in persona omnium credentium dicit regi Christo, ut concludat, & offerat suum carmen, Memor ero &c. Quia omnis gratia, & prædicta benignitas in tuo regno sic habet, & ego, & quotquot credituri sunt, nomen tuum magnificabimus, & sanctificabimus in æternum.

PSALMVS XLV.

Titulus. Ὠροσὶ ἐλευσὶς filiorum Chore, super occultis canticum.

Totus mundus, quia uidet fidelium aduersa, negat deum eis presentem, *Occulta*
 Vnde clamauerunt Iudæi, Libret eum nunc, si uult. Timent & ipsi quan- *fidelium.*
 doq; fideles se à deo derelictos, a deo obruuntur tentatione, sed ipse uere
 est adiutor eorum fortis, id quod sensu bonitatis eius exhilarant cõfidentur,
 dicentes, Deus nostrũ refugium &c. Sunt ergo hæc occulta, id est, solo spi-
 ritu metiẽda, & solis spiritualibus per tentationum exercitia cognita, dum
 interim uidet mundus. Vide præterea quæ diximus de occultis psal. 9.

SVMMA. Deus suo spiritu, & tuba uocis siue uerbi sui conturbat &
 deijcit fidelium aduersarios. fideles autem erigit, consolatur, confortat, &
 in perpetua pace conseruat, quia nobiscum deus, & dominus uirtutum, qui
 est emanuel, dominus noster Iesus Christus, Amen.

Deus nostrum refugium & uirtus, adiutor
 in tribulationibus quæ inuenerunt nos ni-
 mis. Propterea nõ timebimus dum turbabitur ter-
 ra, & tranferentur montes in corda marium. Sonu-
 erunt & turbatæ sunt aquæ eorũ, turbati sunt mon-
 tes in fortitudine eius. Fluminis impetus lætificant
 ciuitatem dei, sanctificauit tabernaculum suum al-
 tissimus. Deus in medio eius, & non commouebi-
 tur, adiuuabit eam deus mane diluculo. Conturba-
 tæ sunt gentes, inclinauerũt regna, dedit uocem su-

am altissimus, mota est terra. Dominus uirtutum nobiscum, susceptor noster deus Iacob.

Adiutor &c. Felix, Auxilium in tribulationibus inuentus est ualde, quæ sunt uerba fidei tentationibus exercitata. In corda, latine aures postulantur, in Grecis tamen legitur, In cordibus. Quod autem ex Græco quoque posui Mariam, postulabat uersus sequens, Sonuerunt & turbatae sunt aquæ eorum, scilicet marium. Alioquin hæc omnia ex Hebræo leguntur in singulari, cor, maris, eius.

Turbatae sunt Felix, cum labuntur. Fortitudinæ. Fe Superbia uel magnificentia, quod de mari uidetur dici, non de deo, ut intelligantur montes turbati in fortitudine maris, id est, tanta turbatio & sonitus maris, id est, mundi aestus, ut trepidant, & dissoluantur etiam montes, id est, magni mundi amatores, diuites, potentes, sanctuli, hypocritæ, quia unâ cum mundo perire uelint nolint, & transferuntur in profundum maris, dum illi qui habent deum potentiam & refugium & adiutorem, tuti sunt & securi.

Impetus. Fe. Riui. Susceptor. Fe. protectio.

Tribulatio omnium est, nõ liberatio.

Fiducia dei.

Cor maris.

Marc.

Tribulatio communis est omnium, & piorum & impiorum, sed à deo berare, ut ait Paulus. Id quod deus, ut pater percussurus filios præmonet in Esaiâ, cap. 26. Vade populus meus intra in cubacula tua &c. Dicit ergo fidelis populus, Deus est nostrum refugium, & nostra fortitudo, nihil est quod confugiamus ad auxilia humana, ad nostra opera & uires, sicut & historiæ sacræ testantur deum pugnasse pro populo suo, & subegisse aduersarias potestates, ubi omnia uidebatur desperata. Ipse est auxiliû in tribulationibus, quæ multæ uenerunt super nos, ut nostra nobis manifestetur infirmitas & dei liberantis misericordia & potestas. Propterea, quia tale refugium & adiutorium habemus, non timebimus, sed securi erimus, dum furore concitatum contra dei ueritatem regnum terrenum iudicio dei perit & proijcitur in cor maris, id est, more Hebraico, in medium maris, Hoc est, in profundum damnationis & inferni. Sic cor maris, & in Iona legis, cap. 2. ubi Ionas orat in uentre cæti, De uentre inferi clamaui, & exaudisti uocem meam. Et proiecisti me in profundum in cor maris, & flumen circumdedit me. Sequitur, Sonuerunt, & turbatae sunt aquæ maris, id est, regnum mundi siue regnum inferorum suos fluctus erigit, sed in sui perniciem, tandem enim apparebit, & ipsum se conturbauerit, & suo se gladio iugulauerit,

turbatis aquis & montibus illis qui in cor maris proiciuntur. Interim uero, dum mare sic estuat, sic turbat & frangit montes, in ipsum proiectos, *Flumen.* & iudicio dei excæcatos, ut ruant de scelere in scelus, donec consumantur, Interim, inquam, fluminis riuuli letificant ciuitatem dei, id est, pax, silentium, securitas, gaudium per spiritum sanctum (qui affluit & inebriat credentes) est in ecclesia sanctorum, quæ est ciuitas, in qua deus ipse inhabitat. Quia, inquit, sanctificauit tabernaculum & habitationem hanc suam altissimus, non ipsum tabernaculum se suis meritis, & studio sanctificauit. Deus est in medio eius tabernaculi, idcirco ipsum stabit immobile, non proiectur in cor maris, non turbabitur, reliquis proiectis & turbatis. Deus adiuuabit iam summo mane statim, ubi sua gratia cœperit ei adfulgere, non expectabit ad usq; uesperam. Conturbate sunt gentes, id est, qui resistunt uerbo dei, & ceciderunt regna ad præsentiam dei, qui adest nobis, ut olim *Verbo dei cadunt regna.* conturbatio & casus facta sunt in Aegypto, in terra Amorrhæorum & Canaan. Altissimus dedit uocem suam, id est, audita est prædicatio uerbi eius, quæ damnat omnia humana, & conturbatum est regnum terrenum, & cecidit. Non potest non commoueri mundus audito uerbo dei, tunc bene speremus de uerbo dei, quando mundus resistit & conturbatur. Felices hic, qui ita cadunt, ut resurgant, nam ceteri excæcantur, ut pereant. Nos interim *Emanuel.* quid timebimus? Si deus pro nobis, quis contra nos? Dominus, inquit, uirtutum, id est, omnis potestatis, & qui habet omnes exercitus sub manu sua, etiam angelicos, dominus in cœlo, terra & inferis est nobiscum, & stat à nobis, susceptor & protector noster est deus Iacob, quem inuocauit Iacob, qui protexit Iacob, & semen eius in æternum. Hic uide quàm liceat Christianis hunc uersum dicere, postquã deus per Christum, ut infra dicitur, exaltatus est in gentibus. Hic dominus uirtutum est Christus dominus, iam nobiscum non solum ut deus, sed etiam ut homo, qui dictus est ab Esaiâ Emanuel, id est, nobiscum deus. Paruulus enim natus est nobis &c.

Ad impios pertinet in scripturis mare turbidum, & aquæ procellis agitata, ut Esaiæ. 57. Impij quasi mare feruens &c. Ad pios uero flumina illa *Turbidum mare.* spiritus sancti, Ioannis. 7. quæ uadunt cum silentio, Esaiæ. 8. *Aquæ silentes.*

Venite & uidete opera domini quæ posuit prodigia super terram, auferens bella usq; ad fines terræ.

Arcum conteret et confringet arma, et scuta comburet igni. Vacate et cognoscite quod ego sum deus, exaltabor in gentibus, exaltabor in terra. Dominus uirtutum nobiscum, susceptor noster dens Iacob.

Pax Christianorum.

Scuta. Fe. Plaustra, id est, currus bellicos, & reliquos apparatus.

Carnalibus uocabulis, ut solet scriptura, describit pacem spiritualem, id est, cordis, quae producit fructum, pacem externam cum proximo. Haec pax certe prodigium & miraculum dei est, quam mundus ignorat, nam non est pax impijs, dicit dominus, Tunc enim hanc pacem habemus, non quando tentamus nostro studio eam nobis parare, sed quando dominus pro fuerit eam super terram, id est, suo spiritu donauerit nobis e caelis, quo igni comburuntur omnes aduersariae potestates. Haec pax primum, ut Paulus dicit, exultat in cordibus propter donatum peccatum, & datum nobis Christum, in quo sumus haeredes dei etc. deinde facit, ut nos mutuo amemus, & inter Christianos non sint dissentiones, contentiones, lites in iudicio, bella etc. imò etiam, ut diligamus inimicos, iustificati enim ex fide, pacem habemus, Ro. 5. Facile est ista ex scripturis ostendere, Vide Esa. 2. Michae. 4. Esa. 11. & 32. etc. quam pacem ueram significabat illa umbratilis pax & quies bellorum sub Augusto, & deinceps, dum interim Christi caro manebat in terris etc.

Vacate etc.

Vacate etc. Iste uerus ostendit nobis huius, quam mundus non habet, patris fontem, nempe fidem in deum, quae requiritur in primo dei precepto, quod dicit, Ego sum dominus deus tuus. Vacate, inquit, id est, sabbatum sabbatum ingredimini, cessate ab omni opere uestro, hoc est à prudentia & sapientia carnis, siue rationis uestrae, ab omni iustitia uestra, à uindicando, ita aduersarios, quādo dominus pugnat pro uobis, quae est uera mortificatio, & sui abnegatio, & ita uacantes & mortificantes uestra, cognoscite fidem cordis, g. ego sum deus qui uobiscum sum, ut nihil trepidetis, dum trepidat & turbatur omnis terra, etiam si coelum mundusque ruat. Tempus erit quādo, qui à Iudeis & meis iustitarijs nunc contemnor in uerbo meo, & blasphemor, glorificabor in gentibus, peccatoribus & publicanis, ad me per Christum, & in Christo conuersis, & glorificabor in terra, id est, Iudaea, per reliquias Israelis saluatas, de quibus saepe Esaias, Cum enim dixerat, in gentibus

In terra.

tibus, quid aliud significabat In terra, quàm in terra reliqua, id est, in Iudæa. Tamen simpliciter accipias licet, Exaltabor in terra, scilicet quacumq; uel omni, qui iam sum in Iudæa solum notus.

PSALMVS XLVI.

Titulus. προσκέλευσις Filiorum Chore Psalmus.

SYMMA. Populus credentium prouocat omnes gentes ad laudandum deum, iam ubiq; regnantem per Christum, non ut antea in Iudæa solum, quia subiecit nobis omnia, ut & Christo, psal. 8. in quo & nos reges sumus, Danielis. 7. Regnum autem & potestas &c. Quia nos hæredes eius sumus qui accepimus pulchritudinem fidei & promissionis Iacob factæ, quem deus dilexit, Mala. 1. Exaltatus iam prædicatur deus in Christo, gaudentibus omnibus quotquot credunt in terris, & angelicis potestatibus in cælis, atq; hoc est quod dicit, In tubilo, de quo diximus psal. 32. Et ascendit siue magnificatus est in toto orbe terrarum, in uoce tubæ euangelicæ, quas ubiq; insonuit &c. Ergo uos gentes iam psallite deo, quæ hæcenus blasphemastis, sed psallite sapienter, id est, ex fide uerbi dei, ne dicatur uobis, Hic populus laijs me honorat &c. iam enim super gentes deus regnum accepit, non iam solum rex Iudæorum. Iam regnat Christus super solium David patris sui in æternum, Esa. 9. Luc. 1. Iam principes populorū, de quibus supra psal. 44. congregati sunt in unitate fidei & charitatis, cum omnibus populis suis, quos Christo per Euangelium lucrificerunt, omnes enim unum sentiunt, nõ est secta inter eos, & sunt populus dei Abraham, id est, dei ueri, cui credidit Abraham, quemadmodū & supra uidet speciem siue pulchritudinem Iacob. Quoniam dei sunt, uel ad deū pertinent hi protectores terræ, sine quorum prædicatione euangelica, terra non est tuta à moribus luporum infernalium, & traditionibus pseudapostolorum sua querentium. Qui protectores terræ, uehementer à deo eleuati sunt. psal. 139. Mibi autem nimis &c. Non itaq; uidet hic fidem nouam in Christianis, sed fidem Abraham, & populi Israel, qui & Iacob &c.

Credūt gētes.
Ascensio Christi in gentibus.

Principes populorum.

OMnes gentes plaudite manibus, iubilate deo in uoce exultationis. Quoniam dominus altissimus terribilis, rex magnus super omnem terram. Subiecit populos nobis, & gentes sub pe-

des nostros. Elegit nobis hæreditatem suã, pulchritudinẽ Iacob quã dilexit. Ascendit deus in iubilatiõe, dominº in uocetubæ. Psallite deo nostro psallite, psallite, regi nostro psallite. Quoniã rex omnis terræ deus, psallite sapienter. Regnauit dominus super gẽtes, deus sedet super sedẽ sanctã suam. Princes populorũ congregati sunt cum deo Abraham, quoniã dei fortes terræ, uehementer eleuati sunt.

Subiecit &c. Felix. Comprimet populos sub nobis, & regna sub pedibus nostris. Seliget nobis hereditatẽ nostrã (quæ nostra & dei est, quia non ex nobis, sed ex deo eligente, eã habeamus) magnificentiã Iacob, quẽ dilexit.

Principes &c. Fe. principes populorũ congregati sunt, populus dei Abraham, quoniã dei protectores terræ, nimis exaltatus est. Principes, inquit, populorũ, id est, doctores & Apostolici uiri, qui principes sunt ministerio uerbi, à deo comissi, cõgregati sunt, qui sunt populus dei ueri credentes, ut Abraham, & iustificati ut Abraham, quoniã dei sunt. i. ad deũ pertinet. Nã dei in Græco est genitiuus singularis, recte uersus ex Heb. tametsi enim in Heb. Eloim plurale est, in singulari tamẽ exponitur, & articulus tamẽ appositus nominatiuũ esse nõ sinit. Quod aut additur, Nimis exaltatus est, epiphonema est respiciens in prædicta, ubi de exaltatione dei siue ascensione dicitur.

Ascensio Christi.

Ascensionẽ Christi esse eius glorificationẽ post resurrectionem, quã dominũ omnium accepta potestate uenit ad gẽtes spũ prædicans in discipulis regnum dei, diximus psal. 23, illic ascendit siue glorificatus est in cordibus credentium. Vnde hic iubentur gaudere & gestire læticia, plausu manuum, id est, digna conuersatione, uoce exultationis, non hypocritica laude & confessione. quoniã, inquit, dominus qui est super omnia terribilis, id est, cui nullæ potentia, ne inferorũ quidem possunt obsistere, & qui iam dilatatis pomerijs, regnat per Christum ubiq; subiecit nobis populos & regna, qui nobis ante aduersabatur impij, facti iam sunt per Euangeliũ fratres charitate obsequentes, reliqui cũ toto regno inferorũ, atq; adeo in peccato & morte uelint nolint nobis subiecti sunt, qui etiam angelos iudicabimus. i. Corint. 6.

quos nihil pōt neq; gladius neq; ulla creatura separare à charitate dei quæ
 est in Christo Iesu. Ro. 8. &c. Elegit nobis &c. id est, nos nō meritis nostris, Elegit &c.
 sed eius electione facti sumus hæredes eius & filij, accepimus gratiā Iacob,
 id est, populi Israelitici, quæ est benedictio omnium gentium in Christo promiss
 sa Abrahæ & semini eius, id est, oibus siue Iudæis siue gentibus credituris.
 Quæ, inquit gratiā siue pulchritudinē Iacob dilexit, id est noluit, deus, siue
 quæ Iacob dilexit deus, ut gratiā non meritū Iacob hic uideas. Ascēdit deus, Ascendit &c.
 id est, in Christo exaltatus est, & glorificatus est ab angelicis potestatibus, et
 gentibus per totū orbem terrarū, nempe cognito deo per Christi Euangeli
 um. Itaque quod cœpi, gaudete, iubilate, psallite, sed sapienter, id est, secundū Psallite sapi
 dū eius uerbū, non secundū humanas adinventiones sanctificate nomē eius, enter.
 Reliqua supra diximus.

PSALMVS XLVII.

Titulus. Canticum psalmi filiorū Chore.

SVMMA. Sub typo ciuitatis Hierusalem (ut dictum psalmo. 2.) quæ
 erat ædificata ad latus aquilonare montis Sion, aperte describit initium na
 scentis ecclesiæ Christi, quæ illic cœpit (ut dictum psalmo. 9. & 2.) & per
 totū orbem dilatata est, ut etiam Paulus scribat se replese omnia Euan
 gelio ab Hierosolymis ad Illyricum usq;. Atq; hoc factū est exultatione uni
 uerse terræ, non solum aquilonis. Nam & hic audies, Circumdate Sion &
 complectimini eam, id est undiq; confluite ad eā, Esa. 2. sicut Christus dicit
 Matth. 8. Multi ab oriente & occidēte &c. Narrate, id est prædicare in tur
 ribus, id est, munitonibus eius, cui portæ inferorum præualere nō possunt,
 uel ex Hebr. eo, Edificate, scz. prædicatione Euangelij turres, moenia & do
 mos eius. i. particulares ecclesiās, in unitate tamen unius ciuitatis. i. ecclesiæ
 Christi, ne sint schismata, ut liceat etiā prædicare populo nouissimi tempo
 ris (in quo nunc sumus) q; hic est deus deus noster in æternum &c. Sed dili
 genter attende, quæ in medio psalmi reliquimus. Deus, inquit, in medio eius Cum suscipiet
 eognoscetur. Ecce fidem quæ cognoscitur deus secundū primū præceptum. eam.
 Ego sum dominus deus tuus. Sed quando? Cum, inquit, suscipiet eam. Nō est
 ergo hæc dei cognitio nostri studij, sed dei bonitatis & misericordiæ. Cres
 ente uero ecclesia, principes mūdi & potestates (ut & hodie) cōuenerunt
 in unū, ut psal. 2. stupētes ad miracula & potentē prædicationē, conturba
 ti, irati, tremētes, dolētes, et angustia mœrētes, ut foeminae parturiētes. Sed
 tu domine deus in statu uehemēti spiritus sancti (ut & legis Act. 2. conteres
 naues Tharsis, id est, superbias & potētias huius mūdi, quæ admodū naues
 Naues Thars
 fis.

Sicut audiui-
mus &c.

Secundū nomē
tuum.

Tharsis uides quoque poni Esa. 2. accepta specie pro genere, Erant enim regie naues, afferentes ex Tharsis aurum & argentum &c. 3. Reg. 10. Conteres autem in quibusdam ad uitam, in quibusdam uero ad damnationem. sunt enim omnia subiecta Christo & spiritui dei. Idcirco nunc gaudendum de iustitia, id est, iustificatione, & de dei iudicijs. Nam quæ olim audiuius per prophetas, & in lege, nunc uidimus per fidem, completa in ciuitate domini uirtutum &c. quæ est æterna quippe à deo fundata, in qua suscepimus dei misericordiam, extra quam sola damnatio est. Vnde nunc sicut nomen dei in se gloriosum est & sanctum, ita etiam homines sanctificat, & in hominibus sanctificatur & glorificatur usque ad fines terræ.

Magnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. Bene radicato exultatione uniuersæ terræ, mons Sion, latera aquilonis, ciuitas regis magni. Deus in domibus eius cognoscitur, quoniã suscipiet eam.

Ecclesiā.

De hoc monte Sion, & ciuitate sancta, in qua deus habitat, sepe diximus, uide & Esa. 2. In qua sola deus laudatur & sanctificatur uere, nõ per hypocrisim, est enim mons sanctus eius, id est, ubi ipse sanctificat & iustificat, & preterea nihil. Hic mons est bene radicatus, nam secundū parabolam Euangelicam est edificatus non super harenam traditionum humanarum, sed super firmam petram Christum, & hoc cum exultatione omnium quotquot in hanc ciuitatem ingrediuntur, ubi cognoscitur deus, est enim hic uera peccatorum remissio per fidem solam gratis, Vnde non possunt non gaudere conscientie, & mentes spiritu perfusæ, quam exultationem hypocrisis & iustitia humana nunquam assequetur.

Secundum uersum Felix sic legit. Formosa nympha uel sponsa, Leticia totius terræ, mons Sion &c. Scilicet, quæ ciuitas uel qui mons est formosa sponsa, psal. 44. & est leticia totius terræ, ut supra dictum est &c.

Latera Aquilonis.

Auerte hanc exultationem mentis, id est, gaudium spiritus sancti, omnibus insidijs peti, uana gloria, iustitia humana, peruersa suasionem, externa persecutione, ut infra uidet. Quoniã ecce reges &c. Non frustra ergo dicta sunt latera aquilonis iugi tempestate impulsæ, in quibus uult sedere & regnare impius Antichristus, cum sua doctrina & potestate, cuius figuram

gesit rex Babylonius, Esa. 14. Sed non est impotens rex noster, qui in domibus huius ciuitatis cognoscitur, qui suscipiet, id est, proteget eam &c.

Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, conuerunt in unum. Ipsi uidentes sic admirati sunt, turbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos. Ibi dolores ut parientis, in spiritu uehementi conteres naues Tharsis.

Commoti sunt. Fe. precipitati sunt. Ista est natura prædicati Euangelij Natura prædicati quando edificatur per uerbum dei ista ciuitas, ut prouocet contra se Sata= nam, & mudi potentiam, sed præcipitantur, offendunt enim ad lapidem offensionis, & petram scandali, Esa. 8. Imprimis uero qui iustitiæ zelo sibi duci uidentur, sine omni spiritus iudicio, ut Iudæi &c. Quod autem legis, Spû uehemēti. In spiritu uehemēti, uel intellige, in spiritu sancto, qui ignis est, & uehēmēs subuersor impietatis & incredulitatis. uel intellige, In tempestate, uel uento ualido, id est, subita tempestate iræ tuæ. Prouerb. 1. Cum irruerit repente in calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit &c.

Sicut audiui⁹ sic uidimus in ciuitate domini uirtutum, in ciuitate dei nostri, deus fundauit eam in æternum. Suscepimus deus misericordiam tuā in medio templi tui. Secundū nomen tuum deus ita & laudatio tui in fines terræ, iustitia plena est de xtera tua.

Fundauit, id est, stabiliiuit. Fe. Diriget. Atq; habes hoc loco, q; porta inferi non præualebunt aduersus eam, & q; deus nunq̄ deseret eam, ut deseruit synagogam, ueterem Sion & Hierusalem.

Sicut audiui⁹ &c. Nihil ante pmissum est à deo per prophetas quod Omnia im= non sit exhibitum, ut fidamus dei uerbo, q; porro non fallit, qui hactenus pleta. non si fellit. Suscepimus enim misericordiam dei in templo, & ciuitate san=

Et eius, iustitia humana & uires nostræ siue merita hic nō sunt, sed sola dei benignitas & misericordia. Extra hoc regnū sunt, qui Christum nō agnoscunt, suam iustitiā & satisfactionē, & omnia quæ salutis sunt. 1. Cor. 1. Est enim Christus hæc misericordia dei, imō ipse dominus uirtutū, & rex magnus, & deus noster, quē suscepimus, & per quē deus suscepit nos.

Secūdū nomē tuum.

Dextera dei plena est iustitia.

Secundū nomen, id est, sicut nomē tuum sanctum est, & sicut nulla gens est, quæ non nominet deum, ita nunc reuelata gratia, nulla gens est, quæ nō sanctificet, & ueneretur hoc nomē, iam uere in Christo cognitum, postquā dextera tua cognita est, esse plena iustitia, id est, q̄ tu solus es, qui iustitiam habes, & liberaliter eam effundis in omnes, quotquot credunt sese nulla q̄ tua iustitia saluandos.

Lætetur mons Sion, & exultēt filiæ Iudæ, propter iudicia tua domine. Circumdate Sion & complecti mini eam, narrate in turribus eius. Ponite corda uestra ad uirtutem eius, & distribuite domos eius, ut enarretis in progeniem alterā. Quod hic est deus noster in seculum & in seculū seculi, ipse reget nos in secula.

Filiæ Iudæ.

Filiæ Iudæ sic dicuntur sicut filiæ Sion, de quo alibi diximus, & sicut populus Iudæ, progenies iacob, filij Israël, stirps Abraham. Nam hæc omnia olim significabant populum dei, id est, credentes in Iudæa, nam incredulos Iudæos nunq̄ agnouit deus pro populo suo, populus uero credentium qui tūc in uno orbis laudabat angulo, postq̄ Christus glorificatus est, dilata tus & propagatus est in uniuersam terram, per reliquias Israël saluatas. Nomina ergo nō negabis, ubi rem inueneris, id quod in prophetis haud obscure uidere licet. Græci hic legū̄ αἱ θυγατέρες τῆς ἰουδαίας, id est, filiæ Iudææ, sed nihil aliud significatur q̄ quod diximus, Sicut enim Hierusalē, ita & Iudæa, quia habitatio erat credentium, ecclesiam dei significabat.

Iudicia dei.

Gaudeamus ergo propter iudicia tua domine, id est, quia iustus es, & iuste iudicas, primum præstando quod promissisti & saluando, quotquot credunt tuis promissionibus, deinde excæcando & damnando, quotquot contemnunt, resistunt, blasphemant, & dei ueritatem cōmutant in mendaciū.

Circumdate o filie Iudæ hanc Sion, id est, ex omni orbis parte ad eam
 confluite, & fide studioq; spiritus complectimini eam, Narrate, id est, prædi- *Fides.*
 cate, & confitemini gratiam, quã accepistis in hac urbe forti, siquidẽ corde *Confessio.*
 creditur ad iustitiam, ore autẽ sit confessio ad salutem, & qui negauerit me
 corã hominibus &c. Felix legit, Numerate turres eius, id est, uidete quã
 multa sit munitio eius, Est enim hic potentia & dei uirtus in salutem omni
 credenti &c. Ponite corda uestra, id est, fide cordis intendite ad uirtutem
 sue fortitudinem eius. Fe. Ad murum eius. Et distribuite uel exaltate siue
 edificate domos uel palatia uel turres eius, ut possitis etiã prædicare per
 posteros uestros in generationem alteram. Fe. In generatione nouissima, id *Primũ præ-*
 est, usq; ad finem mundi. In quo uides non aliam prædicationem, & aliud *ceptum,*
 uerbũ nobis uenturũ, quã quod missum est, nempe hoc, quod hic est deus
 noster iam per Christum æternum, cuius uerbo & ductu spiritus regemur
 in æternum, non indigemus humanis somnijs, quæ non dirigunt, sed in erro-
 rem necessario ducunt. Hic uides fidem, quæ primo præcepto exigitur, Ego
 sum dominus deus tuus, per Christũ in nobis impleri, & nobis dari, in quo
 præcepto implentur omnia alia &c.

Ipse reget nos in secula. Felix, ipse diriget nos per iuuentutem, id est, à
 pueris, uel ab ineunte ætate, Hoc est totius uitæ nostræ rationem habebit,
 & ducet mirabiliter &c.

PSALMVS XLVIII.

Titulus προσκλήσεις filiorum Chore Psalmus.

SUMMA. Vel ex hoc psalmo intelligamus horrendum esse confidere *Confidere in*
 & gloriari in rebus, honore, fauore, & diuitijs huius mundi, id quod est in *rebus mudi,*
 æternum esse damnatum, ut hic dicitur. Non enim prodest eis mors Chri-
 sti, & salus facta per eum, imò ipsi sunt qui Euangelicam non possunt non
 impugnare iustitiam, & sunt de quibus dicitur Esaiæ. 53. Dabit impios pro
 sepultura & diuites pro morte sua ut non frustra dixerit Ioannes in episto-
 la, Nolite diligere mundum, neq; ea, quæ in mundo sunt, Si quis diligit mũ-
 dum, non est charitas patris in eo, Quoniã omne quod est in mundo, concu-
 piscencia carnis est, & concupiscencia oculorum, & superbia uitæ, quæ nõ
 est ex patre, sed ex mũdo, & mũdus transit, & concupiscencia eius, qui autẽ
 facit uoluntatẽ dei, manet in æternũ. Exemplo sunt Iudæi, qui etiam in tem-
 plo iũc dei turpissime sua lucra sectabantur, quod quã grauatim tulerit
 Christus nouimus, quim & de necc Christi consultantes dixerũt, Ne forte ue

niant Romani &c. Præterea gloriam à sese mutuo accipientes gloriam dei intelligere in Christo non potuerūt, licet Christus tanta miracula fecisset coram eis. Excæcati enim erant, sicut prædixerat Esaias, ut hæc legis Ioã. 12. Et quid aliud hodie detinet, ne suscipiatur Euangelium ineffabilis gloriæ dei, nisi lucra templorum & timor perditionis ditiorum & honoris? Sed homo cum in honore esset, id est, gloriam dei præsto haberet, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Avdite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Et terrigenæ & filij hominum, simul diues & pauper. Os meū loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Inclinabo in parabolam aurem meā, aperiam in psalterio propositionem meam.

Et terrigenæ &c. Fe. Etiam filij Adam, etiam filij utri, id est, Abrahamæ. Prudentiam. Fe. intelligentiam.

Sapientia spūs
est parabola
& problema
mundo:

Inclinabo &c. id est, audiam à deo parabolam, id est, rem carnī non intellectam, & propositionem siue enigma meum manifestabo in psalterio uel cithara, id est, in hoc carmine uel psalmo dicam, quod spiritu à deo didici, intelligat qui poterit. Mundus ridebit quasi stulticiam, sed tamen dicam id quod res est &c.

Psalmum esse
uerba Christi.

Quod hunc psalmum facio esse uerba Christi, quæ in propheta loquitur ipse Christi spiritus, ipse me cogit psalmus, & præterea nō uanis ducor argumentis, imò Euangelicis testimonijs. Primū, q̄ totum orbem terrarum uocat ad concionē, tam filios Adam quàm filios Abrahamæ, tam diuitem quàm pauperem. Deinde q̄ dicit, Os meū loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei intelligentiam, inclinabo ad parabolam aurem meam, aperiam in cithara enigma meū. Nōne Christus hic est, qui sic præfatur, qui loqui solet in psalterio siue cithara Dauidica, testante uel ipso, ut diximus aliās: Nōne similia ferē habes psal. 77. ubi dicitur, Attendite popule meus &c. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio? Vbi cum tantū uideatur sequi ueteris historie recitatio ad instructionem populi credentis, tamen Mattheus cap. 13. citat eū uerba Christi. Hæc omnia, inquit, locua

ius est Iesus &c. Accedit & quod sequitur, Cur timebo in die mala &c. ubi post præfationem incipit narrare suam parabolam. Reliqua argumenta & testimonia dicemus suis locis.

Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circūdabit me. Qui cōfidunt in uirtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.

Cur timebo in die mala, id est, persecutionis & intentate mortis? Respo. Calcaneum dedit Iniquitas calcanei mei circūdabit me. Non hic de calcaneo Iudæ pro-Christi. ditoris loquitur, de quo diximus psal. 40. sed de calcaneo suo, quem appetit iniquitas Satanæ, ut cadat. de quo Gen. 3. ad serpentem dicitur, Ipsum semet iniquitas, id est Christus, conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Ecce habes iniquitatem calcanei Christi, quæ circum dedit eum, ut uel ipsa morte caderet, qui sæpe tentatus cadere nõ potuit. Venit, inquit, princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Hæc calcanei iniquitas, id est, quæ mordet calcaneum, omne semen appetit Christianum, reliquos sine lucta secure possidet diabolus, Diabolo uero cooperati sunt, & cooperantur ad necem Christi & Christianorum, de quibus sequitur, Qui cōfidunt in uiribus suis, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur, scilicet, circumdabunt me in die mala, ubi fuerit potestas illa tenebrarū, de qua & ipse comprehensus dixit, quando licet eis sentire.

Frater non redimit, redimet homo: non dabit deo placationem eius. Et precium redemptionis animæ eius, & cessauit in æternum, & uiuet in finem. Non uidebit interitū, quando uiderit sapientes morientes, simul insipiens & stultus peribunt. Et relinquēt alienis diuitias suas, & sepulchra eorū domus illorum in æternū. Tabernacula eorū in generationem & generationē, uocauerunt nomina sua in terris.

Sententia huius loci est (ne quid herens propter uarias translationes) illi qui confidunt in diuitijs suis, & gloriantur in sua uirtute, non liberabuntur à morte aeterna, & is, quem occidere uolebāt, uiuet in aeternum, & non redimet eos. Nec te turbet mutatio numeri, quæ Hebræis peculiaris est, q̄ nūc dicit, Non dabit deo placationē eius, scilicet, uiri confidētis & c. cum supra dixerit in plurali, Qui confidunt & c. Nam & in sequenti uersu, Et precium redemptionis animæ eius, Felix legit eorum, ubi tamen & eius & eorum ex Hebræo potest legi & c.

Frater.

Argumento à maiori ex Græco sic orditur, Frater non redimit eum, qui confidit in uirtute sua, & gloriatur in diuitijs suis, redimētne ergo homo alius? profecto si qui frater est, non redimit, alius non redimet. Hic frater est Christus, qui est Iudæis factus frater secundū carnem, ad Romanos 9. Et Iudæi omnem Iudæum uocant fratrem, secundum uerba legis Mosi. Prædictum uero erat eis, ut ex fratribus eorum suscitaretur quandoq; eis saluator, sicut de propheta uenturo loquitur Moses Deuteronomij decimo octauo, & de emanuele ex domo David Esaias c. 7. & 9. Hic frater, inquit, non dabit deo placationem eius, id est, pro eo qui confidit & c. & non dabit deo precium pro redemptione animæ suæ uitæ eius, qui confidit & c. & cessauit, scilicet à redimendo eo qui confidit & c. in aeternum, id est, nunquam liberabit eum, quæ liberatio non pertinet ad confidentes in suis uiribus & iustitijs, & gloriantes in alio, quàm in deo, sed potius ad publicanos & peccatores, qui se uident in conspectu dei & hominum confundi, agnoscuntq; se tales & c. Et uiuet in finem, id est, in aeternum, non uidebit interitum, id est non morietur, quem tamen in die mala, quando erat potestas tenebrarum ad mordendum calcaneum, circumdantes extinguere conati sunt, sicq; occidere, ut amplius non uiueret, dicentes, psalmo. 40. Nonne qui dormit, non adiciet, ut resurgat? Non uidebit, inquam, interitum, cum uiderit sapientes morientes, id est, ipse potius uidebit suos per se secutores mori aeterna morte, qui secundū mundum sapientes sunt, ut defendant suam potentiam, iustitiam & c. ne perdant sua, in quibus gloriatur. Per spicuum namq; est, hic non dici de uere sapientibus, cum ait, Sapientes morientes, de quibus addit, Simul insipiens & stultus (ut uere sunt coram deo) peribunt. Et relinquent alienis diuitias suas, in quibus gloriati sunt, tolerandum uero, si relinquerentur diuitiæ filijs. Et quid aliud querunt? Iudicium hoc uidimus in Iudæis, qui præter excæcationem, quæ abs

Qui non redimantur.

teffi sunt à deo, eieffi quoq; sunt è terris suis. Et sepulchra eorum erunt do-
mus illorum in æternum, quæ sepulchra erunt tabernacula eorum in æter-
num, id est, in æternum in morte habitabunt, qui uocauerunt nomina sua in
terris, id est, nomen uoluerunt habere, & famam inter homines de sua uir-
tute & diuitijs, gloriam quaesierunt in terris, contempta gloria dei. Vides
igitur Christum hic de se loqui, qui & in sequentibus dicit, Veritamen deus
redimet animam meam de manu infri, quando acceperit me.

Hactenus librariorum Græcorum culpa legimus, Et laborabit in æter- Laborabit in
num, uel, ut uulgo legunt, & laborabit in æternum. Et nemo immutare au æternum.
sus fuit, propter uulgo receptam interpretationem, quasi hoc dicatur de
damnato apud inferos, qui laborat in æternum, id est, affligitur in pœnis, et
tamen uiuet in æternum, id est, ne in ipsis quidem pœnis ei mori licebit, cū
tamen longe aliud sit in Hebræo, & scriptura nunquā impijs & damnatis
tribuat has orationes, Viuet in æternum. Non uidebit interitum Felix legit,
Et cessabit in æternum. Hieronymus, Sed quiescet in secula. quæ longe ab-
sunt, & ex diametro pugnant cum eo, quod uulgo legitur, Et laborabit in
æternum. Quis igitur non uidet corrupte in Græcis legi, ἐκράτισεν, id est,
laborauit, pro ἐκόπασεν, id est, cessauit uel quicuit?

Felix, Frater non redimens redimet uirum, scilicet cōfidentem &c. Non
redimens redimet, id est, nequaquā redimet, qui est hebraismus uulgaris in
scripturis, ut illud, Castigans castigauit me dominus.

Et precium redemptionis animæ eius, bene uersum est ex Hebræo, Fe-
lix tamen sic legit, Et erit preciosa redemptio animæ eorum, quod poteris
interpretari, q; nullo precio redimentur, ut conueniat præcedenti, alioqui
non uideo quo respexerit. Aurogallus noster sic uertit, Frater non redimēs
redimet uirum, nec dabit deo redemptionem eius, Et precium redemptio-
nis animæ eius, uel eorum, contemnet uel negliget perpetuo. Et uiuet ultra
ad uictoriam (uel uiuet adhuc in seculum) nec uidebit interitum. Si uiderit
sapientes morientes &c. Contemnet, scilicet contemptores, uel negliget,
id est, non liberabit &c. Et uiuet ultra ad uictoriam, manifeste pertinet ad
hoc quod Mattheus cap. 12. ex Esu. citat, Ecce puer meus &c. donec eiciat
ad uictoriam iudicium.

Sepulchra eorum. Fe. Intimum eorum, id est, in impietate cordis sui ma-
nebunt in æternum, quemadmodum Christus dixit Iudæis, Nisi credideritis
q; ego sum, in peccato uestro moriemini.

Et homo cū in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est eis. Hæc uia eorū scandalum eis, & post hæc in ore eorum complacebunt. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Et dominabūtur eorū iusti in mane, & auxiliū eorum ueterascet in inferno, a gloria illorū expulsi sunt. Verūtamen deus redimet animā meam de manu inferi cū acceperit me.

In honore nō intellexit.

Non intelligunt stulti gloriam, diuitias, sapientiam esse à deo, & solam gloriam esse æternam, quā offert nobis deus in suo uerbo, ideoque perunt, quia non intelligunt, id est non credunt facti sicut equus & mulus, psal. 31. Vide quæ illic diximus. Hos supra uocauit sapientes, sed tamen morientes. Quæ maior dignitas potuit contigisse Iudæis, quàm quod Euangelium offerretur eis per filium dei? quid quæso nobis minus offertur? sed non intelligimus &c. Felix sic legit, Et homo in magnificentia non dormiet, similis factus est iumentis, quæ exterminata fuerunt. In fine autem psalmi sic, Homo in magnificentia & non intelliget, id quod conuenit cum nostro. Quid est non dormiet, nisi, Non morietur in cōfidentia & gloriatione uirtutis suæ, sed infirmus & pauper & desperatus morietur, cuius nomen non pius suus pererit apud deum, quàm iumentorum apud homines, postquā occisa sunt, aut interierunt.

Imitatores im pietatis.

Hæc uia &c. Id est quæ sic sequuntur suam uiam & sapientiam & gloriationem & confidentiam, est scandalum eis, id est, in hoc impingunt & cadunt & damnantur, & post hæc imitatores eorum complacebunt sibi in ore precessorum, id est, eadem laudabunt & magnificabunt & ita gloria buntur, ut illi ante, & ita stulticiæ non erit finis, quàm diu manet mundus, & quàm diu manet ueritas, contemptus & persecutio erit ueritatis. Stulticia enim per manus traditur posteris. Id quod apertius ex Hebræo Felix sic reddit, Et posteri ipsorum ore eorum current.

Sicut oues in inferno positi sunt, scilicet ad occidendum, uel ad mortem æternam. Mors comedet eos. Et iusti, id est, credentes, qui hic uidebantur

eis despectissimi, dominabuntur eis, id est, habebunt eos scabellum pedum suorum, ut & Christus, In mane, id est, quando transacta nocte, & tenebris huius seculi, in quo peruerso iudicio omnia apparent aliter quam sunt, cœperint reuelari abscondita in extremo die, de quo Paulus, Nolite iudicare ante tēpus, donec ueniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarū &c. Et Ioannes, Nondum apparuit quid erimus, scimus autē cum apparuerit ille, q̄ similes ei erimus &c. Et auxilium eorū ueterascet, id est, peribit in inferno, qui hic gloriabantur & confidebant in uirtute sua. A gloria illorum, id est, iustorum abiecti sunt, sic enim nunc legitur ex Græcis. Fe. autē hoc totum, Et auxilium &c. sic red dit, Et fortitudinem eorum cōsumet fouea pro habitaculo suo, id est, fouea siue infernus, qui erit eis uice habitaculi æterni, absumet omnem confidentiam eorum &c.

Mane reuelationis.

Veruntamen &c. Vides qui antea dixerat, Iniquitas calcanei mei circumdabit me &c. in potestatem quidem inferorum uenisse, sed non illic derelictum, ut dictum psalmo. 15. derelictos uero & derelinquendos Euangelij hostes. Redimet, inquit, animam meam de potestate inferorum & tenebrarum, cum acceperit me, id est, resuscitauerit me à morte, qui ad tēpus me uidebatur dereliquisse. Ex omnibus prædictis iam uidere licet, quā non temere psalmum de Christo interpretatus sim.

Resurrectio Christi.

Ne timueris cū diues factus fuerit homo, aut cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniā cū morietur non accipiet omnia, neq̄ descendet cū eo gloria eius. Quoniā anima eius in uita sua benedicetur, confitebitur tibi cū benefeceris ei. Introibit usq̄ ad generationes patrum suorum, usq̄ in æternum non uidebit lumen. Et homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est eis.

Hæc est parænesis spiritus Christi in fine psalmi, ne peredamus cum illis, qui confidunt in uirtute sua, & gloriantur in multitudine diuitiarū suarū.

In morte omnia cadunt nostra. Ne, inquit, timueris, ne te male habeat, ne uacillato fide cum omnia suppetunt, ut uult impio, in fine enim omnibus carebit. uide psalmū. 36. Quia, inquit, anima eius, dum interim hic uiuit, benedicitur, id est abundabit, hic, ut Iob ait, ducet in bonis dies suos, & gloriā ab hominibus accipiet & quæret, sed in morte aliud erit. Felix, Quin potius animæ suæ in uita sua benedicet, sicut ille Luc. 12. qui dixit, Anima habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Tales sunt & illi, qui applaudunt suis iustitijs & meritis, qui dicunt, Nō sum sicut ceteri hominū &c. qui animæ suæ in uita benedicunt, sed in morte hæc oīa cadent. Sequitur, Confitebitur tibi cū benefeceris ei, id quod non ad deum dicitur, ut quidam interpretantur, in hoc psalmo ad deū sermo nusquā dirigitur, sed dicitur ad hominē ad quem ante dictum est, Ne timueris &c. Sententia est, Qui confidit in sua uirtute, & gloriatur in diuitijs suis, ab omnibus ferē honoratur & laudatur, etiam à seipso, ipse uero neminem laudat, nisi qui ei benefacit, hoc est quod dicit, Confitebitur tibi, id est, laudabit te cū benefeceris ei, seruando eius cupiditatibus, applaudendo, comprobando, magnificādo, quæ ipse facit & sentit, alioqui aduersabitur tibi, inuidebit tibi &c. quo significatur eos charitatem non habere, qui fidem non habent, nemini enim fauēt nisi propter se. Felix, Et celebrabunt te, cum benefeceris tibi, id est, qui confidunt &c. (ut mutatio sit numeri) laudabunt te, cum non dissimilis eis fueris, cum auxeris diuitias, cum multiplicaueris gloriā domus tuæ. Potest uideri & mimesis, ut sint uerba impij apud se ad se dicentis, Eris aliquid apud homines, cum ostentaueris magnificentiam tuam.

Patres impietatis. Introibit &c. Veniet quo patres eius uenerunt, qui simili erant impietate, illic in sempiternis erit tenebris à deo & regno lucis exclusus. Felix, Venies usq; in generationem patrum eius, usq; in æternum non uidebitur lumē. Venies, scilicet tu quem moneo, id est, fide intendes & meditaberis in longam seriem precedentium patrum eius, & nihil boni inuenies, inuenies omnes perpetuē excacationi & tenebris traditos, uel inuenies, id est, aspicias in nouissimo iudicio in illam generationem pessimā &c. Sic Iud. ei in Euangelio uocantur genimina uiperarum, generatio praua & adultera, quibus & dicitur, Vos implete mensuram patrum uestrorum. Et Stephanus, Quem, inquit, prophetarū non occiderunt patres uestri? Unde constat hæc non tantum de patribus carnis dici, quā de patribus impietatis. Nam filios Abraham negat esse Christus Iud. eos, Iohā. 8.

PSALMVS XLIX.

Titulus. Psalmus Asaph.

David fecit principem ad confitendum domino Asaph & fratres eius

I. Paralipomenon. 16. non mirum ergo, si quidam psalmi Asaph inscribantur ut auctori.

SYMMA. Iudicium extremum illud minatur propheta, ut ab hypocrisis Hypocrisis.
 & furo cultus dei respicientes, discamus quod sit sacrificiū acceptum deo, Iustitiarj:
 ut sit nobis pater in omni tentatione, Nullos enim sic odit deus ut iustitios, qui cum uelint esse sancti, nulla sunt in deū fide, & neq; uerba neq; opera spirant proximi charitatem, Oderunt enim disciplinam & proiecerunt uerba dei retrorsum, secuti suam iustitiam, sua somnia & adinventiones, que fructum bonum producere non possunt.

Deus deorū dominus locutus est, & uocauit terrā. A solis ortu usq; ad occasum, ex Sion decor pulchritudinis eius. Deus manifeste ueniet, deus noster, & nō filebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tēpestas ualida. Aduocauit coelū desursum & terrā, ut discernat populū suum. Congregate ei sanctos eius, disponentes testamentum eius super sacrificia. Et annunciant bunt coeli iustitiā eius, quoniam deus iudex est.

Deus deorū dominus, sicut alibi, Et rex magnus super oēs gētes, id est, Dij.
 super quoscūq; quātacūq; potētia sunt siue in caelo siue in terra. Sūt enim dij & filij dei, quibus dictū est, Ego dixi dij estis & filij excelsi oēs. Et in di- ces dij nominātur, Exo. 22. Terret uero hoc principio, quasi dicat, Ille deus omnū dominator locutus est &c. Fe. Deus deus dominus locutus est &c.

Congregate illi &c. pro congregentur ei sancti eius, sicut, Aperite mihi portas iustitiæ, pro, Aperiantur mihi portæ iustitiæ. Fe. Congregate mihi sanctos meos, percutientes fœdus meum super sacrificium, quæ sunt uerba dei, sicut & infra uerba dei sunt, Audi populus meus &c.

Iudiciū extre-
mum.

Tuba nouissi-
ma.

Ignis.

Sancti congre-
gandi.

Deus omnipotens loquetur, & sua uoce conuocabit homines, qui sunt in terra, à solis ortu & occasu, id est, ex oibus partibus orbis. Ex Sion, id est, ex populo dei, siue iudaico decor pulchritudinis eius, id est, humanitas eius assumpta, psal. 44. Speciosus &c. in qua deus manifeste ad iudicium ueniet, deus in qua, qui proprie noster est, psal. 45. Et non silebit, non dissimulabit, sicut antea, quando sicut ouis ad occisionem ductus est, quando non clamabat in plateis &c. Matth. 12. Hic ergo deus deorū, & rex magnus super omnes deos, est Christus dominus, qui dicit Ioh. 5. Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij dei &c. Alibi uocat hac uocem filij dei tubam angelicam, ut Matth. 24. Videbunt filiū hominis uenientem in nubibus caeli, cum uirtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cū tuba & uoce magna, & congregabūt electos eius, à quatuor uentis, ab extremis caelorum, usq; ad terminos eorum. similia habes. 1. Thess. 4. Vnde hic quoq; dicitur, Aduocauit caelum, id est, angelos è caelis, & terram, id est, hoīes è terra &c. Cōgregate &c. Et annūciabūt caeli iustitiā eius, id est, ut praecones proclamabunt, uel ut praesentes approbabunt iustitiam eius, qua saluat credentes, & abicit incredulos, Quoniam deus iudex est, qui non potest nisi iuste iudicare, quem nihil latet occultorū &c. Sed tunc ignis & tempestas ualida & horrenda species irati iudicis erit in circuitu eius, qui non nocebit sanctis, qui rapientur obuam Christo in aëra, quibus apparebit decor pulchritudinis ex Sion, ut supra dictū, sed inflammabit in circuitu eius inimicos eius, ut est psal. 96. Sic & Petrus loquitur, Epistola. 2. Coeli qui nūc sunt, & terra, eodem uerbo repositi sunt, igni reseruati in diem iudicij & perditionis impiorum hominum &c.

Cōgregate &c. hoc est quod in Euāgelio electi Christo cōgregandi praedicuntur, qui sancti inierūt fœdus cū deo, ut sacrificarēt secūdū eius uerbū, id est, qui fideles inuenti sunt in testamēto dei, in ueteri faciētes secūdū fidem in uerbū dei, qd' mādātū erat, etiā in sacrificijs externis, id quod erat ex fide facere, alioqui externa nihil sunt, & pctā sunt, In nouo faciētes similiter secūdū uerbū Euangelij, & sacrificātes sua corpora & uoluntatem, deo & Christo dantes necessaria in proximo indigente &c. Vide quæ dixit psal. 11. quæ sunt sacrificia laudis, & uota accepta deo. i. per quæ sanctificatur nomē domini, & in nobis & in pximo, in odore suauitatis, ut dicit lex.

Audī populus meus & loquar tibi Israel, & testificabor tibi, deus deus tuus sum ego. Non in sacrificijs tuis

cijs tuis arguam te, holocausta autē tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua uitulos, neq; ex gregibus tuis hircos. Quoniam meæ sunt omnes bestię agri, iumēta in montibus & boues. Cognoui oīa uolatilia cœli, & pulchritudo agri mecum est. Si esuriero non dicam tibi, meus est enim orbis & plenitudo eius. An manducabo carnes taurorū, aut sanguinem hircorū bibam? Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Et inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te & glorificabis me.

Pulchritudo agri mecum est. Felix, fer. e campi mecum sunt.

Docet hic deus populū suum qualem cupiat in iudicio inuenire. Audi, Verum sacrificium. *inquit, populus meus, id est, crede uerbis meis, hic primum fides exigitur in uerbum dei, & loquar tibi Israël, qui cupis censi populus meus, & testificabor tibi, id est, uerba hæc mea erunt tibi testimonium ueritatis & testamentū siue pactum uerum inter me & te, Deus deus tuus sum ego, Id quod est primū præceptū in lege, nulla opera requirens, nihil exigens nisi fidē, id est, ut credas deum esse deum tuū quātus quātus est, Deut. 5. & Exo. 20. In quo mandato pendēt omnia mādāta sine quo reliqua sunt nihil, & quicquid reliquis obsequi uolueris sine hoc, fucus erit, hypocrisis & impietas, non potest arbor mala fructus bonos facere, ut uideas quid sit quod Paulus dicit, Quicquid non est ex fide, peccatum est.*

Non contendam hoc loco cum hypocritis nostris & iustitiarijs, quāuis oportunitate hic esset, tamen uideant ista & confundātur, qui digladiantur pro humanis traditionibus, quibus & ipse deus insensibilissimus est, si credas Christo Matth. 15. & præterea nouas semper adinueniunt adinventiones, quibus deo seruiant & præferant se alijs magno coram deo merito, quibus alibi, horrendo dei iudicio, modo uidere possent, dicitur, ibunt in adinventionibus suis, dimisi eos secundū desideria cordis eorum. Quid præfers hu-

mana cum deus reiciat hic quæ ipse per Moysen instituerat? Impij exter-
nis operibus legis adhererant, quasi iusti essent modo ea facerent, & iusti-
ores si adhuc plura sacrificia adderent non præcepta, & interim relinque-
bant quod solum & unum lex in omnibus externis querebat, scilicet ut à
deo audirent, Ego sum dominus deus tuus, ut externis illis uelut signis de-
clararent fidem cordis. Sicut hodie nostri pugnant contra Euangelium, &
sepe suis opusculis & ceremonijs iustos esse confidunt & bonos Christia-
nos: sed longe indignius quàm illi, qui uidebantur pro se dei uerbum habere
quod iubeat illa externa, nostri uero somnia humana sequuntur & prop-
ter hæc abijciunt diuina. Accirco omnes prophetae clamauerunt contra impia
os, Quis hæc quæsiuit de manibus uestris &c. Vide Esa. i. ut alia taceã. Hic
certe oportuit prophetas esse hæreticos & mori, quia iudicabantur contra
legem prædicare, qui tamen erant legis clarissimi interpretes.

Deus igitur ait, Non in sacrificijs tuis arguam te, bonorum enim tuorum
non indigeo, Psal. 15. Arguam autem si non audieris meum uerbum, si non
agnoueris me deum & deum tuum. Holocausta tua sunt in conspectu meo
semper, id est, quicquid mihi offerre poteris iam coram me est, iam habeo,
iam iam meum est, nullius ego, omnia sunt mea. Immola deo sacrificium
laudis, id est, agnosce deum esse deum tuum & sanctifica eius nomen in om-
nibus, secundum duo prima præcepta, quibus corde creditur ad iustitiam, ore
autem confessio fit ad salutem. Habeto uerbum eius & gratias age omni tem-
pore & pro consolatione & pro cruce. Et redde altissimo uota tua, id est,
quod uulgo uocant, deuotionem tuam, id est, gratum beneficijs dei affectum.
Nihil enim est ut externa uota tibi fingas quæ deus hic reijcit si non libera
sunt, id est, quibus nullam iustitiæ opinionem affigas, ut alibi diximus. Et in-
uoca me. uoca me in die tribulationis. ecce habes quæ fiducia ad deum accedas, nam
deus iubet. Et eripiam te. ecce habes promissionem. Hic non solum libenter
subueniet deus sed etiam necessario, quia promissit & seipsum negare non
potest, modo tu inuoces. Et glorificabis me. ecce quæ tua opera non requirit,
sed sacrificium laudis, ut sanctifices nomen eius coram mundo & principi-
bus & portis inferorum. Utinam uiderere possent quantum hoc sacrificium lau-
dis negocij habeat, non magnificarent sua opera & clamarent nos uelle bon-
na opera prohibere. sed sinamus eos, cæci sunt & duces cæcorum.

Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iu-
stificationes meas, & assumis testamentum meum

per os tuum: Tu uero odisti disciplinam & eiecisti sermones meos retrorsum. Si uidebas furem currebas cum eo, et cum adultero partem tuam ponebas. Os tuum abundauit malicia, et lingua tua concinabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, et aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum, hæc fecisti et tacui. Existimasti iniquitatem quæ ero tui similis, arguam et statuam contra faciem tuam peccata tua. Intelligite hæc qui obliuiscimini dei, nequando rapiat, et non sit qui liberet. Sacrificium laudis glorificabit me, et illic uia qua ostendam ei salutarem meum.

Peccatori. Felix, Impio. Currebas cum eo, uel, ut Felix habet, Complacuisse cum eo. Cum adultero. Felix, Cum fornicatoribus. Scandalum. Fel. Calumniam uel opprobrium. Existimasti iniquitatem quæ ero tui similis. Felix, Existimasti me futurum fore similem tui. Rapiat. Felix, Rapiam scilicet ego deus, uerba enim hic dei sunt. Sacrificium laudis etc. Felix, Sacrificans laudem honorificabit me, et qui posuerit iter, ostendam ei salutem dei. posuerit profecerit, id quod uulgare est Hebr. eo. Id est, qui hac uia transferit, ostendam ei salutem dei, quam iustitie humane non assequuntur.

Vide nunc, quicumque potes, quem hic uocet diuinus spiritus peccator = Hypocrita = iustitiarum. rem sue potius impium, postquam etiam pietatem et cultum dei sue iustitiam indicauit se nolle estimari in rebus externis, nempe non illum qui coram mundo scortatur, furatur etc. talis enim non existimat quod deus erit ei similis, quod deus approbabit talia, sed scit se inique agere, sed illum uocat impium, qui enarrat iustificationes dei et assumit uerba testamenti dei per os suum, id est, prædicat uerbum dei unde iustificemur, hoc ipsum cantat, legit, de hoc colloquitur, ut uideatur nihil tam amare quam uerbum dei, et tamen non dei honorem, non dei ueritatem querit, sed suum

rem ab hominibus, honorem, lucra sua, ueretur ne quid mali patiat, ne
quid sibi decedat & denegetur. hinc turpiter adulatur, dissimulat ad uita
& cupiditates aliorum, quaedam etiam excusat, quibusdam arridet, sepe
contra conscientiam quaedam & laudat, aut sophistica distinctione ita
omnes formas uertit, ut inueniat hoc aut illud non esse contra dei uoluntatem,
quaedam prae terea defendit esse cultum dei, modo lucrum oleant.
Et praeterea specie bona quia uidetur habere uerbum dei, esse dei cultor,
esse bonus homo, decipiendi & seducendi habet auctoritatem, Excacatur
uero ut & suo sibi iudicio ut deatur esse bonus & pius homo, cui deus pro
meritis, quas sibi quotidie cumulat, debeat caelum. Ego, inquit, non sum sic
cut ceteri homines iniusti, raptores, adulteri & c. Atq; ita putat deum sibi
fore similem & approbatum tam pii hominis sanctitatem, ut hic dicitur,
Sed tu, inquit, qui iactitabas te de uerbo dei abiecasti disciplinam, id est, non
luisi uerbo dei increpari, tua damnari & mortificari, & proiecasti sermo
nes meos, quos in ore uidebaris habere, retrorsum, id est, apud te con
tempnisti, in te non fecerunt fructum, quemadmodum & Paulus dicit ad hyp
pocritam, Qui alium doces, teipsum non doces. Qui praedicas non furandum
furaris, qui dicis non moechandum moecharis, qui abominaris idola sacrile
gium facis, qui in lege gloriaris per praearicationem legis deum inhonoras.
Id quod & hic dicitur, Si uidebas furem, currebas cum eo, hoc est ut maxi
me opere externo non eras fur, tamen te furti participem fecisti, quia uide
bas iniusta lucra, iniustas negotiationes, usuras, fraudem in artificibus, iniu
riam & damnum proximi, calumniam in pauperem, aderas ubi talia fiebant,
ubi talia laudabantur, & dissimulabas, ridebas, excusabas, ut fauorem non
perderes, uentri aliquid accederet, ex usuris tibi uiuere liceret. Taceo nunc
quid faciant quidam in confessione auriculari, item q; alij etiam accipiunt
ex usuris & rapina pro indulgentijs illis & c. ne uidear ad quosdam solum
torquere psalmum qui taxat hypocrisim omnem. Et cum adulteris portione
tuam ponebas, ut maxime externo opere non scortaberis, tamen scortatio
nis reus es, quia dissimulas ad talia, rides, applaudis nonnunquam & c. ut homi
nibus non displiceas & c. An ignoras scriptum in Ezechiele, Sanguinem eius
de manu tua requiram? si praedicator es tibi tacere non licet, si solum frater
es ad fratris uita conuiuere non debes, Nam gentiles illos qui fratres non
sunt, prohibere non possumus, quid enim ad nos de ijs qui foris sunt attinet
iudicare? Nolito gloriari q; opere externo talia non facias, q; alijs facienti
bus non faueas, si cupisti aliena, si cupisti uxorem alterius, iam reus es, Matt. 5.

Hic uide quæso an non hic damnentur impijssimi illi hypocritæ qui sub specie pietatis prohibēt, quæ secundū deum sunt, cōiugia sacerdotibus, quos uocant, & clericis, & potius admittunt sexcentas scortationes & adulteria, ut nunc turpiora taceam, q̄ unum pium castūq; coniugium & thoriū immaculatum. Hoc cōtine est cum adulteris & scortatoribus partem habere? Interim tamen hoc appellatur castitas. Ita ita abieciimus disciplinā & proieciimus sermones dei retrorsum. Sequūtur iam à quibus ipsi iustitiarū hypocritæ non abstinent, sed inter im omnia excusant, quasi iuste talia faciant & dicant & non fratris odio sed iustitiæ zelo. Os, inquit, tuum abundauit malicia, Primū, quia hypocrisis erat quando uerbū dei uidebaris dicere, dein de quia peruertebas dei uerbum & dixisti quæ populo placrēt, præterea damnasti contra hypocrisim tuam docentes. Itcirco ne dei quidem ueritas fuit uerbum quod docuisti. Et lingua tua concinnabat dolos, ut tua confirmares, ut humanas traditiones defenderes, ut ueritatem quæ cōtra te erat non admitteres, hic meditatus es, hic quæsiuisti quasi ex ipsa scriptura patrociniū, hic omnes neruos intendisti. Quæ si quis nosse uelit, audiat (si tantam impietatem ferre potest) quid clament rabulæ, quid scribant excæcati hodie contra Euangelium & uerbum gloriæ magni dei. Sedens quasi iudex in collatione & conuersatione aliorum aduersus fratrem absentem detrabebas, uidebas festucam in oculo fratris, interim non uidebas te detractorem, quod certe est habere trabem in oculo, interim non uidebas te esse hypocritam & damnatum, dum alios omnes iudicare uolebas. Et ponebas scandalum siue calumniam aduersus filium matris tuæ, id est, aduersus fratrem tuum, ut etiam infirmis fratribus non parceres, qui tua oblocutione, tua conuersatione, quā tu ut sanctam præsumebas te posse excusare, scandalizabantur, ut etiam non parceres sanctis fratribus Euangelicæ ueritatis amatoribus quibus immeritis intentasti calumniam, uocans hæreticos, impios &c. solum propter obseruatum & prædicatū contra traditiones humanas Euangelium, ut non dicam q; etiā tu sancte hypocrita uir sanguinum & dolose optasti in corde tuo omnes ueritatis Euangelicæ promotores esse occisos. Vides itaq; in hoc psalmo populum dei moneri ne sit similis illis qui externis sacrificijs & operibus iustitiam tribuunt & omnia quasi uerbis dei colorant, qui iugiter uidentur deum laudare, sed uerbum eius contemnunt. In summa, Deus prohibet illos ab opere secūdi præcepti, qui primū præceptū non habent, non enim uult laudari ab impijs, id est, incredulis & non suscipientibus corde uerbum eius. Sic Christus prohibuit de-

mones, Luca. 4. Marci. 3. Et Paulus Phitonem, Act. 16. Neque uero excipientes
 Scandala sed præcipiti iudicio feruntur contra omnes & scandalo sunt dum non uideant
 Euāgelij. dent quā longe adhuc ad Euāgelio absunt. Hi cacant in castra Israëlitica.

Hæc fecisti & tacui, non ostendi tibi in conscientia tua peccata tua, disti-
 mulauit ad penitentiam si quandoque respisceres. Existimasti quod approbatu-
 rus sim tua, arguam, non silebo ubi uenerit tempus, & statuam peccata tua
 quæ nunc non uides, sed sanctitatem mentitur iniquitas sibi, statuam, inquam,
 contra faciem tuam ut uideas lampadem tuam extingui & sentias pro luce
 & sapientia factorem & executionem. Dura profecto hæc dei sententia.
 Inde admonet, Intelligite hæc qui obliuiscimini dei, id est, qui abijcitis ser-
 mones eius retrorsum. In nullo possumus dei recordari deumque tenere quā
 in uerbo eius, sicut habet lex Moysi, Ne fiat ut quandoque suo iudicio rapiat
 uos &c. Horrendum est incidere in manus dei uiuētis. Sacrificium laudis,
 quo ego sanctificor confessione fidei & me digna conuersatione coram ho-
 minibus & portis inferorum, honorificabit me, non externus ille fucus &c.
 Illic est recta uia qua ego ducam ad salutem meam &c.

PSALMVS L.

Titulus. προσκέλευσις Psalmus Dauid, cū ueniret
 ad ipsum Nathan propheta quādo ingressus
 fuerat ad Bethabee, 2. Reg. 12.

Concupiscētia. SVMMMA. Hæc est fortis peccatio ut remittatur peccatum quo pleni sumus.
 Est enim in nobis illa concupiscentia, de qua Rom. 7. quam ferè non ag-
 noscimus nisi egregio aliquo peccato & nobis manifesto erūpat. quales fructus
 solet edere illa radix in infidelibus semper, in fidelibus autem dum à
 deo deserūtur ad tempus, ut sese agnoscant quales sint sibi relictī, dum in-
 terim phariseus dicit, Gratias tibi ago deus, quod non sum sicut ceteri homi-
 num &c. Dauid alioqui sanctus uir commisit adulterium & ob hoc homi-
 cidium quoque. Tales quia agnoscunt, dolent, confitentur domino, ueniam
 petunt semper, ut dixi psal. 31. Hinc est quod publicani & meretrices præce-
 dunt phariseos in regnum cælorum, ut est Matth. 21. Nam talium sacrifici-
 um, cū nihil aliud sit quā cor contritū & humiliatū, deus non despicit &c.
 Hi & exemplo suo & uerbo agunt, ut alios quoque peccatores deo lucrifa-
 ciāt. Docebo, inquit, iniquos &c. Sic Apoc. ult. Et spiritus & sponsa dicūt,
 Veni. & qui audit, dicat, Veni, Et qui sitit &c.

Miserere mei deus, secundū magnā miserī-
cordiam tuā. Et secundū multitudinē mi-
serationū tuarum, dele iniquitatē meam. Amplius
laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo mūda
me. Quoniā iniquitatē meam ego cognosco, & pec-
catum meū coram me est semper. Tibi solī peccaui
& malum corā te feci, ut iustificeris in sermonibus
tuis & uincas cū iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus
conceptus sum, & in peccatis concepit me ma-
ter mea. Ecce enim ueritatē dilexisti, incerta & oc-
culta sapiētiae tuæ manifestasti mihi. Asperges me
hyssope & mundabor, lauabis me & super niuem
dealabor. Audire me facies exultationem & læti-
ciam, & exultabunt ossa humiliata.

*Amplius. Fe. Plurimū uel multum, id est, etiā atq; etiam. Et uincas cum
iudicaris. Iudicaris ex græco est passiuum uerbū. Fe. Appareas mūdus cum
iudicabis. Verum ego passiuum malo, propter Pauli citationem, Ro. 3. Ecce
enim in iniquitatibus &c. Fe. Ecce in iniquitate genitus sum, & in peccato
cōcepit me mater mea. Ecce ueritatem dilexisti in intentionibus (uel rebus
uel cogitationibus) & in occulto sapiētiam notā mihi facies, id est, uis ut nul-
la hypocrisi & ex corde agnoscamus peccatū, & ueritatē coram te cōfitea-
mur. & in spiritu quod adhuc &c. uideo mihi reuelabis, ne sit in spiritu meo
amplius dolus, Psal. 31. Affligis Fe. Expiabis. Humiliata. Fe. quæ cōtristasti.*

*Omni cōsilio derelictus, & reuelata lege in corde confusus, & in peccato
apud deū comprehensus, nulla creatura iuari potest, sed solo deo. Hūc
si ex corde inuocare potes quantūcūq; peccaueris salua adhuc sumt omnia.
Ait ergo, Miserere mei deus, tua misericordia saluet me, tuū iudicium ferre
nō possum. secundū non paruā misericordiam tuā, ego enim ille sum qui de-*

Penitentis.

beo centū milia talēta, nō sum solūdo, mea satisfactio nihil est. Multū laua
 me, id est, nō solū à peccato presenti, id quod tantū mitū lauandi siue iusti
 ficationis est, sed per omnem uitam meam baptiza me baptismo spiritus in
 igne tuæ illuminationis, donec per mortem meam tollatur omne quod in
 Adam seminatum est. Quia iam iniquitatem meā ego cognosco, scilicet re
 uelato per legem tuā mihi in corde meo peccato, & peccatum meū coram
 me, id est, in oculis meis & conscientia arguente, est semper, chirographum
 mortis quod est in decretis & mandatis tuis scriptum, est in cōscientia mea,
 non potest deleri nisi per meram misericordiam tuam, mea opera hic nihil
 sunt, ut sexcenties fiam carthusianus, nihil est, sententiā mortis fero, nemo
 me liberabit, nisi cui peccaui qui est uitæ autor. Qui sic agnoscit suum pecca
 tum nō iudicat alios, ut illi qui sedentes aduersus fratrem detrahunt, ut di
 ctum Psalmo superiori. Vbi talis reuelatio peccati tibi uenerit necesse est ut
 omnia cadant in quibus hypocrisis ante confidebat. Dauid postquā cecidit
 aduterio & homicidio, non statim redijt ad dominum, sed permansit in illa
 impietate cordis sui usq; post natum ex illo adulterio puerum, ut habet sa
 cra hystoria. Quod exemplū est adeo crassum ut non potuerit nobis crassi
 us depingi. Sed nōne interim agnouit suum peccatū? qui potuit tantus uir
 ignorare se tam crassa admisisse uitia, & eadem coram deo damnare? Ve
 rum sic agnouit, ut nostri, qui in pascha confitentur omnia quæ fecerunt, &
 confidunt sua confessione & operibus quæ uocant satisfactionem, deinde
 manent ijdcm qui fuerunt. Dauid interim uuit ad tabernaculū domini, co
 gitauit, deus est misericors, celebrauit sabbata & festa cum alijs, obtulit ho
 locausta & sacrificia pro peccato, uidebatur uir bonus & pius rex, ut ante
 sed omnia hypocrisis & impietas erant. Post uero reuelato peccato ad in
 crepationem Nathan propheta, nulla opera nouit, sed dixit, Misere, mise
 ricordiam exhibe. Sacrificum deo spiritus contribulatus &c.
 Tibi soli peccaui & malum coram te feci, ut iustificeris &c. Mira sentē
 tia quā caro indignam iudicat deo & uertit ad argumēta impietatis, quod
 lege Ro. 3 Non potest mihi dei misericordia & bonitas commendari nisi in
 meo peccato. Necessē est ut ego sim peccator, ut dei ueritas mihi cognita fiat,
 sicut & hic dicit, Domine tu ueritatem dilexisti, impossibile est ut nō uerū
 fiat quod dixisti, uel dilexisti ueritatē in nobis, ut abiecta hypocrisis uere in
 intimis cordis nos agnoscamus qui simus, ut agnito peccato misericordia tua
 nobis nota fiat. Incerta, id est, de quibus alij dubitant & occulta, id est, quæ
 alij ignorant, sapientiæ tuæ nō humane & carnalis quæ stulticia est apud
 deum

Falsa poeni
 tentia.

In nostro pec
 cato dei mise
 ricordia com
 mendatur.

deū, & semper sibi querit aliam iustificationis viam quā deum, illa, inquā,
 manifesta sibi mihi. Siquidē carnalis homo hęc non intelligit, sed stulticia sunt
 illi. Sic enim opponit, Si pro gloria dei est peccatū nostrum, faciamus mala,
 ut ueniant bona. Horū, inquit Paulus, damnatio iusta est. Se enim suo ore cō
 demnant, claris uerbis ostendentes se esse ex illis damnatis, non coram mun
 do sed corā deo, qui dicunt, Non sum sicut ceteri hominū, iniusti, raptores,
 adulteri, non ieiunantes, non dantes decimas, non dantes deo quod debēt.
 Quid enim est quod inferunt, si gloria dei manifestatur ex nostro peccato,
 ergo peccemus, quā, quid prodest nobis si sic uiuamus absq; peccato qui nō
 scortamur, qui non occidimus, qui multa bona facimus? cur non potius ma
 la facimus in gloriā dei? Ita & Paulus irridebatur. Tace quæso impietas,
 satis peccatorū habemus qui toti peccatum sumus. Ecce, inquit, in iniquitate
 genitus sum & in peccato cōcepit me mater mea. Omnes nascimur filij iræ,
 ut taceam de reliqua uita, ut non opus sit peccatū addere quasi iam non ha
 beas, pro amplitudine gratiæ dei cognoscenda, sed potius opus sit clamare,
 Infelix ego homo, quis me liberabit ab hoc corpore mortis? Dic quæso, quo
 modo potes intelligere de manifesto peccato. Tibi soli peccauit &c. Nonne eti
 am. Dauid peccauerat hominibus saltem Uriæ & uxori eius & ioab: nisi id
 satis esse putes quod dicit historia, Tu fecisti hanc rem abscondite. quid ergo
 opus erat etiā conceptionis immūde mentionē facere? Nonne non imputa
 tum erat peccatū originis Dauidi, sicut & nobis in baptismo? Sed hoc omni
 bus ferē imponit qui se putant aliquid esse, q; scire nolunt concupiscentiam
 esse peccatū, sed fructum eius tantū, qui ex ista radice prodit, id est, quando
 se manifestat per iram, amorem, odium, blasphemiam, mendacia, detractio
 nem, adulationem, fraudem &c. Beatus qui uel sic suo peccato laesus cæcū
 illū ceperit uidere Adam, qui est in carne nostra, id est, in toto illo quod nos
 sumus à planta pedis usq; ad uerticē intus & extra. Non enim est in me, hoc
 est, in carne mea bonū. I nūc & obloquere gratiæ dei, faciamus mala ut ue
 niant bona, quasi iam non sis malus nisi facias plura addendo mala. Non po
 test mihi efficacior consolatio dari, quā ut ubi desperatio impugnat cogitē,
 Non est manus domini abbreviata ut saluare nō possit, Ipsius misericordie
 non est numerus, qui etiam peccata hominū sibi uertere solet in gloriā. Dili
 gentibus enim deum omnia cooperantur in bonū ijs qui secundū proposi
 tum dei uocati sunt sancti, Sit illi gloria, mihi autē confusio, qui antea illius
 gloriam agnoscere nolebam quasi innocens & absq; peccato, nunc ostendit
 me mihi, ego in priori illa fiducia damnatus fuissem. Bonum mihi domine q;

humiliaſti me, ut diſcam iuſtificationes tuas. Cognoui domine q̄ æquitas iuſticia tua. & in ueritate tua humiliāſti me. Verū domine ut cūq̄ iſta & quocūq̄ uertere uelis, certus ſum q̄ mentiri non potes, qui credenti in te per fidem promiſiſti omnium remiſſionem peccatorum, non ut non maneat peccatum, ſed ut per diuinam miſericordiam nō imputetur, ſicut dictum Pſal.

Tibi ſoli &c. 31. Sic ergo intellige quod hic dicitur, Sermones dei ſunt eius promiſſiones ut iuſtificeris. ſiue, ut Paulus uocat, Oracula dei, quæ promiſſiones omnes complectuntur Chriſtum, in quo eſt nobis promiſſa omnium peccatorum remiſſio ſiue beaſſitudo omnium gentium. His ſermonibus multi contradicunt, non credunt, ut olim Nouatiani hæretici, & ante Chriſtum impy iudæi, hodie quoſq̄ totus ſerè mundus iuſtitiā operibus tribuens, negat nos ex ſola in Chriſtum fide iuſtificari, præterea diabolus negat toties lapſis pœnitentiam, negat cæca caro & infidelis mea conſcientia, ſed deus iuſtificatur in ſermonibus ſuis, quem omnis illa peſtis uult facere mendacem. Dimittit enim uere peccatum per fidem in Chriſtum ſiue in deum ſicut ubiq̄ promittit, & uim eſt, id eſt, ſuperior euadit & mendaces oſtendit illos cum iudicatur ab eis, iudicatur quaſi non ſic dimittat peccatum aut non tam magnum dimittat peccatum aut non tam facile, hoc eſt, iudicatur quaſi ſi mendax. Quæ maior impietas quàm ſic reſiſtere & opinari contra ſermones dei? Ad hoc igitur, inquit, peccauit & malum coram te feci ut iuſtificeris &c. Promiſiſti remiſſionem, quid mihi remitteres niſi eſſem peccator? Vana ergo eſſet promiſſio. Rurſum niſi remitteres peccatori, mendax eſſet promiſſio. Vide in quæ pericula incidant increduli & deſperantes. Sequitur ergo, q̄ qui peccatores non ſunt (ut ille phariſæus) remiſſionem peccatorū non conſequuntur, ſine qua nemo ſaluatur quancūq̄ ſanctus, ut Pſal. 31. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus. Et Ioannes in Epift. Si dixerimus, inquit, q̄ peccatum non habemus mendacem facimus eum & ueritas eius in nobis non eſt, Etiam ſi quidam non credant oraculis dei, tamen deus manet uerax, ut ait Paulus, Rom. 3. Porro ſi uis potes omnia præcedentia in pſalmo coniungere cū hac particula, Ut iuſtificeris &c. ſic, Miſerere, dele, laua, munda, quoniā peccatum agnoſco, quoniā tibi ſoli peccauit, hæc oīa, inquam, fac ut iuſtificeris &c. Et in idem redit. Quod enim miſeretur, q̄ delet &c. hoc cedit ei in gloria, niſi enim peccator eſſem gloria tali non indigerem. Nunc autem omnes peccati uictoriam, hæc eſt gloria dei in me, ut credam potius cœlum terramq̄

ritura quā non esse remissionem peccatorū quā ipse promisit. Si non credis, facis eum cum summa & horrenda ignominia & blasphemia mendacē. Beatus qui intelligit.

Quod de lauando, mundando, & aspergendo siue expiando dicit, baptismum spiritus significat, de quo in Euangelio, & Esa. 4. Si ablucrit dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalē lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Porro q̄ dicit, Asperges me domine hyssopo *Asperges hyssopo.* po & c. manifeste respicit in figuram, quæ scribitur in Exodi. 12. q̄ hyssopo intincto in sanguine agni aspergebantur postes Hebræorum ne illic percuteret angelus percutiens. Item in figuram Leuitici. 14. ubi hyssopo intincto sanguine passeris aspergitur & expiatur leprosus. Exponendo igitur hic figuram dicit, Non metuo in Aegypto mortem primogenitorū meorum nec habeo lepram hominibus conspicuam, sed ipse in morte detineor & lepra coram te, Idcirco non quero hic Moyse officium, non quero sacerdotis officii opem, sed tu domine cui soli peccauit, asperge me sanguine Christi & mundabor, tu laua me & ero niue candidior & purior, Tunc audire me facies uerbum exultationis in corde, Dimissa sunt tibi peccata, & præ spiritus leticia exultabit quoq; corpus meum quod ante ad tua iudicia tremuit & contabuit, quia spiritus tristis erat. Spiritus tristis exiccat ossa & c. Istam leticiam nunquam consequentur nostra opera, sed gratia dat. Hinc Paulus semper ista duo coniungit, Gratiam & pacem. *Ossa hūiliata.*

Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mūda crea in me deus, & spiritum rectū innoua in uisceribus meis. Ne proijcias me a facie tua, & spiritum tuū sanctum ne auferas a me. Redde mihi exultationem salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te cōuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ, & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Principali, hæc dictio est à nomine princeps. ἡγεμονικῶς, id est, principi-

pali, ducali, imperiali, regali. Felix, Munifico, id est, liberali. Hieronymus, Potenti.

Deus obliuiscitur. Auerte &c. Id est, uelis peccatorum meorum obliuisci, & non esse saeuus inspector meorum operum quae reuera sunt peccata si imputare uolueris. Gratiam peto quam promissisti. Amplius peccatorum eorum non recordabor, Hieron. re. 31. Obliuiscitur deus peccatorum nostrorum dum dat nobis gratiam ut amplius peccati non habeamus conscientiam, id est, ut sciamus ita dimissum ut nos damnare non possit.

Cor mundum. Spiritum rectum. Cor mundum & spiritum rectum non habes, nisi deus creet in te & innouet intus. Alioqui cor impurum manet & spiritus tuus a deo auersus. Idcirco omnia opera tua quaecumque sanctitate fulgeant, erunt abominabilia deo. Quicquid enim non est ex fide, peccatum est. In Act. Apostolicis dicitur, Fide purificans corda eorum. Et deus uult ut ipsius non nostro ducamur spiritu, Rom. 8. Ut in nostro spiritu non sit dolus & hypocrisis, Psal. 31. Hinc in psalmis iusti uocantur, Recti corde. Externa profecto opera sunt facilia, sed cor habere mundum, id est, ab omnium amore mundatum & sine concupiscentia, solidius est opus dei & creatio. Id quod nemo in hac uita plene consequitur, tamen semper quaeritur, & hoc ipsum a deo nobis pro perfectione imputatur & pro iudicia cordis quae quaerimus eam, secundum illud, Beati mundo corde & sitiunt iustitiam, Beati mundo corde &c. Est ergo cordis puritas & spiritus rectus nihil aliud quam fides.

Proijci a deo. Ne proicias me a facie tua, ut Cain. Id est, ne permittas me excacari ut desperem de tua benignitate. Proijciuntur illi qui in securitate carnis (quae nihil indignius fert spiritus dei) non timent se proijciendos. Et spiritus sanctum tuum sine quo sum caro quantum sum & damnatus, ne auferas a me, id est, ne deneges mihi & datum conserua mihi.

Leticia de salute dei. Redde mihi exultationem salutis tuae. Fac ut conscientia mea certificata de remissione peccatorum (quae est salus per Christum) gaudeam rursus in spiritu sancto, ut later in tuo salutari, in tua saluatione, non in iustitijs meis quas nunc in peccato deprehensus uideo esse nihil. Et spiritu libero non coacto, non superstitioso, non timido ad tuam uoluntatem & uerbum, qui nec timore poenae nec cupiditate mercedis ducatur ad tibi seruiendum, altoqui non regalis esset sed seruilis, tali, inquam, spiritu confirma me, sine quo ne ad mentum quidem in gratia tua persistere queo, quo accepto fortis ero ad confitendum nomen & uerbum tuum coram regibus & portis inferorum.

Doctor Euangelicus. Sic igitur fide in corde & spiritu mundus & spiritus sancto tuo confirma

matas, docebo transgressores vias tuas, nō vias & iustitias humanas quæ se-
parant à deo, & peccatores ex mea doctrina & exēplo ad te conuertētur.
Nō ero ingratus, gratiā quā accepi alijs quoq; prædicabo. Hic uide q̄ instru-
ctus cupiat uenire ad docēdi mun⁹, & nisi sic ueneris, docebis quæ ignoras.

Libera me de sanguinibus, id est, à peccato concupiscentiæ, quod habeo *Sanguines.*
ex carne & sanguine. Io. 1. Qui non ex sanguinibus &c. Vbi iōnes oppo-
nit nasci ex sanguinibus illi quod est nasci ex deo. Hoc ergo orat quod su-
pra, Cor mundū &c. Innoua me spiritu sancto qui sum natus & conceptus
in peccatis deus qui es deus à quo est salus mea & iustitia mea. Qui enim nō
dum ex gratia renati sunt, quid aliud sunt quā caro & sanguis, persequen-
tes (id quod hodie uidemus) gratiæ doctrinam, & sua iustitia sapientiāq; sa-
uari uerbum dei quod omnia ipforum damnat non admittunt? Sic uero li-
beratione facta lingua mea exultabit, id est, cum gaudio spiritus omni sepo-
sito timore humano prædicabit, docebit, confitebitur iustitiam tuam, nō ius-
titiam nostri operis, sed illam qua tu iustificas impium, quæ est fides in deū.

Domine labia mea aperies, & os meum annuncia-
bit laudem tuam. Quoniā si uoluisses sacrificium
dedissem utiq; holocausta nō amabis. Sacrificium
deo spiritus contribulatus, cor contritum & humi-
liatum deus non despiciet. Benefac domine in bo-
na uoluntate tua Sion, & ædificentur muri Hieru-
salem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ obla-
tionem & holocaustum, tunc offerent super altare
tuum uitulos.

Domine aperi labia mea & fac ut os meum annunciet laudem tuam. Sic
præstantur lecturi horas canonicas, nec displicet, si hoc esset annūciare lau- *Legere horas.*
dem dei, sic legere & murmurare ut perdas bonas horas, & si non esset cō-
tra deum & impietas hisce rebus uel seruat tribuere iustitiam uel non ser-
uatis peccatum, præterea si qui talia magnificant non essent in primis qui
ueram dei laudem, hoc est ueritatis doctrinam & prædicationem non ad-

Orare. mittunt. Quid prodest tibi q. ad orandū precaris tibi os aperiri qui omnī-
 bus uotis cupis ora omnīū recte Euangelizantiū obturata? Hoc dico q. ne-
Gratias agere. tas aut aliorū ad orandū impellit, & nemo uere laudat & gratias agit siue
 hymnum siue psalmū canit in corde deo, nisi qui sentit beneficia dei sibi ad-
 fuisse & adesse. Tamen hoc scito, uer sum non precari ut aperiatur labia ad
 orandum aut ad canendum psalmos, alioqui sic precatus fuisset in princī-
 pio psalmi anteq̄ orauit Dauid, & postulasset sibi desiderium orandi dari
 quod exaudit dominus, Psal. 9. non os aperiri. quādoquidē & Moyses cla-
 mat ad dominū quando nihil uidetur dicere, dicente domino, quid clamas
 ad me? Et psal. dicit, Clamaui in toto corde meo. Et Christus, Non omnis qui
 dicit mihi, domine domine intrabit in regnum caelorum. Ex quorum nume-
 ro sunt qui per unum aut tria Misereere, pro suis impuritatibus satisfaciūt,
 ignorantes dei iustitiam & suam uolentes statuere, ignorantes Christum a
 deo nobis factum dei iustitiam, potentiam, sanctificationem, redemptionē,
 satisfactionem & omnia. Sed precari hic scito ut aperiatur labia ad annū-
 ciandam, id est, predicandā laudem & gloriā, siue, ut supra dixit, iustitiā
 siue uias dei, de quo dubitare non potes si uideas uersum, Docebo iniquos
 uias tuas &c. Quomodo enim docebimus contra portas inferorū, nisi ipse
Sacrificium det os & sapientiā, cui non possunt resistere omnes aduersarij? Hoc scilicet
laudis. est sacrificium laudis & sacrificium iustitię quo omnē gloriā, omnē iusti-
 tiam deo per uerbū eius tribuimus, nobis nihil nisi confusio nē & iniquita-
Sacrificiū cor- tem, quo sanctificamus & confitemur nomen eius & Euangelium sanctum
dis contriti. per omnem uitam nostram. Sed ante hoc sacrificium laudis præcedit sacri-
 ficiū cordis contriti & confusi & spiritus contribulati, quę est mortifica-
 tio nostri, ut sentiamus omnia nostra esse damnata, esse stulticiam, esse im-
 pietatē, esse hypocrisim. Hęc est reuelatio legis quā egregie sensit Dauid
 quando hęc orauit. Aut igitur sic, Sacrificium laudis dona deus ut postea
 me tibi offerri, Nam si uoluisses sacrificium & opera externa, facile mihi fu-
 isset uel hircū uel bouem offerre aut aliud, iam uero nec holocaustum quī-
 dem uis, quod tamē est maximū sacrificiorū. Sacrificium autē contribulati
 spiritus & mortificationis nostrę, dum tu omnē paulatim nostram uolunt-
 tatē & ueterem Adam mortificas, interim nō despicis, donec liceat lingua
 meę sacrificare laudem, & exultare, id est, gaudenti per spiritum cor de an-
 nunciare iustitiam tuam mihi reuelatam in remissione peccatorū meorū &
 donata eterna hereditate, id quod erit sacrificium laudis & sacrificium

perfecte iustitiae. Quapropter, quia nihil ex nobis possumus aut nostra uoluntate, tu beneficia: Sion, id est, populo tuo siue ecclesie tue in bona tua uoluntate, secundum meram & gratuitam paternam tuam pietatis misericordiam. Tu agito ut edificetur muri Hierusalem, ut dentur nobis boni doctores qui edificent ecclesiam tuam tuo uerbo, ut des nobis spiritum rectum, cor mundum, laticiam salutis tuae, spiritum principalem & fortitudinis ad docendum iniquos & peccatores uias tuas, ad annunciamdam iustitiam tuam, laudem tuam. Tu pater familias es, te oramus, mitte operarios in messum tuam, imò extrude. Alioquin frustra gloriabimur quod docti sumus, quod habemus doctos uiros, quod enim praedicabunt nisi mittantur? Ex praedictis & ex sequentibus notum est Dauidem haec proterrena sua Hierusalem non orare. Nam additur post abiecta externa sacrificia, Tunc ubi benefeceris secundum tuam bonam uoluntatem nobis, ubi tu edificaueris muros Hierusalem, Acceptabis sacrificium iustitiae, oblationem iustitiae, et holocausta iustitiae, tunc offerent homines (quasi non ante oblatis sint uituli) super altare tuum spirituale & inuisibile, unde uenit ad te odor suauitatis, quem admodum lex dicit, offeret, inquam, uitulos iustitiae & laudis. Ose. e. 14. Oem aufer domine iniquitatem, & accipe bonum (quod des nobis) & reddemus uitulos laborum nostrorum.

Benefac &c.

Operarij in
messum.

PSALMVS LI.

Titulus. προσκέλευσις eruditium Dauid cum ueniret Doech Idumaeus, & indicauit Sauli & dixit, uenit Dauid ad domum Achimelech. Lege. 1. Reg. 21. & 22.

SUMMA. Si queris exemplum ego hic non tam Doech quam ipsum Saul regem cum Dauidem compono. Est autem hic psalmus generalis antithesis impiorum qui omnia dolis & malicia agunt confidentes in mendacijs, diuitijs, & uanitate, & piorum qui in sola dei misericordia confidunt. Ex illis erat Saul persecutor innocentis Dauidis, ex his uero Dauid &c.

Quid gloriaris in malicia, qui potens es in iniquitate? Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum, dilexisti maliciam super bonitatem, iniustitiam magis loqui quam iustitiam. Dilexisti omnia uerba praecipitationis, linguam dolosam. Propterea deus subuer

tet te in finē, euellet te & relegabit te a tabernaculo tuo, & radicē tuā ex terra uiuentiū. Videbunt iusti & timebunt & super eum ridebunt, & dicent, ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum. Sed sperauit multitudine diuitiarum suarum, & potens factus est in uanitate sua.

Felix, Quid gloriaris in malicia potens, misericordia dei tota die, scilicet est. q. d. Frustra agis, frustra confidis malicie tuæ potentia te fore me superiorem, misericordia dei quæ hactenus mihi adfuit non me deseret, iugiter aderit, ut infra, Ego autem sicut oliua &c. Nos autē legimus, Qui potens es iniquitate, quod cōuenit cū eo quod infra dicitur, Potens factus est in uanitate sua. Ita irridet scriptura gloriā & potentiā impiorū, qui dum persequitur pios & ueritatis amantes, dum magna moliuntur cōtra conscientiam, contra rectum, confisi fauore hominū, multitudine, potentia sua, diuitijs, nihil aliud possunt quā iniquitatē, quā uanitatem, hoc est nihil, & tantū suo se gladio iugulant. Gloriantur apud se quasi aliquid sint suis uiribus, sua sanctitate & iustitia, sed malicia est, uerbū dei nō habēt, imō hoc nituntur in pijs opprimere, sed misericordia dei seruat electos, dum frustra illi furunt, & seruat tota die, id est, iugiter. Hic intētant omnes insidias ut perdat innocentē. In iustitiam, inquit, cogitauit lingua tua. quod eleganter dicitur quis nō uidet? id est, ex malicia & premeditate & conscientia mala locuta est lingua tua iniustitiam, id est, contra dei ueritatem, sicut nouacula acuta fecisti tua lingua dolum, id est, hypocrisim premeditate in uerbis tuis texisti, ut quasi sanctis rationibus & quasi pro iustitia & dei gloria uidere ris persequi innocentem & ueritatis amantem, & sic imponeres alijs dum cupiditati tuæ seruis, fecisti dolum sicut nouacula acuta quæ uulnerat anteq̃ uulnus uel uidetur uel sentitur. Dilexisti &c. Vide impium cor & desperatam maliciam illorum qui ueritatem oderunt & tamen dolum lingua tegunt uenenata. Dilexisti, inquit, maliciam plus quā bonitatem, & dilexisti loqui magis iniustitiam, id est, mendaciā & signēta humana quā iustitiam, id est, uerbum ueritatis & fidei in deū, Dilexisti omnia uerba quæ precipitarent innocentē, quæ precipitarent à te seductos in baratrum damnationis, & quicquid precipitaret effudisti, suasisi, docuisti, quod autē erigeret

Impietas persecutrix pietatis.

Sicut nouacula acuta.

Desperata malicia hypocritarum.

afflictas conscientias, quod subueniret oppressis, hoc abiicisti, odisti, persecutus es, Dilexisti linguā doloſam, ut sub hypocrisi uerborum satisfaceres tuæ malitiæ in qua gloriaris, superbis & regnis.

Propterea &c. Contēptores dei qui sic agunt cōtra dei ueritatē & con- **Iudicium.**
tra conscientia, sentient quādoq; suum iudicium. Reuelabitur quādoq; toti
mūdo ipsorū insipientia & non proficiet amplius, qui nullū habentes dei
uerbū hactenus impune occiderunt & persecuti sunt dei uerbū habentes,
sicut Saul Dauidē, & qui dolū in lingua egregie exercuerūt dū mera som-
nia & traditiones humanas nobis pro uerbo obtruserūt, quēadmodū pro-
pherauit Paulus. 2. Tim. 3. Non possunt hodie Euangelium nō persequi quē
hactenus pastores se mentiebantur. Propterea, inquit, subuertet te deus in
æternū, quēadmodū Esa. 28. de talibus dicitur, Subuertet grando spem mē
daci. Euellet te ne etiam maneat radix tua, & eiciet te, ex tabernaculo tuo
ne sis ultra princeps & rector & episcopus populi mei, sicut eiecit Sobnā,
Esa. 22. Vide Ezech. 13. Et radicem tuam euellet de terra uiuentium, ne re-
gnes ubi regnare uolebas, dolum quem lingua meditaberis, non potuit ul-
tra sustinere dominus. Prouer. 2. Impij de terra perdentur, & regnabūt in
ea pij in æternum. psal. 36.

Videbunt iusti hoc iudicium in impium & contemptorē dei, & timebūt **Impiorū lap-**
deum. Vides impios & uasa impietatis & iræ dei condemnari & abiici in **sus, eruditio**
cōmodum & salutē uasis misericordiæ. Et super eum ridebunt nimirū iudi- **est pijs.**
cio dei consentientes, ridebūt qui ante opprimebantur, hoc est, gaudebūt,
Iam notum fieri, adhuc dei uerbū manere uerax, quod impius contēnebat.
Ecce homo qui non sperauit in deo, sed in diuitijs suis & potentia uana. Ad
hoc enim tales persequuntur uerbum, aut contēnunt ne quid decidat eorū
lucro & gloriæ.

Ego autē sicut oliua fructifera in domo dei, speraui
in misericordiam dei in æternū & in seculum seculi.
Confitebor tibi in seculū quoniam fecisti, & expecta-
bo nomen tuum quoniam bonum est in conspectu
sanctorum tuorum.

Fructifera. Fc. Viridis. Oleæ nō decidere folia testis est Plinius, qui & ait
in lib. 15. Oleā alternare fructus, leui harundinis ictu, sine ramorū læsione,
de cussis germinibus.

Perseuerantia. Ego autem Emphatica Antithesis est. Is qui gloriatur in malicia, meditate-
 tatur ut loquatur mendacium dolo sum siue hypocriticum, subuertendus est à
 deo & ridendus à sanctis quos premebat, quia non in deo sed in suo uen-
 tre & quæ erant eius uanitati (in qua magnificatus est) commoda sperauit.
 Ego autem qui eius dolis & hypocrisi impetebar, dum sicut oleaster & arbor
 mala malos fructus peperit & scandalo fuit in domo dei, id est, ecclesia in
 qua locum tenere uoluit & tabernaculum suum collocauerat, interim sicut
 oliua semper uiridis & fructifera in domo dei speraui in misericordia dei
 in æternum, non cessi propter tentationem & crucem, sciebam misericor-
 diam dei non abesse, neque me deserturam. Non cecidi à fiducia in deum, ideo
 non fui scandalo ecclesie dei, nec fructus potui producere malos. Gratias er-
 go agam tibi deus & predicabo & sanctificabo te in seculum, quia non meis
 uiribus persisti, sed tu scisti ut sperarem in tuam misericordiam perpetuo. Et
Nō festinādū. utcumque acciderit mihi in alijs tentationibus non cadam à tui fiducia, sed expe-
 ctabo nomen tuum quod inuocaui, tuum nomen me liberabit suo tempore, non
 deficiam ut nunc non defeci, si statim non accepero liberationem, secundum illud
 Esai. 28. Qui crediderit non festinet. Quoniam bonum est nomen tuum, non potest
 deserere inuocantes, secundum illud, Omnis qui inuocauerit nomen domini sal-
 uus erit. vel, Quoniam bonum est, scilicet expectare nomen tuum. Bonum,
 inquam, non coram impijs, hypocritis iustitiaris & mundo, qui talia irri-
 dent, contemnunt, blasphemant, sed in conspectu sanctorum tuorum, id est,
 fidelium quos tu sanctificasti & iustificasti &c.

PSALMVS LII.

Titulus. προσκέλευσις Ad hereditatem eruditium David.
SUMMA. Nihil aliud hic est quam quod psal. 13. prater uersum, Quonia
 deus dissipauit &c. In quo ostendit plane ubi trepidet impij, sed timore uas-
 to, ne scilicet non solum perdant quæ possident, sed etiam gratiam hominum &c.

Dixit insipiens in corde suo, non est deus.
 Corrupti sunt & abominabiles facti sunt
 in iniquitatibus, non est qui faciat bonum. Deus de
 caelo prospexit super filios hominum, ut uideat an sit
 intelligens aut requirens deum. Omnes declinaue

runt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum non est ne unus quidem. Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatē, qui deuorant plebem meam in esca panis? Deum non inuocarunt, illic trepidauerūt timore ubi non erat timor. Quoniam deus dissipauit ossa eorū qui hominibus placent, confusi sunt qm̄ deus spreuit eos. Quis dabit ex Sion salutare Israel? cū cōuerterit deus captiuitatem plebis suæ exultabit Iacob & lætabitur Israel.

Quoniā deus dissipauit ossa, id est, uires, robur, hypocrisim, uanam fiduciam eorū qui gloriam hominū gloriæ dei præferunt, & traditiones humanas sapientiāq; rationis quæ hominibus speciosa apparent & arridēt ueritati dei antepōnūt, imō per illa contra hanc pugnant. Confusi sunt reuelata ueritate uerbi dei, reuelato iudicio dei cōtra ipsos, quoniā deus spreuit eos, Quid ergo profuit illis, q̄ ab hominibus magnificati sunt? Sic Paulus dixit, Si hoībus placerem, Christi seruus non essem. Et Christus Iohan. 5. Quō uos potestis credere (id est, ex nūero estis illorū insipientū qui dicunt, Nō est deus) qui gloriā ab inuicem accipitis, & gloriā quæ à solo deo est non queritis? Quid ergo est quod Paulus dicit: 1. Cor. 11. Ego per omnia omnibus placebo? Respondeo, Aliud est placere hominibus cōtra deū & aliud pro deo. Alterū seductio est ubi places & adularis fauendo mendacio contra dei uerbū. Alterum fraterna charitas est, ut nō sis scandalo propter dei uerbum promouendū. Sic enim ait Paulus, sine offensione estote Iudeis & gentibus & ecclesie dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non querens quod mihi utile est, sed quod multis ut salui fiant.

PSALMVS LIII.

Titulus. ὑποκάλυψις In canticis eruditium Dauid, dum uenirent Ziphai & dicerent Sauli, nōne Dauid absconditus est apud nos. Lege. 1. Reg. 23.

SVMMA. Hæc est pia inuocatio contra alienos, de quibus diximus psalmo. 18.

DEUS in nomine tuo saluum me fac, & in ueritate tua iudica me. Deus exaudi orationem meam, auribus percipe uerba oris mei. Quonia alieni insurrexerunt aduersum me & fortes quæsi erunt animam meam, & non proposuerunt deum ante conspectum suum. Ecce enim deus adiuuat me, & dominus susceptor est animæ meæ. Auertet mala ad inimicos meos, in ueritate tua disperde illos.

Ad inimicos meos. Dominus susceptor est animæ meæ. Fe. Dominus cum sustentibus uel sustentantibus animam meam, id est, dominus est cum illis uel inter illos, dominus fauet illis & adiuuat illos qui mihi fauent & auxilio sunt. Id quod conuenit cum eo quod sequitur, Auertet mala, scilicet à me, ad inimicos meos sic enim clarius resoluuntur datiuum qui legitur ex Græco, Inimicis meis, Non enim hic pro inimicis oratur, sed contra inimicos, quod quæ ratione fiat alibi dixi, statim enim additur, In ueritate tua disperde illos. Et Felix sic reddit ex Hebræo, Reddat malum tribulantibus me. Hieronymus, Redde malum in sediatoribus meis.

Deus omnipotens, in cuius manu sunt omnia, libera me per gloriam nominis tui, per inuocationem nominis tui, secundum tuam promissionem. Omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit, & iudicium fac pro me contra aduersarios per uirtutem tuam, quia mea nulla est, non habeo aliud in quo confidam, omnia mea sunt desperata. Quia alieni qui non sunt de sorte tua, impij, contemptores tui, non habentes uerbum tuum, ministri Satanæ & regni tenebrarum insurrexerunt contra me. Et fortes: qui enim altoqui nihil possent iam possunt, iam seuiunt, quia est potestas tenebrarum, iam illis licet te dissimulante, ut alibi dictum, hi, inquam, fortes gigantes quæsi erunt animam meam, id est, uitam meam, ut me perderent, qui soleo tuam confiteri ueritatem, ut me à te separarent. Et certe egerunt contra conscientiam non timetis deum, dum nitebatur condemnare qui nihil dignum condemnatione egisset.

Eae deus adiuuat me. Verba sunt fidei sentientis uirtutem dei. Nam, ut alibi diximus, tales psalmi sunt gratiarum actiones post deuictam tentationem, Dominus pugnat, inquit, pro me & defendit animam meam qua illi quaerunt, Quod in me machinantur reddet in capita ipsorum, Psal. 7. Conuertetur dolor eius &c. Et tu deus disperde illos, destrue illorum tyrannidem & impietate per ueritatem tuam, per reuelatum tuum uerbum, quod est tua ueritas, ut ipsorum insipientia nota fiat omnibus hominibus, ut uideatur tua ueritas, ut uideatur tua promissio in te sperantibus, ut uideatur tuum uerum iudicium aduersus uerbi & ueritatis tuae contemptores & blasphematores & persecutores.

In ueritate tua.

Voluntarie sacrificabo tibi, confitebor nomini tuo domine quonia bonum est. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & in inimicis meis despexit oculus meus.

Voluntarie &c. Fe. Cum munificentia sacrificabo tibi. uel, Cum anime quadam liberalitate offeram. Et significat oblationem spontaneam mentis, Haec Fe.

Quia liberaasti me & uidi confusionem alienorum, non ero ingratus sed spontanea mentis sacrificium tibi offeram quae est tui nominis iugis sanctificatio, de quo alibi diximus. Quonia bonum est. Vide psalmum. 51.

Quod legis, In inimicis meis despexit uel uidit oculus meus, significat se Videre in inultionem uidisse in inimicos, sic etiam indicante Felice. Est enim Hebraica mitico, uel inimicum, phrasis, ut psal. 111. Donec despiciat super inimicos suos. Psal. 90. Verumtamen oculis tuis considerabis & retributionem peccatorum uidebis. Psal. 34.

Euge euge uiderunt oculi nostri. Mi. he. 7. Oculi mei uidebunt in eam.

PSALMVS LIIII.

Titulus. εὐγενέλειος In canticis eruditum David.

SV MMA. Christus (cuius spiritus in propheta loquitur) contristatus super cecitate Iudaica, quia in ciuitate non uidet nisi contentionem litium, Fugere quando iniustitiam, usuram, & dolum (qualia & hodie uidemus utinam cum Christiana liceat, no dolore) secedit in desertum, ut haec legis aperte Marci. 3. Dans exemplum, ut ubi desperata omnia uidemus, postquam satis monuerimus, relinquamus ueritatis oppugnatores manus dei. Exaudiet, inquit, deus & humiliabit il-

los qui est ante secula. Non enim est illis cōmutatio, & nō timuerūt deum, Cur enim non relinquamus, & abstinemus ab illorum quibuscūq; etiam saceris quorum oratio sit in peccatum, ut est psalmo. 108. cum etiam iubeamur fratrem scandalizantem nec respiscentem habere sicut ethnicum & publicanum, secundū Christum, & vitare ut ne cibum quidē unā cum eo sumamus secundū Paulum? Præterea & Apostolis dictū est, Si uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Et ut maxime pastori fugere non liceat, tamen ouis lupum expectare non debet. Hic semper excipendum, ne fugat fiat cum scandalo Euangelij, id est, ne possit uideri fidei negatio, sed potius fidei confessio, q̄ scilicet libenter ubi res postulat relinquimus omnia propter Euangelium. Sed hæc deus curabit. Non potest præscribi regula. Attende uero q̄ in hoc psalmo plus quā de alijs aduersarijs queritur de domestico proditore, ut & psal. 40.

EXaudi deus orationem meam, & ne despexeris deprecationē meam, intende mihi & exaudi me. Contristatus sum in exercitatiōe mea, & turbatus a uoce inimici, & a tribulatione peccatoris. Quoniā declinauerunt in me iniquitates, & in ira irascebantur mihi. Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor uenerunt super me, & cooperuerunt me tenebræ.

Et ne despexeris deprecationē meā. Fe. & ne abscondaris à tribulatione mea, id est, ne mihi desis in tentatione. Contristatus sum in exercitatiōe mea, uel potius mei. & turbatus sum, id est, grauat & in angustiam me detrudit hæc mei exercitatio, id est, tentatio. Felix, Lamentabor in deprecatione mea & strepitū faciam, id est, non cessabo à deprecādo & clamādo.

A uoce &c. Fe. A uoce inimici, à conspectu coartatiōis impij, id est, quia clamat contra me inimicus & in presenti sum periculo.

Quoniā declinauerunt in me iniquitates. Fe. Quoniā dimittent uel ca-

dere facient super me iniquitatem, & cum ira odio habebunt me. Tenebræ.
Felix horror.

Hæc omnia Christus expertus est, tentatus per omnia pro similitudine *Grauisima*
ab s; peccato, ut alibi diximus. Hæc certe est grauisima tētatio quādo uox *tentatio.*
inimici clamat cōtra nos, damnās quæ sunt dei & quæ nostræ sunt salutis.
Non est salus, inquit, ipsi in deo eius, is sentit cōtra omnes &c. Hic declināt
& super nos cadere faciūt iniquitatem, mentientes omne malū contra nos,
& fingentes quasi iustas persecutionis & odij causas. Hic surgit horror
& timor & tremor & tenebræ quæ sunt horror mētis, sicut propheta
istum horrorem describere solent tam in impijs quā in pijs, sed hos nouit
deus de tentatione eripere. Sic Esa. 5. Aspiciemus in terrā, & ecce tenebræ
tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius.

Et dixi, quis dabit mihi pennas ut columbæ, & uo
labo & requiescam. Ecce elongaui fugiens, & man
si in solitudine. Expectabam deum qui saluat me, a
pusillanimitate spiritus & tempestate.

Quis dabit &c. Optantis est in scripturis, ut dixi Psal. 13. Pro, Utinam
habere pennas ut colūba, ut liceret mihi fugere ex ista aduersariorū turba=
tione & blasphemia, & paululū recreare spiritū meum qui contumelia dei
quā uideo in ciuitate quotidie affligitur. Sed ecce iam fugiens elongaui me *Trepidatio*
ab eis & mansi solitarius, ut quiescerem, ut separatus à turba, in qua nihil *sanctorum.*
proficiebam per uerbū prædicationis & confessionis, deprecarer dominū,
qui solus me potest liberare ab hoc pusillo meo animo, ab hac mētis tempesta
te & mortis horrore, & dare spiritū fortitudinis quādo uoluerit, ut possim
tandem, mortificatis omnibus quæ mea sunt, dicere, Verūtamē non mea pa
ter, sed tua uoluntas fiat. Hæc de trepidatione sanctorū nobis scripta sunt,
ne nostra præsumptione cum Petro cadamus, ne simus confidentes in nos
bis &c. 2. Cor. 1. Felix sic reddit, Ecce elongabo transmigratōnē, dormiam
in deserto. Accletero fugam mihi à spiritu uehementi, à tempestate, id est,
à turbine & procella tempestatis iam appetentis & ingruentis.

Præcipita dñe & diuide linguas eorū, quoniā uidi
iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Die ac

nocte circūdabit eam super muros eius, & iniquitas & labor in medio eius & iniustitia. Et non deificecit de plateis eius usura & dolus.

- Labor.** Fe. Afflictio. Iniustitia. Fe. Prauitates. Usura & dolus. Fe. Iniquitas & fraus. Separavi quidē me corpore, sed dolet adhuc animus propter dei blasphemiam quā & audiui & uidi in ciuitate, sicut de Loth scribit Petrus, epist. 2. ca. 2. Virgeor ergo, ut orem pro regno iniquitatis ipsorū uadestando (utinam hunc sanctorū spiritum uidere possent impij, mirum si non trepidarent) Præcipita & deice & diuide linguas eorum, omnia quæ loquuntur contra tuā ueritatem, omnia consilia quæ ineunt ad tuū uerbū conculcandum, ad sua confirmanda, cōfunde ut sint schismata & dissensiones inter ipsos, irrita ut nihil efficiant, & quicquid consultauerint cōtra te, fac uenire super eos, ut nihil nisi contra se consultasse sua sapientia uideantur.
- Iniquitas.** Quoniā uidi in ciuitate iniquitatem, id est, quicquid est contra dei iustitiā
- Contradictio.** quæ in uerbo eius cognoscitur, & contradictionem uel contentionem ubi quisque querit sua, ubi nulla charitas est. Nam ubi est iniquitas in corde quæ est radix impietatis, illic etiā foris est contradictio. Hoc est ubi non est fides, ibi non potest esse confessio & charitas. Ista, inquit, iniquitas & cōtradictio circūuallauit totam ciuitatem & congregationem impiorum quā coactus sum fugere, circūuallauit, inquā, die ac nocte. Tota enim impiorum uita impietas est & impietatis fructus. Iniquitas infidelitatis illic est, & labor siue
- Labor.** afflictio conscientie seducentium & seductorum, & iniustitia externa siue
- Iniustitia.** iniuria quam prauitates Felix dixit, & nunquā illic cessat usura, iniustum lucrum
- Usura.** crū, impius uictus, & dolus, id est, deceptio in rebus, deceptio in fraude &
- Dolus.** adulteratione uerbi dei, quæ est hypocrisis & fermētum phariseorum. Ob talia Christus cū uidebat excacatorū obstinatas mentes nō nunquā secedeabat, tandem in aeternū ab illo populo recessurus, & nos tandē feret eadem malicia obstinatos, qui pro uerbo dei abiecto, non solum illa habemus, sed etiam
- Iniquitas radix.** ut diuina defendimus, & iniquitatē fouemus traditionibus humanis? Hanc uero reliquos fructus sequi non solum scimus, sed etiam uidemus.

Si enim inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique. Et si is qui oderat me super me magnus locutus fuisset, abscondissem me utique ab eo. Sed tu
homo

homo unanims, dux meus & notus meus. Qui simul dulcorabas mihi cibos, in domo dei ambulauimus in concordia.

Fe. Quonia non inimicus exprobrabit mihi & sustinebo, & no odio habens me super me magnificauit & abscondar ab illo. Recte quidem, sed clarus Hieronymus sic, Non enim inimicus exprobravit mihi ut sustineam, neque is qui oderat super me magnificatus est ut abscondar ab eo. Sed tu homo unanims meus, dux meus, & notus meus. Qui simul habuimus dulce secretum, in domo dei ambulauimus in terrore. Felix, Tu autem utr secundum ordinem meum (uel secundum dignitatem meam, id est, habitus honore ut ego) ductor meus & notus meus. Qui simul suauiter inibamus consilium, in domo dei ambulabamus ceteruatim, id est, cum maximo populi strepitu & turbabamus simul in domum dei, id est, ecclesiam que expectabat uerbum dei. His diligenter collatis, uides hic grauem querimoniam, quae is maledixerit, blasphemauerit & magna iactauerit aduersum ueritatis professorem, qui nihil minus uidebatur quam inimicus, nihil minus quam odisse Christum, atque adeo qui uidebatur homo eadem sentiens, eiusdem ordinis, dux & fautor & eadem docens & in omnibus familiaris, qui inibat unum secretum consilium & fauere rei uidebatur, & conuictu mensae iucundus apparebat socius. In ecclesia uero dei ubi congregabatur populus nemo aliud iudicare potuit quam summam concordiam. Quod autem Hieronymus dixit, In terrore, nescio an recte uersum sit, quod liceret eo referre, quae talis concordia & mutua necessitas (quae putabatur) fuerit hominibus admirationi & stupori. Igitur quod nos legimus sic habet, Si inimicus meus, hoc est qui palam aduersabatur & de quo nemo dubitabat quin esset aduersarius, quin non faueret causae, & is qui sciebatur odisse me, intentasset mihi malum & maledixisset & magna dixisset contra me, sustinuissem certe, cessissem ei, dimissem aperta malicia furere & insanire eum, res non fuisset in magno periculo nisi forte corporis, omnes intellexissent uim inferni & iniuria agi. Sed tu homo unanims &c. subaudi maledixisti & super me uel contra me magna locutus es, Tu sub specie quasi tibi optime mecum conueniebat, qui uidebaris esse dux & doctor & princeps negotij mei, id est, uerbi quod praedicabam, ob quod sustinebam contradictionem in ciuitate, qui uidebaris omnia secreta mea scire & intelligere uerbum dei, scripturam sacram, edere mihi oblata,

Non inimicus
maximus ini-
micus.

uesci eisdem sacramentis, & nulli sic in domo dei uidebatur conuenire meam cum ac tibi, Tu, inquam, blasphemasti meam doctrinam, docuisti contra me ubi tibi commodum uidebatur, ubi lucrum tibi subolebat. Hoc iam fuit grauiusimum periculum ubi sub specie religionis, sub nomine meo seducebantur corda hominum. Non ita nocent qui occidunt corpora, & post hoc non habent quid faciant. Iudas Apostolus censebatur qui tamen erat diabolus, Ioan. 6. Pastores hodie dicuntur, qui tamen lupi intus sunt rapaces. Verbi promotores dicuntur & animarum curatores, qui uerbum persequuntur & animas occidunt. Id quod non eis permetteretur nisi omnia sancta tegerent specie, ut Iudas, ut Iudaicus populus, qui Christum expectabant & occidebant. Quid enim efficeret publicus latro, publicus scortator &c. si diceret, Viue ut ego, mea est recta uia? Sed illi seducunt quos uulgus iudicaturum iudicium in hoc psalmo sequitur.

Veniat mors super eos, & descendant in infernum uiuentes. Quonia nequitia in habitaculis eorum, in medio eorum.

In infernum uiuentes.

Vides psalmum non de uno proditore esse, sed totum de omnibus illis qui sub specie Christiana à Christi ueritate abducunt, ut tunc pharisai & scribae, hypocritae, qui foris nitent, in medio autem & in interiori habitaculo eorum nequitia est. fraus, usura, dolus & hypocrisis, quibus hoc iudicium imprecatur uel praedicat, ut descendant in infernum uiuentes, ut manifeste uideatur eorum perditio, ne amplius miseris animas seducant, ut habeant iudicium quod illis uenit, qui contra dei uerbum Moysi commissum suscitabant seditionem, ut ipsos populus non dei uerbum audiret, Numeri. 16.

Ego ad deum clamaui, & dominus exaudiuit me. Vespere & mane & meridie narrabo & annuntiabo, & exaudiet uocem meam. Redimet in pacem animam meam ab ijs qui appropinquant mihi, quonia inter multos erant mecum. Exaudiet deus & humili

liabit eos qui est ante secula. Nō enim est eis commutatio, quoniā non timuerūt deum, extendit manum suā ut retribuatur. Contaminauerunt testamentum eius, diuisi sunt ab ira uultus eius, & appropinquauerunt corda eorum. Molliti sunt sermones eorum super oleum, & ipsi sunt iacula.

Hec est fiducia iusti uespere & mane & meridie narrantis & annunciantis suam miseriam & afflictionem coram domino, id est, sine cassatione in tentatione obsecrans & ad deum sancto desiderio suspirantis, ut pace reddita liberetur ab ijs qui ei specie bona in malū appropinquant, qui inter multos cum eo sunt ut obseruent quō capiant eum in uerbo, quibus nō est commutatio, id est, exc. ecati sunt & in malicia indurati ut respiscere nequeant, quia timorem domini abiecerunt sine ulla spe salutis. Et dominus extendit manum suam ut retribuatur, quando quidē qui non credit, tam iudicatus est. Et in Esau dicitur, In omnibus his nō est auersus furor eius, sed ad huc manus eius extenta & populus non est reuersus ad percutientem se. Sequitur, Maculauerunt testamētum dei, ut illi uetus ira nostri nouum, imō uerius utriq; nouum. Iustificationem enim dei scedis traditionibus & humanis adinuentioibus adscripserunt, quæ est idololatria uera & cōtaminatio testamenti & promissionis dei. Diuisi sunt, dissecati sunt in uarias sectas et separati à deo traditi in reprobum sensum, ab ira uultus & seueritatis iudicij dei quæ uenit super eos. Et appropinquauerūt corda eorum, certe ut agerent contra ueritatem dei id quod aperte additur, Molliti sunt sermones eorum plus quā oleum, adeo omnia sancta, amica, uenerāda apparent, & ipsi sermones qui molliores oleo per hypocrisim apparēt, sunt iacula & gladij, quibus occiduntur & inficiuntur animæ seductorum, & crucem sustinent qui si audem intellectam detegere uolunt.

Felix quod legimus, Redimet &c. sic transfert, Redemit in pace animā meā à prælio quod erat mihi, quoniā cū multis fuerūt aduersū me. Exaudiet deus & humiliabit illos, habitās ab initio (id est quod est æternus) quoniā nō uariationes sunt ipsis, & nō timuerūt deū. Misit (scz aduersarius, est enī subita nūc) mutatio uulgaris hebræis) manus suas in pacificos suos (potius eius. i. dei).

maculauit foedus suum (potius, eius, id est, dei) Molle fuit supra butyrum os eius, & intimum cordis eius uel bellum cor eius, leniora fuerunt uerba eius supra oleum, & ipsi sunt gladij.

Iacta in dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iusto. Tu autem deus deduces eos in puteum interitus. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos, ego autem domine in te sperabo.

Curam tuam. Felix, Onus tuum. Enutriet, id est, omnia dabit quorum indiges, & uitam tuam seruet. Felix, Sustainet, id est, in omni tentatione, in omni onere tuo quodcumque te presserit, tenebit te ne cadas. Fluctuatione. Felix, lapsum.

Ipsē te susten-
tabit.

Vides auream sententiam, sed non dissecetur nisi spiritu magistro. Sinito furere impios hypocritas qui uidentur in domo dei cum Christo ambulare unanimes, ductores gregis, noti familiares, conuiuantes, concordantes, cum reuera sint blasphemii & magna loquentes contra Christum, cuius uerbum abijciunt & suum seductis seductores obtrudunt, Sinito illos cæci sunt & duces cæcorum, Dolet quidem quod multos seducunt, quod uerbum dei non auditur, sed blasphematur, persecutionem patitur, unde tibi uariæ tentationes accidunt, ita ut etiam incidas à deo derelictus in mortis horrorem, sed contra scito hæc esse dei iudicia ut illi pereant, tu tenteris. Iacta omnem curam tuam, omnem sollicitudinē tuam, omne onus tuum quo premeris, omne quod te angit secundū corpus & secundū spiritum, iacta, inquam, in dominum, committe illi totum negocium, frustra doles, frustra times homines, Satanam, paupertatem, & ipse te enutriet, secundū corpus & secundū animam, ipse sustentabit ut non cadas utcumque, seuiat uel simul totum inferorum regnum cum omnibus Satane angelis, qui se transfigurant in angelos lucis & meridiana uidentur foris, quæ intus demonia sunt. Et non dabit iusto, id est, credenti homini fluctuationem uel lapsum in æternum, quem uult benigna patris uoluntas ad tempus horrore sustinere mortis, premi angustijs, ferre crucē & ignominiam, sed nouit pios de tentatione eripere, dum impij blasphematores cadunt in puteum interitus, dum mors

uenit super ipsos, & descendunt in infernum uiuētes, ut non possint exple
re uiri illi sanguinum & dolosi (de quibus psal. 5.) dimidium dierum suorū,
sicut liberauit Loth reliquis igni coelitus misso pereuntibus. Hoc est quod
& Petrus monet, Omnem sollicitudinem proijcientes in cum, quoniam ipsi
est cura de uobis. Et Paulus, Dominus prope est, nihil solliciti sitis. uide Esa.
51. Ego ego ipse cōsolabor uos, Quis tu ut timeas ab hoīe mortali &c.

Quid est q̄ dicit Illos qui dolis & hypocrisi agunt, quos nominat dolo Impij nō dimi
sos, & qui uiri sanguinum sunt, id est, qui oderunt & uindictam querunt diāt dics suos.
in eos, qui dolos ipsorū ueritate uerbi dei detegunt, ne amplius animas oc
cidant, quid est, inquam, q̄ dicit illos non dimidiare dies suos? quis ignorat
etiam pios multos in adolescentia ab hac uita deficere? Respondeo. Iamco
oportet nos hic habere spirituales oculos ut uideamus hoc uerbum dei esse
uerax. Pij orant, Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, id est, ne spem
habeant huius uitae, & occupentur subito à morte, dū falsa spe tenentur di
utius uiuendi. Et psalmo 38. Notum fac mihi domine finem meum &c. Uita
de qua illic diximus. Sunt ergo semper parati, uigilantes, quando dominus
uenerit, siue in prima uigilia, siue in quarta. Ipsi interim uocationem suam
sequuntur, quā diu dominus uoluerit, nihil prescribentes sibi, nihil solici
ti de uita, siue cras eius finis sit, siue post decem annos, ideōq; uixerunt om
nia tempora sua, etiam si iuuenes moriantur, quemadmodum ille dixit Sa
pien. 4. Iustus si morte p̄ occupatus fuerit, in refrigerio erit, Senectus enim
uenerabilis est &c. Consummatus in breui, expleuit tēpora multa &c. Im
pīj autem p̄scribunt sibi longa tempora, quemadmodum ille in Luca; qui
dixit, Anima mea habes multa bona in plurimos annos, sic agunt, sic uiuūt
quasi diu uicturi. Vnde & noua adinventiones non cessant adinuenire, no
uas sectas, noua lucra, novos dei cultus, de quibus ne unam quidem literā
habent, ut possent coram deo defendere hanc esse dei uoluntatem, sed an
teq̄ illa magna, quae uelut aeterna moliuntur, perficiant, anteq̄ supprimant
ueritatis professores, ut maxime occidant, nihil refert, ipsi in medijs conati
bus, fide uacui auferuntur, in die (ut ait dominus) qua non sperant, & hora
qua ignorant, tunc diuidet eos dominus, & ponet partem illorum cum hy
pocritis, ibi erit fletus & stridor dentium, Nonne ante tempus, & in dimi
dio dierum suorū uocantur uirgines illae stultae & imparatae, quarū lam
pades ornatæ quidem sunt, hypocrisi, ut sepulchra foris dealbata, sed tamē
intus oleo fidei & misericordiae diuinae uacuae: t̄circo lampades illae frus
stra ornatæ extinguuntur & sectorem excæcationisq; tenebras in illa nos

de pro luce referunt. Nonne necdum incepisse uidentur, qui adhuc eunt, ut emant oleum? Tales describuntur Esai. 28. si recte intuearis. Nec de per sonis solum loquimur impiorum, sed etiam de regnis & sectis illorum, quae perpetua fore crediderunt, & posterorum in longa praescriptione gloria ti sunt, quasi non posset cadere, quod tam diu stitisset, quasi non posset esse error, quod tam multi amplexi fuissent, sed uide omnia regna q̄ perierint in medijs conatibus, sectas omnes q̄ perierint, ubi maxime florere uideban tur. Diu durauit, & ultra ducentos quinquaginta annos in Israël, & deo inde in Iuda ferè centum quinquaginta annos, cultus uitulorum aurcorum, inuentum Hieroboam, & durasset diutius, nisi deus omnes ex illis terris ab stulisset, et tamen ille populus habebat legem, uolebat dei populus haberi aequè ac nos. Sed inuenta humana praescriptionem deo non faciunt. Omnis enim caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiaatum est foenum & cecidit flos, quia spiritus domini sufflauit in eum. Vere foenum est po pulus. Exiaatum est foenum, & cecidit flos, uerbum autem domini manet in aeternum Esa. 40.

PSALMVS LV.

Titulus. προσκείμετος super columbam mutam inter longin quos, Dauid insigne, dū caperent ipsum Philistaei in Gath.

Lege. 1. Reg. 21. ubi Dauid fuit columba muta in manibus seruorum regi Geth Palaestini, quando simulabat se furere etc. longinquos, id est, alienos eos uocat siue alienigenas. Dauid insigne hoc erat, dignitas enim eius siue corona siue titulus regius ista furiae simulatione & eiectione, deo sic uo lente, ipsi seruabatur. Sic & Christo parabatur regia dignitas, dum ut leprosus & percussus à deo, tenebatur mutus siue columba muta inter aduersarios. Sicut praeterea & omnibus electis paratur regnum per patientiam, quorum uerba nemo audit, sed ut furiosi eijciuntur, cum tamen ipsi coram deo sint reges in Christo. Et de his proprie psalmum esse luce clarius est.

S V M M A. Psalmum, primum dicit Christus ut caput, quemadmodum dicitur in psalmo sequenti, ubi ait, Dedit in opprobrium conculcantes me, Et post eum omnes pij, qui ob confessam ueritatem, persecutionem patiuntur.

Stulti iudicāt
dei sapientiā. Est autem proprie psalmus scriptus contra illos, qui cum furiosi nesciant in tenebris, quo cadant, tamen alios in lumine ut e ambulantes, & lucernam uerbi ueritatis in manibus habentes, despiciunt, furiosos iudicāt, hereticos clamant, blasphemant, dei ueritatem mendacium pronunciant, & deniq̄

ipso dei lumine, quod uisibili isto sole septies clarius in mentibus credentium
 refulget, exc. ecantur. Vnde ait, Ego nō mea uerba loquor, nec ut mea (utriū
 q; enim impium esset, ubi fides docēda est) secundū illud. 1. Petri. 4. Si quis
 loquitur, quasi sermōes dei &c. Idcirco, In deo laudabo sermōes meos &c.
 Ob hoc uero homo & caro me iugiter persequitur ad mortē etiā usq; &c.

Miserere mei deus quoniam cōculcauit me
 homo, tota die impugnās tribulauit me.
 Conculcauerūt me inimici mei tota die, quoniam
 multi impugnantes me ab excelso. Per diem nō ti-
 mebo, ego autem in te sperabo. In deo laudabo ser-
 mones meos, in deo speraui, nō timebo quid faciat
 mihi caro. Tota die sermones meos execrabātur,
 aduersum me oēs cogitatiōes eorū in malū. Inhabī-
 tabūt & abscondēt, ipsi calcaneū meū obseruabūt.
 Sicut expectauerūt aiām meā, p̄ nihilo efficies eos
 in ira populos cōfringes. Deus uitā meā annūciaui
 tibi, posuisti lachrymas meas in cōspectu tuo. Sicut
 & in p̄missiōe tua, cōuertētur inimici mei retrorsū.
 In quacūq; die inuocabo te, ecce cognoui qd de⁹ me-
 us es tu. In deo laudabo uerbū, in dño laudabo ser-
 monē, nō timebo qd faciat mihi hō. In me sunt de⁹
 uota quæ reddā laudis tuæ. Quoniā eripuisti aiām
 meā de morte, oculos meos a lachrymis, pedes me-
 os a lapsu. Placebo corā dño, in lumine uiuentium.

Ab excelso, nō pertinet ad uersum sequentē, id quod uidere licet in græcis biblijs Aldi, licet alia græca exēplaria aliud habeant, tum & in hebræo. finis est uersus, & præterea sententia hoc requirit. Quod enim dicit, Multi impugnantes me ab excelso, id est, ab alio loco, significat inimicos superiores esse, se autem subiaccere & conculcari. Per diem non timebo. Fe. Per diem timebo, quod nisi per interrogationem legas, nō conuenit cū eo quod additur, Ego in te sperabo. Interrogatio uero efficit, ut sit idem cū nostro.

In deo laudabo sermones meos. Fe. In deo laudabo uerbum eius. Sed in idem recidit, Sermones enim quos iustus loquitur, & ob quos persecutionē patitur, uerbum dei sunt. Inhabitabunt & abscondent, id est, cōuenient in unam domum, & abscondite consultabunt aduersum me. Fe. Congregabuntur & abscondentur. Sicut expectauerunt animam meam, scilicet, ad perdendum id quod pertinet aduersum præcedentem ex Hebræo. Sicut semper me uoluerunt perditum, ita etiam obseruabunt calcaneum meum, id est, re ipsa tentabunt, ut cadam morsu eorum.

Pro nihilo eijcies eos, id est, ut rem uanam, & tanq̄ nihilum abijcies eos. ut alibi, Ut lutum platearum delebis eos. Fe. Propter iniquitatem liberatio illis. Id quod non conuenit huic loco. Rectius ergo sic ex Hebræo, propter iniquitatem uel propter uanitatem eieccio illis. Vitam meam annunciaui tibi, id est, quæ pauor tota die, tibi conquestus sum. Felix, Discursus meos numerasti tu, id est, tu scis omnem uitam meā, & quid patiar hinc inde uagando, & inimicis cedendo.

Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, id est, nouisti tribulationem, & preces meas. Fe. Pone lachrymam meā in utre tuo, id est, abscondē apud te ne obliuiscaris, quasi in reseruaculo siue repositorio tuo, ut quando tibi placuerit exaudias.

Sicut & in promissione tua, subaudi est, id est, quemadmodum & promissisti, tuum uerbum manet uerum. Fe. Nunquid nō in numero tuo? scilicet sunt, ea quæ mea sunt, ut discursus mei & lachryma mea. Id est, certe in numero tuo sunt, tui ea numeras, non sunt in obliuione coram te.

In me &c. sic construe clarius, In me sunt, deus, uota laudis tuæ, quæ reddam tibi. Fe. Super me deus uota tua, reddam laudem tibi. Ut placeam, Fe. ut ambulem. Ne quid uerearis, & hereas, mi lector, in quibusdam psalmis, de nostra interpretatione, ubi interpretamur de uerbi dei persecutoribus, ecce habes hic apertum psalmum. Quid enim aliud persecutorum impij & hypoeritarum cohors in sanctis, quā quæ non sustinent uerbi dei & predicat

Admonitio
lectoris.

Prædicationē & confessionem? Ait ergo, Succurre mihi domine qui à mul-
tis tota die, id est iugiter, conculcor. Ego inte sperabo, nō timebo per diem,
id est, per omne tempus uitæ meæ, Non tacebo timore hominū, sed magnifi-
cabo sermones meos, qui sunt uerbum tuū, sed magnificabo in deo, nō quæ-
ram gloriā meam ex uerbo dei, gloriabor, sed in domino, non sinam uerbū
conculcari quando ego cōculcor. Non timebo quid faciat mihi caro & ho-
mo, quæ idem sunt, ut uides. 1. Cor. 3. Sicut enim caro male audit in scriptu-
ris, ita & homo, Omnis enim homo mendax. Tota die blasphemabam præ-
dicationem meā & confessionem siue sanctificationem nominis tui, cogitāt
quicquid mali possunt consultanties aduersum me, ut expectantes uitam
meam ad interitum me morsu calcanei mei cadere faciant, adco intentant
uenenum suum mihi capita illa serpentina.

Misericordie & c.

In deo.

Caro. Homo.

Atq; hic uides insidias quæ intendebātur à serpente illo antiquo in Chri-
sti calcancum, ut dixi Psal. 48. quæ & intentantur omni semini Christi ab
eodem serpente & semine eius, id est, ab impijs, qui Christi semen, id est, uer-
bum dei & eos qui hoc habent omnibus petunt insidijs, ut uel sua zizania
intersemnent uel ueritatis professorem occidant. In hac grauissima profe-
sio tentatione uerendum ne specie ueritatis à dei ueritate nos abducant.
Deinde etiam fit, ut permittente deo plus homines & carnem incipiamus
timere quā deum. Hic uero constanter dicendum contra quoscūq; aduersa-
rios & cōtra impijs mentis nostræ cogitationes & disputatiōes, Ego uero
domine in te sperabo. Item, In quacūq; die inuocabo te & c.

Observabunt
calcaneū meū.

Pro nihilo eijcies eos & c. Recipiunt domine suam mercedem, de quo si
des mea non dubitat, ut proiectamentū abijcies qui astra uideri iam uolūt,
quando ira tua seuerit in aduersarios populos, quæ iam interim dissi-
lat. Tu omnem uitam meā, tu nosti omnem necessitatem meam, de quo rur-
sum non dubitat fides mea, tamesi ad tempus in tentatione derelinquis. Si-
cut & est in promissione tua, id est, sicut & promissisti, non dubito inimicos
meos conuertendos retrorsum. Psal. 90. Clamauit ad me & ego exaudiam
eum, cū ipso sum in tribulatione & c. Esa. 65. Erit, antequā clament ego ex-
audiam, adhuc illis loquentibus audiā. Esa. 43. Cū transferis per aquas & c.
in circo additur, In quacūq; die clamabo, scilicet cōuertentur illi retrorsum
quia ecce cognoui non solum fide sed etiā ipsa fidei experientia & multis
ante beneficijs tuis & liberationibus, q; deus meus es, qui totus mihi seruis
& mei curam habes creator meus, q; tu es meus qui condidisti omnia, in cu-
ius manu sunt omnia, cuius sunt cœlum & terra & omnia quæ in eis sunt,

Fidei uerba.

Qui hoc nouit satis nouit. uide Psal. 21. In deo ergo magnificabo & extollā uerbū & sermonem dei uel inuitis portis inferorum. Ad hoc enim me seruasti, ut est Psal. 9. Qui exaltas me de portis mortis, ut annunciem omnes predicaciones tuas in portis filie Sion.

In me uota
laudis.

In me sunt deus uota laudis tuæ quæ reddā tibi. Sic uideo quosdā intera-pretari q. nō opus sit externa querere quæ deo offeramus cū omnia habeamus in nobis quæ deo placeant & quæ ipse requirat. Non enim nostra, sed nos uult. Bona quidē uerba, sed uideo non intelligere eos quid dicant, dum gratiam dei nostræ uolūtati adscribunt suūq; liberū arbitrium statuunt, & inueniunt in se multa bona. Ego autē, ait Paulus, non inuenio in me, hoc est in carne mea, bonū. Sciant ergo solū spiritualem hominē hoc dicere, qui ante dixit, In deo speraui &c. qui ut sequentia habent liberatum se uidet à morte & à lapsu & iam ambulat in lumine uiuentium siue in lumine uitæ, ut est in hebræo. Talis uere dicit, In me sunt deus uota laudis tuæ, id est, gratus tibi ero pro beneficijs, sanctificabo nomen tuū in spiritu meo non hypo- crisi externa. Est autē hæc oratio, In me sunt deus uota uel super me sunt uo- ta, quasi dicas id quod uulgo dicunt, Deuotio ad te est in me, uerū ne aliam deuotionē fingas, gratū cor significatur quod per omnem uitā uult coram mundo sanctificare nomen domini & confiteri uerbū eius utcūq; sæuiat in unū omnis impietas. Hæc nō est deuotio monachalis. Et ne hic mihi obijctas chaos illud uotorum, uides uota laudis dici, & adhuc clarius ex Heb. Super me deus uota tua, reddā laudē tibi. cur nō dicit, Reddā uota? sed idem esse uota & laudē, hæc oratiōe significauit. de qua re dixi Psal. 21. & infra 60.

Liberatio
plena.

Quoniā eripuisti &c. Omnia hic comprehendit uersus quæ nostræ salu- tis sunt. Laudes, inquit, siue gratiarū actiones reddam tibi, quia liberasti ani- mam meā à morte, id quod opponit illi, quod supra dixit, Expectauerunt animā meam, Et oculos meos à lachrymis, quas flebam quando eas posuisti in conspectu tuo, ut supra dictū. Et pedes meos à lapsu, id quod opponit il- li quod supra dixit. Ipsi calcaneum meū obseruabunt. Sic liberat dominus à morte & peccatis animā nostrā, ut simus iusti & sancti, & oculos nostros à lachrymis, ut amplius non dolcat conscientia, & pedes à lapsu ut spiritus confirmati stemus in æternum, & placeamus & ambulemus coram deo (ut cūq; sentiat de nobis mundus) in lumine uiuentium, id est, iustorum qui ex fide uiuunt & seruantur in conspectu dei, In lumine uiuentium uel in lumi- ne uitæ, non in tenebris mortuorū, id est, impiorum errore, nō in lumine sa- pientie, gloriæ & iustitiæ humane, sed in lumine quod uita est omnium ius- tū

storum, quod est uerbum dei in cordibus &c. Hic tamen aduerte quod legimus, Oculos meos à lachrymis, in Heb. non haberi.

PSALMVS LVI.

Titulus. προσέλευσις Ne dissipēs (ô deus) David insigne, dū fugeret ipse a conspectu Saulis, in speluncā, Reg. 21. & 24. *S V M M A.* Christus hæc dicit, hinc citante Paulo, Ro. 15, propterea confitebor &c. Id quod est quoq; in psalmo 17. ut illic diximus. Est ergo uox perfectæ fidei & gratiarû actionis, in qua Christus gloriatur ab omnibus se erutum malis, ut post resurrectionē eius magnificetur deus sub omni cælo in omnibus gentibus, nempe misericordia & ueritate eius ubiq; prædicata.

Miserere mei deus miserere mei, quoniã in te confidit anima mea. Et in umbra alarũ tuarũ sperabo, donec transeat iniquitas. Clamabo ad deum altissimũ, deum qui benefacit mihi. Misit de cælo & liberauit me, dedit in opprobrium conculcantes me. Misit deus misericordiã suam & ueritatem suam, & eripuit animã meam ex medio caualorũ leonũ, dormiui conturbatus. Filij hominũ, dentes eorũ arma & sagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Exaltare super cælos deus, & super omnem terram gloria tua. Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerũt animã meam. Foderunt ante faciem meam foueam & inciderunt in eam.

Iniquitas. Fe. prauitas uel cõfractioes, ex quo clarũ est hoc dici de iniquitate aduersariorũ. Id est, donec trãseat hæc tentatio quã mihi per inimicos suscitasti. Dedit in opprobrium conculcantes me, id est, confusi sunt qui me cõculcabãt. Fe. Ex opprobrio absorbētis me, scilicet liberauit me, id est ex ore leonis, ut alibi &c.

Misit deus misericordiã &c. Fe. Mittet deus misericordiã suam & ueritatem suam. Anima mea in medio leonũ (scilicet est) iacebo in medio inflammantium (id est ira ardescantium in me) in medio filiorũ hominũ (id est carnalium) quorũ dentes lancea & sagittæ & lingua eorum framea acuta. Incuruauerunt. Fe. Incuruauit, scilicet laqueus uel rete.

Succurre pater filio, qui ad mortem petitur, quoniã in te solo confido, & confidam sub uelamento & protectione alarum tuarum, donec finiatur iniquitas, quæ me persequitur. Clamabo ad te qui oĩbus es superior, qui me liberaſti (sic enim Christus dixit ante mortẽ, Nunc glorificatus est filius hominis &c. quod iã instare uidit cõsummatũ dixit, quæ uerba sunt fidei) Tu misisti misericordiã tuã qua gratis subuenis, & ueritatẽ tuã qua ex pacto promissionis ades, & eripuisti uitã meã ex medio catulorũ leonũ, id est, regni tenebrarũ & ministrorum eius, quorum caput est Satan, leo ille rugiens qui erens quẽ deuoret, sub quo sunt & leones capita illorũ qui seducuntur, ut seuiãt eodẽ furore in ueritatis professorem catuli leonũ. Dormiui, id est quicui, conturbatus, id est, in furore illorũ, id est, permisi eos furere & in te speraui, dormiẽs & quiescens, dum illi leones adhuc nõ erant satiati ex persecutione mea & morte mea, sed adhuc me cogitabant conturbare, custodientes in sepulchro, tenentes in morte, quasi amplius non uicturum. Hi sunt filij hominũ nihil nisi humana sentientes, propterea stulticia sunt illis quæ dei sunt, quorũ dentes sunt arma & sagittæ & lingua gladius acutus, suis enim falsis constitutionibus & doctrinis occidunt animas seductorum, suis mendacijs impetunt sacrũ dei uerbũ & uerbi dei professore, & dum leonculi illi prædam quã concluderũt uorare tentant, tamẽ audent dicere egregia hypocrisi, nobis non licet interficere quenquã. Quos uides hic descriptos non manibus, sed dentibus & lingua instructis ad occidendum, sed tu deus dentes impiorũ contriuisi, Psal. 3. Exaltare deus super cœlos qui uideris impijs nõ regnare in cœlis Exaltare qui iã uideris in Christo tuo deitatus, magnificẽtia tua Christo resurgẽte & Euãgelio eius rursus prodeunte in lucẽ illucescat & super oẽm terrã omni creaturã. Psal. 3. Quoniã eleuata est &c. Hęc magnificẽtia & gloria tua est qua gratis donis in Christo tuo oĩa hoĩbus peccata & facis eos heredes tuos, coheredes Christi. Omnes enim peccauerũt & egent gloria dei. Hęc gloria super oẽm terrã manifesta, ut est in psal. 18. frangũtur dentes & lingua cõfunditur istorũ catulorũ, leonũ & istorũ inflammantium, qui cõtra dei iustificationẽ suis somnijs & traditionibus cõtenderũt, Inciderũt enim in laqueum & foueam suam &c.

Catuli leonũ.

Dentes & lingua aduersariorũ ueritatis.

Exaltare &c.

Paratum cor meū deus, paratum cor meum cantabo & psallam in gloria mea. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine, psallam tibi in gentibus. Quoniam magnificata est usq; ad coelos misericordia tua, & usq; ad nubes ueritas tua. Exaltare super coelos deus, & super omnem terram gloria tua.

In gloria mea, non est in Heb.

Iam hostibus confusis restat o deus ut glorificetur nomen tuum per totum orbem terrarum, ut agnoscatur me glorificato lux tua, misericordia, & ueritas per tuum Euangelium, per tuum sanctum uerbum ab omnibus.

Glorificatio dei in Christo per orbem.

Paratum o deus iam cor meum, paratum est ut cantem & psallam tibi glorificatus, misso spiritu sancto super omnem carnem secundum Ioelis prophetiam. Exurge, excitare iam qui hactenus dereliquisti omnes gentes ingredi uis suas & non audierunt laudem tuam, exurge, inquam, o deus pater qui es gloria mea, id est, gloriatio mea, hoc est de quo solo glorior. Exurge psalterium meum & cithara, id est, tu qui es exultatio, laus, canticum meum, ut & psal. 21. De te laus mea in ecclesia magna &c. Et psal. 70. In te cantatio mea semper &c. Nihil ergo hic opus est, ut mutes personam loquentis, id quod quidam faciunt inducentes loquentem patrem & respondentem filium. Quod uero sequitur, Exurgam diluculo, in Heb. est, Excitabo auroram, id est, praeueniam auroram, ut non ipsa me, sed ego eam uidear excitare auroram. Id quod aptissime quadrat ut de resurrectione Christi intelligas. Surrexit enim ad laudandum deum patrem in Iudaeis & in gentibus, proclamata cum gloria fidelium eius misericordia & ueritate per Euangelium glorie magni dei, usq; ad coelos & usq; ad nubes, id est, per totum orbem terrarum, ut non sit qui se abscondat a calore eius &c.

PSALMVS LVII.

Titulus. ἠγοσκέλευσις, Ne dissipet Dauid insigne.

SV MMA. Incropat spiritus dei genimina uiperarū, quæ etsi recte uideantur loqui de dei ueritate, recte docere, recte arguere alios, ut de hypocritis Iudæis Paulus dicit, Rom. 2. & de pharisæis Christus in Euangelio tamen coram deo impij sunt, non sentientes corde secundū ea quæ docent uerbum impossibile est ut non foris quoq; prodat se quandoq; impietas in uerbis & operibus, non dico illis crasīs quæ etiam mūdus iudicat, sed illis quæ mala mundus deprehendere nō potest deceptus specie sanctitatis, incipiunt enim tandem docere contra dei iustitiam & probare opera in quibus confidant homines, id quod est contra omnē scripturam & uerbum dei. Ex talibus fructibus, ait Christus, cognoscetis uos mei discipuli qui uerbo docti estis illos pseudopphetas, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouīū &c. Sunt enim omnia ipsorum studia & consilia ad malum & ad erroris confirmationem intenta, qui cum semper audiri uolunt, neminem ipsi audiunt rectam monentem. Itaque eos deus destruet anteq; crescendo fortiores aduersus ueritatem ueritatisq; professores euadāt. Id quod intelligens iustus in sua fide firmabitur, & cognoscat fructum iustitiæ, etsi ad tempus occultum, non tamen iusto periturum.

Deus contentet &c.

SI uere utiq; iustitiā loquimini, recta iudicate filij hominū. Etenim in corde iniquitatē operamini in terra, iniustitiā manus uestræ concinnāt. Alienati sunt peccatores a uulua, errauerūt ab utero, locuti sunt falsa. Furor illis secundū similitudinē serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas. Quæ non exaudiet uocem incantantium & uenefici, incantata a sapiente.

Mutam iustitiam loqui.

Si uere &c. Fe. An certe mutam iustitiam loquimini, recta iudicatis filij Adam? Elegantissime hoc dictum est. Quid est mutam loqui iustitiam, nisi loqui iustitiam & audire iustitiam, iustitia tamen tacente, id est, non esse iustitiam quæ sese iustitiæ specie uēditat? uana uerba sunt, impium cor est, & quasi uerbis iustitiæ docetur impietas, ut discas alio fidere quā deo. Item, ut maxime nihil dicat doctor contra ueritatem, tamen iustitiam mutam proca

fert dum suae cupiditati seruiens non audet rea tangere impiorum corda.
 Hic iustitia quae praedicatur muta est, Hoc enim tacet quod uel solū dicen-
 dum erat. d. quod nō est recta iudicare, recto esse spiritaliq; iudicio, nam
 id faciūt filij Adam. Animalis enim homo nō percipit quae dei sunt, sed sua
 querit etiā specie rectae doctrinae. Id autē quod nos legimus idem est. Vos Si uere utiq;
 filij hominum, id est, carnales, si iustitiam quā loquimini, uere, id est, uero si & c.
 deliq; corde secundū deum loquimini, iudicate recta, id est, estote recto spi-
 ritualiq; iudicio, ut discernatis ueritatē dei à mendacijs humanis. Sed quan-
 do quae so iustitiā uere loqueremini & recto essetis iudicio, qui quantūcūq;
 foris speciosi uidemini per uerba quasi iustitiae, intus tamen in corde opera- In corde & c.
 mini iniquitatem illic iniustitia & incredulitas regnat, nō timetis deum, nō
 fidetis d. o. non creditis. Haec natiua uis in corde uelut natura in arbore ma-
 la, producit malum fructum, quem tamē speciosis uerbis & apparenti iusti-
 tia pro pietate & cultu dei uenditare uultis. Iniustitias manus uestrae con- Manus.
 cinnant, id est, apte studiosq; cōponunt, sed tamen iniustitias coram deo.
 Docetis enim haec esse opera bona quae à fiducia in deum auertunt. Vides
 quā aptis uerbis norit spiritus hypocrisim describere. Aduerte uero radi-
 cem malorū operum. In corde, inquit, operamini iniustitiam super terram Radix malorū
 qui nihil nisi terrena sapius, quandoquidē filij estis hominū non spiritu re- & bonorum
 nati per fidem. Sicut contra de radice bonorū operum dixit Christus, Hoc operum.
 est opus dei, ut credatis in eum quem ille misit.

Alienati sunt peccatores, uel potius impij ex Heb. à uulua, id est, à con- Ab alienati
 ceptione. Alienati, inquā, à deo. Errauerūt ab utero, id est, à natiuitate. Et a uulua.
 ubi di dicerunt loqui testati sunt se uerbo dei in corde non credere, nā locu-
 ti sunt falsa, siue, ut Felix habet, mendacium, id est illud quod ueritas dei &
 uerbum eius non habebat, traditiones humanas & adinuenta ab hominibus
 somnia pro iustitia locuti sunt, nescientes (ut Paulus ait) neq; quid dicāt ne-
 q; de quibus affirmant. Et adhuc furorē mordendi & uenena per suam men-
 titam mutamq; iustitiam infundendi habēt ut serpens ille antiquus, ut ser-
 pens calce pressus & irritatus, obturātes aures suas, ut a spīs surda quae nō
 potest audire & contemnit incantantem & magum etiam doctissimum, ne
 resipiscant ad uerbum dei auditum, ne ab errore in quo nati sunt redeant
 ad deum & loquātur ueritatem, id est, iustitiam uere, nō hypocritice, quos
 ut etiā sapientissime incantes uerbo dei, claris rationibus & c. tamē non au-
 diunt, sed cōtra parant ut mordeāt gladijs dentium & molarium, sed deus
 talia arma quandoq; conteret, ut sequentia habent.

Iustitia spūs.

Hæc omnia, Abalienati sunt &c. significant illos ad sapientiam spiritus nunquã peruenisse, sed per mansisse in suo peccato, ut illum seruum cui dimissum erat debitum centum milium talentorũ. Ideoq; nihil est quod hic dicunt, Nos sumus circũcisi, nos sumus baptizati. Circumcisio carnis absq; circumcissione cordis nihil est. Baptismus aquæ sine baptismo spiritus sancti nihil est. Quæ quæso sanctificatio illis fuerit spiritus ubi contemnitur & blasphematur spiritus sancti uerbũ quo solo sanctificamur. Hoc est quod Christus dixit, Nisi credideritis in peccato uestro moriemini. Item, Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis.

Aspis surda.

Auerte q; Hiere. 8. de regulis serpentibus dicitur q; non admittunt incantationem. Quia, inquit, cæcæ ego mittam uobis serpentes regulos quibus non est incantatio & mordebunt uos, ait dominus. De nostris uero serpentibus constat q; maxime incantationibus obnoxij sunt, instrumentum adhuc diabolicæ artis, ut olim in paradiso. Dicerem hic dici de surda aspide, id est quæ perdidit auditum, nisi adderetur, Et obturantis aures suas, id quod nõ potest dici nisi de ea quæ audire non uult &c. Relinquo hoc alijs. Nã quod fabulantur non constat mihi esse uerũ. Sunt ergo alij serpentes quos in nostra regione non nouimus, de quibus hoc dictum est.

Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confregit dominus. Ad nihilum deuenient tanquã aqua præteriens, intendit arcum suum donec infirmentur. Sicut cæra liquefacta auferentur, decidit ignis super eos & non uiderunt solem. Antequã intelligerent spinæ uestræ rhamnũ, sicut uiuentes sicut in ira absorbebit eos. Lætabitur iustus cum uiderit uindictam, manus suas laua-bit in sanguine peccatoris. Et dicet homo, utiq; est fructus iusto, utiq; est deus iudicans eos in terra.

Intendit, scilicet dominus, arcũ suũ donec infirmentur, scilicet aduersa

rix id est paulatim suo iudicio excæcabit & auferet eos donec nihil ampli-
 us possint. Felix autē sic, Dirigent sagittas suas, sint ac si confringerētur, id
 est aduersarij insidijs suis petent increpantē & doctū uerbi dei incantato-
 rem, sed quæso domine irriti sint conatus eorū, sicut & psal. 36. Arcus eorū
 confringatur. Sicut cæra. Ita & psal. 67. Sicut fluit cæra à facie ignis, sic
 pereant peccatores à facie dei. Decidit uel incidit ignis iudicij dei super
 eos, sicut ignis immissus spinis spinam deuorat, ita absorbebitur ab ira dei.
 quemadmodū sequentia dicunt. Ignem autē pro ira dei, & plaga sine iudi-
 cio accipi, testatur multi loci in psalmis, ut psal. 88. Vsq; quo domine auer-
 tis in finem, exardescet sicut ignis ira tua? & psal. 82. Sicut ignis comburit
 solam, & sicut flamma comburit montes, ita persequeris illos in tēp. sta-
 te tua, & in ira tua turbabis illos &c. Et nō uiderunt solem, id est nihil lu-
 cis uiderunt dei iudicio siue igne excæcati, solem iustitie uidere non potu-
 erunt, qui iustitiā noluerūt audire. Deinde ita horrende quoq; solet suo iu-
 dicio uenire dominus, ut ne iste quidē uisibilis sol uideatur, sed omnia sint
 tenebræ subito confusis mentibus. Ita Esaias ait ca. 5. Aspiciemus in terrā &
 eæ tenebræ tribulatiōis, & lux obtenebrata est in caligine eius. Et ca. 13. de
 tribulatiōe & uastatione Babilonici regni. Quādo stellæ cæli & splendor
 eorum nō expandent lumen suum. Obtenebratus est sol in ortu suo, & lu-
 na nō splendebit in lumine suo. Verū hūc uersum aliter ex Heb. legit Felix
 sic, Velut coctæ quæ liquefit, purget (id est peribit & diffluet aduersari-
 us) uelut abortiuū, uelut talpa, quæ non uiderunt solem, Id est diffluet &
 irritus fiet omnis conatus eius, uelut talpa, uelut abortiuū, non ueniat in lu-
 cē, pereat ante maturitatē, cadat in medijs conatibus, prodatur cæcitas eius
 mundo, & auferatur dei iudicio. Hæc cōueniunt cum eo quod statim addi-
 tur. Antequā intelligerēt, uel anteq̄ crescerent spinæ uestræ recentiores in
 rhamnū, id est spinam robustiorē & ledentē, Hoc est anteq̄ uos filij homi-
 num qui nō uere loquimini iustitiam peruenitis ad id impiæ potestatis con-
 tra dei ueritatem quo tenditis, absorbebit uos deus sicut in ira sua, qui apud
 se tamē tranquillus est, absorbebit & sicut uiuētes, ut psal. 54. Veniat mors
 super illos descend. inq; in infernum uiuentes.

Ignis est ira.

Solem.

Irriti conatus
impj.

Hypocritæ.

Vides in hoc psalmo, nisi adhuc non habeas oculos quā horrenda hypo-
 critarum describatur excæcatio & dānatio. Stultus es si ista legens, respici-
 as in crassos peccatores, publicanos & meretrices, qui se tales esse ignorare
 non possunt, quos & ipse mūdus iudicat. Sed ne interpretari quidem hæc
 licet de illis qui manifesta ui & gladio persequuntur Euangelij ueritatē;

dei professores Nam hic tantū legis illos, qui iusti iam loquūtur, sed in hypo-
 crisi, & iniustitiā incredulitatis fouēt in corde, & nō fidunt deo, sed suis
 iustitijs, & speciosa opera iniustitię concinnant, ostentant enim talia, & do-
 cent in eis cōfidere hoīes, qui uiuūt in errore semper, & loquūtur mendaci-
 um, id est, suam fictam iustitiā, qui obturant aures, & nolūt audire dei ue-
 ritatē contra suā hypocrisim, qui dentibus & molaribus appetunt, ut lace-
 rent sapientiē spiritūq; doctū incātatorē, ut supra, filij hominū dentes eorū
 arma & sagittę, & lingua eorū gladius acutus, sic acuunt suā mutam iusti-
 tiam, ut nihil audias, nisi meram uerbi dei blasphemā. Hęc omnia egregie
 exequuntur, dū eis iudicio dei sic permittente licet, quia ut indicat psalmi
 finis, nō credunt fructū esse iusto, nec deum iudicem futurū in terra. Omnia
 impudentes tentant, dū fallunt iudicia hominū, quasi deo nō uidente, ut ui-
 des Esa. 29. Eo q; appropinquat & c. Vnde dicitur Sapien. 2. Hęc cogitau-
 erunt & errauerūt, exc. cauit enim illos malicia eorū. Et nescierūt sacramē-
 ta dei, neq; mercedē sperauerūt iustitię, nec aestimauerūt honorem animarū
 sanctarū. Sed uide iudicium. Deus conteret blasphemā illorum, etiā in ore
 ipsorū, ut quequid locuti fuerint cōtra se suūq; regnū dictū sit, ut ipsmet
 suam prodant impietatē. quod iudiciū hodie ostendit nobis, benignus nobis
 deus, & iustus illis iudex, ualde insigniter. Sit deo gratia. Irritus fiet omnis
 conatus eorū, Et iustus qui confidit solo deo, uidebit eū gaudio uindictam
 impietatis, & lauabit manus suas, id est, abstinebit ab ipsorū iustitiarijs ope-
 ribus, ne simili iudicio pereat, uel ut Felix habet, Lauabit plantas suas, id est
 abstinebit à uijs eorū prauis, quibus seducunt à dei iustitiā in hypocraticam
 iustitiā, Lauabit, inquam, in sanguine impij, id est, dum uindictam uiderit
 in impium. Hoc, scilicet, est alieno periculo fieri cautū, ut Prouer. 21. Mul-
 tato pestilente, sapientior erit paruulus. Ita impij pereunt ad piorū salu-
 tem, quibus omnia cooperantur in bonū. Et non solū qui iusti sunt, fide con-
 firmantur, sed etiā alij ad ueritatem dei suscipiendam prouocantur. Tunc,
 inquit, dicet homo, iam uidemus ex impiorū historijs, q; utiq; iustitiā est ac-
 cepta deo, & iniustitiā effugere iudicium non potest.

Iudiciū in hy-
 pocritas.

Lauabit in san-
 guine & c.

PSALMVS LVIII.

Titulus. ὡποσνέλευσθε, Ne disperdas Dauid insigne, dū mit-
 teret Saul, & custodirēt domū, ut occiderēt eū. 1. Reg. 19.
 S V M M A. Christus & quisquis ob confessam ueritatem impetitur, pe-
 tit contra aduersarios, qui ad uesperam, id est, ubi oīa uiderint disperatū,

revertuntur, ut audiant ueritatem, sed non satis fit eis, & non possunt credere semper enim inueniunt in uerbo & uerbi preconibus unde offendantur, ut à blasphemia & contradictione non desistant, hos oportet manere donec à deo eorum blasphemia, contemptus & mendacium prodatur & condemnetur. Ego autē, inquit, non expectabo ad uesperam, sed mane cantabo fortitudinem tuam &c.

Ad uesperā re
deū tentātes.

ERipe me de inimicis meis deus, & ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem, & de uiris sanguinum salua me. Quoniā ecce coeperunt animā meam, irruerūt in me fortes. Neq; iniquitas mea neq; peccatū meū domine, sine iniquitate cucurri & direxi. Exurge in occursum meū & uide, & tu domine deus uirtutum deus Israel. Intende ut uisites omnes gentes, ne miserearis omnibus operantibus iniquitatem.

Coeperunt animā meā. Fe. Insidias parauerunt anima meae. Sine iniquitate cucurri & direxi. Fe. Sine iniquitate (scilicet mea) currēt & praeparabuntur, scilicet aduersum me. Qui sine operarij iniquitatis & uiri sanguinū, diximus psal. 5. Qui fortes psal. 17. Neq; iniquitas &c. id est, nihil mali feci, ut me persequerentur (uide psal. 7.) sed potius sine iniquitate cucurri, conuersatus sum cum eis, & recte predicanti, & nomē tuum confessus sum, nō sum mihi conscius, q; aliud inter eos tentarim, q; quod habet tua ueritas, Occurre tu deus mihi, & uide, num ita sit, Age igitur tu domine potentiarū deus, qui omnia potes, qui es deus Israel, id est, illorū, qui te tuamq; ueritatem cōfitentur, Intende, noli distimulare, ut hactenus, ut uisites uisitatione tua dura, ut percutias omnes gentes, & qui sunt operarij iniquitatis.

Fiducia iusti.

Visitatio impiorū in scripturis est eorū iudicium, Esa. 13. Visitabo super orbis mala. Et in psal. Visitabo in uirga iniquitates eorū. Gentes uero uocat more scripturae, qui sunt alieni à deo, siue Iudaei nomine sint, siue gētiles, id est, ut hic dicitur, oēs qui operantur iniquitatē, arbores profecto nō bonae,

Visitatio,
Gentes.

Conuertentur ad uesperā & esuriēt ut canis, circū-
ibunt ciuitatē. Ecce ipsi loquētur in ore suo, & gla-
dius in labijs eorū, quoniā quis audiuit? Et tu dñe
irridebis eos, ad nihilū deduces omnes gentes.

Ad uesperam. Quoniā quis audiuit. Fe. Quoniam quis audit? Ad nihilum deduces. Fe. Subannabis. Ad uesperam, inquit, uidelicet desperationis uel huius mūdi, postq̄ diu p̄secuti sunt ueritatē suae oderūt, ubi oia desperata uidēt. i. nō posse se subsistere, neq; sua iustitia neq; sua sapientia, ut sunt instabilia impiorū corda, nunc hoc, nūc illud credentia. Tūc, inquā, ubi uiderint imminere nocentem, & coeperint de suis rebus dubitare, secundū illud Esa. 29. Obstupescite & ammiramini, fluctuate & uacillate &c. Reuertetur tumultuātes, ut famelici canes & circūbunt ciuitatē dei si forte inueniāt aliqd certi unde saturētur, unde infidelitati ipsorū satisfiat, in ciuitate dei. i. apud credētes, quos habere ueritatē, ut hactenus credere nō potuerūt, ita nūc nō dubitare nō possunt. Verū ut coeperint audire ueritatē & iustitiā fidei, & uiderint formas crucis, Iudaei. i. iusticiarij hypocritae scādalo offendūtur, & gētes, id ē, sapientes secundū carnis prudentiā uocāt stulticiā. 1. Cor. 1. & incipiūt rursū blasphemare & gladium habere in ore & labijs, ut impijs blasphemijs & cōsilijs sanguinū, hi canes lacerēt & occidāt quod quaesierūt, ut uerū sit quod Christus dixit, Matt. 7. Nolite sanctū dare canibus, neq; mittatis margaritas uestras ad porcos, ne forte cōculcēt eas pedibus suis, & canes conuersi lacerent uos. Atq; hęc oia sic agūt, quasi etiā ne deus quidē uideat, id quod sic dicūt, Quis audit? Et Esa. 29. Quis uidet nos, & qs nouit nos? Lege hęc clarius Amos. 8. Ecce dies uentunt, dicit dominus, & emittā famem in terrā, non famē panis neq; sitim aquae, sed audiēdi uerbū domini. Et cōmouebuntur à mari usq; ad mare, & ab aquilone usq; ad orientem circūbūt querētes uerbū domini & nō inueniēt. Itaq; ista nō intelligi posse de reliquis Iudaeorū saluandis, quādo dicitur, Couertentur ad uesperā &c. ipse cōtextus cōuincit, nam de illis fit sermo qui manebūt in blasphemia. De quibus & additur, Et tu domine deridebis &c. psal. 2. Id est irritos facies omnes illorum conatus cum sempiterna ipsorum ignominia.

Fortitudinem meam ad te custodiam, quia tu deus
susceptor me⁹ es, deus meus, misericordia eius prae

ueniet me. Deus meus ostendet mihi in inimicis
meis, ne occidas eos, nequãdo obliuiscantur legis
tuæ. Disperge eos in uirtute tua, & depone eos pro
tector meus dñe. Peccatū oris eorū, sermo labiorū
eorū, & cōprehendantur in superbia sua. Et de ex
ecratione & mendacio annunciabūtur in consuma
tione, in ira cōsumationis, & nō subsistent. Et scient
q̄ deus dominabitur Iacob & finitū terræ. Reuertē
tur ad uesperam & esurient ut canis & circūibunt
ciuitatem. Ipsi uero dispergentur ad manducandū,
si autem non fuerint saturati & murmurabunt.

*Fortitudinē meam. Fe. fortitudinē eius, scilicet animæ meæ, de qua supra
dixit. Quia eæ cœperunt animā meam. Alioqui non uideo quo pertineat.*

*Ne quando obliuiscantur legis tuæ. Obliuiscantur ex Hebræo, non de
inimicis dicitur, sed de alijs, Ne occidas, inquit, inimicos, Ita mihi reuelauit
deus, scilicet ne penitus deleam & conteram eos. Hoc tu deus mihi reuela
sti, ne alij obliuiscantur legis tuæ, id est mandatorum & uoluntatis tuæ, ut
scilicet maneāt aduersarij & tentatores ne populi dei securitate pereant,
ut de gentibus Cananæis relictis in terra promissionis dicitur, Iudicum. 2.
& 3. Felix, Ne occidas illos, ne forte obliuiscatur populus meus.*

Relictæ gētes.

*Et de execratione &c. Fe. Et de maledictione & de mendacio narrabūt
(nihil enim aliud norunt dicere quā blasphemare ueritatem & docere mē
daciū) Consume in furore, consume & non sunt, & cognoscent quoniam
deus dominatur in Iacob in finibus terræ. Vbi nota q̄ Iacob est ubiq̄ terra
rum, id est ubiq̄ sunt credentes.*

*Iacob ubi
credētes.*

*Et murmurabunt. Fe. Et dormient, id est in peccato suo morientur. Post
uesperam enim sequitur somnus & nox. Clarius ex Hebræo sic, Ipsi disper
gentur ad manducandū, sed non saturabuntur, & pernoctabunt, id est, in
noctē infidelitatis & mortis manebunt fide siue iustitia dei uacui.*

Egō, inquit, certus q̄ deus irridebit eos & subsannabit gentes, non me

- Fortitudo non
stra, misericor
dia dei.
- Mihi uindictā
- Oportet ma
los esse.
- Non uindi
candum.
- Disperge illos
&c.
- uindicabo, nec queram uindictam, sed fortitudinem meam. *o* deus ad te cis
stodiam, tibi committam, ut pro me agas cōtra aduersarias potestates, qui es
fortitudo, sapiētia & iustitia mea. Misericordia dei praeueniet me, id est me
opportune liberabit antequā sperem, confundet aduersarios quā primū
etiam me uindictam non querente, antequā admoliatur uis humana quae
nihil est, misericordia dei omnia faciet pro me. Deus mihi reuelabit uel re
uelauit inter inimicos meos, uel in persecutione inimicorum meorū, ne que
ram uindictam in eos, dicens, Ne occidas eos, Oportet tales esse, alioqui per
quos probarentur pijs sine tentatione securitate perirent, nō uideretur ue
ritas uerbi dei, neq; misericordia dei, neq; iudicium dei innotescere mun
do. Oportet haereses esse, necesse est ut scandala fiant, ut omnia diligentia
bus deum cooperentur in bonum.
- Videamus caput nostrū Christum. Potuisset Christus & pot. se uel nutu
occidere aduersarios, possent & pij in Christo unca oratione, qui sciūt om
nia esse possibilis credenti, sed ut Christus in hoc uoluntate patris secutus
est, ita & hi qui sunt in Christo, sciunt enim scriptum, Mihi uindictam, &
ego retribuam. Et, finite zizania crescere usq; ad messem &c. Non nobis ui
congruendū est hostibus, sed tamen deprecandus deus, ut sua uirtute siue
potentia non nostra dispergat eos & deiiciat & supplantet peccatum oris
eorum, sermonē labiorum ipsorum, superbiam, maledictionem, blasphemiam
& mendacium, ut confundantur & pereant. Et ut sciant, qui dixerūt, quis
audit? q; dominus dominatur in iacob, id est populo credente usq; ad fines
terrae. Id quod primū dicitur contra Iudaeos Christi persecutores qui gen
tes propter impietatem hic dicti sunt, qui gloriabatur se semen esse iacob,
sed audiunt, Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahāe.
- Quod legimus, Peccatū oris eorum, sermo labiorum eorū, potes subau
dire, est, ut intelligas ex mero contemptu contra conscientiam eos blasphemā
mare contra manifestam ueritatem, unde additur, Et comprehendantur in
superbia sua. Verum clarius esset, si in accusatio legeretur, Peccatum oris
eorum, sermonem labiorū eorum, quemadmodum uulgo legere solent, ut
referres ad uerbum, Depone, uel potius in ablatiuo, Depone eos protector
meus domine peccato oris sui, sermone labiorum suorum, ut quicquid con
tra tuam ueritatem dicere uoluerint, contra se dicant pro sui destructione,
qua insigni uindicta solet deus irridere ueritatis oppugnatores.
- Et de execratione &c. Quid hic uersus ex Heb. uelit diximus supra, No
strum sic exponas licet, nunciabuntur, id est iudicabuntur & sententia

contra eos profertur de execratione & mēdacio ipsorū, in cōsummatione, id est, ubi finis eorū uenerit & iudicium dei super eos, id quod addit in ira cōsummationis, Tunc, inquit, Nō subsistent, qui nūc se putant esse potentes.

Ego autē cantabo fortitudinem tuam, & exultabo mane misericordiam tuā. Quia factus es susceptor meus, & refugiū meum in die tribulationis meæ.

Adiutor meus es, tibi psallam, quoniā deus susceptor meus es, deus meus, misericordia mea.

Vel hinc intellige quid sit quod supra dixit, Fortitudinē meā ad te custodia, Sed uide in hoc psalmo egregiā antithesim. Impij ad uesperam ueniēt, *Ad uesperam.* canes non saturati, blasphemi, & pernoctabūt siue, ut alij transferunt, dormiant, id est morientur in tenebris suis, qui uiribus suis confisi ueritatis se forte sperabant expugnatores, Ego autem, ait iustus, cantabo non meā domine fortitudinē, sed tuam, & cantabo mane incipientis gratiæ & illucescentis mihi, non expectabo cum impijs usq; ad uesperam qui non uolunt suscipere ueritatem nisi omnes susceperint, nisi mundus approbauerit, quod fiet ad Calendas græcas. Cantabo, inquā, mane misericordiā tuam, non uel iusticiam uel sapientiā meam. Tua gratia refectus tibi psallam, dum interim illi ieiuni blasphemant. Illi à uespera incipere uolentes ingrediūtur in noctē, ego à mane incipiēs ingredior in diem, quē efficit sol ille iusticiæ deus in cordibus credentiū. Et hoc incipere non est ex me, nam supra dixi, deus meus, misericordia eius proueniet me, & hic confiteor deū esse fortitudinē, protectorem, refugiū, deū meum & misericordiā meā. Illi ubi uiderint deficere lampadarū oleum, incipere frustra circumire ciuitatem dei & mendicare, & dū uadunt sero emere, secludūtur à luce, Ego autem ingressus gaudebo in æternum in lumine uiuentium. Exultabo &c. sic dicitur quemadmodum psal. 50. Exultabit lingua mea iusticiam tuam.

PSALMVS LIX.

Titulus. προσέλευσθε super liliū testimoniū insigne Dauid ad docendū, dum præliaretur contra Syriā Mesopotamiæ & contra Syriam Soba, Et reuersus est Ioab & percussit Edom in ualle salis duodecim milia.

Deus locutus
in sancto suo.

lege. 2. Reg. 8. & 10. & 1. Para. 18. Deus promiserat in sancto suo Mose uel in sanctitate sua qui mentiri non potest, in seipso loquitur, per seipsum promittit & iurat, qui aeternus uerbum aeternum habet in se, sicut & Gen. 22. Per memetipsum, inquit, iuravi, id quod exponitur Heb. 6. Promiserat, inquam, in sanctitate sua quod cum gaudio partiturus esset populo suo terram promissam, à deserto & libano, ab Euphrate & mari mediterraneo. Deut. 11. Iosue. 1. Verum usque ad Dauid non uidebatur huius promissionis ueritas, sub quo primum omnes illas terras acceperunt, & sub Salomone quiete possiderunt, non ultra, ut ueritas dei uideretur. Anterim non uidebatur liliū, id est, puritas testimonij uerbi dei, ut exerceretur fides credentium & blasphemarent increduli. Sed nunc sub Dauide erat liliū testimonij in signe & corona siue regnum Dauid, ad docendū, id est, ut crederetur deus uerax in promissis, quando tot hostium milia caesa sunt, & facta est seruiens

Syria.

Dauidi Arabia, Idumaea, phoenicia & Mesopotamia. Aduerte Syriam Hebraeus uocari Aram, & eam duplicem, alteram remouiore ab eis Aram

Philistijm.

Naharaim, id est, Syriam Mesopotamia. alteram prope terrā Israel, immo

Duodecim
milia.

quae & pars est terrae Israel, Arā Soba, quā palestinam dicunt alij, Hebraei uicinas gentes Philistijm siue philistaeos dicunt qui graece quandoque noiantur Allophili, id est alienigenae, ut & in hoc psalmo. Edom uero sunt Idumaei, ab Edom qui est Esau descendentes Gen. 15. Quod aut in titulo dicitur, duodecim milia, more Hebraeo, in gentem numerū significat, dicunt enim decem milia uel duodecim milia, sicut latini sexcentos & sexcēta dicunt. Hinc & Paulus dixit, Decem milia pedagogorū. Et in Apoc. dicitur duodecim milia signati. Nam historia uictoriae Dauid plura milia habet.

Promissio dei
seruat nos.

S V M M A. Iratus quidē nobis es domine, quos, quia nobis cōfisi sumus te neglecto & contēpto, tradidisti in manus aduersariorū, Iudicū. 2. & 3. sed dedisti credētibus signū. i. uerbū tuae promissionis, cui credētes liberabimur & gētes aduersariae subijciētur nobis in tua nō nostra uirtute. Vana enī est Per haec significatū est regnū Dauidis, id est Christi Esa. 9. Salus hoīs. Eze. 34. tribulandum quidem ab aduersarijs quod & hodie uidemus, ut discamus non in nobis confidere. Verū non solum liberandū sed etiam dilatandum in gentes, ut liceat psallere, Subiecit populos nobis & gentes sub pedes nostros, Idēq; nulla ui aut potentia siue iusticia humana, hunc sensum ostendit psalmus. 107. ex isto & quinquagesimo sexto compositus, quem de confessione laudis dei in toto orbe terrarum esse, citatio Pauli & ipse contextus illic declarat. Vide Esa. 11. Adijciet dominus secundo, &c.

Deus

Deus repulisti nos & destruxisti nos, iratus es & miseratus es nobis. Cōcussisti terram & conturbasti eam, sana contritiones eius quia cōmota est. Ostendisti populo tuo dura, potasti nos uino compunctionis. Dedisti metuētibus te significationem, ut fugiant a facie arcus. Ut liberentur dilecti tui, salua dextera tua & exaudi me. Deus locutus est in sancto suo, exultabo & partabor Siciā, & conuallē tabernaculorū dimetiar. Meus est Galaad & meus est Manasses, & Ephraim fortitudo capitis mei. Iudas rex meus, Moab lebes spei meae. In Idumæam extendā calciamentū meū, mihi alienigenæ subditi sunt. Quis abducat me in ciuitatē munitam: aut quis deducet me usq; in Idumæam? Nonne tu deus repulisti nos, & nō egredieris deus in uirtutibus nostris. Da nobis auxiliū ex tribulatione, & uana salus hominis. In deo faciemus uirtutē, & ipse ad nihilū deducet tribulantes nos.

Felix, deus dereliquisti nos, destruxisti nos, iratus es, deficies à nobis. id quod sententiæ magis conuenit, quàm ut misericordiam exhibitam uersus primus exprimat, quemadmodum nos ex Græco legimus.

Ut fugiant à facie arcus, id est, ut huic signo, quod est tuum uerbum, credentes tuti sint ab hostium ut & insidijs. Fe. Ut exaltarentur propter ueritatem, id est, ut gloriose triumpharent de hostibus, propter ueritatem tuam promissionis. In sancto suo. Fe. In sanctitate sua, id est, per seipsum pro-

misit. Moab lebes spei meae, id est, instrumentū est quod spero mihi seruiturum. Tunc deus sperat quando suos facit per uerbū suum sperare. Fe. Moab ab olla ab solutionis meae, id est, Moab lauabit mihi pedes, id est, sub pedibus meis ipse seruiet, hoc est, populo meo erit subditus. Mibi alienigenae, id est, Palestini subditi sunt. Fe. Super me Philistaea iubila, id est, cane mihi uictoriam. In uirtutibus nostris. Fe. Cum exercitibus nostris. Et uana salus hoīs. Fe. Quia uanitas est salus ab homine.

- Sichem.** Sichimam siue Sichem lege Gen. 34. Hec in monte Ephraim cum suburbaniis suis facta est una ciuitatum refugij, Iosue. 20. & 21. & ultimo, ubi & Conuallis tabernaculorum. **Conuallis tabernaculorum.** offa Ioseph quiescūt. Conuallis tabernaculorum est Hebraice Zuccoth, Gen. 33. Hec est iuxta Sichem, ut legis ibidē. Galaad terra est Galileae, ultra Iordanem, Gen. 31. ubi & dimidia tribus Manasses accepit possessionem cum Ephraim. **Galaad.** duabus tribubus Ruben & Gad, Num. 32. Deut. 3. Iosue. 13. Ephraim licet terra unius tribus sit, Iosue. 13. tamen decem tribus ita appellari ex Osee. 5. & demiceps notissimū est, uel q̄ ibi diuersor terrae, & dux post Moſen Iosue habitauerit in mōte Ephraim, ut legis Iosue. 19. Vel q̄ diuiso regno post mortem Salomonis, decem tribus contra deum susceperint regem Hieroboam, qui peccare fecit populum in uitalis aureis usq̄ ad captiuitatem Israelis, atq̄ hic erat ex tribu Ephraim. Vnde alibi in psalmo per opprobrium omnes Iudaei audiunt, Filij Ephraim intendentes, & mittentes arcum &c. Et rursum, Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim nō elegit. Vbi tamen agitur de eo, q̄ sanctificatio, quae antea fuerat in Silo in tribu Ephraim, ultra trecentos annos, & regnum quod illic fuerat in Saul, sunt ablata data tribui Iudae, & monti Sion. Hi etiam dicebantur regnū Israel, licet omnes Iudaei essent ex Israel siue Iacob. Reliquae autem duae tribus uocatae sunt regnum Iuda, & terra eorum proprie Iudaea. Vnde Ioan. 7. Post haec ambulabat Iesus in Galileam, non enim uolebat in Iudaeam ambulare, quia querebant eum Iudaei interficere. Et ut semel dicam, dicebatur Ephraim, licet nō omnes essent ex Ephraim, sicut Iudaei oēs dicuntur, licet non omnes sint ex tribu Iuda. Illi propter sanctificationem & cultum dei & regnū, quae prius habebāt, Hi propter eundē cultū & sanctificationem, & regnū illic à deo electū, erat enim in Hierusalē locus electus à deo, de quo Deut. 12. Erāt autē decē tribus fortis populus & multus. Idcirco hic dicitur Ephraim fortitudo capitis mei. i. regni mei, sicut & alibi in psalmo, Facta est Iudaea sanctificatio eius, Israel potestas eius. De Iuda hic dicitur, **Iudas rex.** Iudas rex meus, hoc est qd̄ supra ex psal. diximus, Sed elegit tribū Iuda, mō

tem Sion quem dilexit. Vnde est prophetia Iacob, Gen. 49. Non auferetur
 sceptrum &c. Porro Moabitæ sunt quidam Arabes sic dicti ex Moab filio Moabi
 Loth ex filia, Gen. 19.

Deus tu tradidisti nos in manus aduersariorum, qui olim misertus es no-
 bis, fecisti nostram terram trepidare à facie inimici, te precamur (quãdoquidẽ saluat non no-
 hoc solum nobis restat) sana vulnera terræ nostræ, quia trepidat, conforta
 corda nostra, ut in te confidentes perstemus. Omnibus malis exposuisti po-
 pulum tuum, potasti nos uino anxietatis & doloris ex calice iræ tuæ, Esa. 41.
 Sed tibi gratia, Tu dedisti illis qui timent te plusquã homines aduersarios,
 illis qui credunt tibi, signum, id est, uerbum tuum & promissionẽ tuam, quo
 signo exaltentur & triumphent de hostibus, propter ueritatẽ tuam, nõ pro-
 pter uires suas. Accirco secundũ illud signũ, salua nos per dexterã, id est, po-
 tentiã tuam, dum nostra nulla est. Signũ uero tuum õ deus est, q. locutus es in
 sanctitate tua, id est, in teipso qui mentiri nõ potes aut te ipsum negare, sic,
 inquã, locutus es, Cũ læticia populi mei distribuã ipsi Sichem & Zuccoth,
 Iã mea est terra Galaad, & terra Manassis, & terra Ephraim, ubi est fortis
 populus regni mei, & Iudas rex est, & gubernator populi mei. Hæc, inquã,
 iam mea sunt, quæ in populo meo, cui ista tradidi possideo, sed adhuc adijci-
 am regno meo superbissimos Moabitas, qui lætãtur super muros latericia-
 os, Esa. 16. & ingrediar ad Idumæos, & subijciam Palestinos oes. Ita est õ
 deus tua promissio, q. gentes, quæ persequuntur nos, subijciuntur nobis, & ue-
 niunt sub pedes nostros. Istud est signũ, cui credentes saluamur ab õibus malis.

Vides hic præmiũ fidei. Deus promittit, & tanta eius promissionẽ crea-
 ditam sequuntur, id quod sic dicitur Heb. 11. Sancti per fidẽ uicerunt regna,
 operati sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones &c. Quid enim talia ten-
 tassent, nisi deus in sanctitate sua eis locutus fuisset, ipse locutus est, illi crea-
 diderunt, atq; hæc est gloria dei in hominibus. Igitur õ deus, postq. tu re-
 pulisti nos, & non uis exire in prælium cũ exercitus nostris, uel fortitudi-
 nibus nostris, quis deducet me, ut possim uictor ingredi in ciuitatem munita-
 tam, id est, in ciuitates aduersariorum munitas (ut sit singulare pro plurali)
 aut quis deducet me usq; in Idumæam resistentem nobis? Certe nulla poterit
 tua neq; in cœlo neq; in terra, si tu deus non ades. Tu ergo da nobis auxiliũ
 ex tribulatione, quia uanitas est auxilium humanum, psal. 145. Nolite con-
 fidere in principibus &c. Per deum exercebimus robur & fortitudinem,
 ipsius uiribus non nostris, nihil erunt omnes aduersarij nostri.

Hic psalmus ut dei pmissione cõmẽdat, ita quoq; necessario rejicit omne

studium, & omnes vires humanas. ut neq; nostris uiribus, neq; nostræ iustitiæ aliquid tribuamus. Deut. 8. Ne dices in corde tuo, fortitudo mea &c. & ca. 9. Ne dicas in corde tuo, propter iustitiam meam &c.

PSALMVS LX.

Titulus. προσκέλευσις, super canticum Dauid.

SVMMA. Clamat ecclesia dei ab omnibus finibus terræ, ut saluetur ab angustia, quia spe firma scit se æternam possidere dei hereditatē per Christum regem æternum, de quo & in alijs psalmis supra dictum.

Exaudi deus deprecationem meam, intende orationi meæ. A finib⁹ terræ ad te clamaui, dum anxietaretur cor meū in petra exaltasti me. Deduxisti me quia factus es spes mea, turre fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula, protegar in tegmine alarum tuarū. Quoniam tu deus exaudisti orationes meas, dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum. Dies super dies regis adijcies, annos eius usq; in diem generationis & generationis. Permanebit in æternū in conspectu dei, misericordiam & ueritatē eius quis exquiret? Sic psalmum dicam nomini tuo in secula, ut reddam uota mea de die in diem.

Deduxisti me, in Heb. pertinet ad uersum precedentem. Felix sic, Dum angetur cor meū, in petram altiore me deduces me, id est, ad quā ego in luto submersus (psalmo. 39.) non possum meis uiribus ascendere.

Vota. Orationes meas. Felix, Vota mea, Et planē sic debetā transferre ē Græco quoq; nisi clarius esset latinis auribus, Exaudisti orationes meas, quā exaudisti uota mea, in sine tamen psalmi uota reliquimus. ut uideas hoc

psalmo, quod alibi de votis diximus, scilicet nota esse quam vulgo deuotio-
nem uocant, quis enim dubitat preces significari, quādo dicitur, Exaudisti
uota? aut quid aliud est in ultimo uersu, Sic psallam in eternū, ut quotidie
reddam uota mea, quā q̄ iugis laus mea non erit hypocritica laus, sed per
petuum grati cordis officium?

Misericordiam & ueritatem eius quis exquiret? significat non omnibus
dari, ut intelligant misericordiā & ueritatē dei, quæ per hunc regem eter-
num præstantur, Aut certe nemo exquiret talia suo ingenio, & accipiet su-
is uiribus, Ioan. 3. Non potest homo accipere quicquid, nisi fuerit ei datum de cœ-
lo. Fe. Misericordiam & ueritatem præpara, custodient illum, id quod dici-
tur ad deum, cuius est misericordiā præstare & ueritatē, id est, illud quod
promisit, hęc, inquit, custodient illum, scilicet regem, hoc est, regnum eius,
& quotquot in eo fuerint: quo significatur regnum Christi, regnum esse mi-
sericordiæ & ueritatis dei, quæ sola custodiunt & seruant nos deo in eter-
num per Christum.

Qui in petra se exaltatum, & quasi super solidum fundamentū positū, Regnum eter-
num in Christo.
ut iam tutus sit, gloriatur, significat profecto se ante in luto hæsiisse. Vnde
quod petram dicit, statim uocat turrin fortem tabernaculū dei & tegmen
alarum, de quibus omnibus alijs locis diximus. Gloriamur itaq; hic q̄ libera-
ti ab omnibus inferorum periculis, acceperimus hæreditatem dei à deo, nos
qui timemus nomen eius, id est, qui credimus & fidimus sola dei inuocatio-
ne nos saluandos, quippe qui constituit nos in regnum æternum, fecit enim
dies regis nostri & annos æternos, cuius regnum sit coram eo in æternum,
regnum misericordiæ & ueritatis, ut cantemus & grati simus deo in eter-
num, nihil enim aliud operum hoc regnum requirit, inuocando queritur,
gratias agendo possidetur. Itaq; in hoc psalmo, sicut habes æternum regē,
ita quoq; æternos cantores & sanctificatores nominis dei, ut non dubites,
de quo psalmum intelligas.

PSALMVS LXI.

Titulus. ὄρθοκῆλευσις super reduthun Psalmus David:

Reduthun Felix putat esse nomen musici instrumenti.

SVMMA. Hęc uox est plena fiducia sese proijcientis in deum, ubi ad-
uersarij irruunt, ut obruant uelut murus, qui subito cadens obruit incau-
tos. Omnia agunt mendacijs & blasphemia, ne pius exaltetur à deo, & mer-
cedem iustitiæ dei accipiat, quæ admodū impij fratres egerunt cōtra Ioseph,

Fiducia in
tentatione.

ne fieret eorū rex, & Saul contra Dauid. Sed iustus dicit, Verūtamē dēō subiecta esto anima mea &c. Aduersarios uero tantū abest ut timeat, aut timendos iudicet, is qui scit se esse in manu dei, ut & contemptissime eos uocet uanitatē, id est, nullius ponderis, qui tanta potentie fastu & diuitijs, quibus fidunt, tument. Et addit, Semel locutus est deus, id est, irreuocabile est dei uerbum & immutabile, quod dixit deus, impossibile est, ut non sit, uel non fiat, constans & æternum eēt dei uerbum, sic & Iob. 35. dicitur, Semel loquitur deus, & secūdo idipsum non repetit. Ego uero ex uerbis dei duo audiui, quæ uera credo (nam hoc est proprie audire à deo) scilicet potentiā dei & misericordiam, hanc in filios, illam in aduersarios exercebit.

Semel loquitur deus.

Duo audiui.

Nonne deo subiecta erit anima mea? apud ipsum enim salutare meū. Quia ipse deus meus & saluator meus, susceptor meus, ne mouear amplius. Usquequo irruitis in hominem, interficitis uniuersi uos, tanq̄ parieti inclinato & macerix depulsæ? Verūtamē precium meum cogitauerūt repellere, cucurri in siti, ore suo benedicebāt & corde suo maledicebāt. Verūtamē deo subiecta esto anima mea, quoniā apud ipsum patiētia mea. Quoniam ipse deus meus & saluator meus, susceptor meus, non emigrabo. In deo salutare meum & gloria mea, deus auxiliij mei & spes mea in deo est.

Nonne deo subiecta erit anima mea? Felix, Certe ad deū respicit anima mea, quasi dicat, Illi subiectus ero, ad eum respiciam, apud quem & in quo habeo omnia, & unde omnia mihi petenda, ut sequentia clare indicant. Sic quoq; reddi potest, Certe ad deum silet anima mea, uel silentio expectat.

Usquequo irruitis &c.

Usquequo uos aduersarij irruitis in hominē me? usquequo simul omnes interficenti studetis utri sanguinū, qui cupitis & animā & corpus perditū

Et vsquequo irruitis tanq̄ parieti inclinato & maceria impulsæ, ut cadat
 iam inclinatam & ad lapsum pronum me iudicatis tanq̄ parietem & mu-
 rum, qui non possit amplius stare, ut uobis sic irruendo certam promittatis
 uictoriam, sed ego in deo fixus non mouebor, non emigrabo, non mutabo
 stationē &c. Nisi sic acceperis, nihil sententiæ habebis ex isto uersu ex Græ-
 co translato. Apertior sed alia sententiā fuisse, si in nominatiuo legeres,
 Tanquā paries inclinat, & maceria depulsa. Id enim esset, Sic irruitis &
 interficere studeatis, quemadmodū irruit & occidit subito murus impulsus,
 qui iam dudum ante ruinam minatus est. Fe. Vsquequo cogitabitis prauita-
 tes, uel irruetis super uirum (occidimini omnes uos) si ut paries inclinat,
 maceries expulsa? Vbi si in parenthesi incluseris, Occidimini omnes uos, id
 est, ad uestram mortē & iudicium dei properatis, clara est sententiā. Chal-
 daica translatio interpretatur uerbū occidendi actiue, quemadmodū & nos
 legimus. Sic enim ait, Quousq; tumultu irruitis in uirum sanctū, & fecistis
 seruire uos omnes interfectioni, sicut murus declinat & maceria mala.

Verumtamen precium meum cogitauerunt repellere, id est, egerunt ne
 exaltarer à deo. Cucurri in siti, id est, sitiui ad deum, psal. 41. & 62. uel si-
 tiui eorum salutem, ut quandoq; confiterentur ueritatem, utiq; istud, Cu-
 curri in siti, exposueris, Hebræum aliter habet. Felix sic, Certe propter ex-
 altationem eius (scilicet hominis uel uiri in quem irruunt) inierunt consili-
 um, ut expellant, id est, ut efficiant ne exaltetur. Deinde quod legimus, Cu-
 curri in siti, sic Felix legit, Affectabunt mendacium. D. Martinus, Placebūt
 sibi in mendacio.

Deo subiecta esto. Fe. ad deū respice, uel ad deū sile uel silentio expecta.
 Patiētia mea. Fe. spes mea. Deus meus. Fe. Rupes mea. Deus auxiliij mei. Fe.
 Rupes fortitudinis meæ. Qui deū his appellationibus appellat, & credit
 se talē habere deū, nonne his oibus uiribus & iustitijs humanis nihil tribuit?
 Alienus est à deo qui talē non credit deum, qui uero talē credit, is nihil me-
 titur, ne possint praeualere irruentes, insidiæ illorū, qui omnia sancta uiden-
 tur profiteri, sed corde maledicunt, sentiunt enim suas iustitias aliquid esse
 &c. supra psal. 57. Si uere utiq; &c. In petra enim deo stabilitus non mo-
 uetur à recta sententiā, non emigrat à confessione iustitiæ &c.

Sperate in eum omnis congregatio populorum, ef-
 fundite coram eo corda uestra, quoniam deus ad

tor noster est. Verū tamen uani filij hominū, mendaces filij hominū, ut fraudem faciant in stateris, ipsi ex uanitate simul. Nolite sperare in iniustitia, & rapinam nolite concupiscere, diuitiæ si adfluant nolite cor apponere. Semel locutus est deus, duo hæc audiui, & potestas dei est, & tua dñe misericordia, quia tu reddes unicuique secundū opera sua.

Vanitas. Felix, Sperate in eo omni tempore, populi effundite coram eo cor uestrum, deus spes nostra. Certe uanitas filij Adam, mendacium filij uiri, in stateris, ut ascendant ipsi magis uanitate simul. Id est si cum uanitate ponderentur, ipsi omnes ascendent, id est, omnes simul minus ponderabunt, quā ipsa uanitas, hoc est, sunt sua uanitate ipsi uaniores. Ita exponit Felix in scholio addito. Legitur et sic ex Hebræo, In stateris, ut ascendant ipsi propter uanitatem simul, id est, si in libram conijciantur, nihil ponderabunt, qui nihil sunt. Id est, coram oculis dei nullius sunt ponderis. Quod nos legimus, Ut fraudem faciant in stateris, ipsi ex uanitate simul, significat ad hoc mendaces esse, ut decipiendo per hypocrisim, pondus habere uideantur, & sapientes esse & iusti, cum tamen ipsi uani sint, & ex uanitate, id est mendacio, simul omnes, qui nondum ad ueritatem dei peruenerunt, quemadmodū stateris fraudem facere solent, qui res uiles carius uendunt.

Nolite sperare etc. Felix, Nolite sperare in calumnia & rapina, nolite fieri uanitas, diuitiæ si etc.

Effundere coram eo corda uestra. Quia ego spero in deū, iccirco deus est salus, protectio & gloria mea: Sperate & omnes uos populi in eum, ut id sit uobis quod mihi, effundite coram eo corda uestra, id est, recto & aperto corde nullaque hypocrisi in conspectu eius agite, & omnē uestram necessitatē & tentationem ei inuocando manifestate, hoc est, omnia quæ uos in corde premunt ei committite, quoniam ipse adiutor noster est, uires & iustitiæ humanæ nihil proderunt. Sed carnali iudicio excæcati, qui dicuntur filij hominum, filij cæcæ Adæ, hanc meam prædicationem non admittent, quæ est prædicationis spei & fidei in deum, quia uani sunt & ipsa uanitas, mendaces & mendacium ipsum ad decipiendū

Mendaces uentres nō admittunt ueritatē dei.

decipiendum alios in stateris, quasi alicuius ponderis sint, qui sunt omnes ex uanitate, id est, nihil & nullius ponderis, ne obulum quidem ualent. Ita spiritus contemnit eos, qui suo iudicio magni sunt. Vos autem omnis congregatio populorum, sperate in deum, nolite sperare, ut mendaces filij hominum in iniustitia siue calumnia & rapina. Sperant in talibus, qui docent & doceri uolunt mendacia tradicionum humanarum contra iustitiam fidei dei, & non uerentur per calumniam condemnare innocentes, qui docent ut speremus in solo deo, ad hoc tantum ut rapinam sequantur, id est, sua lucra. Sicut dicunt Esa. 28. Posuimus mendacium spem nostram & mendacio protecti sumus. Isti colunt deum uentrem & auariciam, quae est idolorum seruitus. Quid aliud hodie impetit, siue clericos, siue laicos, ut uocant ab Euangelio sancto, quam quod nolunt sua iniusta lucra & ambitionem damnari, ut taceam de reliqua cupiditate & hypocrisis? Si tamen, inquit, benigna largiatur patris dei manus uobis diuitias dederit, si uliro adfluant, & non Diuitiae si adfluant. querantur iniquitate, sed iusto quem deus mandauit labore, nihil obsuerit, dei donum est, creatura bona est, sed nolite cor apponere, id est, in diuitijs sperare, quasi non posset etiam deus sine illis uobis prouidere, habete tanquam non habentes, ut Abraham habuit diuitias & filium Isaac, licet unice dilectum. Cor apposuit ille qui dixit, Anima mea habes multa bona in plurimos annos &c. Luc. 12. Ita quoque intellige de spiritualibus diuitijs, & donis spiritus & operibus pijs in proximum, si tibi adfluant, ut non in illis glorieris & confidas &c.

Scmel locutus &c. hoc supra interpretati sumus. Verum quod hic dicitur Secundum opus, Tu reddes unicuique secundum opera sua, obijciunt nobis, qui nihil fidei ratione habentes, dicunt nos non ex sola fide iustificari, cum tamen hic nihil aliud uult psalmus, quam quod deus retribuet persecutoribus, qui irruunt in hominem, & illis qui persecutionem patiuntur, quorum opus hic nullum uides quam spem in deum per totum psalmum. Praeterea non efficies quod opera iustificent, quia deus reddit secundum opera. Item scriptura de toto opere loquitur, quod fundamentum habet in corde, & prodit externo fructu. Nam hypocrisis operum illa ipsa scriptura ubique damnat, ut uides uel Esa. 1. Fides ergo facit bona opera, & infidelitas mala, etiam si sint in speciem optima, arbori debes quod fructus uel contemnitur, uel caro uenditur. Verum quia scriptura hominibus scripta est, qui corda iudicare non possunt, ideo a fructibus nobis sepe arborem depingit. Si tu fueris incredulus deo, id est mala arbor, non sperato te bonos fructus pariturum, non enim potes, nisi uelis

Christum facere mendacem, quam ergo mercedem sperabis tuis que sunt absq; fide operibus, nisi eternam damnationem.

PSALMVS LXII.

Titulus. Psalmus Dauid cum esset in deserto Iudæ.

Secessus iusti. I. Regum. 22. Dauid agit in saltu Arcith in terra Iuda. Sed & Christus in deserto Iudæ erat. 40. diebus. Christus est Dauid rex, cuius regni figura sua est illud regnū temporale, ut supra quandoq; diximus ex prophetis, Esaiæ, Osea, Ezechiele.

SYMMA. Vox est Christi siue cuiuscūq; fidelis (cuius caput est rex Christus) separantis se à tumultu aduersariorum, ut respirans liberius uacet deo & spiritu sancto reficiatur, ut supra psal. 54. dum interim illi quærunt occidere & corpus & animam, sicut factum est Dauidi à Saule, & Christo à tentatore diabolo persequentibusq; Iudæis, sed quod parant alijs uenit tandem super caput eorum, quia rex Christus & quicumq; Christi est, non terretur minis aduersariorum, sed gaudebit in deo protectore. Gloriam habebunt qui iurant per deum, id est constantissime siue firma fide amplectuntur dei ueritatem & deo tribuunt ueritatis honorem, Confundentur autem qui loquuntur mendacium, id est, contra dei ueritatem.

DEus deus meus, ad te de mane uigilo. Sitiuit te anima mea, multipliciter tibi caro mea. In terra deserta & inuia & inaquosa: sic in sancto apparui tibi ut uiderem uirtutem tuā & gloriam tuam. Quoniam melior est misericordia tua super uitas, labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in uita mea, in nomine tuo leuabo manus meas. Quasi ex adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labio exultationis laudabit os meum. Si memor eram tui super stratum meum & in matutinis meditabar in te, quia fuisti adiutor meus.

us. Et in tegmine alarum tuarum exultabo, adhæ-
sit anima mea post te, me autē suscepit dextera tua.

Multipliciter tibi caro mea. Fe. Concupiuit te caro mea, uel, Quā mul-
tipliciter te caro mea, scilicet sitiuit. ut intelligas nostrum, Multipliciter ti-
bi uel ad te, scilicet sitiuit caro mea. In terra &c. hoc pertinet ad praece-
dentem uersum, & clarior erit sentētia quare etiam caro sitiisse scribatur.
Fe. In terra solitudinis & sitibunda absq; aquis. Sequitur alius uersus, Sic in
sanctitate uidi te ut uiderem &c. Si memor &c. corrupte uulgo legunt,
Sic memor &c. Ex Hebræo quoq; potest legi, Si memor fui tui &c. & hūc
sensum habet, Si memor eram tui in loco nocturnæ quietis meæ (ut certe
eram) etiam in matutinis meditabar in te uel ad te, id est ne à te memoran-
do & meditando cessabam quidem aduentente luce. Solent enim carnalia
corda qui deum inuocabant in nocte tentationis, dei obliuisci ubi liberati-
onis lux eis affulserit. Clarus autem fuerit si legamus, ut Felix legit, Certe
memor fui tui &c.

Animus pius antea pressus malis & iam sentiens dei benignitatem sic ait, Respiratio pij
Deus qui es deus meus, id quod experior in omni tentatione, etiam quan-
do uideor à te derelictus, iam mane exorientis tuæ consolationis, quando
sentio nihil minus te cogitasse in tentatione mea quàm cogitationes turba-
tionis, qui semper cogitas cogitationes pacis, uigilo ad te grato corde. Ani-
ma mea desyderauit te, & multipliciter caro mea, quia multis malis oppres-
sa uoluit liberari & spiritu tracta omnibusq; desperatis non potuit aliud
uidere auxilium. hæc scilicet est caro mortificata quæ alioqui est ignorans
dei. Itcirco additur ubi anima & caro desiderarit deum, In terra, inquit,
deserta, quā mundus deserit, inuia, quam mundus non ambulat, in aquosa
quæ absq; fructu & arida uidetur. Hæ sunt formæ crucis in quibus mun-
dus nos contemnit, sed in quibus uidemus deum. Vnde additur, Sic in san-
ctitate, non quam ego tibi comparauit, sed qua tu me sanctificasti, reddita
post tenebras noctis luce, uidi te, qui antea in tenebris tentationis abscon-
debaris à me, ut ita cognoscerem admirabilem tuæ liberationis potentiam
& gloriam tuam qua tuos etiam mundo abiectissimos glorificas, quæ sine
tentatione & cruce nunq̄ cognosci & uideri possunt. Videtur quidem ten-
tatio & crux amara & certe est, Hebræo. 12. sed nunc experientia doctus
scio q̄ melior est misericordia tua (qua tuos protegis & curas) super om-
nes uitas, ut maxime unus plures quàm unam uitam haberet, tamen omnes

Situat.

Misericordia
melior &c.

Labia mea. pro hac misericordia par esset expendere. Ego uero quia nihil aliud possum pro hac misericordia laudabo te, gratias tibi agam, sanctificabo nomen tuum per totam uitam meam, & inuocando nomen sanctum tuum, leuabo in oratione manus meas ad te, cum rursus tentatio mihi aduenerit, fiduciam enim habeo, q̄ proculdubio semper liberabis, qui nunc liberaisti, uerum **Q**uasi ex hoc ipsum, ut possim semper esse gratus, & sanctificare nomen tuum & in adipe. uocare in tentatione, non possum ex me. Idcirco obsecro, ut anima mea intus repleatur gratia & dulcedine tui spiritus, sicut corpus solet repleri, uelletumq; fieri adipe panis, & pinguedine carnis, tunc labio nō hypocrítico, sed exultationis spiritualis laudabit & sanctificabit te os meum. Ego memor eram tui in nocte, quando tentabar, & in matutinis quando redisti consolatio, quia fuisti adiutor meus. Et posthac gaudebo tutus sub alis tuis, quia anima mea iam est experta dexteram auxilij tui, postq̄ sitiuit te, cucurrit post te &c. sic & Esa. 26. In semita iudiciorum tuorum domine sustinui te, nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio anime. Anima mea desiderauit te in nocte, & in spiritu meo in precordijs meis de mane uigilabo ad te.

Ipsi uero in uanum quæsierunt animam meam, introibūt in infima terræ, tradentur in manus gladij partes uulpium erunt. Rex autē lætabitur in deo, laudabitur omnis iurans in eo, quia obstructū est os loquentium iniusta.

Felix, Et ipsi ad deuastationem quærent animam meam. Tradentur in manus gladij. Sententia est optime reddita. Fe. Distrabant illum super gladium. Hoc non intelliges, nisi scieris scripturæ tropos, Primum, Distrabant, non pertinet ad illos, de quibus dixit, Introibunt in infima terræ sed potius ad aduersarios illorum, Deinde q̄ dicitur illum, subita est mutatio numeri, de quo hebraismo sepe diximus. ut sit sententia, illum aduersarium meum, qui quærit animam meam, qui introibit in infima terræ distrabant aduersarij sui super gladium. Iniusta. Fe. falsum.

Uridet deus ueritatis inimicos.

Hæc ostendunt omnem aduersariorum pietatis conatum irritum fore, qui descendunt ad infimos in mortem æternam, tradentur in manus hosti-

les, in gladium quem ueritatis professoribus intentauerunt, ut gladio pereant qui gladium uel acceperunt uel optauerunt. Hic uidebunt quid possit brachium seculare, quod relicto deo, relicta ueritate, inuocauerunt. Partes erunt uulpium, id est callidorum & sapientum huius mundi & astuti Sata ne, illi diripient quod timebatur perdendum, dum consultabatur, Ne forte ueniant Romani & tollant locum nostrum & gentem, hic autem faciet eos ruere de scelere in scelus, & comouebit ipsorum linguam ad contradicendum ueritati, ut semetipsos suumque regnum destruant, donec eos penitus absorbeat. Rex autem qui querebatur ad mortem ne regnaret, ne ueritati testimonium perhiberet gaudebit, securus in deo, patre iustorum. Et laudabitur & gloriam habebit a deo quisquis iurat in deo, id est quisquis ratam ei tribuit ueritatem, id quod iuramenti ratio postulat, Deut. 10. Per nomen illius iurabis, id est nulli nomini, neque in caelo neque in terra ueritatem tribuito nisi nomini domini. Itaque antithesi additur, Quonia obstructum & confusum est os loquentium iniqua & mendacium. In quo clare ostenditur qui fuerint aduersarij.

PSALMVS LXIII.

Titulus. προσκέλευσις Psalmus Dauid.

SUMMA. Christus siue Christianus peti se erui non solum ab inimicis, sed multo maxime (quod in primis necessarium uel hodie uidemus) a timore inimicorum, id est ne timeat inimicos, qui conuentu & tumultu & consilio neis agunt, ut sagittent in occultis immaculatum, id est innocentem Christum & quemlibet Christi confessorem. In occultis, inquam, uel ut trahant calidè a deo, uel ut etiam si coram hominibus persequatur & occidant corpus, tamen iuste & secundum deum agere uideantur. quemadmodum de Christo scriptum est Esa. 53. Et cum sceleratis reputatus est. Vnde additur, Subito, permittente deo, dum est potestas tenebrarum sagittabunt eum, firmabunt sibi sermonem malignum, diuites, Hic est seductor, hic destruit legem, hic prohibet tributa dari Caesari, agit contra traditiones maiorum, hic omnem dei cultum euacuat, hic est hereticus. Narrabunt inter sese, ut hos laqueos astute occultent, ne uel ille immaculatus presentiscat, uel alij malignitate eorum intelligant, ut non nisi sancte uideantur agere dum seruiunt suis cupiditatibus. Dixerunt enim, quis uidebit laqueos nostros? Scrutabuntur contra immaculatum iniquitates, quid enim aliud ageret in illis consilijs, ut supra dictum est. Sed in tempore suo deus conuertet nequitiam eorum in caput ipsorum, ita ut runt eos &c.

In occultis.

Sermo malignus.

Laquei absconditi.

Conturbati sunt qui uide-

eiam terreantur qui uiderint eorum uindictam dicentes, q. nemo nisi deus sic percussit eos & reuelauerit eorū iniquitatem. Id quod contigisse Iudaeis, Iosephi testatur historia, ut nō dubitemus id ipsum fore reliquis Euangelijs persecutoribus. Sunt enim quæ uidimus & in ueteris & noui testamenti alijsq; probatis historijs cōfirmatio nostræ fidei & fiducia in deū. Vnde sequitur, *Lætabitur iustus in domino &c. sicut & psal. 57. Lætabitur iustus cum uiderit uindictam &c.*

EXaudi deus uocē meam dum oro ad te, a timore inimici eripe animā meā. Protege me a conuentu malignantiū, a multitudine operantiū iniquitatē. Qui exacuerunt ut gladiū linguas suas, intenderūt arcū suum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatū. Subito sagittabūt eum & nō timebunt, firmauerunt sibi sermonem nequā. Narrauerunt ut absconderent laqueos, dixerunt, quis uidebit eos? Scrutati sunt iniquitatem, defecerunt scrutantes scrutationes. Accedet homo & cor profundum, & exaltabitur deus. Sagitta paruulorum factæ sunt plagæ eorū, & infirmatæ sunt contra eos linguæ ipsorum. Conturbati sunt oēs qui uidebāt eos, & timuit omnis homo. Et annūciauerūt opera dei, & facta eius intellexerunt. Lætabitur iustus in dño & sperabit in eū, & laudabūt oēs recti corde.

Insidiæ in uerbi professorē.

A conuentu. Fe. A secreto. i. cōsilio quod incunt cōtra me, fac ne efficiant quod cōtra me consultant. Quis nō uidet hic descriptos blasphemos & ueritatis aduersarios? Acutas linguas habēt, ut gladiū, intendunt arcū, sed

ut sagittæ immaculatæ i. credētē, ut dixi psal. 14. in oculis. Arcū esse in-
 fidias quis dubitat? Subito sagittabūt eū & nō timebūt. i. nō uerebuntur sta-
 tim tentare quod cōsultauerūt, agent cōtra conscientiā, non timebunt deū,
 mē dacia sibi pposuerūt uelut fundamentū contra ueritatis, p̄f̄s̄s̄orē, Omne
 consiliū eorū fuit, ut absconderēt laqueos ne deprehēderetur nequitia san-
 ctissimorū hoīm. Scrutati sunt iniquitatē, ut se3 possent cōtra me aliquid in-
 quitatis inuenire, ut uel in speciem me iuste accusarent, sed defecerūt scrutā-
 tes scrutationes. i. nō potuerūt inuenire crimē in immaculato, licet multum Defecerunt
 scrutantes.
 scrutarentur, id quod dicitur ad maiorē ip̄sorū condemnationē, q̄ se3 etiā
 suo ip̄sorū iudicio cōdemnauerūt innocentē, sicut Euāgelistæ scribunt, nō
 inuenisse Iud. eos sufficiētia testimōia cōtra Iesum, cū etiā multi falsi testis
 accessissent. Potes quoq; intelligere, Defecerūt. i. perierūt, & sui dānationē
 quaesierūt suis cōtra immaculatū consilijs. Exc. ecātur enim magis impij dū
 scrutātur contra immaculatū, maxime si etiā scripturas ei apponere tenta-
 uerint quas uere nō habēt, clamāt tantū, Nos legē habemus, & secundū le-
 gem debet mori. Atq; hic sensus non male cohæret quoq; cum sequentibus.

Aædet hō & cor altū. Aædet hō impius & aædet quoq; cor profun- Profundū cor
 dū. i. Aædet hō ad scrutandū, ad per dendū, aædet, inquam, cū profundo
 corde. i. in quo abscondit dolosa cōsilia, sicut dixit Hiere. ca. 17. Prauū est cor
 hoīs & in scrutabile, & quis scrutabitur illud? sed addit, Ego dominus ser-
 uans cor & probās renes qui do unicuiq; iuxta uiam suā & iuxta fructum
 adinuentiōnū suarū. Id quod & habēt quæ hic sequūtur, Et exaltabitur, in-
 quit, deus. Tūc solet exaltari deus. i. suā mūdo manifestare potentiā, quā do Exaltatur de-
 aædet hō, & cor altū. i. quādo suis stultis & subdolis cōsilijs & prudentia us ostendēs po-
 carnis pugnaturus uidetur etiā cōtra ipsam dei ueritatē. i. deū, deo namq; tentiam.
 fit quod eius fit cōfessoribus, cui procul dubio fiebat quod fiebat Christo. Sic
 glorificatus est deus in Pharaone, sic in Iudæis Christi occisoribus. Timeant
 ergo sibi Euangely hostes tum maxime cū aliquid posse uidētur. Vanitas est
 oīs potentia & sapientia mundi quādo nititur cōtra illa quæ dei sunt. Imō
 deus eos exaltat. i. audaces facit & potentes, ut magna audeant, quo graui-
 us eos in sui nominis gloriā deiciat. In hoc ipsum (ait ad Pharaonē) excita-
 ui te, ut ostendā in te uirtutē meam, ut annuncietur nomen meū in uniuersa
 terra. Sic Ecclesiastici. 37. scribitur, Extolle aduersarium & adstige inimi-
 cum &c. Sequitur, Sagitta paruulorū factæ sunt plaga eorū. In quo uiden-
 tur aduersarij, quorū conatus cōparantur paruulorū sagittis, quæ ad occi-
 dendum alios inefficaces sunt & sepe reuertuntur in capita & in oculos uulorum.

ipforum parvulorū qui eas iaculati sunt. Et lingua quoq; eorum quas acceperunt, ut gladium relapse sunt cōtra ipsos. Clamauerūt enim, Regē non habemus nisi Casarē, & hic uastauit eos. Sanguis eius super nos & sup filios nostros. ut ueniat, inquit, sup uos omnis sanguis iustus &c. Ne forte ueniat Romani &c. & certe uenerunt occiso Christo, sed iam regnante. Ita & hodie suo se gladio iugulāt, quando quicquid cōtradiciunt ueritati deprehenduntur cæci illi contra se dixisse &c. Hi omnes accipiēt suum iudiciū ita horrēde, ut terreantur qui uiderint & dicant, ista sunt opera dei & facta, quæ homo in tales nō potuisset ne excogitare qui dē. sed tunc letabitur iustus, id est, qui credit deo, qui nunc cogitur blasphemias audire, & sperabit in deo, tunc erit ei laus à deo qui fuerit recto non hypocritio corde.

Conturbati
&c.

Aduerte q; ab eo loco ubi legimus, Scrutati sunt iniquitatem &c. paulo aliter ex Hebræo legitur. Felix sic legit, Scrutabuntur ocaisiones, perfecerunt scrutinium inuestigatum, & interius uiri & profundum cor. Et sagittauit illos deus sagitta repente, fuerunt uulnera sibi. Et fecerunt corruiere super se linguam suam, cōmouebuntur omnem respicientes ipsos. Et uidebunt omnes homines & narrabunt opus dei, quoniā opera eius intellexerunt &c. Sic intellige, Querent ocaisiones contra immaculatū, secuti sunt & perficere conati sunt consilia concepta & quod quisq; intus habeat in profundo corde uel in abscondito cordis: sed insperato uenit super eos sagitta dei, sibiipsis fuerunt exilio, contra se locuti sunt. Timebunt hoc iudicium quotquot uiderint, dicentes, istud non manus hominum, sed deus factus, nulla potentia humana hoc potuisset, nulla sapientia tentasset &c. Mibi ergo uindictam dicit dominus, & ego retribuam &c.

PSALMVS LXIII.

Titulus. πρὸς κλέους. Psalmus Dauid canticum.

SUMMA. De noua Sion siue Hierusalem prædicit spiritus in propheta, de qua & Esa. 33. Oculi tui uidebunt Hierusalem habitationem opulentam, tabernaculū quod nequaquā transferri potest, nec auferentur clauis eius in sempiternū &c. Hæc est ecclesia Christi in qua sola laudatur deus, unde ait, Te decet &c. In qua sola post misere uexatas conscientias est remissio peccatorū, unde ait, Verba iniquorū &c. Ad hæc atria, ad hanc domū dei & templū dei sanctū ueniet omnis caro, id est, hoīes ex omni natione quæ sub cælo est, non solū ex iudæis, & habitabunt cū deo quos ipse elegit & spes omnium, assumpsit. Futurus est enim non solū iudæorū, sed spes omnium terrarū &

Noua Hierusalem.

insularū, ut & Esa. ult. dicitur, Et mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes in mare &c. De hac Sion & domo domini, Esa. 1. Erit in nouissimis diebus preparatus mons &c. Cur nunc enim non speremus, cur timeamus, cū ipse sit factus spes nostra qui oīa potest, qui sua potētia stabiliiuit mōtes, sed dat fluctus, sed atq; multitudinē & tumultum populorum. Quem timebūt omnes si uis terrae propter signa & portenta stupēda per Christum & per spiritū dei facta, inter quae precipuum est quod carni minus apparet, cordium scilicet per Euangelium illuminatio & trāsmutatio. Domine tu delectabis uel cantare facies, id est magnificare & sanctificare nomen tuum, exitus matutini, id est orientē, & exitus uesperae, id est occidentē. Quis enim dubitat egressiones matutini esse in oriente, & egressiones uesperae esse in occidente? Hoc est delectabis uel cantare facies illos qui sunt ab oriente & illos qui sunt ab occidente, id est, ut antea dixit, qui habitāt terminos & in oībus finibus terrae & in mari siue insulis longe, sicut Matth. 8. Venient ab oriente & occidente, & recūbent cū Abraham, Isaac & Iacob in regno caelorum, filij autē &c. Et Esa. 45. Noli timere, quia ego tecū sum. Ab oriente adducā semen tuū, & ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni, da, & austro, noli prohibere. Asser filios meos de longinquo, & filios meos ab extremitate terrae. Et omnē qui inuocat nomen meū, in gloriam meā creauī eum, formauī eū & feci eū. Educ foras populū caecū & oculos habentē, surdum & aures ei sunt. Sequitur, Visitaſti terrā &c. Hae est gratia Euāgelica & effusio spiritus dei super omnē carnē, Ioelis. 2. unde fluunt aquae uiuae, Io. 7. ut terra nostra proferat multiplicia germina gratiarū seminata semine siue frumento uerbi dei à deo parato. Hic est annus fertilis & annus benignitatis dei cui benedixit dominus, de quo Christus Esa. 61. Vt predicarem, inquit, annū placibilem dño &c. in quo facta sunt oībus Christi pasqua uerberima, de his cū alijs, tum Esa. 35. lege. Letabitur, inquit, deserta & inuīa.

A signis.

Exitus matutini & uesperae.

Visitaſti terrā & feciſtaſti.

TE decet hymnus deus in Sion, & tibi redetur uotū in Hierusalē. Exaudi orationē meā, ad te omnis caro ueniet. Verba iniquorū praeualuerunt super nos, & impietatibus nostris tu propiciaberis. Beatus quē elegisti & assumpsisti, inhabitabit in atrijs tuis. Implebimur in bonis domus

ruæ, sanctum est templū tuum, mirabile in iustitia. Exaudi nos deus salutaris noster, spes omniū finīū terræ & in mari longe. Præparans montes in uirtute sua, accinctus potentia, conturbans profundum maris, sonos fluctuum eius quis sustinebit? Turbantur gentes, & timebūt qui habitant terminos a signis tuis, exitus matutini & uesperæ delectabis.

In Hierusalē, non est in Hebræo, sed additū est à Græcis. Verba iniquorum. Fe. Verba delictorum, id est blasphemæ & insanæ doctrinæ, abduxerunt nos à te, & potentes factæ sunt super nos, ligantes cōscientias nostras quia ex eis credidimus. Mirabile in iustitia, Exaudi nos deus &c. Fe. Terribiliter cum iustitia respōdebis nobis uel exaudies nos, id est sic exaudies nos dando nobis iustitiam, ut terreātur & admirentur alij, tanta gratia & uerbi & cōuersationis operūmq; bonorū erga proximū nos uidentes esse donatos. Conturbans profundum maris, sonus fluctuum eius, turbabuntur gentes. Hæc Felix sic, Compescens fremitum marium, murmur undarū eorum & multitudinem populorum. Verum idem deus est qui conturbat (quod nos legimus) & qui sedat (qd' ex Hebræo legitur) Quod uero Græci addūt, Quis sustinebit? intelligunt tales motus excitare deum quos nemo ferre potest, nisi ipse adfueris. Verum hoc ipsum non est in Hebræo, & idcirco potius à nobis est negligendum.

Novus populus sanctificator dei.

Vera laus dei, & uera uoti redditiō (de quo alijs satis) est in ecclesia sanctorum, hæc laus & uotum siue, ut uulgo uocant, deuotio est oratio & gratiarum actio pij cordis, quia additur, Exaudi deus orationem meam, hymnum & uotum meum (supra psal. 60.) ad te in Sion omnis caro ueniet. Hac fide uenturi Christi & reuelandæ gratiæ uides orasse ueteres, nos quoq; sic orare debemus, ut neminem à salute excludamus, quin & bene speremus de inimicis nostris, nisi excæcata blasphemia contra cōscientiā agere deprehendantur, dum persequuntur ueritatem, hos iudicio dei relinquamus. Sic sancti olim bene sperabant de gentibus &c. Sequitur, Verba iniquorū &c. Id est hæcenus uexatæ sunt nostræ cōscientiæ à seductoribus & peruersis doctoribus & adhuc hodie torquemur in animis propter blas

phemia eorum, sed tu deus impietatibus & incredulitati totius uitae nostrae (qui hactenus uel manifesti peccatores fuimus, uel in iustitijs nostris hypocrite uiximus) propicius eris. **Beatus.** Beatus nemo est suo studio, suis uiribus, suis iustitijs, sed beatus quem tu elegisti ab aeterno, & assumpsisti ex incredulitate & impietate in tempore tibi placito, Ro. 8. Nam quos nouit etiā praedestinauit &c. uide Ephesio 1. Ille beatus habitabit in Sion, in tabernaculo tuo. Ibi nos quos elegisti & assumpsisti replebimur bonis quae sunt in Sion, in domo tua, quae nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascenderunt, quae sunt pax conscientiarum, leticia & gaudium in spiritu sancto de donato peccato, de accepta hereditate dei aeterna &c. Sanctum est hoc templum tuum in quo tu sanctus inhabitans omnia sanctificas, Mirabile quoque est in iustitia, ubi iustitia quae est per fidem suum regnum mirabiliter consecuta est, Exaudi itaque nos qui es saluator noster, nihil enim aliud nouimus in quo nos oporteat saluos fieri, qui es spes omnium hominum usque ad fines terrae. Non enim est alia spes nisi falsa quorumcumque hominum siue Iudeorum siue gentium. Deus est qui praeparat montes per fortitudinē suam, circumcinctus potentia sua, qui conturbat profundum maris & flumines. **Præparans** Etus eius, qui quoque conturbat & commouet gentes in bellum, in seditionem, in persecutionem piorum, & is est qui rursus omnia sedat & compescit, quia omnia in manu ipsius sunt, non in hominum potestate, Erigit montes superbos, & rursus suo fulmine deiicit, quemadmodū diximus psalmo superiore Turbam concitat in mari huius mundi & furere facit populum, & rursus furorem comprimit. Atque haec metaphora exponitur per hoc quod addidit, Turbantur gentes. atque hic est finis uersus in Hebræo. Sequitur, Timebunt qui habitant &c. uide quae supra diximus. **Exitus &c.** Non ignoro quam uaria quidam interpretentur de exitibus matutini & uesperae, sed interpretari sic oportere non probant. Praeterea quidam etiam ad fabulas deflectunt. Ego uero supra simplicissime dixi id quod res est, si habes meliora non inuido.

Visitasti terram & inebriasti eam, multiplicasti ut dices eam. Flumē dei repletū est aquis, parasti cibū eorū, quia ita est praeparatio. Sulcos eius inebria, multiplica genimina eius, in stillicidijs eius lætabi

tur exoriens. Benedices coronæ anni benignitatis
 tuæ, & campi tui replebuntur ubertate. Pinguescēt
 speciosa deserti, & exultatione colles accingentur.
 Induti sunt arietes ouium, & ualles multiplicabunt
 frumentum, clamabunt & hymnum dicent.

Cibum eorū, id est hominum. Felix, Frumentū eorum. Quia ita est præ-
 paratio, id est sic oportet per te preparari oīa, nostra preparatio nulla est,
 nulla est nostra sollicitudo ad uictum etiam corporis ne dicam ad uictum
 æternum. Felix, Quando sic preparabis eam, scilicet terram. Multipli-
 ca genimina eius, in stillicidijs eius letabitur exoriens. Benedices &c. Felix
 sic, Aequa cumulos eius, imbribus lubricā eam redde, germini eius benedi-
 ces. Coronasti annū bonitatis tuæ, & uestigia tua stillabunt pinguedinē. Stil-
 labunt habitacula deserti, & exultatione colles accingentur. Vestient pla-
 nities pecora & ualles operientur frumento, iubilabunt atq; canent. Vides
 q; propheta agricolā faciat deum sine cuius agricolatione irritus est omnis
 Agricola deus labor humanus. Verū ista esse metaphorica supra indicauimus ex scripturis.
 Annū enim benedictione dei fertilē describit quod est tempus reuelatæ
 gratiæ Christianæ, de qua & infra psal. 56. Terra dedit fructum suum, ubi
 confessionem dei describit in gentibus & in omnibus populis. Ait autem sic,

Visitasti terram nostrā & aquis spiritus dei fecundasti eam, multiplici-
 Annus fertilis ter egisti (quæ tua est bonitas) ut facias eam diuitem fructu salutis. Flumen
 benedictione dei (hoc clare indicat metaphoram esse) repletum est aquis tuis, ut haurias
 dei p̄ Christū. mus spiritum ad irrigandam terrā nostram. Tu parasti hominibus cibū uel
 frumētū, id est uerbū spiritus, alioqui preparatio humana nulla est, tu præ-
 uenis tuo spiritu, alioqui quādo pareret fructum terra nostra? Tu inebria-
 tuo spiritu sulcos eius aratos lege & cognitione peccati, id est mortificat-
 tione, Multiplica genimina eius, uel æqua cumulos eius, aufer si quid adhuc
 inæquale est & timidum sensu nostro. In stillicidijs eius ubi tuæ stillæ super
 eā cadēt letabitur qui exoritur è terra, ut fructus bonus sentiens imbrē cœ-
 lestē. Benedices coronæ. i. circulo uel gloriæ anni, id est ipis tuæ fertilitat-
 tis, oīa proueniēt tua benedictione. Vel coronasti. i. circū dedisti uel ornatu
 regio decorasti annū tuæ benedictionis. Et uestigia tua stillabunt dulcedine, id
 est quocūq; tu & ubicūq; ieris in agro nostro pinguedo, dulcedo gratiæ &c.

miseri cordie tue proueniet etiam in deserto gentiũ & peccatorũ, & colles exultatione fertilitatis frumenti & uini uestientur, & pecora uestient planities, id est prata. hoc est ita pecora abundabunt ut pratum præ eis uideri nequeat, abundabunt oves Christi & animalia quæ pascit hic pastor & agricola. uel induti sunt arietes ouium scilicet exultatione. Arietes sunt prædicatores, duces gregis dominici, qui sine dei benedictione non dantur nobis, & ualles in quas fluit aqua spiritus dei, quæ suscipiunt uerbũ dei ab alijs prædicatum, abundabunt frumento, id est eodem uerbo. Iubilabunt & deo canent in Sion & Hierusalẽ, in templo & atrijs dei ubi decet hymnus deũ & uotum.

PSALMVS LXV.

Titulus. προσκλήσεις Canticum psalmi.

SUMMA. Apertis uerbis immitatur populus gentium ad laudẽ dei, id est, ut sanctifices nomen domini qui mirabilia facit, modo sinamus eum operari & non nos operemur nostræ uoluntatis opera, qui per crucem & multas tribulationes nos exaltat & fortes facit in suo regno.

Iubilate domino omnis terra, psallite nomini eius, date gloriã in laude eius. Dicite deo, quoniam terribilia sunt opera tua, in multitudine uirtutis tuæ, mentientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te & psallat tibi, psallat nomini tuo altissime. Venite & uideate opa dei, terribilis in consilijs super filios hominũ. Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede, ibi lætabimur in ipso. Qui dominatur in uirtute sua seculo, oculi eius super gentes respiciunt, qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

Felix, Iubilare deo omnis terra, psallite gloriæ nominis eius, ponite gloriâ laudem eius. De iubilo alibi diximus. Terribilis in consilijs. **Felix**, Terribilis opere uel studio, sed idem significatur. In flumine pertransibunt pede. **Clarius**. Fe. Per flumen transibunt pede. **Qui exasperant** & c. Fe. Rebelles non exaltabuntur in semetipsis. **Altissime non est** in Heb.

Gentes credūt. Respexit propheta in tempora reuelati Euangelij, quâdo suscepta sunt gentes, id est peccatores, publicani & meretrices non solum ex Iudæis, sed etiam ex omni hominum natione, dicens, Iubilare deo nō solum Iudæa, sed & omnis terra. Iubilare corde, id est ex fide, psallite ore, ut glorificetur ab hominibus nomen sanctum eius. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autē confessio fit ad salutē. Date gloriam in laude eius, id est, uidete ut laus eius qua laudatis eum sit gloria, sit glorificatio & sanctificatio nominis eius & **Opera dei.** prædicatio beneficiorum eius, id quod ita sequitur, Dicite deo, quâ terrâ bilia & nobis incōprehensa sunt opera tua siue creationis siue recreationis, in multitudine uel secundū multitudinem uirtutis siue potentie tue quâ efficit omnia. Tantummodo pium & fidele cor ita dicit deo, ita admiratur dei potentiam, qua omnia suo uerbo increato & condidit & conseruat atq; disponit & in omnibus adhuc agit, quâq; omnia eodem uerbo incarnato instaurauit, educens gentes è tenebris & umbra mortis in regnum claritatis filij sui. Et cur non ita diceret & admiraretur qui habet testimonium spiritus dei in se operantis?

Laudes hypocritarum.

Mentientur tibi inimici tui. Hoc adiectum est ut intelligamus hinc hypocriticam laudem exclusam. Non enim omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum coelorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in coelis est. Voluntatem dei nemo facit, nisi qui credit. Beatus qui intelligit quid sit credere. Hæc est uoluntas patris mei qui in coelis est, ut credatis in eum quem ille misit. Ait igitur, Inimici tui, id est increduli, in primis Iudæi, de quibus in parabola Euangelica dicitur, Ciues autē eius oderunt eum & c. Deinde & alij impij iustitiarj hypocritæ & uerbi dei persecutores & cōtemptores mentientur tibi, ut maxime corâ hominibus tibi iubilare, psallere & confiteri uideantur. De quibus & hoc quoq; additum est, **Qui exasperant**, id est rebelles sunt diuinæ ueritati, sua solum consilia & studia siue adinventiones sequentes, ut illi de quibus Dent. 1. Amaricastis os dei nostri & murmurastis & c. Et rursum, **Tumētes superbia ascendistis in montem** & c. Non exaltentur in semetipsis, ut maxime querant per se ipsos, id est suis uiribus & sua iustitia exaltari. Habent hic suam contra se sen-

gentiam nostri iusticiarij qui rebelles uerbo dei humana somnia sequuntur, ut per se metipfos iustificentur. Rom. 9. Gentes quæ non sectabantur iusticiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est. Israel uero sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare: quia non ex fide, sed quasi ex operibus &c.

Omnis terra adoret te in spiritu & ueritate, & psallat tibi confessione nominis tui. Venite o omnis terra, id est accedite fide & intelligite opera dei quæ ipse operatur in nobis, ut non respiciatis in opera uestra, ut hypocritæ. Terribilis est deus & admirabilis suis operibus & consilijs, qui contemptores iusto iudicio abijcit, qui nolunt exaltari in semetipsis, & sua peccata agnoscentes mirabiliter suo uerbo illuminat & saluat. Ita & alibi, Vacate & uidete quod ego sum deus, exaltabor in gentibus & exaltabor in terra. Qui deus ut olim populum suum per mare rubrum sicco traduxit uestigio, ita nunc quoque per mare turbidum huius mundi nullius impedientibus fluctibus populum credentem in terram promissam traducit. Vides itaque qualiter cum spiritualia describit scriptura alludat ad illa quæ olim foris & uisibiliter exhibita sunt, ut supra quandoque indicauius. Omnia enim, ait Paulus, in figura contingebant illis. Ibi, inquit, id est in traductione, deo ducente, letabimur in ipso deo. Hæc est læticia quæ enim per mortem transit ad uitam. Qui uero hic transitus sit, declarat Paulus. 1. Cor. 10. nempe quod & nos baptisamur per mare & nubem, id est aquam & spiritum sanctum, Io. 3. Letabimur, inquit, in deo non tristes coram deo incedemus affligentes nos nostris iusticijs, ut hypocritæ, Malach. 3. qui deus dominatur per potentiam suam seculo, id est omnibus mundi creatis, id est in cuius manu sunt omnia, quod soli credentes norunt, iccirco & se tutos in deo confidunt. Cuius oculi super gentes respiciunt, id est super peccatores & publicanos, ut eorum conscientias suo uerbo liberet, cæterum rebelles, ut supra diximus, abijcit, secundum illud Esurientes impleuit bonis & diuites dimisit inanes.

Gentibus inno-
uata uetera mi-
racula.

Benedicite gentes deum nostrum, & auditam facite uocem laudis eius. Qui posuit animam meam in uitam, & non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniã probasti nos deus, igne examinasti, sicut
 examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum,
 posuisti tribulatiões super dorsum nostrum: impo-
 suisti homines super capita nostra. Transiuimus
 per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigeriũ.
 Introibo in domum tuam in holocaustis, reddam
 tibi uota mea quæ distinxerunt labia mea. Et locu-
 tum est os meum in tribulatione mea. Holocausta
 medullata offeram tibi cum incenso & arietibus,
 offeram tibi boues cum hircis.

*Deducit ad in-
 feros & red-
 cit.* Refrigerium. sc. Abundantiam uel terram spaciosam, ut psal. 17. *Eduxit
 me in latitudinem. Alludit ad id quod per mare rubrum & angustias mor-
 tis, quæ illic fuerunt, duxit dominus in latum campum, hostibus non solum
 non præmentibus, sed etiam submersis. Verũ hic & per ignem & per aquã
 se traductos gloriantur.*

*Sic ait propheta cum suis Iudæis, Relinquitte gentes idola uestra quæ ni-
 hil inuare possunt, & glorificate deum nostrum qui nobis succurrit in om-
 ni necessitate, redimit animas nostras à morte & non permittit nos labi,
 appetit mors & regnum inferorum, sed frustra hoc adiutor. Talis est de-
 us noster. Et ne recusetis dicentes, Tamen uos iudæi & qui gloriãmini de
 deo uestro & de fiducia in eum sepe uidemini premi omnibus malis. Re-
 spondeo deo, quia uos hoc adhuc intelligere non potestis. Tu deus istis ma-
 lis nos exerces, tentas & doces, ut discamus à nobis cadere & in te solo
 hære, ut mortificentur nostra, crescant in nobis tua, tentas autem uelut
 argentum in igne. 1. Pet. 1. quod non perit, sed mundificatur. Tu inducis la-
 queum, tu inducis flagella super dorsum nostrum, tu imponis homines su-
 per capita nostra, ut tradamur iniquis & impijs dominis & premamur ua-
 rijs afflictionibus, bellis, captiuitatibus, miserie pseudoprophetarum, tyrani-
 nidi pseudopostolorum, nõnunq̃ tentationibus alijs & grauibus pecca-
 tis ubi derelinquimur à te. Tu facis tuansire non solum per aquam, ut olim
 per*

per mare rubrum, nō solum per ignē, ut olim tres pueros, sed per ignem & Ignis.
 aquam, id est, uaria mortis & peccatorū pericula, quemadmodū aquā acci- Aqua.
 pit scriptura, ut illic, Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aque &c.
 Et de igne supra dictum est, Igne nos examinasti &c. Et Paulus ignem uo-
 cat probationem auri, argenti, lapidum preciosorum, ligni, fœni, stipulæ.
 Hinc & Moyses Aegyptiam seruitutem fornacem ferreā uocat. Sed ò deus
 tibi gratia qui rursus eduxisti nos in refrigerium, qui soles mortificare &
 uiuificare, deducere ad inferos & reducere. Iccirco introibo in templum Introibo &c.
 tuum cum holocaustis meis & oblationibus quas noui & distinxi uel sepa-
 raui uel, ut scripturæ uerbo dicam, sanctificauī ore meo tibi in tribulatiōe
 mea, ut illic offeram tibi uota mea quæ uoui holocausta medullata siue pin-
 guia arietum, bouum, hircorum, quandoquidem hæc alibi tibi offerre lex ue-
 rat, Deut. 12. &c. Hæc quæ tunc pro tempore offerebantur externa in loco Vota bouum in
 externo secundū dei uerbum signa erant quibus testificabantur sese crede- loco electo à
 re dei uerbo quotquot pij erant & non hypocritæ, & si offerebantur non deo.
 nunquā uoluntarie lege nō præscribente aut uoti obligatione, gratiarū actio
 erant pro liberatione qua liberauerat eos deus e graui tentatione & peri-
 culo, donec declararetur mundo reuelata dei iustitia deum ista non requi-
 rere, ne & gentes quæ hic uocantur ad deum putarent se obligatas esse ad
 uota bouum, ouium & hircorum in templo Hierosolymorum secundum dei
 legem, quanquā easdem magis impie obstringunt pseudapostolicæ demonio-
 rum doctrinæ ad leges & adinventiones humanas. Tales quoque tentatio-
 nes & mortes nūc uexant populum Christianum & uix humana fragilitas
 à singularibus uotis in tribulatione abstinet, quemadmodū rem impossilem
 uouet, Psal. 6. Lauabo per singulas noctes &c. & ille in Euangelio, Patienti-
 am habe in me & omnia reddam tibi.

Venite, audite & narrabo uobis omnes qui time-
 tis deum, quanta fecit animæ meæ. Ad ipsum ore
 meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea. Iniustiti-
 am si aspexi in corde meo, non exaudiat me domi-
 nus. Propterea exaudiuit me deus, attendit uoci
 deprecationis meæ. Benedictus dominus, qui non

amouit orationē meā & misericordiā suam a me.

Iustitia non ex operibus, sed ex fide. Cum ex Heb. legi possit, Exaudiat, & Exaudiet, ego mallem quod uulgo legunt, Exaudiet. ex Græco legitur, Exaudiat.

Propter opera non exaudisti me deus, non iustificasti me deus, ego enim ante opera iam eram eductus nullo meo studio in refrigerium, ne disceremus confidere in operibus nostris, alioqui non ex sola gratia saluamur, sed quia inuocaui, exaudisti, & nō aspexi in corde meo iniustitiā, id est, in se delitatem, hoc est, oratio mea fuit oratio fidei quā prophete, quā Christus, quā Apostoli cōmendant. Fidem & fiduciam in te exaudisti non opera. Hypocrite autē dum orant, aspiciunt in sua opera, id quod est iniustitiā aspiciere in corde, quē admodum ille pharisæus fecit, dicens, leiuo bis in sabba to & c. De uotis nō habemus dei promissionem, de fidei oratione exaudienda omnes scripturæ sunt promissionum plenæ. Vide ut ista uerba prophete conueniant cū dei uerbis quæ legis psal. 40. Atq; diligenter considera, quomodo ista agat, Magna enim narraturus cōuocat omnes gentes quas *Venite audite.* prius ad iubilandum & benedicendum deo inuitauerat, dicens, Venite & audite omnes qui timetis deum, qui adstricti estis conscientijs, qui nulla uobis iustitia placetis, sicut illi qui mētuntur deo & uolunt exaltari in semet ipsis, sua opera non dei magnificantes. Nihil aliud uos monebo quā ut audiatis, id est credatis, nō uos adigam ad sacrificia illa & opera. Vos, inquit, qui solo deo fiditis audite, ut discatis meo exemplo qua ratione exaudiamini à deo, nempe nō quia promittitis deo, sed quia ipse promittit uobis. Verbum promissionis eius si creditis cogit cum ut exaudiat, qui etiam sine promissione sua nos exaudiret, sed nos certi esse de exauditione nō possemus. Narrabo quanta fecit anima mea, non quanta ego feci deo. Ego enim non uotis & operibus cōsecutus sum misericordiam, sed tantū inuocaui & exaltavi siue laudavi dominum & non aspexi iniustitiā in corde meo, quā si in corde aspexissem (ut maxime foris bonus omnibus uotis & sanctis in specie operibus apparuissem) nō exauisset & c. Sic & psalmo. 17. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis saluus ero.

PSALMVS LXVI.

Titulus. προσκελευσις In organis Psalmus cantici.

SVMMA. Petimus in hoc psalmo ut gratia dei illuminati cognoscamus in hac terra uiam qua itur in deum, quæ est fiducia in deum & charitas

in proximum, utq; cognoscamus salutem eius, id est Christum, qui factus est nobis à deo iustitia, sanctificatio &c. & hoc in omnibus gentibus, ut ubiq; terrarum sanctificetur cum gaudio nomen eius, eo q; iam fulgente Euangelio ipse nobis rex est iustitie & uerus Melchizedec, id est, qui iustificat oēs in regno suo per fidē, ut nullus excludatur à laude, quā do iā humana terra accepto semine uerbi dei coepit proferre fructum salutis, de quo supra psal. 64.

Deus misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet uultum suum super nos & misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra uiam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes. Lætentur & exultent gentes, q; iudicabis populos in æquitate & gentes in terra diriges. Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructū suum. Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus, & metuant eum omnes fines terræ.

Et misereatur nostri, in Heb. non repetitur.

Nō hic merita & iustitie humane uidentur, neq; lumen illud rationis & sapientie humane, sed misericordia rogatur, ut deus remittat nobis peccatū *Misericordia.* gratis, benedictio ut augeat nos spiritualibus donis, illuminatio uultus dei *Benedictio.* super nos, de qua dictū psal. 4. ut illuminati in tenebris & erroribus humane *Illuminatio.* nis cognoscamus hic in terra uiam tuā o deus ne sequamur uias hominū & deuios errores traditionū humanarū & nostre bone intētionis. Lex enim *Cognitio i om-* phibet ne facias qd tibi bonū uidetur, sed audi uocē domini dei tui. i. fac qd *nibus gentibus.* uerbo dei bonū uidetur, que est sapientia dei, sed stulticia corā mūdo. Utq; eodē lūine uultus tui sup nos illūinati cognoscamus salutare tuū uel salutē tuā. i. illud p qd tu iustificas et saluas, que iustificatio et salus dei est Christus Iesus illud semē Abrahæ de quo & pmissum est & iuratū à deo, In semine

tuo benedicentur cunctæ cognationes terræ. Sine isto salutari, tuâ ô homo salus & iustitia & quicquid uel excogitare uel facere potes est nihil, est peccatum, est blasphemia dei & idolatria. Hanc uero salutem, istud salutare dei precamur cognoscere in omnibus gentibus, ut clarum sit hic de semine Abrahamæ Christo dici, per quem & Iudæi & gentes facti sunt unum, ablata maceria discordiarum, lege mandatorum in decretis, quod erat chiographon scriptum in conscientijs nostris contra nos, Ephe. 2. Colo. 2. Hoc uero mysterium erat ab æterno apud deum absconditum, nunc autem reuelatum est prædicato Christi Euangelio, quod scilicet gentes quoque pertinent ad salutem, ut liceat publicanis & meretricibus à deo per Christum susceptis ingredi in regnum caelorum.

Confessio. Porro istam misericordiam, benedictionem & illuminationem dei & nostram cognitionem sequitur confessio, quæ est laus & sanctificatio nominis dei ubique terrarum, ut omnia humana sint nihil & mortificata, magnificetur autem & exaltetur solus deus. unde ait, Confiteantur tibi &c. Sequitur & leticia omnium illuminatorum quod deus iam factus sit iudex & rex populorum in æquitate siue iustitia fidei, in cuius regno sunt iusti omnes, qui eadem æquitate qua iustificat, suos defendat quoque pupillos, uiduas & pauperes, id est, illos qui ex ipso solo pendent contra omnem insultum iniquorum & aduersarie potestatis regni infrorum, & quod idem deus iam dirigat in uia recta gentes in terra per Christum Iesum dominum nostrum, cuius Euangelium secuta errare non possunt. Hanc leticiam & spiritus sancti in cordibus credentium exultationem non norunt hypocritæ, qui misericordiam dei, benedictionem & illuminationem non norunt, itaque non gaudent quod deus iudicat populos, sed sequuntur iudicia cordis sui, non gaudent quod deus dirigit gentes, quia se ipsos dirigere querunt, & quotquot purum dei uerbum sequuntur errare credunt. Non est igitur hic psalmus hypocritarum oratio, sed fidelium & uerorum Christianorum, qui suam iustitiam non agnoscunt, qui benedictione dei augeri optant, ut crescant ex fide in fidem, qui eadem fide charitate feruentes cupiunt & precantur omnes gentes & peccatores conuerti ad deum, ut dei nomen ab omnibus sanctificetur, quia terra accepta benedictione Evangelica & illuminatione dedit fructum suum, hoc est, fudit deo & seruit proximo, ut in omnibus honoretur deus per Iesum Christum.

Benedicat &c. Vt cumque hinc urgere non possumus Iudæos, neque indigemus qui in scripturis clariora habemus testimonia, tamen non displicet quod non

*Tri hoc loco uident trinitatis diuinæ mysterium. Benedictionem & augmentum
 sue gratiæ tribuat nobis deus pater, tribuat nobis deus noster, deus filius qui
 noster factus est assumpto homine, per quem pater & filius & spiritus san-
 ctus tam noster est, tribuat nobis deus spiritus sanctus per quem omnia præ-
 dicta in nobis aguntur. Nemo enim nouit patrem nisi filius & cui uoluerit fi-
 lius per suum patrisq; spiritum reuclare. Ne uero quis tres deos hinc fingat,
 additur, Et metuant eum, non eos, omnes fines terræ. Hic est timor ille dei **Timor dei.**
 qui in omnibus scripturis commēdatur. Qui credit & fidit deo ceu patri,
 timet etiā, ut filius, patrem, id est, ueneratur & nihil audet quod pater non
 uult. Qui absq; timore dei agunt, ostendunt se nihil habere fidei, e quorum
 numero sunt multi qui hodie Euangelici uideri uolunt. Itaq; quod ante di-
 xit confessionem, iam metum & reuerentiam uocat &c.*

PSALMVS LXVII.

Titulus. ὁδοσκηλεύσις, Dauid Psalmus cantici.

*SVMMA. Christus deuicta morte glorificatus est & in caelo & in ter-
 ra. Illic quia sedet à dextris dei, hic quia sedentis gloria ubiq; predicatur.
 Cuius ineffabili potentia & glorificantur credentes & horrende abijciun-
 tur ueritati rebelles.*

EXurgat deus & dissipētur inimici eius, & fu-
 giant qui oderunt eū a facie eius. Sicut de-
 ficit fumus deficiant, sicut liquefcit cæra a facie ig-
 nis, sic pereant peccatores a facie dei. Et iusti læten-
 tur, exultent in cōspectu dei, delectētur in læticia.
 Cantate deo, psallite nomini eius, iter facite ei qui
 ascendit super occasum, dominus nomen illi. Exul-
 tate in conspectu eius (turbentur a facie eius) patris
 orphanorū & iudicis uiduarum. Deus in loco san-
 cto suo, deus inhabitare facit solitarios in domo.

Qui educit uinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Iter facie ei qui ascendit super occasum. vulgo interpretamur qui ascendit super mortem, q. Christus per mortem sit glorificatus & exaltatus, per quã alij cadunt. Felix, Præparate semitam infidenti haraboth, id est, solitudinibus. D. Martinus pergenti in haraboth, id est, in solitudinibus uel heremo. Itaq; quoq; nostrũ interpretari licet. Super occasum, id est, ubi nihil glorie uidetur, sed oia iacere, ut in deserto & incultis locis, ut infra interpretabimur. Dominus nomen illi, ne quis contēnat eum. Felix, Cum Iha nomine suo. Iha, inquit, nomen est dei, dimidium nominis tetragrammaton, significans redemptorem. D. Martinus, In domino uel cum domino nomen eius, id est, idem habet cum deo patre nomen, ne quis resurgentem & ascendentem non putet esse deum.

Turbentur à facie eius, in Græcis adiectum est præter ordinem sententiæ, quod potes interim intelligere de aduersarijs, quemadmodũ supra, Et fugiant qui oderunt eum à facie eius. Verum in Heb. non est, iccirco parenthesis inclusimus. Similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris, significat etiam eos educendos aliquando ex infidelitate qui iam adhuc contradicunt ueritati & habitant adhuc in morte. Felix, Qui educit uinctos in compedibus uel in tempore, certe rebelles inhabitauerunt siccitatem. D. Martinus, Sed rebelles uel morosi permanent in siccitate. de quo infra dicemus.

Psalms est de Christo.

Psalms esse de Christo notissimum est ex Ephe. 4. ubi ex hoc psalms dicitur, Ascendens Christus in altum &c. Cur ergo Moyses initium huius psalms cantat dum eleuatur arca ut prædicat populo? Nu. 10. Respondeo, Primum, secundũ Paulum, omnia in figura contingebant illis. Deinde super arcam, erat propiciatoriũ super quod promiserat deus se sessurum & inuocantes exauditurũ. propiciatoriũ nostrum est Christus, Ro. 3. Vnde dixit Moyses, Exo. 33. Nisi tu ipse præcedas nos, non educa nos de loco isto. Hic ergo Dauid quod Moyses in figura cœperat, psequitur & desiderat ut dei uirtus & potentia nos præcedat, ut possimus perumpere per hostium cuneos, quæ uirtus est Christus dominus iam præcessor noster & dux factus. Igitur ut eleuetur arca noui testamenti & propiciatoriũ in quo habitabat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, non umbratice, ut olim in illa arca & propiciatorio, ut eleuetur, inquam, id est, ut resurgat à mortuis, ut

Exurgat deus.

ueniat nobis auxilio, & non semper distimulet permittendo impijs Iudæis
 & nunc Euangelij hostibus quod uolunt pronocamus deum, dicentes, Ex-
 urgat deus &c. Gaudeat Christi discipuli: distimulant ut cera, pereant ut su-
 mus illi gloriosi Euangelij Christi persecutores, qui Christi faciem sustinere
 non possunt quæ est eius præsentia in uerbo suo prædicato & admirabili
 spiritus eius operatione in sanctis. Id quod & hodie uidemus, fugiunt impij,
 reluctantur hypocrisia ubi intonuerit Euangelium resurrectionis & glori-
 ficationis Christi quo omnis ipsorū confunditur gloria. Vos iusti iustitia fi-
 dei, Cantate deo, prædicate ubiq; eius qui resurrexit magnificentia, iter fa- Cantate & c;
 cite ei ad corda hominū prædicatione legis & penitentia, ut agnoscant se
 peccatores & desideret saluatorē sitiuntq; Euangelium, alioqui ad eos intra-
 re non potest. Sic Ioannes parat uiam, sic Christus, sic Apostoli prædicant, Per deserta.
 nitentia agite. Non agnoscentes se peccatores, id est, non esurietes, sed saturi
 nihil desiderant. Ei, inquam, iter facite qui pergit per deserta gentiū apud quas
 antea gratia non erat, Esa. 35. letabitur deserta &c. Sunt quoq; deserta men-
 tes credentium, quorū uita abscondita est in deo cum Christo, in quibus mortifi-
 catis graditur dei spiritus & ducit quo uult, ut nesciant inter im ipsi quo ua-
 dant, scientes tamen, q. deū sequuntur, quæ admodum Abraham, ut legis Heb. 11.
 Sic & olim deus per desertum præcessit filijs Israel in columna nubis per
 diem, & in columna ignis per noctem. Dominus, inquit, est nomē illi, ne quid
 dubitetis de eius protectione neue non horrescat aduersarij ad præsentia eius.

Exultate iam corā eo cuius conspectum fugiunt aduersarij, quia uobis Ante dixit de
 adest saluator, qui est pater orphanorū & iudex uiduarum, id est, illorum ferta, iam ora-
 qui à mundo deseruntur, & qui mundo & omnibus renunciant, illorū qui phanos & ui-
 adfectis laborant conscientijs & persecutionē patiuntur, quos nemo iuuat duas.
 re potest nisi ipsorū pater & iudex qui est in cælis. Hi sunt quos psalmi to-
 ties uocant pauperes & inopes. Talibus dicitur, Exultate in conspectu eius,
 non conturbet iam uos conscientia peccati, timor mortis, persecuentiū ter-
 ror, penuria uictus aut alterius necessitatis, tanto uobis præsentē duce &
 protectore inō patre. Sic & filij Israel tui erant, ducente domino.

Deus iam est in loco uel habitaculo sanctitatis suæ, id est, inter creden- Deus in loco.
 tes qui sunt templum dei, sicut olim erat inter Israëlitas credentes. Id quod
 promisit in scripturis. Inhabitabo, inquit, in illis &c. 2. Cor. 6. Deus, inquam,
 qui inhabitare facit solitarios, id est, ab oibus derelictos orphanos et uiduas,
 in domo. i. ecclesia dei uiuētis, quæ admodum & in psal. Qui habitare facit ste-
 rilē in domo matrē filiorū letantē. Esa. 54. Landa sterilis &c. Qui habent

aliud in quo cōfidant quā deū, solitarij nō sunt. Itarco nō habitāt in domo, sed manēt foris. Sic alibi orat, Respice in me & miserere mei, quia unicus & pauper sum ego. Licet & ex Græco legere quod vulgo legunt, Qui habitā re facit unius moris in domo, unius moris scilicet homines, id est, cōcordes, quē admodū in Act. dicitur, Multitudinis credentium erat cor unū & anima una. unde Ephe. 4. Soliciti seruare unitatem spiritus &c. Contra, Incredulus & doctrina humana facit discordes & eijcit è domo. Hic deus qui

Vincti. est Christus educit uinctos sub lege & peccato, quæ sunt grauisima uincula, de quibus clamat Paulus, Infelix ego homo quis me liberabit &c. Educit, inquam, in fortitudine, id est, forti potentia. Vel, ut Hebræus habet, In tēpo re. Ipse enim nouit tempus opportunum. Sed qui exasperant, id est, rebelles & increduli sunt uerbo dei, habitant siue permanent in arido, id ad fontem uitæ & ad frugiferam Christi gratiam nō perducentur, etiamsi sibi sua iustitia in paradiso habitare uideātur. De nostra trāslatiōe supra diximū.

Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cū transires in deserto. Terra mota est & cœli stillauerunt, a facie dei Sinai, a facie dei Israel. Pluuiam uoluntariam segregabis deus hæreditati tuæ & infirmata est, tu uero perfecisti eam. Animalia tua habitabūt in ea, parasti in dulcedine tua pauperi deus. Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa. Rex uirtutum dilecti dilecti, speciei domus diuidere spolia.

Animalia tua habitabunt in ea, id est, oues pascuæ tuæ quæ pascuntur uerbo tuo, boues triturantes, id est, prædicatores, & asini onera fratrum & crucē tentationū portantes. Fe. Congregatio tua habitauit in illa, diriges in bonitate tua pauperem deus. Rex uirtutum dilecti dilecti. Dilecti in Græco est genitiuus singularis, sed semel tantum ponitur in exemplaribus quæ ego uidi, uersimile autē est & Græcos bis posuisse cū bis ponatur in Heb. dictio cui respondet, Rex uirtutum siue exercituum dilecti populi sui & multū

multum dilecti populi est Christus dux & imperator noster, Psal. 24. Dominus uirtutum ipse est rex glorie. Et deus pater fecit nos dilectos in dilecto filio suo, Ephe. 1. Verum ex Heb. legitur, Reges uirtutum fœderabuntur fœderabuntur, secundũ Hieronymum, ut infra dicemus.

Deus cum egredieris olim ante Israëlem in deserto. Terra, id est, Sina Terra mota. mota est & cœli pluerunt propter præsentiam dei Sinai, id est, illius dei qui legem dedit terribilibus miraculis in monte Sinai, propter præsentiam illius dei qui est deus Israëel. Ista sic quoque cantantur, Iudicũ. 5. Domine cum exires de Seir & transires per regiones Edom, terra mota est, cœlique ac nubes distillauerunt aquis. Montes fluxerunt à facie domini Sinai, à facie domini dei Israëel. Mouebatur enim tunc nõ solum terra, sed & homines in terra. Primũ Iudæi timentes ne mouerentur audita uoce domini, deinde gentes circũquaque habitantes, sicut ait Moyses in cantico, Ascenderunt populi & irati sunt &c. Verum hic de mottone Sinai & turbatione populi dei tantum loquitur, cui dixit Moyses, Nolite timere &c. Ita tunc confortauit deus illam hereditatem in firmatam. Hæc erat figura resurrectionis Christi, qui est dominus non solum Sinai & Israëel, sed & omnium, omnia enim subiecit deus sub pedes eius, quo resurgente terra tremuit, ut scribit Matthæus, sed amplius tremuit in hominibus & commotus est totus mundus (quemadmodum hodie commouetur) quãdo eadẽ resurrectio, missa pluuia spiritus sancti è cœlis in uniuersam terram, stupendis miraculis prædicata est, de qua pluuia prædixerat ioël, Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Vnde tariat hic sequitur, Tu qui olim ita pluisti & tremere fecisti terram siue homines tunc præsentis, id quod habet historia, iam quoque disperges pluuiam uoluntariam, id est, gratiam ex mera uoluntate tua non nostris meritis, uel uoluntariam unde uoluntarij & liberi reddantur homines ad tua mandata perficienda, non cogantur ut olim frustra. Hæc est lex spiritus uitæ & nouum testamentum confirmatũ per Euangelium prædicatum quo spiritus dei concipitur. Vnde Psal. 109. uocantur Christiani populi spontanei. Disperges, inquam, illam pluuiam gratiæ & salutaris doctrine, hereditati tuæ, id est, credentibus, quæ hereditas in firmata est, id est, cœpit tremere (ut olim ille populus) agnitis iam suis peccatis, sed tu deus perfecisti & confortasti eã tuo scilicet spiritu & promissionis uerbo.

Animalia tua quorũ tu deus pastor es, id est, oues pascuæ tuæ, hoc est cre Animalia dei. dentes qui pascuntur tuo uerbo, habitabunt in ea hereditate. Parabis deus gratiam tuam & uerbum Euangelicum in dulcedine tua non in terrore le-

gis, ut olim, pauperi, id est, infirmato, afflicto & esurienti. Diuiles in iustitia
 Verbum hanc dulcedinem non gustabunt quos deus dimittit inanes. Dominus da
 efficax. hic uerbū Euangelix antibus exercitu multo siue multa fortitudine, id est,
 Magna copia mittet præcones uerbi sui & magna potentia spiritus. Vnde
 Lucæ. 11. Ego dabo uobis os & sapientiam cui non poterūt resistere omnes
 aduersarij uestri. Matth. 10. Non enim uos estis qui loquimini & c. Aduerte
 hic q̄ nisi dominus dederit tibi uerbū non proferes illud potenti spiritu &
 efficaci, etiamsi tibi multa scire uidearis. Nō enim, ait Paulus, in sermone est
 regnum dei, sed in potentia. Aduerte quoq; q̄ solo uerbo nobis pugnantū
 est, nam, ut dicitur. 2. Cor. 10. Arma militie nostræ non carnalia, sed poten
 tia sunt per deum & c. Atq; hic habes gladium non pacem, Matth. 10.

Exercitus dei.

Sed uideamus exercitum & prædam. Reges uirtutum fœderabuntur,
 fœderabuntur, id est, duces exercitus dominici, ut sint Apostoli, doctores,
 Episcopi, unanimes erunt ad inuadendū uno dei uerbo & luce ista, magna
 to um tenebrarū exercitum. Qui autem hodie sic uocantur longe ab ipsa re
 abierunt, non duces gregis sed lupi facti & percussores, qui uerbum dei
 quod ignorant persequuntur & c. Felix autē ex Hebræo sic, Reges uirtutū
 fugient fugient, quod necesse est ut intelligas de aduersarijs regibus & ex
 eritibus qui deuincuntur, & consistere non potest tenebrarum cohors ubi
 Euangelizatur uirtute multa, ut Psal. 47. Quoniam ecce reges congregati
 sunt, conuenerunt simul ipsi uidentes & c.

Species do
 mus est uxor.

Et spectei domus, scilicet est uel cōuenit diuidere spolia. Clarius, Et spe
 cies domus diuidet spolia. Species domus uel pulchritudo domus, uel habi
 tatrix domus, more Hebraico, dicitur uxor in domo, quæ reuera species do
 mus est, dum prudens datur à domino, à quo est postulanda, Prouerb. 19.
 utcumq; contra insanant nostri gentiles asini damnantes creaturā dei bon
 nam & id quod instituit deus, sed sinamus eos furere, præmiū suum iam iā
 in sinu gestant. Sententia ergo hic est, Uxor Christi speciosa siue ecclesia sibi
 lucrifaciet spolia, id est, homines è diaboli & mortis faucibus ereptos, Lu
 cæ. 11. Cū fortis armatus & c. Et Esa. 9. Letabitur cor à te sicut qui letantur
 in messe, sicut exultant uictores capta præda sua quando diuidūt spolia.

Si dormiatis inter medios clericos, pennæ columbæ
 deargentatæ, & scapulæ eius in pallore auri. Dum
 discernit coelestis reges super eam, niue dealbabū.

tur in Selmon, mons dei, mons pinguis. Mons coagulatus, mons pinguis, quid suspicamini montes coagulatos? Mons quē probauit deus ut habitet in eo. etenim dominus inhabitabit in finem.

Inter medios clericos. Felix, Inter citropodes, id est, ad focum, quo intelligitur Inter citrogas licet quietem intus, ut ad focum tuum, id est, in domo, quiescas & sabba podos. tum felix agas domino deo: nam foris, id est, extra ecclesiam & extra fidem uexatio tantū est conscientiarū aut manifesta impietas. Hæc expositio non male cōuenit præcedentibus, Nam dispersio impiorum supra descripta est & congregatio piorū in domo, in hereditate dei ubi est species domus &c.

Dum discernit &c. Fe. Dum extendet omnipotens reges in ea, uelut niuem dealbabis obscuritatem. quæ est subita personæ grammaticæ mutatio. Vel, dealbabitur (ipsa columba) in Salmon, id est, caligine.

Pinguis, Felix, Basan uel Bassan, sed idem est quæ admodū psal. 11. Tauri pinguis Tauri Basan. Mons coagulatus, Fe. mons excelsus.

Quid suspicamini mōtes coagulatos, id est, cur in alios excelsos respicitis? quid hos & illos miramini doctores & prædicatores quasi in eis sit salus uestra quātumcūq; sanctis uel nō sanctis? In qua re optime conuenit uerbum, Suspucamini. Nam hic nulla fides est, ubi iste mons deseritur & in alios respicitur, sed omnia suspicionibus aguntur, non enim adest uerbū dei quod solū certificat conscientias. Ex Heb uero Paulo aliter, ut dicemus. Potes & æque ex Græco legere, Quid suspicamini montes coagulati. Id quod melius cōuenit ei quod ex Heb. trāsferūt. Id est, Vos superbi mōtes quid suspicamini de isto monte? suspicio nō est fides, sed facile agit in diuersum &c.

Si dormiatis, id est, quiescatis & cessetis ab opere uoluntatis uestre & Sabbatū Christianis deum solū operari & ducere, huius mūdo mortui, Vbi Inter medios, inquit, clericos. i. sortes siue possessiones, siue inter medios terminos, ut sunt termini & limites agrorū. Id est, inter hanc uitā & futurā, ita utentes mūdo tanq̄ non utentes, ita ementes tanq̄ non possidētes, ita uiuētes tanq̄ cras exituri. Istā dormitiōnē non norūt nisi uere spūales. Est enī, Sabbatū illud à deo sanctificatū quod Christus dormit in sepulchro. Sed quid tunc? Penne, inquit, siue a columba. i. ecclesie, Cant. 5. & 6. quā supra uocauit pul Columba. ebriitudinē domus, de argentat. e erūt argento. i. uerbis dei. Psal. 11. Eloquia Ecclesie.

domini argentum &c. His uolatur ad prædicandum, sicut dixit Esa. ca. 60. Qui sunt hi qui ut nubes uolât, & quasi columbæ ad fenestras suas? His uolatur in coelum, & regnum terræ contemnitur. Et scapulæ eius erunt fulua ut aurum. Illic enim portat hæc columba onera fratrum, peccata, miseria, ignominiam, infirmitates per charitatem quæ auro signatur. Charitas enim suffert omnia, ut ait Paulus. Tale aurû & tale argentum nostri pastores hodie non querunt, sed aliud in quo dormiant & requiescant &c. & tamen se uel solos ecclesiam esse uolunt & hanc dei immaculatam columbam.

A deo prædicatores.

Tenebræ sanctæ.

Dum discernit, id est, ordinat uel dum extendit cœlestis, id est, deus, reges, id est, Apostolos, doctores & prædicatores, super eam, id est, colūbam, ecclesiam uel in ea ecclesia, tunc homines candidi fient ut nix à peccatis & obscuratis, id est, erroribus suis. Vel uelut nix dealbabitur colūba per istos reges quos omnipotens deus mittit & extendit super eam, sed in Selmon. Selmon siue Salmon legitur Iudicum. 9. mons est arboribus constitus, quem potes dicere ex interpretatione umbrosam syluam uel caliginosum montem, significat enim Salmon eam proprie obscuritatē quæ uenit ex umbra. Quis quæso hic mons est ubi hoies per nigrum dealbantur uelut niue, & miro dei artificio per caliginem illuminatur, nisi Christus dominus cum tota sua ecclesia? Hic scandalū est Iudæis, gentibus stulticia, & omnia apparent nigra & tenebrosa. Sensu enim carnis non uidetur Christus esse rex gloriæ. Esa. 53. Brachiū domini cui reuelatū est &c. nec gloria credentū. 2. Cor. 2. ex Esaia, Oculus non uidit &c. Et alibi, Vita nostra abscondita est cū Christo in deo. Videntur enim solæ formæ crucis, & gloriam, quia spiritualis est & illis solum cognita qui habēt, uidere nō licet. Hic per crucē itur ad gloriam, per mortē ad uitam, hoc scilicet est in Salmon dealbari quando reges extendūtur à deo super columbam. Vide hic rursum quæ à deo dantur doctores ecclesie, ut nemo quantūcumque doctus sibi hunc arroget doctoratū. Romanus gate, inquit, dominū messis, ut ipse extrudat operarios in messem suam.

Mons Christus.

Et ut certus sis de hac interpretatiōe, sequitur mox, Mons dei mons pinguis, id est, abundans omni gratia, mons coagulatus siue excelsus, mons pinguis. Cur exilietis uel insidiosè intuemini uos montes excelsi qui diuitijs, potentia, sanctitate, iustitia & operibus uestris uobis magni uidentur? Tales enim aduersantur huic monti si recte peruideas Euangelicam historiam & exempla quotidiana. Sunt enim non unus mons, sed plures, nempe sectis diuisi & uoluntatibus diuersi, in hoc uno tantū conspirantes ut hunc unū impetant montem, Psal. 2. Non autē ita publicani & meretrices &c. Felix

clare sic reddit, Cur exilicis uel insidiose intuemini montes excelsi aduersus montem quē dilexit deus ut habitaret ipse? etenim dominus habitabit in eternum, scilicet in hoc monte, de quo lege Esa. 2. Miche. 4. Dan. 2.

Currus dei decem milibus multiplex milia lætantium, dominus in eis in Sina in sancto. Ascendisti in altum, captiuasti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes inhabitare dominum deum.

Fe. Currus dei centena milia, duo milia angelorum. D. Martinus, Currus dei bis decem mille milia. uerū ingens numerus & immensus more Hebr. eo significatur. Etenim & c. Fe. Insuper etiā rebelles ut inhabitet Iba deus. Ex gr. ecis nunc legitur, Etenim non credentes inhabitare, dominus deus benedictus. Benedictus dominus die quotidie & c. sed nō est uerisimile. lxx sic transtulisse quod uulgo legimus, Inhabitare dominum deum, id est, inhabitat dominus deus.

Ecce nunc currus & exercitus triumphantium & gratias agentium de **Triumphus** deuicto iugo legis & tyrannide, de superato diabolo, morte & inferno, cui **Christi.** ius exercitus numerus soli deo notus est, nemo enim numerare potest, Apoc. 7. Quandoquidē non hic angelorū solum (quod uisum est Felici) sed & omnium electorū ab initio mundi usq; ad finem triumphus in Christo describitur cum quo omnes resurreximus & omnes correximus in dextera patris, ut dicitur Eph. 2. uides autē hic exercitum coram deo gloriosum, qui coram mūdo à sanctulis & superbis illis montibus despicitur quasi paucus & quasi infirmus. Sed uide quoq; duces exercitus & mortis triumphatores **Dominus Sina** rem, Dominus, inquit, Sinai cum eis in sancto uel sanctitate. Erubescite Iu- **inai** cum eis in dei increduli qui gloriamini de domino Sinai uel de domino in Sina, id est, sanctitate, de deo qui in monte Sinai dedit uobis legem. Non est iam uobiscum sed cum eis, id est, cum exercitu illo nouo non nouus quidem deus, ut uos mentimini, sed idem qui legem dedit uobis in Sina. Est autē cum eis non furo exter- **no** operum, ut apud uos & omnes iustitiariorum, sed in sanctitate, id est, uera cordis iustitia, quæ non est ex lege, sed ex fide Iesu Christi. Vides ut omnia **Allusio.** frē alludant hoc loco ad gloriosam illam ueteris populi ex Aegypto liberationem, reliquosq; contra aduersarios triumphos, non tamen de illis hæc

dici quemadmodum uides, & sequentia clarius docebunt, uetera enim illa nostra noua significabant.

Ascendit in altum. Iam uero ut cognoscas unde nam sit hæc tanta triumphantium læticia, ne quid sibi arrogant, subdit non eos ipsos uicisse, sed omnem hanc gloriam esse ducis eorum Christi, qui hæc omnia fecit. Ascendisti, inquit, o deus in altum. Quomodo quæso potest deus ascendere qui ubique est & quem cælum & terra comprehendere non possunt? Hoc, inquam, fecit deus in incarnato & glorificato Christo, quemadmodum Paulus interpretatur. Quid est, inquit, & ascendit, nisi & prius descendit in inferiores partes terræ. Qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia. Et Christus Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælo. Cuius resurrectio fuit eius plena glorificatio & ascensio, sicut ipse dicit in coena, sed ascensionem, ut certi essemus, aperte ostendit humanis oculis quadragesimo à resurrectione die.

Captiuam duxit captiuitatem. Ipse deus in Christo in hac Christi glorificatione captiuauit uel captiuam duxit captiuitatem. Id est, ut sui liberarentur qui per Adæ præuarcationem tenebantur in morte captiui, deuicit, cepit, ligauit, captiuam in triumpho duxit captiuitatem, id est, omnem illud quod nos genus Adæ captiuauerat, nempe diabolus, peccatum, mortem, infernum. Osee 13. De manu mortis liberabo populum meum, de morte redimam eos. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Atque adeo ipsam legem in conscientia nostra suam tyrannidem exercentem, quæ est peccati uis. 1. Corint. 15. ita captiuauit ille legis impletor, ut iam nulla lex damnare possit eos qui sunt in Christo Iesu. Erat enim lex grauis captiuitas & grauis exactio & onus quod neque nos portare potuimus neque patres nostri, sicut ait Petrus, Act. 15. Vnde Rom. 8. Quod impossibile erat legi &c. Et Act. 13. A peccatis non potuistis in lege Moysi iustificari. Esaias cap. 9. istam uictoriam his uerbis depinxit, Virgam humeri eius & iugum oneris eius & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian. Et ne hic aliquid uerearis propter quorundam commenta, non solum sine scriptura, sed etiam ne secundam grammaticam quidem rationem dicentium, audiamus Paulum, Colos. 2. Hec ita exponentem. Quia, inquit, in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter &c. deus lens quod aduersabatur nobis chirographon decretis, quod erat aduersum nos. Et ipsum sustulit e medio, affigens illud cruci, & despolians principatus & potestates in triumpho duxit confidenter, triumphans illos in seipso. Hec quoque in parabola sunt, Luc. 11. Cum fortis armatus &c. Hanc uis-

Gloriam cōfecit Christus & perfecit, sed in membris, ut diximus, adhuc eandem agit. 2. Corin. 2. Deus semper triumphum suum agit per nos in Christo Iesu, & hoc usq; in finem mundi, quando hic triumphus perfecte complebitur, quod lege. 1. Cor. 15. Deinde finis cum tradiderit &c.

Accepisti dona in hominibus. Paulus uero dicit, Dedit dona hominibus, Dedit dona sed idem est. Christus enim dedit spiritum sanctum & illa uaria spiritus sancti hominibus. Et dona credentibus, sicut ait, Spiritum quem ego mittam uobis à patre. Et pater dedit eum, id quod rursus ait, Quem pater mittet uobis in nomine meo. Christus igitur tunc accepit dona quando nos accepimus, qui ait sibi factum quicquid fit uni etiam ex minimis eius, id quod aperte dicitur, Accepisti, inquit, ò Christe dona sed in hominibus. Porro ut acciperemus oportuit prius Christum ascendere, id est, glorificari. Ioan. 7. Nondum erat spiritus sanctus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Et alibi, Nisi ego abiero, paracletus &c.

Insuper etiã, inquit, sunt aliqui non credentes q; dominus deus inhabitat in Christo incarnato siue, ut ait, in monte illo electo in eternũ, item in illa domo, de qua supra, id est, in ecclesia sanctorum per Christum suum, licet diuina uerba audierint, licet tam stupenda in Christo diuinitatis miracula, & uirtutes diuini spiritus in discipulis Iudæi uiderint, ut hodie non miremur de quorundam incredulitate. Non enim est omnium fides. Deus autẽ fidelis est qui confirmabit nos & custodiet à malo. 2. Tessa. 3. Felix sic, Insuper etiam rebelles ut inhabitet dominus deus, id est, sunt qui etiam omnino natu resistunt & nolunt, ut inhabitet dominus deus in ecclesia sancti uim, nolunt ut credatur Euangelio &c.

Benedictus dominus per singulos dies, prosperũ iter faciet nobis deus salutarium nostrorum. Deus noster deus saluos faciendi, & domini domini exitus mortis.

Hæc est gratulatio triũphantium & iugis sanctificatio nois dei in ecclesia, q; deus in Christo nos redemit, de quo certi sumus iam filij dei facti q; porro prospere ducturus sit nos ad omnes, ut ita dicam, salutes nostras. Felix legit sic, Aggrauabit nos deus salute nostra. quam bonam esse aggrauationem quis dubitat? Id est, deus obruet & absorbebit nos cum uolo & exundantia

Salus deus
in Christo.

salutis, quid enim amplius dare potuit qui filium dedit & omnia, Roma. 8. Ideo additur, ut Felix habet, Deus nobis deus in salutem & in domino deo mortis egressus, uel dei domini, scilicet est exitus mortis, id est, ut exeat & exulet mors. Hoc est per ipsum solum & non per opera nostra est salus, & per ipsum solum licet egredi è morte & mors ipsa egreditur & fugatur, quãuis in mortem suos tradere uideatur, quæ est glorificatio per crucem.

Verumtamen deus confringet capita inimicorum suorum, uerticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dominus, Ex Basan cõuertam, conuertã in profundis maris. Vt intinguatur pes tuus in sanguine, lingua canũ tuorũ ab inimicis ex ipso.

Conuertam, uel faciam conuertere. In profundis maris. Felix, de profundis maris. Significat autem se dominus uenturum per exercitum suum ex Basan & ex profundis maris, hoc est terrestri naualique pugna aduersus hostes suos siue aduersus rebelles qui nolunt inhabitare dominiuum deum &c.

In Christi aduersarios.

Verũtamen, inquit, quãuis deus sit deus saluos faciendi & non deus percutiendi siue ut perdat, tamen iusto iudicio uulnerabit & confringet capita, id est, principes inimicorũ suorum Iudeorum & persequentium Euangelium, & capita illorum qui permanent in delictis suis, id est, in incredulitate. Ioan. 8. Si non credideritis, q̄ ego sum in peccato uestro morienuini. Ita circo iam prophetat cõtra inimicos Christi, & more prophetico presatur, dicens, Dixit dominus, id est, ne contemnatis, uerbum domini est quod sequitur. Sic enim solent dicere prophete, Hæc dicit dominus &c. Ex Basan quæ est regio trans Iordanem, Iosue. 12. & interpretatur pingue, quod significatam licet accipere gentilitatem diuitem & potentem, qualis tunc erat Romanorũ apud quos erat rerum summa. Ex Basan, inquam, conuertam uel reuertar per exercitum meum quem ego instigabo contra te populum aduersantem mihi. Conuertam siue reuertar non solum ex Basan & terris, sed etiam ex profundo maris. Historia Iosephi de bello Iudaico & Egesippi de excidio Hierosolymorum habet Iudeos & terra & mari perditos, quim & ut eadem habent historie, in regione Basan primũ se exercitus Romanus insudit in terras Iudeorum, ita ut penè tota Galilæa igni &

ferro perierit & omnia sanguine manarint trans Iordanem, donec ad Hierosolymorum uastationem uentum est. Sic, inquit, conuertam uel reuertar ad ultionem contra te ô popule aduersarie, ut intinguatur pes tuus in sanguine, ut possis in sanguine interfectorum transire (lege historias & hec cognosce.) Et ut intinguatur lingua canum tuorum ab inimicis tuis ex ipso sanguine. Ab inimicis, inquit, intinguatur lingua tuorum canum, id est, canum in tua ciuitate, nempe sanguinem tuum effudentibus. Id est, Inimici tui facient ut tui canes lambant sanguinem interfectorum, sicut fit, quemadmodum & legis de sanguine Naboth. 3. Reg. 21. & Achab ca. sequenti. Hactenus uero uerba dei recensuit propheta, de quibus præfatus erat, Dixit dominus.

Viderunt gressus tuos deus, gressus dei mei regis qui est in sancto. Præuenerunt Principes choros psallentium, in medio iuencularum tympanistrarum. In contionibus benedicite deo, domino de fontibus Israel. Ibi Benjamin adolescentior in mentis excessu. Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Nephthalim.

Choros nos fecimus, ubi ex Græco legis Coniuncta in neutro plurali, ut clarior esset sententia. Et Felix indicat legi posse ex Heb. Præcesserunt principes, post, id est postea, psallentes. In mentis excessu uel in ecstasi. Felix, Dominatur illis. Duces. Felix, Congregatio, id est, qui congregant eos. Vel, In phrigianicis suis, id est, uestibus acu pictis, ut psal. 44. Nam quod idem etiam transfert, Principes Iuda interitus eorum, non conuenit hoc loco. Hieronymus, In purpura sua.

Euangelium erat ab æterno absconditum apud deum, & ante Christum Reuelatum paucis reuelatum qui erant spiritu docti, statuerat autem deus hoc tempus Euangelium suum per Christum reuelandi Euangelium toti orbi terrarum, Ro. 16. Eph. 3. 1. Timot. 3. Hoc est quod nunc dicit. Homines iam fide cognouerunt operationes dei per Christum, qui est deus noster & rex noster, nempe & deus & homo, dux & imperator exercitus nostri, qui est in sancto, id est, sanctitate

Species
triūphi.

uel sancto monte, ut supra dictū. Sed uide rursus choros orantium & triumphantium. Præuenerūt, inquit, principes ante choros psallentiū, id est, laudantium & sanctificantium dei nomen. Principes sunt duces populi dei sub duce Christo, de quibus sequitur & alibi, Cōstitues eos principes super omnem terram. Isti principes nisi præcedant, id est, prædicatores Euangelij non sequentur chori laudantium, quid enim laudabunt dei uerbi ignorantes? In medio, inquit, iuencularum tympanistarum, id est, animarum sponsorum Christi recens ex spiritu genitarum iam deum laudantium, & tympanum mortificationis carnalis sapientiæ deo percutientium. Aut simpliciter intellige & uiros & foeminas iam canere deo uictoriam per Christum. Virgines enim & foeminae honoratæ triumphū cantu & tympanis decorant, ut uides in triumpho Israëliitarum, occiso per Dauidem Golia. Et addit, In ecclesijs siue congregationibus ubi choros agitis triumphales Christo triumphatori, sicut olim Dauid, occiso Golia, benedicite deo domino de fonte uel ob fontem Israëli. Fons Israëli, id est populi dei, est gratia Christi qui natus est ex Israëli, cuius Israëlis reliquiæ ex hoc fonte inmundauerūt gratia Euangelica super uniuersum orbem. Esa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Et Ioan. 4. Fiet in eo fons aquæ uiuæ salientis in uitam æternam. Pro hoc igitur fonte & his fontibus, id est, doctrina & gratia Euangelica deo gratiæ sunt agenda in æternum.

Ibi, id est, ubi talia aguntur sunt primitiæ illæ credentiū, reliquiæ Israëlis ex tribubus illis saluæ factæ, quæ factæ sunt duces & principes exercitus dei, deuicta per Christum morte, triumphantis. Primū, tribus Benjamin paruula quidē, sicut dicit Saul. 1. Reg. 9. Nunquid nō filius Iemini ego sum, &c. Erat enim hæc tribus ferè extincta, propter scelus in uxore leuitæ, Iudicū. 20. & 21. sed nequaquā iam paruula, sed in mentis est excessu, id est, sublimis extra carnē raptæ & à deo illuminata. Dedit enim hæc tribus Paulum apostolū, ut legis Phil. 3. Hic raptus in tertium cælū didicit arcana in paradiso quæ non potest homo loqui. 2. Cor. 12. Itaq; paruula hæc tribus non paruula est. Dedit enim primarium ducem qui præ omnibus alijs apostolis plus laborauit, gentiū doctor & uas electionis factus deo. Iairco hic merito præcedit ubi gentiū canitur gratia. Id quod Felix sic legit, Ibi Benjamin paruulus dominatur illis, quod aptius conuenit sequenti uersui. Nam duces hic describuntur exercitus populi dei. Sic & Bethlehem paruula est in propheta si castrum respicias, & nequaquā paruula in Matthæo, quia dedit Christū ducem. Sequitur, Principes Iuda, duces uel fortes eorum, principes

Sabulon & principes Nephthalim. Ex Iuda erant Iacobus minor, Simeon & Iudas filij sororis matris Christi. Terra Sabulon & terra Nephthalim erant in Galilea, Matt. 4. unde multos discipulos accepit Christus, quem admodum Iudæi dicunt, Act. 2. Nonne oēs qui loquuntur uiri Galilæi sunt? Et angeli Act. 1. Viri Galilæi quid statis &c. Galilæum quoq; uocauerunt Christum q; in Galilea educatus esset, habitaret, prædicaret &c. De Petro, Andrea & Philippo notum est q; fuerint Galilæi ex Bethsaida, Io. 1.

Manda deus uirtuti tuæ, confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in Hierusalem tibi offerent reges munera. Increpa feras arūdinis, congregatio taurorū in uaccis populorū, ut excludant probatos argento. Dissipa gentes quæ bella uolunt, uenient legati ex Aegypto, Aethiopia præueniet manus suas deo.

Manda deus uirtuti tuæ, id est, exercitui tuo, hoc est, Tu deus esto imperator, ut nihil in hoc exercitu fiat absq; tuo imperio, & uerbo, ut tua gratia solum tuum uerbum audiamus, quæ erit fortitudo nostra cōtra omnes aduersarias potestates. Aberrabit enim exercitus si bonum ducem non audiat. Ex Heb. Mandauit deus tuus fortitudinem tuam, scilicet o exercitus dei qui talibus ad bella progredieris ducibus, ut dictum. Hoc est, Tua fortitudo & uirtus deo mandante tibi est, non te hoc uel illud agente, non sunt hic humane uires &c.

Confirma hoc deus quod operatus es in nobis tuo spiritu, non quod nos operati sumus, nostra cadant, tua in nobis cōfirmentur & augeantur, ut cre scamus ex fide in fidem, qui enim spiritu dei aguntur hi sunt filij dei. Maxime uero necessaria est hæc oratio. Ut enim optime omnia per Christi doctrinam parata sint & populus in spiritu doctus, tamen relictū nobis cito relabimur. Sic Moyses moriturus cōtestatur populū, Deu. 31. Adhuc uiuente me & ingrediente uobiscum &c. Sic & Iosue, ut legis Iosue ult. Hoc relapsu in infidelitatē plenus est liber Iudicū, ut interim alia taceamus. Nā non cessat

Manda deus uirtuti tuæ.

Oratio necessaria.

Fera arundinis. seducere orbem bestia illa calami diabolus, qui gaudet in impuritatibus infidelitatis quemadmodum sus in uolutabro luti, cum omnibus bestiis sibi contra Euangelium adherentibus, quas hic uocat tauros, id est, fortes & potentes & diuites & confidentes in iustitia sua, & uaccas siue uitulos populorum, id est, plebeios & subditos, una tamen impietate coniunctos contra columbam, contra exercitum dei, contra Christi ecclesiam, sicut & Psal. 21. conueritur Christus, Circumdede runt me uituli multi, tauri pingues obsederunt me. Sic & Iob. 40. ca. de diabolo scribitur, Omnes bestiae agri ludent tibi. Sub umbra dormit, in secreto calami, in locis humentibus, protegent umbram eius, circumdabunt eum salices torrentis. Hanc bestiam & bestias adherentes non armis sed oratione ad deum missa inuadere oportet, ut dicamus, Increpa uel discipula tu deus feram arundinis, congregationem taurorum, quae congregatur cum uitulis populorum. Vere feram arundinis quae tauros illos & uitulos inflat & decipit magnis titulis & fastu & opinione iustitiae, & tamen reuera uacui sunt illi Euangelij si fieri potest subuersores, Qui si ueri essent Episcopi, cogitarent, Non est seruus maior domino suo, & persecutiones potius sustinerent quam Christi confessoribus inferrent.

Vt excludantur &c. Nunc ferre omnes ad utilitatem ecclesiae omnino sunt uacui, ad destructionem potentes. Id quod additur, Vt excludant, id est, excommunicent & occidant eos qui probati sunt argento, id est, uerbo dei, ut supra, penna colubae deargentatae, aut eos qui probantur habere argentum, id est, pecuniam.

Argentum quae ruit Christi per secutores. Rapiebantur enim tunc bona Christianorum publice quasi iure a principibus impijs, & deinde occultius a pseudapostolis & pseudepiscopis sub specie pietatis, ut & nunc, licet nunc multo periculosus. Qui enim sua quaerere non quae Iesu Christi, inimici crucis Christi, suo uentri non deo seruientes, fuerunt tempore & apostolorum, ut non mireris diurnum errorem, & futuri etiam nostro tempore ab Apostolis predicabantur. Quid enim aliud nunc quae ritur per fas & nefas a principibus multis & ecclesiarum, ut uocant, praelatis qui persequuntur Euangelium Christi, quantitas & superbia mundi & insaturata argenti cupiditas? Quod ex Heb. Felix legit sic, Increpa feram arundinis, congregationem taurorum in uitulis populorum, optantem numeratines argenti. Aduerte quod quis haec uera sint de omnibus ob sua lucra ueritati diuinae resistentibus, tamen proprie dicta sunt de illis qui bona ecclesiae. i. pauperibus oblata sibi usurpare nituntur, qui hodie omnia, pauperes nihil habent. Nam quod a templo &c. penes neglexeram sic praemititur, A templo tuo &c. Reges, id est, magni

Et diuites ad te conuersi tibi offerent munera, id est, sua et seipfos, incipientes à templo tuo quod est in Hierusalem, illic enim cœpit ecclesia que se suâq; obtulit deo, quemadmodum uides Act. 4. Nisi accipias reges, illos duces ac principes dominici exercitus, de quibus supra, qui ab Hierusalē inceperunt offerre animas, diabolo per uerbum Euāgelij ereptas, Lu. ult. Contra quā gratiam nititur fera calami cum tauris et uaccis suis etc.

Iam uero apertius sequitur quod diximus, Dissipa gentes uel dissipauit deus gentes que bella uolunt. gentes uocat omnes qui resistunt Euangelio et Christi pacem uolunt. Venient legati uel principes ex Aegypto, scilicet deo uel ad deum, ut Postulata pace sese subdant exercitui dei uiuētis, dum hypocritæ et iustitiarij Iudæi contra in suam pugnant perniciem. Aethiopia præueniet manus suas deo, id est, ad deum, Hoc est, prius credet in deum uenit manus antequam manus sequantur, id est, bona opera. Hæc est fides gentium credentium, quæ se primū offerunt deo, deinde bona opera siue manus suas. Hypocritæ autē ab operibus incipiūt sine fide etc. Felix sic, Aethiopia faciet currere manus suas ad deum, id est, fidei operibus deo seruiet quæ postulat charitatem in fratrem. Atq; ut uides hic prædicitur gentium Iudæis (ubi cœpit ecclesia) uicinarum conuersio, atq; adeo gentium reliquarū. Matthæus Aethiopibus prædicasse fertur. In Anthiochia primum cognominati sunt Christi discipuli Christiani, Act. 11. In Alexandria Aegypti schola Christianorū erat apud Philonem celebris et maxime cōmendata, cuius uerba citat Eusebius.

Regna terræ cantate deo, psallite domino ascendēti super cœlum cœli ad orientem. Ecce dabit uocem suam uocem uirtutis, date gloriam deo super Israel, magnificentia eius & uirtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel ipse dabit uirtutem & fortitudinem plebi suæ, Benedictus deus.

Ascendenti super cœlum cœli ad orientem. Felix, Insidenti cœlis cœlorum ab initio. Ut mentiantur Iudæi nunc nos nouum nobis inuenisse deum. Sic Ioannis. 3. Filius hominis qui est in cœlo. Mirabilis deus in sanctis suis. Felix, Terribilis deus de sanctuarijs suis. Sicut olim secundū promissionem Iudæis factam residebat in templo in sancto sanctorū super propicia

torium arcæ. Ita nunc in ecclesia per Christum, Hic certe mirabilis est, est & terribilis aduersarijs Christiane pietatis, quemadmodum alibi, Tu terribilis es & quis resistet tibi? Vtque ista ueritas, certum est, uel ex sequentibus uerbis, de hominibus dici in quibus deus habitat.

Sanctificatio
nois dei ubiq;

Cum haec gratia haec noua cantata sit iam prouocantur omnia regna mundi ad sanctificandum nomen domini. Regna, inquit, terræ cantate Christo deo, qui ascendit triumpho praedicto super omnes caelos ad orientem, id est, ad illum qui oriens est & principium omnium, hoc est, qui deus ascendit ad deum. Oriens enim hic substantiuum est, sicut & in Cantico Zachariae, Luc. c. 1. In quibus uisitauit nos oriens ex alto.

Prædicatio p
spiritu efficax

Ecce dabit uoci prædicationis Euangelij sui uocem uirtutis, ut efficax sit per spiritum in cordibus audientium. Nisi hoc ipse faciat frustra docetur. Non enim in sermone est regnum dei, sed in uirtute. In uanum docent quibus non cooperatur uirtus spiritus. Date gloriam siue fortitudinem deo, illi adscribite & accepta referte omnia, illius omnia sunt, ne uobis aliquid arrogatis de tantis dei donis. Illi, inquam, deo qui est deus super Israël, id est, populum credentem, Splendor, maiestas, gloria & uirtus eius, id est, potentia spiritus eius est in nubibus, id est, in illis qui ut nubes uolant, Esa. 60. è quibus deus pluit uerbum Euangelij sui ut terra ubique proferat salutis fructum. In quibus tonat & mirabilia operatur, ut etiam admiratione obstupescat ipse mundus. Contra Esa. 5. dicitur, Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. De magnificentia autem & uirtute in nubibus sequitur, Mirabilis deus in sanctis suis uel è sanctuarijs suis, id est, credentibus qui sunt templum dei. Aduerte omnia esse dei, nihil nostrum. Est quidem magnificentia & uirtus in nubibus, sed eius est, id est, dei. Id quod additur, Deus Israël ipse dabit uirtutem & fortitudinem plebi suæ, exercitui suo, ut supra dictum, id est, robur spiritus & constantiam æternam. Benedictus deus, Amen.

PSALMVS LXVIII.

Titulus. τῶσ κέλευσις super lilia David.

Tentatio De lilijs dictum, Psal. 44. Describitur enim in hoc psalmo uictoria Christi doccebit. & Christianorum superantium mortem & inferos, sed certe per mortem & inferos. Non intelligent uero, quid hæc sibi uelint nisi pij in graui tentatione & horrore mortis quandoq; à deo sibi derelicti.

PSALMVM esse de Christo notum est ex Ioan. 15. ubi ipse citat hinc. Sed, inquit, ut impleatur scriptura, odio habuerunt me gratis. Et Paulus

Rom. 15. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Item, discipuli Ioan. 2. intelligunt de Christo dictum, Zelus domus tue comedit me. Item, de Iudeis Christi aduersarijs citat Paulus, Rom. 11. Fiat mensa &c. Et Petrus Act. 1. Fiat habitatio eorum deserta &c. de Iuda qui fuit dux eorum, Vt interim non dicam q. Psalmus habet quoq. manifestam historiam. Et de-

derunt, inquit, in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. **S V M M A.** Christus in angustia mortis inuocat patrem & precatur ne formis crucis p. scandalizentur. Deus, inquit, tu scis insipientiam &c. Scenim propter iustitiam pati, quia zelum pro domo dei habuit. Quonia, inquit, propter te sustinui &c. Interim tamen non insultasse aduersarijs cum iure potuisset, sed magis pro eis in luctu fuisse. Et operui, inquit &c. Vide Psalmu. 34. Inde ubi dicit, Fiat mensa &c. Horrende prophetat de aduersariorum lapsu qui contigit Iudeis, ut timeant sibi omnes Euangelij hostes. Vbi uero dicit, Ego autem &c. Laudat deum q. cruce glorificatus sit, dicens, q. hec laus deo placeat super omne uetus sacrificium bouum & uitulorum. In fine dicit, gratiam hanc liberationis non sibi propriam esse, sed omnibus credentibus & adstricti (quos pro more uocat pauperes & uinctos) esse comunem. Atq. hic uides fructum omnium psalmorum in quibus Christus ipse loquitur: Nostra scilicet esse que Christus dicit, agit & patitur, nostru quoq. esse q. cum tanta gloria a patre liberatur.

Fructus Psal-
moru Christi.

S Aluum me fac deus, quonia intrauerunt aquæ
usq. ad animam meam. Infixus sum in limbo
profundi, & non est super quod stetur. Veni in pro-
funda maris, & tempestas demersit me. Laboraui
clamans, raucae factæ sunt fauces meæ, defecerunt
oculi mei a sperando in deum meum. Multiplicati
sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gra-
tis. Confortati sunt inimici mei qui persequuntur
me iniuste, quæ non rapui tunc exolvebam.

Aquæ niütur
auferre aiäm.

Patientia san-
ctorum.

Aquæ tötatio
& persecutio,
ut supra.

Propter nos
patitur Chri-
stus.

Hæc Metaphora sumpta est ab eo cuius anima, id est uita, periclitatur in aqua, quando luto quod subest infigitur pedibus, tantòq; magis implicatur quanto amplius se explicare niütur, dum nihil solidi est sub pedibus, donec aqua ori appropinquat. Hic clamat usq; ad raum miser, & nemo adiuuat, deficiüt oculi dum circüspicit sine cessatione sperans aliquem fore auxilio, De qua metaphora diximus quoq; Psal. 39. Ita se in horrore mortis & deuelitum fuisse dicit & clamasse & oculis perpetue sursum uidendo ad deü sperasse auxilium, sed frustra, dum interim sic deus uoluit. Ergo, ai, dei uoluntati fuit cötrarius. Respondeo, Sancti in tentatione nõ recedunt à deo, quemadmodü qui ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt, sed cupiunt à tentatione liberari, & liberari à solo deo. Hinc est, q. ad solü deum respiciunt, sicut & Ezechias dicit, Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum. Id quod & Christus orare nos docuit, Libera nos à malo. Cum ergo impietatis auxilia non querant, ipsa eorum oratio indicat tam diu manere uelle in tentatione quã diu deus liberare noluerit clamantes. Verbi gratia, Raperis ad mortem propter Euangelium, certe uis liberari, nõ tamen per negationem Euangelij. Sic & Christus orauit, Si non potest hic calix transire &c. Sic & Eleazarus doctor. 2. Mach. a. 6. Domine qui habes sanctam scientiam, manifeste tu scis, q. cum à morte possem liberari, Duros corporis sustineo labores, secundü animam uero propter timorem tuum libenter hæc patior.

Deniq; metaphoram ipse qui orat aperit, dicens, Multiplicati sunt &c. quod posses intelligere, plures factos inimicos quã habes crines capitis, quemadmodum nos Germani ingentem numerum, crinium numero significamus, sed iucundius fuerit ut uideas hic perdurare metaphoram de illo qui in aquis perit, cui intrant aquæ in os ut auferant animã, supergredienturq; tandem super capillos capitis & confortantur aduersus miserum & submergunt eum, contra quas aquas ipse nihil peccauit nisi q. infelicitè incidit. Ita & fit pijs, dum interim illa potestas est tenebrarum, de qua Christus dixit. Vide Psal. 17. Misit de summo & accepit me & assumpsit me ex aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis & ab ijs qui oderunt me, quoniam confortati sunt super me.

Quare ergo patitur Christus qui se potest liberare? Respödet ipse, Quæ non rapui tunc exoluebam. Ipse nostra peccata tulit, quæ nos, quæ Adam peccauerat, Vide Esa. 53. Præterea exemplum nobis dedit patendi pro iustitia, pro fratribus &c. Idcirco ipse tunc fortitudini suæ resignauit quando deus

Deus pater sic uoluit, qui & se spoliavit omnibus formis dei propter nos, ut formis crucis nos glorificaret, Philip. 2. Hoc sentite in uobis &c.

Deus tu scis insipientiam meã, & delicta mea a te non sunt abscondita, Non erubescãt de me qui expectant te domine, dñe uirtutum. Non confundantur de me qui quærunt te deus Israel. Quoniã propter te sustinui opprobriũ, cooperuit cõfusiõ faciẽ meam. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ. Quoniã zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Et cooperui in ieiunio animã meam, & factum est in opprobrium mihi. Et posui uestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam. Aduersum me garriebant qui sedebãt in porta, & in me psallebant qui bibebant uinum.

Et cooperui in ieiunio animam meam, id est, dum ieiunarem & me affligerem pro illis, aut certe tentatione adactus edere nõ possem, cooperui animam meam, id est abscondi uitam meã, ut abiectus homo omnibus uidebar. Fe. Et fleui dum esset in ieiunio anima mea. Et in me psallebant &c. Fe. Et cantica sui bibentium siceram, quemadmodum populus adflictus dicit, Threnorũ. 5. Factus sum in derisum omni populo, canticũ eorum tota die.

Deus, ego iam te non ignorante sum factus Iudæis, iustitarijs hypocrisis scandalum, gentibus palam impijs stulticia, id quod fit omnibus Christi Iudæis scandalum, gentibus confessoribus, & delicta mea non ignoras, quæ ego ut mea iam assumpsi qui peccatum non feci. Reus iam factus sum coram te alieno delicto, te sic uolente stulticia. Ita ut non uidear aliud quã fatuus & impius, Obsecro te, ut quod necessario iam te uolente patior, non sit ruina & scandalum illis, qui solent audire uerbum tuam, qui sperant ex te salutem, qui quærunt te, id est, tibi

fidunt & credunt. Vides hic pium cor in tentatione & mundi opprobriis
 etiam sollicitum esse pro alijs ne cadant & scandalizentur ex nostra infeli-
 citate. Sicut & uides psalmo. 7. Et propter hanc in altum regredere &c.
 Sed beatus qui nõ fuerit in Christo scandalizatus. Et de suis Apostolis dixit,
 Omnes uos scandalum patiemini in me in hac nocte. Patior quidem, inquit,
 sed propter te opprobrium, confusionem, abiectionem à proprijs fratribus
 Iudeis, quasi alienigena sum habitus ab eis, Samaritanum me uocauerunt,
 Zelus domus
 &c. seductorem, hæreticum, non alia causa nisi q̄ zelau pro domo tua, hic zelus
 me multum comedit dum nõ potui sustinere ignominiam domus tuæ. Maxi-
 me enim mihi doluit q̄ tu contemnebaris. Hunc zelum quia Christus nondũ
 posuit, timeant sibi domus dei, id est ecclesiæ Christiane contemptores, blas-
 phematores, persecutores, imprimis illis qui pro pastoribus fures & latro-
 nes sunt facti, qui non uerbum prædicant, quod certe non plus quàm equus
 & mulus nouerunt, sed suam ambitionem & commoda sectantur. Fecistis,
 inquit, domum meam domum negotiationis & speluncam latronũ. Et ad-
 dit, Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me, id est, quicquid
 Et opprobria
 &c. alij peccabant in te, quicquid blasphemabant, ego dolebam, ego ferebã, ego
 cogebam satisfacere, qui eram fideiussor factus pro oĩbus. Ex hoc loco Pau-
 lus docet Ro. 15. q̄ nos debemus infirmorũ peccata portare, quemadmodum
 Christus peccata & blasphemias omnium portauit, qui non sibi placuit, quæ
 admodum illi qui sibi uidentur sapere dum contemnunt infirmiores. Præ-
 terea illic Paulus ostendit hæc, ut alia quoq; scripta propter nos.
 Iudiciũ mudi
 de Christo. Et cooperui &c. Id est quicquid faciebam adflictus illi uertebant mihi
 in opprobrium, & sui in ore omnium uulgare prouerbium. Et iudices in por-
 ta, id est iudicio, ut dixi psal. 9. uana multipliciter contra me loquebantur,
 & sui canticum ebriosorum. Hoc est iudicium mundi & mundi sapientum,
 & animalium siue cultorum uentris de Christo Christi q; Euangelio & uere
 Christianis, de ieiunio autem & cilicio, uide supra psal. 34.

Ego autem oratione mea ad te domine, tempus be-
 neplaciti deus. In multitudine misericordiæ tuæ ex-
 audi me, in ueritate salutis tuæ. Eripe me e luto, ut
 non infigar, libera me ab ijs qui oderunt me, & e
 profundis aquarum. Non me demergat tempestas

aquæ, neq; absorbeat me profundum, neq; urgeat super me puteus os suum. Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. Non auertas faciem tuam a puero tuo, quoniam tribulor uelociter exaudi me. Intende animæ meæ & libera eam, propter inimicos meos libera me. Tu enim scis opprobrium meum & confusionem meam & reuerentiam meam. In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improperium expectauit anima mea & miseriam. Et expectaui qui simul tristaretur & non fuit, & qui consolarentur, & non inueni. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

Hic docemur quid agendum Christiano in tentatione, ubi uidet non solum se ab omnibus derelinqui, sed etiã irrideri & impugnari, ut adigatur ad desperationem, nempe ut oret & non cesset orare. Id quod & Christus monuit, vigilate & orate, ne intretis in tentationem. & oret fiducia misericordie & promissionis diuinæ, non suæ iustitiæ aut operum. Ita Christus in diebus carnis suæ pontifex magnus cum lachrymis obtulit preces &c. Hebræorum 5. Ait ergo, Ego autem dum sic illi insaniunt oratione mea ad te, scilicet accedo (uel si aliud quippiam tibi placuerit addere, ut oratio compleatur, alioqui imperfecta.) Tempus iam est ô deus bonæ uoluntatis tuæ quando uis exaudire omnes inuocantes, de quo tempore dixit Esaias cap. 49. interprete Paulo, In tempore placito exaudiui te &c. Secundum multam misericordiam tuam, non secundum iustitiam meam exaudi me, secundum ueritatem salutis tuæ, sicut promissisti uero tuo uerbo salutem te

Oratio solum
reliqua est.

inuocantibus. Eripe me e luto & tempestate aquarū & periculo profundi, de quo supra, ut non urgeat & claudat super me puteus abyssi aquarum os suum, id est ut in hac tentatione & horrore mortis & inferorum mors, & infernus nō me absorbeat, hoc est, ut nō desperem. Respice in puerum, id est me seruum tuum, in hoc presenti periculo, ut statim liberares, non solū propter misericordiam tuā in me, sed etiam propter iudicium tuum in inimicōs meos. Tu enim nosti quid patiar, nemini conqueri possum, omnes subsannāt, nemo condolet, nihil mihi uideo expectandum, pręter crucem & miserā, & ue mihi, si quid ab eis desiderauero necessitate aliqua pressus, nam hic offerunt fel & acetum, maledicta & iniurias. Hęc est nouissima tentatio & quę obruat, nisi adsit manus benigni patris omnium qui Euangelium uere cōfitentur. Et dederunt &c. Hoc Christo factum scimus. Fit & Christi membris dum in adflictione conscientię sunt, quibus impij magistri pro esca uerbi dei, quod est consolationis plenissimum, dant traditiones hominum, quibus amarissimę uexantur piorum conscientię, id est, illorum qui adhuc ignorantes uerbi, dei timore corripuntur, tamen abest, ut in hac serie & siti inueniant consolatorem.

Fel & acetum
cōscientiarū.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem & in scandalū. Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam, & furor irę tuę comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quoniā quę tu percussisti ipsi persecuti sunt, & super dolorem uulnerum meorū addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorū, & nō intrent in iustitia tua. Deleantur de libro uiuentium, & cū iustis non scribantur.

Et super dolorem uulnerum meorum addiderunt Fe. Et de dolore uulneratorum tuorum narrabunt, id est confabulabuntur & gaudebunt o deus de dolore illorum qui propter te uulnerati sunt, adflicti & omni miseria preffi, non poterunt saturari poenis piorum &c.

Hæc est spiritus sententia contra impios Iudæos qui uiderunt opera dei in Christo, uiderunt, inquit, & oderunt me & patrem meum quæ sententia lata est contra omnes qui manifestam uident dei ueritatem, quæ uincuntur ipsorum conscientia, ut negare non possint apud semetipsos hanc esse ueritatem, & ne uerbum quidem habent, quod iuste secundum conscientiam opponere possint (non uana dico) & tamen contra conscientiam blasphemant dicentes, Hoc est mendacium, hæresis, blasphemia, à diabolo, fatuus es, demonium habes, maledictus qui te audit &c. Nonne horrenda blasphemia est, ueritate dei dicere mendacium, & quod à spiritu dei est, dicere à spiritu diaboli profectum, atq; adeo facere ex spiritu dei spiritum diaboli, imò ex deo diabolum? Horret ad hæc pius animus, sed res uera est apud eos qui contra conscientiam ueritatem dei, quod est uerbum eius, hodie suæ gloriæ, suo comodo, suæ apud homines æstimationi consulentes, oppugnant, nõ aliter ac Iudæi. Ad quorum execrationem etiã & hoc putamus pertinere. q. conscientiam huius blasphemie, quam ad tempus in sui maiorem habent condemnatione, deinde amittant, non recepturi nisi morte, ut desperent, & in extremo iudicio, ut uideant in quem compunxerunt. Tales blasphemant in spiritu sanctum & non consequuntur remissionem peccatorum in æternum, quia dicunt, spiritum immundum habet, & in Beelzebub eicit demonia, quando uident hoc ipsum fieri uirtute dei, siue in spiritu & digito dei, ut interpretatur Marcus ca. 3. Christus enim qui nouit corda, uidit illic corda eorum, & nõ ignorauit eos contra conscientiam blasphemare. Hoc irremissibile peccatum uocat & æternum delictum, quia excæcati post credere non possunt, & inuocare deum, ut maxime nihil aliud uideantur agere, quam inuocare deum sepulchra illa foris dealbata. Horrendum hodie est (nam nos nihil pronunciamus, uiderit deus de suis istis iudicijs) q. qui non sustinent per uerbum dei condemnari liberum arbitrium, uires humanas & iustitias, & indigne ferunt nos sola fide per Christum iustificari, accipiunt in manus sacra biblia, quæ antea egregie contempserant, & querunt non ueritatem, sed quod ipsi sentiunt, Idcirco quicquid sese ubiq; manifesta lucis cæcis offert oculis contra humanas doctrinas pro iustificatione Euangelica, non solum transiliunt & contemnunt, sed etiam dolent hoc ipsum illic esse

Peccatū in spi
ritū sanctū.

*Blasphemia in
filii hominis.*

tam manifeste scriptum, & immunda illa animalia, porci & canes quaedam arripiunt obscuriora ad suum sensum, uel reclamante ipso contextu detorta, ut obscuris lucem ipsam dei, si fieri potest, eliminent, & cum ita sint suo ipsorum iudicio condemnati, quæadmodum Paulus ait, id quod iusto dei iudicio coguntur, uel inuiti uidere in uerbo dei, tamen clamant, blasphemant, scribunt nescio quæ, ut pueri & uetulae hodie rideant eorum cæcitatem, quæ ne uidere quidem possunt, in quo seculo nunc uiuant & quibus scribant. Porro fatuos illos qui sua sapientia & potentia aliquid se effecturos putant pro ueritate, ut putant, & quotquot sic persequuntur Euangelicam ueritatem, ut non agant contra conscientiam, sed ex ignorantia & quasi obsequium prestantes deo, ut maxime faciant omnia mala in Euangelium gloriæ magni dei & in sacros Euangelistas, ut Paulus, illos, inquam, certi sumus non esse reos peccati huius irremissibilis & æterni, modo postea cognita ueritate resipiscant, ut Paulus. Nam interim dicunt tantum & blasphemant (id quod tamen horrendum est peccatum, indigens magna dei misericordia, ut diluatur) in filium hominis, offensus formis crucis & mortificationis. De alijs qui inciderint in æternam illam excæcationem, uiderit deus, non est nostrum pronuntiare, certe sat exemplorum habemus in scriptura, in Cain, in Pharaone, in Iudeis abiectis, in Iuda apostolo &c. Et quid de quibusdam pseudopostolis sentiat Paulus non ignoramus. Ait ergo non tam imprecando quam prædicando, fiat mensa &c.

Mensa.

Excæcatio. Scriptura siue uerbum dei dicitur mensa, cibus, panis, refectio, aqua sapientie &c. Horrendum hoc uenit iudicium super Iudeos, ut ex scripturis excæcentur. Qui enim illuminabis eum aut sanabis qui ex luce excæcatur & ex medicina interit? Solo uerbo dei uiuimus & resuscitamur mortui, sed hæc medicina illis uenenum est, Non enim scrutatur eam, ut ueritatem inuestigent, sed ut manifestæ ueritati contradicant, quid quæso hoc aliud est quam uenenum quæerere? Quod iudicium & hodie super quosdam uenisse uidemus, deus prohibeat ne in eos consummetur. Unde addit, Obscurentur oculi eorum ne uideant manifestam dei ueritatem & cœuertantur &c. Esa. 6. Io. 12. Matt. 13. Et dorsum eorum semper incurua, non solum ut premantur omnibus malis foris inter gentes, sed etiam ut non uideant sursum in cælum & inuocare possint ex fiducia cordis dominum, psal. 16. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Effunde è cœlis uelut super Sodomam iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos, ut fugientes non aufugiant, Esa. 24. Et erit qui fugerit à facie formidinis cadet in foueam, & qui se explicauerit &

ſuea tenebitur laqueo, quia cataractæ de excelsis aperte ſunt &c. quemadmodum diluuium Noe effundebatur ſuper impios. Fiaſ habitatio eorum deſerta &c. Id quod Chriſtus ſic dicit Matth. 23. Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta, per dederunt enim & locum & gentem, regnum & ſacerdotium, & ipſum regnum dei uerbum ſalutis, ita ut omnis gloria dei receſſerit ab eis, quemadmodum de Iuda dicit Petrus Act. 1. Id quod Chriſtus præ dicit Matth. 21. Auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Vide. 3. Reg. 9. & Hierc. 7.

Deſerta habitatio.

Quoniam quæ tu percuffiſti. Eſa. 53. Propter ſcelus populi mei ego percuffi eum, Rom. 8. Proprio filio ſuo non pepercit &c. Hunc, inquam, percuti ſunt augentes dolorem dolori, & gaudentes in malis alienis. Iſta eſt peruerſitas impiorum, iſta eſt tentatio piorum, ut illi grauius ſeuant, dum hi à deo dereliſti uidentur. Tunc enim poſt omnem afflictionem grauius pungentes corda noſtra, dicunt, Non eſt ſalus ipſi in deo ſuo. Sperauit in deo, liberet eum nunc, ſi uult. Alios ſaluos fecit, ſeipſum ſaluum facere neſcit. Prædicauit multa de fiducia in deum, dum omnia humana damnauit, ubi nunc eſt egregia illa doctrina? Iam palam uidet mundus ſeductorem fuiſſe, qui doctor Euangelij uidebatur. Sed horum iudicium ſequitur. Appone, inquit, iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, id eſt, dereliſti à te, ruant excæcati à ſcelere in ſcelus, ut impleant meſuram patrum ſuorum, Matthæi. 23. De quibus 1. Teſſalon. 2. Deo, inquit, non placent, & omnibus hominibus aduerſantur, qui obſiſtunt nobis, ne loquamur gentibus, quo ſalui fiant, ut expleant peccata ſua ſemper, peruenit autem in illos ira in finem, Et non intrent, non ambulent, uel non conuerſentur in tua iuſtitia, id eſt, nunquam credant, nam fides eſt iuſtitia per deum uides negari talibus remiſſionem peccatorum. Id quod intellige, quemadmodum ſupra diximus, ne hic ponamus multis conſcientijs laqueos, Qui ueniam ex corde rogare poſteſt, agat deo gratus, quia in illam ſententiam nunquam incidit utcumque perſecutus eſt uerbum in ignorantia. Quod uero dixi, aperit ſequitur, quam ut negari queat, Deleantur de libro uiuentium. Tamen ais, Soli electi ſcribitur. Liber uitæ. Iſti ſunt in libro uitæ, quibus Chriſtus dicit, Gaudete & nomina ueſtra ſcripta ſunt in cælis, quomodo ergo delentur è libro, qui nunquam in eo ſcripti ſunt? Reſpondeo, pſalmus ipſe ſe exponit, dicens, Et cum iuſtis, id eſt, fidelibus & electis non ſcribantur, ut hoc fit deleri è libro uitæ, quod cum iuſtis non ſcribi &c.

Addere ſuper dolore uulnerum.

Impoenitentiæ.

Nota.

Liber uitæ.

Ego sum pauper & dolens, salus tua deus suscepit me. Laudabo nomen dei cum cantico, magnifico cum in laude. Et placebit deo super uitulum nouellum, cornua producentem & ungulas. Videant pauperes & lætentur, quærite deum & uiuet anima uestra. Quoniam exaudiuit pauperes dominus, & uinctos suos nõ despexit. Laudent eum cœli & terra, mare, & omnia reptantia in eis. Quoniã deus saluabit Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudææ. Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirant eam. Et sermen seruatorum tuorum possidebit eam, & qui diligunt nomen tuum, habitabunt in ea.

Super uitulum nouellum, id est plusquam uitulus nouellus. Fe. Super bouem & uitulum. Iudææ legitur ex Græco, cum sit in Heb. Iudææ, sed nihil referre diximus psal. 47. Seruatorum tuorum. Item, Nomen tuum, scilicet deus. Fe. Seruatorum eius. Item, Nomen eius, scilicet dei.

Sacrificium
laudis.

Hic uides, quod in omnibus fere talibus psalmis, ut alibi diximus, scilicet dei liberatione, postquam uisus est dereliquisse. Ego, inquit, derelictus ab omnibus & adstrictus, à tua salute & liberatione susceptus sum, ideo gratias agam & sanctificabo nomen tuum, id quod placebit tibi super omne sacrificium ueteris legis quædo offerebantur boues & uituli producentes cornua & ungulas, id est, quæ sunt animalia irrationalia, de quo sacrificio, supra sepe diximus, uel in psal. 49. & 50. & c. Sacrificiũ laudis deo placet, non quicquid externe hypocrisis molitur.

Noua post
uetera.

Videant pauperes & c. Se non solum exauditũ dicit, sed & omnes pauperes atque eosdem simul gaudere, quoniam & omnem creaturã, ut congratuletur, prouocat, quoniam noua Sion, nouæ ciuitates Iudææ, id est consentientis deum populi, siue Iudææ, id est confessionis dei, ædificabuntur sub omni cœlo, & illic inhabitabunt pauperes hereditate æterna, & filii seruatorum dei, id est qui

qui à seruis dei per Euangelium deo sunt geniti. Istud enim est saluari Sion, edificare ciuitates Iudæ, & inhabitare & gignere filios deo, predicare Euangelium, ut credatur deo, & edificentur muri Hierusalem, psal. 50. ut fiat ecclesia sanctorum, in qua deus habitet in æternum. Hæc dico, ut uideas, quo pertineant psalmi de Christo, nempe ad omnia Christi membra, quæ salutem consecuta sunt in Christo, qui nobis mortem & inferos deuicit. Videant, inquit, pauperes, id est, adflikti, tentati, & desolati hanc meam glorificationem, & lætentur se in me liberatos, & bene sperent in omni tentatione. Sicut enim pater me non deseruit, ita neq; ipsos deseret. Querite tantum uos pauperes deum, & uiuet anima uestra, non moriemini, non peribitis in tentatione, non condemnabunt uestra peccata, querite tantum, id est, credite & inuocate. quid hoc aliud est, quàm q. iustus ex fide uiuit? &c.

Ne de carnali Sion & Iudæa hæc intelligentur, præcedentia prohibêt: Reductio ex Nam illa habitatio facta est deserta, ubi cum templo omnia Iudæorum sacra perierunt. Nihil ergo est, quod ex hoc loco sperare possim Iudæi se in hac Iudæorū. sua reducendos, nisi secundū Paulum credant in Christum, De reductione autem & edificatione spiritualis Sion, potes quoq; legere Esaiæ. 60.

PSALMVS LXIX.

Titulus. προσκέλευσις ad reminiscendum.

Id est, ut nostri reminiscatur deus. Aliud dixi psal. 37.

SVMMA. Christus & membra eius petunt liberari ab aduersarijs per deum, quem solum norunt protectorem.

DEUS in adiutorium meū intende, domine ad adiuuandum me festina. Confundātur & reuereantur qui quærunt animam meam. Auertantur retrorsum & erubescant qui uolūt mihi mala. Auertantur statim erubescences qui dicūt mihi: euge euge. Exultent & lætentur in te oēs qui quærūt te deus, & dicant semper, magnificetur deus qui diligit salutare tuū. Ego uero egenus sum & pau-

per, deus adiuua me. Adiutor meus & liberator meus es tu, domine ne moreris.

Auertantur statim &c. Fe. Reuertantur super uestigia confuſionis ſuæ. Id eſt, inſequuntur & obſeruant me, ut me alijs traducant & confundant. quod mihi intentant, ipſi lucrentur, perſequendo quærit ignominiam meam, retroacti incidant in eam &c.

Quid attinet clara uerba interpretari, quæ etiam uides pſal. 39. Ceterum quid ſpiritus hic poſtulet pro ſanctis, ipſa tentatio docebit.

PSALMVS LXX.

Titulus nullus in Hebræo, licet apud Græcos titulum inuenias.

Christus senex SYMMA. *Christus orat, ne derelinquatur in manibus aduerſariorum, & præcipue ne deſeratur in tempore ſenectutis. Chriſtus in ſua carne non uenit ad caniciem, ſed pro membris orat, & pro ſenſcente eccleſia, in qua nunc ſumus, quando exultante fide abundat iniquitas, refrigeſcit charitas multorum. Atq; hic uides, qd Chriſtus ne languſcentem quidem eccleſiam uult derelictam. Hanc interpretationem indicat, quod ſequitur. Ne, inquit, derelinquas me, donec annunciem brachium &c. Quis enim omni generationi, quæ uſq; in finem ſæculi uentura eſt, prædicat brachium dei, potentiam, iuſtitiam, & magnalia dei, niſi Chriſtus?*

IN te domine ſperaui non confundar in æternum, in iuſtitia tua libera me & eripe me. Inclina ad me aurem tuã et ſalua me. Eſto mihi in deum protectorem, et in locũ munitionum, ut ſaluum me facias. Quoniam firmamentũ meum et refugium meum es tu. Deus meus eripe me e manu peccatoris, et e manu contra legem agentis et iniuſti. Quoniã tu es expectatio mea domine, ſpes mea a iuuentute mea. In te confirmatus ſum ab utero, a uentre matris meæ tu es protector meus.

In te laus mea semper, tanq̄ prodigium factus sum
multis, et tu adiutor meus fortis. Impleatur os me
um laude, ut laudem gloriam tuam, tota die deco
rem tuum.

Esto mihi &c. Felix, Esto mihi in rupem fortitudinis, ut ingrediar iugiter, Præcepisti ut saluares me, quoniam rupes mea & munimentū tu. Esto, inquit, mihi rupes fortis, hęc est tutum asylum, ut ingrediar in illud iugiter, id est, semper ibi tutus sim sub umbra alarum tuarum. Præcepisti, ut saluares, id est, tuum uerbum habeo, quo promisti salutem, qui fallere nō potes, atq; huius uerbi fiducia te inuoco &c. Iniusti, Felix, Violenti, id est, nullo iure, sed solo furore agētis & uiolentia. A uentre matris mee tu es protector meus. Fe. De intestinis matris mee extrahens me, De hac fide prouidentia dei erga nos, uide & psal. 21. Impleatur &c. recte quidē, sed breuius ex Hebræo sic, Repleatur os meū laude tua, tota die gloria tua.

Qui ex solo deo pendet, & iustitiam non agnoscit humanam, hęc orat Oratio fidens in tentatione, quando adest manus impij, manus contra legem, id est, uerbum dei agentis & iniusti, id est, increduli, ut uel uiolentia externa, uel per suasionem maligna abducat à uero. Hic posset aduersarijs esse gratus, quia quid prædicaret de deo, modo aliquid tribueret hypocritis iustitiarijs, reliquisq; phariseis, id quod non potuit Christus, neq; potest pium cor, quod dicit, Tu es expectatio mea, id est, adiutorium, quod expecto, tu es spes mea à Verba uera puero, tu sustentaculum meum à natiuitate, qui & ex utero matris mee in fidei, lucem hanc produxisti, qui nescientem curasti in latebris uteri, nascenti adfuisisti, & prouidisti, mirabiliterq; seruasti in hanc usq; horam, me nihil tale quid uel meditantem, tu scilicet nunc desereres te quærentem & inuocantem, maxime cum etiam hęc, quam patior, necessitas mihi ueniat propter te tuūmq; uerbum? Beatus qui sic sentit.

In te uel ad te laus mea semper, non noui aliud magnificare quàm te, Christus pro
qui nihil aliud habeo, in quo sperem. Tanquàm prodigiū factus sum multis, cū suis.
tis. Alij admirantur doctrinam meam, conuersationem, miracula & opera pia. Alij ut monstrum quoddam ludibrio habent & ostentui, quemadmodum alibi, Omnes uidentes me, deriserunt me. ad Corinth. 4. Spectaculum sumus facti, & mundo & angelis & hominibus. Sed tu deus adiutor es, & fiducia mea fortis, illic ut possim, ne quid mihi arrogem, hic uero

Orat ut possis
prædicare.

ut non cedam, & impietati succumbam. Volunt aduersarij, ut à laude tua cessem, id est, à confessione nominis tui, siue prædicatione uerbi tui, sed te obsecro, ut impleas os meum laude, ut prædicem gloriam tuam & decorem tuum, contra omnem gloriam carnis, & hypocrisim humanam, uel in uitis portis inferorum. De hac laude uel laudatione plura in sequentibus, Sic & Paulus Ephe. 6. uult pro se omni diligentia orari, ut detur ei sermo in apertione oris &c.

Ne proicias me in tempore senectutis, cum deficiet uirtus mea ne derelinquas me. Quoniam dixerunt inimici mei mihi, & qui custodiebant animam consultauerunt simul. Dicentes, deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum quoniam non est qui eripiat. Deus meus ne elongeris a me, deus meus in auxilium meum attende. Confundatur & deficiant calumniantes animam meam, induantur confusione & reuerentia qui quaerunt mala mihi.

Senectus. Senectus Christi quæ sit, supra diximus, Et nobis orandum ne deseramus ab eo, qui hactenus ab utero matris non deseruit etiam peccantes, ne

Iuuentus. percamus in senectute, cum languescere cœperint uires nostræ. Est & iuuentus & senectus spiritualis, illa dum Christo renati seruemus spiritu fidei & confessionis, hæc uero dum uel ignauia uel persecutione tedio uerbi aspicimur & incipimus timere homines, & negligimus, uel non audemus prædicare gloriam dei, & inclinamur ad hoc, ut ruamus, ut faciamus aliquod

Aduersarij
gaudet de peccato nostro.

Euangelio scandalum, id quod omnibus uotis expectant aduersarij ueritatis, non minus quam Moabitæ expectabant, & diligenter ad consilium Baalam impij prophete curabant, ut caderent prohibita scortatione israelitæ, Num. 25. & 31. Hic orandum, Deus ne derelinquas me. Quoniam inimici mei dixerunt mihi, id est, de me, & consultauerunt omniâq; callide egerunt contra me, qui diligenter me obseruabāt, dum putabant me deficere, & iam trepidare, dum uidebant multos à me recedere in persecutione, qui

*me antea audiebant. Iam, inquit, trepidat, iam diffidit cause sue, iam de
us non est, cum eo, iam nemo ei adheret, qui possit nobis praeualere, iam aga
mus rem nostram &c. Vide quæso lector hic desperatam aduersariorum Euan
gely malitiam. Qui enim fatentur deum dereliquisse illum, qui cantauerat
gloriam dei, quid aliud dicunt, quam deum in hac causa fuisse cum coet
ta men persequi non tam hominem, quam causam non uerentur. Istamne putas
esse blasphemiam in spiritum sanctum, de qua diximus psalmo. 68.*

*Desperata
malicia.*

Ego autem semper sperabo in te, & adiciam super
omnem laudem tuam. Os meum annuntiabit iustitiam
tuam, tota die salutem tuam. Quoniam non cognoui
literaturas, introibo in potentia domini, domine me
morabor iustitiae tuae solius. Deus meus quæ docu
isti me a iuuentute mea, & usque nunc annuntiabo mi
rabilia tua. Et usque in senectam & senium deus meus
ne derelinquas me. Donec annunciem brachium tuum
generationi omni quæ uentura est. Potentiam tuam
& iustitiam tuam deus, usque ad altissima quæ fecisti
magnalia, deus quis similis tibi? Quantas ostendi
sti mihi tribulationes multas & malas, & conuer
sus uiuificasti me, & ex abyssis terræ reduxisti me.
Multiplicasti super me magnificentiam tuam, & con
uersus consolatus es me, & ex abyssis terræ iterum
reduxisti me. Etenim ego confitebor tibi in popu
lis domine, in uasis psalmi ueritatem tuam deus.
Psallam tibi in cithara sancte Israel. Exultabunt la

bia mea cum cantauero tibi, et anima mea quā redemisti. Insuper et lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam, cum confusi et reueriti fuerint, qui quærent mala mihi.

Quoniam nō cognoui literaturas. Fe. Certe nō cognoui numerū, scilicet laudis & prædicationis mee. i. nunq̄ cesabo, nūq̄ putabo me satisficisse &c.

Ex abyssis terræ iterū reduxisti me, non repetitur in Heb. quemadmodū in Græcis. In uasis, id est, instrumentis. Idioma Hebræum est, ut uasa pro instrumentis accipiantur. Fe. In instrumento nābī.

Constantia fidei
& cōfessionis.

Euangelii nō
litera sed spūs
est & uirtus
dei.

Utrumq; illi dicant, q̄ tu deus me deserueris, utrumq; uelint ne prædicem gloriam tuam, tamen ego habēs in me testimonium spiritus, q̄ sum filius tuus nunq̄ sperare desinam, nunq̄ adicere ad omnē laudem tuā, & porrò prædicare iustitiam tuam, quæ est sola fides contra iustitiam humanā & hypocrisim, & prædicare salutē tuam, quia uana est salus hominis, & quicquid humane uires possunt. Quomodo enim possum nō fieri (id quod impij homines fieri posse arbitrantur) quod caro & sanguis non reuelauit mihi, sed tuo spiritu magistro didici? Admirantur Iudæi Ioan. 7. quomodo Christus sciat literas, cum non didicerit, sed desinant admirari, cum & qui tota uita literis incubuerūt, omniq; humana eruditione docti sunt, ut Moses, ut Paulus, cum ad dei uerbum ueniunt, non agnoscunt literam, quā potest & animis hominis uidere, legere, scribere, audire, non tamen intelligere, quæ dei sunt, nisi spiritu innotatus spiritualis fiat, & imprimis Euangelium non litera sed spiritus est, non uultus Mosi tectus uelamine, sed uultus Christi reuelatus a patre & filio & spiritu sancto. 2. Corin. 3. Ait ergo, Ideo sperabo, ideo annuntiabo, quia sum doctus à te, non cognoui literaturam in hac tua doctrina spiritus, introibo uel pergam in potentia domini, Euangelium enim est uirtus dei, & non est in sermone, siue uerbis, sed in uirtute, idcirco nihil aliud prædico, quā solam tuam iustitiā, qua tu iustificas impios gratis, sine operibus nostris, quæ opera sine tua iustificatione sunt mera hypocrisis. Tu docuisti me mirabiliter à iuuentute mea, etiam quando ignorabam te docentem, docuisti, in quā, usq; nunc mirabilia, quæ caro & mūdus capere nō potest, atq; ea prædico, ut ministerio uerbi mei tuus spūs descēdat quoq; doctor in corda aliorū. Tu uero ad hoc cooperare mihi usq; in finē mūdi, sine quo nihil possum, ut possim prædicare omnibus hoībus, etiam ueteris usq;

ad mundi consummationē brachium tuū, potentiam tuā, iustitiam tuam, nō uires, non iustitiam humanā, sed Christum tuū, & opera quæ tu fecisti humana ingenio non cōprehensa, quibus mirabiliter & conditis & conseruas uniuersa, & præterea in electis operaris salutem, & in reprobis iudicium, hæc opera prædicanda sunt, non opera humana. Itaq; Christus qui minister circūcisionis prædicauit Iudæis in carne, gentibus iam carne mortificatus prædicat spiritu in electis prædicatoribus usq; ad mundi finem. 1. Pet. 3. & 4.

Quātas ostendisti &c. Sancti tentationibus erudiuntur, & ex semel atq; Probatio iterū deuictis tentationibus fortius fidere discūt, sentiūt enim se rursus uiuificari, postq̄ abducti sunt in mortem, quasi auerso deo, reduci postq̄ deducti sunt in inferos quasi desperaturi. Hæc est magnificētia dei, quā uidimus in Christo capite nostro, hanc ipsam subinde uidemus & in nobis donec plena resurrectione in nobis cū Christo compleatur. Quapropter liberatis à morte & inferis psallendū deo, nō hypcritice, sed gaudio spūs in uerba cōfessionis & prædicationis iustitiæ dei exundāte, ut uideāt, intabescantq; qui ueritate & in uocatio legēdū est, ubiq; ferē in psalmis, (ritatē oderūt &c. ut alibi diximus, abusi sunt Græci scriptores o pro o, ut nō habeas nominatiui & uocatiui differētā, nisi ex sentētia. Dicitur autē deus, Sanctus Israël, siue Israël, id est, sanctificator Israël siue sanctificās Israël, id est, populum suum, quemadmodū & iustus dicitur & iustificans, uiuus & uiuificans &c. Ipse enim est ipsa sanctitas, uita & iustitia &c. Sic Esai. 47. Redemptor noster dominus exercitū, nomen illius Sanctus Israël.

PSALMVS LXXI.

Titulus. Salomoni.

SUMMA. Salomon rex Israël prophetat de regno Christi incarnati, id quod clarius est, quā ut negari possit.

DEus iudicium tuū regi da, & iustitiam tuam filio regis. Ut iudicet populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. Iudicabit pauperes populi, & saluabit filios pauperū, et humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum so

le, & in cōspectu lunæ in generatione generationū. Descendet sicut pluuia in uellus, & sicut stilla stilans super terram. Orietur in diebus eius iustitia, & multitudo pacis, quousq; auferatur luna. Et dominabitur a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos terræ. Corā eo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharhis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eū omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Quia liberauit pauperem a potente, & inopem, cui non erat adiutor. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperū saluas faciet. Ex usura & iniquitate redimet animas eorū, & honorabile nomen eorum coram ipso. Et uiuet & dabitur ei ex auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei. Erit firmamentum in terra, in summis montium, super extolletur super libanum fructus eius, & florebut de ciuitate sicut fœnum terræ. Erit nomen eius benedictum in secula, in conspectu solis permanet nomen eius. Et benedicentur in eo omnes tribus terræ, omnes gentes beatificabunt eum.

Et permanebit cū sole, & in conspectu lunæ, significat nō aliud regnū

Aut huius Christi regni translationē expectandam, dum interim durat hic mundus, & hæc huius mūdi lux, idēq; hoc regnum æternum fore, Id quod & infra dicit, Donec auferatur luna. Et iterū, In conspectu solis permanet nomen eius. Felix autē sic, Timebunt te cum sole, & in conspectu lune. Id est, te deum timebunt pauperes, & filij pauperum, ut patrem, per hunc regem & filium regis, donec sol & luna durauerint.

Descendet sicut pluuia in uellus. Fe. Descendet sicut pluuia super herbā resecatā, uel super tonsuram. Verū quicquid inde feceris, idem uocabulū est, quod in historia Gedeonis uellus legis ex Heb. Iudicū. 6. A potente. Felix, Clamantem. Parcet. Fe. Miserebitur. Ex usura. Fe. Ex fraude.

Et honorabile nomen eorū coram ipso. Græci trāspositis pronominibus nunc legunt, Et honorabile nomen eius coram ipsis. Fe. Et preciosus erit sanguis eorū in oculis ipsius. Erit firmamentū. Fe. Erit multiplicatio frumēti. Non est librariorū nostrorum culpa, q̄ firmamentum pro frumento legimus, sed Græcorum translatorum. Super extolletur super libanum fructus eius. Fe. Concucietur uelut libanus fructus eius. Erit nomen &c. Fe. Erit nomen eius in æternum, ante solem perseverabit nomen eius, & benedicentur in ipso omnes gentes beatificabunt illum.

Aduerte q̄ quis hic multa dicantur, quæ possint imponere Iudæis quasi psalmus nō est ista dicantur de Salomone secundū magnificentiā & gloriam eius, quæ de Salomone legitur in historia. 3. Reg. 3. 4. & 10. & in. 2. Para. Tamē si contextū uideas de eo intell. gere non licebit. Vix enim umbra illa gloria Christi regni fuit, quemadmodum & figura Christi erat, quando edificauit templum illud Hierosolymitanum orbi celebratum, secundū prophetiam. 2. Reg. 7. Atq; ideo circa finem uitæ, Salomon stultissimus factus est, & inglorius, et regnū eius, pace amissa, ab aduersarijs turbatū est, ut legis. 3. Reg. 11. & præterea ut est. 4. Reg. ult. templum destructum, & tandem sub Romanis ita uastatū ut secundum uerbum Christi, ne lapis quidem manserit super lapidem, ne putarentur illæ prophetiæ in illo Salomone & in illo tēplo completæ, quam & ipsa prophetiæ uerba manifeste alium significant, quā illum Salomonem, sic enim habent. Cum completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo &c. Ad hæc. Quod hic uidetur alludere ad historiam Salomonis, Reges Tharsis & insule &c. longe post Salomonem prædixit adhuc futurū Esa. ca. 60. Quare libenter dabo. LXX. interpretibus, ut adscribāt huic psalmo titulū, In Salomone psalmus, modo detur mihi uerū hunc esse Salomonem, id est, pacificum Christum, de quo Cant. 3. Egre dimi-

ni filia Sion, & uidete regem Salomonem &c. Vnde Christus dixit, Ecce plusq̄ Salomon hic. Nos ex titulo dicimus Salomonem hūc psalmum fecisse de Christo, si quis nobis det, ut psalmi sint illorum, quibus inscribuntur.

Oēs reges adoraturi Christū qui sint. Non est autem negligendū, q̄ ubi precatur Christum uenturū, sic quoq̄ dicit, Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. Vbi quis nō uidet montes & colles metaphorice dici, alioqui quid montibus cum pace & collibus cū iustitia? Sunt ergo montes, quos postea dicit reges, & colles quos dicit populos, omnes gentes, pauperes, filios pauperū, coram mundo quidem pauperes & humiles, ceterū coram deo colles, id est, exaltati à terrenis per dei iustitiam, de quibus dicit, Et honorabile nomen eorū coram ipso. His montibus precatur, ut suscipiant pacem, sed nō sibi solis, uerū populo, ut populus sub eis pace fruatur, & collibus ut suscipiant iustitiam, ut iustitia dirigatur. Quæ pax & iustitia uenit omnibus regnis, quæ Christū susceperunt. Pax quidem etiam bellorum aliquā diu sub Octauiō Augusto & Tiberio, dum Christus rex pacis agebat in terris ministrum circumcisionis, erat, sed uix umbra erat illius pacis, quam Christus dare uenerat, quemadmodū & umbra huius pacis olim fuerat illa inconstans pax sub Salomone. Christe pacem interpretantur angeli Christo nato canentes, In terra pax, hominibus bona uoluntas, de qua pace proprie loquuntur Propheta, Esaiæ. 2. Micheæ. 4. ut maxime illam temporis illius pacem externam, uelut huius ueræ pacis externum signum non excludant, ut uiderent etiam carnales oculi aliquid noui beneficij terris præstitum, non certe per Augustum, sed, quod ignorabant, per Christum mundi autorem. De conuersis ergo regibus loquitur, & populis qui pacem Christi & iustitiam dei susceperunt. Quos nō tam reges mundi intelligo (quia non multi nobiles secundum carnem sunt electi. 1. Cor. 1. & regnū Christi non est de hoc mundo) quàm reges spirituales, qui constituti sunt principes super omnem terram, psal. 44. qui psal. 46. dicuntur principes populorum, & fortes terræ. Principes enim mundi prædicūtur aduersaturi Euangelio, psal. 2. & psal. 47. Sunt autē hi spirituales reges & principes Euangelistæ siue prædicatores & singuli doctores in singulis regionibus mundi & ciuitatibus, ubi deus eis committit usq̄ in finem mundi, qui cum illis, quos fidei uerbo ad deū conuertunt, & glorioso triumpho è regno tenebrarum, in regnum lucis transferunt, id est, cum spiritali populo (ne hic cogitemus laruas mundanas) seruiunt Christo, se suāq̄ offerentes. Hi sunt qui in Euangelica parabola de pecunia & talentis acceptis, lucra domino referentes, cōstituantur alij supra quinq̄, alij supra

decem ciuitates, de quibus possunt gloriari, quæadmodum Paulus, in die do-
mini nostri Iesu Christi, & præterea intrat in gaudiu domini sui. Atq; ita in-
telligo in oibus prophetijs, quæ loquuntur, q; regna seruiet Christo, q; Christi
tempore ex oibus partibus orbis ueniet in Sion, & reducetur dispersus Isra-
el &c. de regibus scilicet spūalibus & populo spūali, & Sion spūali &c.
quandoquidē regnū Christi est spūale. Vt nihil agant Iudæi, qui se ex ista no-
uissima captiuitate reducendos putāt quod erroris ex illis ipsi scripturis in-
telligere possent, quæ dicūt carnalē populū, reiectū, & spūalem electū. Sic
dilatationem ecclesie legis Esa. 49. & 60. &c. Plausibile quidē est, quādo
de oibus rebus secundū seculi potentia conuertendis talia interpretamur,
sed hanc quā dixi intelligentiā requirit scriptura, & hic psalmus. Christus
enim hic dicitur, Iudex & rex pauperū, liberator oppressorū. i. illorū, qui
peccato, lege & morte captiui tenebātur, ut diximus psal. 67. Vnde Esa. 9.
Iugum oneris eius &c. Videamus igitur ex psalmo Christi regnum:

Pater omne iudiciū dedit filio, ut qui credit in Christū, non ueniat in iudiciū, sed habeat uitam eternā. Io. 5. dedit quoq; omnem iustitiam, ut nemo iustificetur, nisi per filium, ut eadem uerba habent. Et Io. 8. Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Iudiciū legis in Christo cessat, Ephe. 2. Col. 2. & iustitia legis externa hypocrisis est, quæ est in Christo uera & sempiterna, Danielis. 9. Christus ergo habet iudiciū & iustitiam, non solum quibus suos protegit, & aduersarias potestates deiecit in sua persona, ut solum putant, qui non uident regni Christi uirtutem, & in eo dei potentiam, sed etiā quibus, quotquot in regno eius sunt, facit homines recti iudicij, ut possint iudicare de omnibus. i. Corinth. 2. siue bonis siue malis, non enim ignorant dei bonam uoluntatem, neq; nesciunt Satanæ astutias. probant spiritus num ex deo sint, ut non uelut paruuli circumferantur omni uento doctrinæ, ne humana stercora suscipiant pro odorato balsamo puri uerbi dei, qui & tandem cum Christo diabolū regnūq; totum impiorum igni adinducabunt sempiterno. Facit & Christus homines sui regni iustos, ut nemo in eius regno sit, qui non sit iustus imputatione dei per fidem in Christum, Roman. 4. Quandoquidem iniqui regni dei hereditatem non possidebunt i. Corinth. 6. ad Ephesios quinto, Vides itaq; quid sit q; Christus in scripturis est ille Melchisedec, id est, rex iustitie, & rex Sabem, id est, rex pacis, de qua statim audiemus. Cum igitur hæc ita habeant, quid miseri homines nobis arrogamus iudiciū & iustitiam, qui animales homines sumus, non intelligentes quæ dei sunt, & omnes iniqui, & in iniquitatibus concepti, &

Iudiciū & iustitia sunt Christi.

- in peccatis in hunc mundum editi? Nemo uerum iudicium habet, nemo uera iustitiam, nisi qui fuerit in Christo, qui factus est nobis a deo sapientia, iustitia &c. Hoc scilicet est, quod alijs uerbis dicitur psal. 66. iudicas populos in equitate, & gentes in terra dirigis. His armis, id est, iudicio & iustitia, non munitionibus maratis, aut armis carnalibus Christus iudicat, id est, iudicio protegit populum dei, id est, credentes, & pauperes dei, id est, qui mortificationis omnibus ex solo deo pendet, & filios pauperum, id est, quos illo uerbo crucis genuerunt deo, & humiliat, deprimunt & condemnat calumniantem, id est, diabolum, peccatum, mortem, legem, & quicquid nos accusat coram deo, postquam conuersi sumus ad Christum (quia iniuste accusat iam per Christum iustos) ab ipso condemnatur, & iudicatur ius accusandi non habere. Ad hoc uero opus erat principibus & regibus, qui spiritu Christi feruentes, bellum indicerent aduersarijs potestatis, & pacem nunciarent populo dei. Sunt autem ministri uerbi missi per orbem usque, ad finem mundi, siue extremam diem, qui pacem suscipiunt a deo, id est, Euangelium Christi sed populo i. ut populo portent & nuncient, quae admodum scriptum est. Quia speciosi pedes euangelizantium bona, euangelizantium pacem. Sed frustra pacem susciperet populo, nisi esset aliquis populus, qui ista pace afficeretur. Unde addit, Et colles. i. populi suscipientes nuncium pacis, suscipiant iustitiam. iustificetur fide uerbi euangelij, siue pacis nunciat. Fides enim ex auditu, auditus autem per uerbum dei, & ex auditu fidei suscipitur spiritus, Gal. 3.
- Et permanebit cum sole &c. Significat non aliud regnum huic regno subrogandum, donec hic mundus durauerit. Regnum uero hoc descendisse est caelis, uelut pluiam super terram, ut produceretur iustitia & pax aeterna, secundum illud psal. 66. Terra dedit fructum suum. Verum non pretereundum est, quod adfert similitudinem, Sicut pluuia in uellus, quo indicat duplex illud id Gedeonis miraculum, iudicium. 6. non solum Gedeoni fuisse certum uictoriae futurae signum, sed etiam longinquius quiddam portendisse. Pluuia descendit primum in uellus, terra circumquaque manente arida, quando Christus uenit ad Iudaeos solum, dicens, Non sum missus nisi ad oues &c. Postea glorificatus, descendit spiritu, sicut stilla uel pluuia stillans super terram undique, solo uellere manente arido, quando derelicta ob perfidiam Iudaei transiit ad omnes gentes.
- Et dominabitur &c. hoc est quod diximus de miraculo Gedeonis, Christo subsunt omnia regna terrae, siue Iudaeorum siue gentium, Dominabitur, inquit, a mari salso, usque ad mare magnum, id est, rex erit totius terrae Iudaeorum, lege Num. 34. a flumine, scilicet Euphrate, i. ab oriente usque ad terminos orbis
- Ut iudicet &c.**
- Calumniator.**
- Suscipiat &c.**
- Descendet. Orietur.**
- Miraculum Gedeonis.**
- Rex super omnem terram Christus**

terrarum, hoc est, rex erit omnium gentium. Sic angelus Luc. 1. ex Esa. 9. repetijt, Dabit illi dominus deus sedem &c. Idcirco in hoc psalmo Christus dicitur rex & filius regis, id est, uel dei uel Davidis. Filius autem Davidis in scripturis uulgo dicitur & est, Roma. 1. Qui factus est ei ex semine dauid secundum carnem. Addit ergo de gentibus uicinis Iudæe, in quas primum dilatatum est regnum Christi, sicut & dictum psalmo. 67. Venient legati ex Aegypto &c. Coram eo procident Aetiopes, nimirum adorantes. Et inimi ci eius, id est, illi qui ante erant increduli, lingent coram eo, id est, uenerantes deosculabuntur terram, quemadmodum & Esaias pr. dixit ca. 60. lo- cum pedum meorum glorificabo, & uenient ad te curui filij eorum, qui hu- miliauerunt te, & adorabunt uestigia pedum meorum, omnes qui detrahe- bant tibi &c. Reges Tharsis siue maris, & insule munera offerent, id est, non solum eum regem agnoscent homines ex continenti terra, sed etiam ex insulis longe separatis. Esaie. 42. Ponent domino gloriam & laudem eius in insulis nunciabunt. Nonne uel nos Germani hoc hodie uidemus, ad quos nunc in fine seculorū uenit purum Christi Euangelium, & dei regnum? Re- ges Arabum & reges Saba dona adducent, aurum scilicet & thus quibus illic secundū historiam abundant. Aurum enim Arabicum in precio est, & so- lis est thurea uirga Sabeis. Id quod exponit Esaias cap. 60. Omnes de Saba uenient, aurum & thus deferentes, & laudem domino annunciantes. Sua enim offerre est laudem domino annunciare & sanctificare nomen eius, dū aurum, id est, sapientiam, & thus, id est, opinionem iustitiæ, nō tibi, sed deo adscribis. Et adorabūt eum omnes reges terre, conuersi ad eum, adorabūt in spiritu, dum illi omnia referent accepta, & omnes gentes conuersæ, non solum iam Iud. ei, seruient ei, fide & timore &c.

Quia liberauit &c. Hoc scilicet est, quare omnes reges & omnes gen- Beneficiū Chri-
tes adoraturi sunt eum, quia, inquit, non oppressit pauperes, ut reges & sti i pauperes.
triumphatores mundi, sed liberauit pauperem, id est, populum sua peccata
agnoscentem, & inopem, qui se uidit nihil iustitiæ habere, nihil potentie
seu uirium, quem nemo potuit iuuare, illum, inquam, liberauit à potente di-
abolo, peccato, morte & inferis, atq; adeo ab ipsa legis tyrannide. Opprime-
bantur isti pauperes usura & iniquitate, id est, exactione & damnatione,
exigebatur quod reddere non poterant, quemadmodum uides in seruo
qui debebat decem milia talenta, & quotidie crescente iniquitate, peius ha-
bebant, ut illa mulier, quæ sanguinis profluo laborabat. Tales ubi audi-
unt Euāgelium, statim cum gaudio sequuntur Christum, ut uides de publi-

Parcet. canis & peccatoribus in Euangelio. Diuites uero, id est, sua iustitia saturati, etiam persequuntur, tantū abest, ut sequantur & liberentur. Sed uide hic sententiam, Cum enim omnes homines sint sub sententia æternæ maledictionis & damnationis, Hic rex cui datum est iudicium & iustitia solum liberabit pauperem & inopem, solum parcet siue miserebitur pauperi & inopi, solas eorum animas saluabit & liberas reddet ab usura siue exactiōe & iniquitate, solum nomen eorum est honorabile coram ipso, hos solos magnificabit & glorificabit. Vel, ut est in Heb. Preciosus erit sanguis eorū in oculis ipsius, id est, magnificet eos, nobili sanguine faciet eos, id est reges & sacerdotes. Vel effusio sanguinis eorum erit preciosa deo, quæ admodum alibi dicitur, Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius, quasi diceret, Tantū abest ut non omnia in pauperibus his sint gloriosa, ut quod mundus maxime abhorret sit in eis coram deo preciosum.

Et uiuet, id est, non morietur iste rex, & dabitur de auro Arabiæ sicut sunt reges Arabum &c. & adorabunt homines de ipso auro Arabiæ hunc regem semper, id est, adorantes offerent aurū Arabicum, id est optima quæ ipsi referēt accepta, iustitiam, uires &c. & iugiter benedicēt ei. Ex Heb. autem Felix sic legit, Et uiuet, & dabit ei de auro Arabiæ, & orabit pro eo semper, tota die benedicet ei. Id quod ad pauperē referre oportet, qui quotidie moritur, & tamen uiuit in æternum, quia Christus est uita eius, licet cum morte iugiter pugnet, & dabit, id est offeret Christo de auro Arabiæ, hoc est, omnem sapientiam & iustitiam referet Christo acceptam, ut diximus. Ecce hic ditissimos pauperes, qui etiam si habent aurum huius mundi, libenter Christo, id est, Christi pauperibus impertiunt. Vtrūq; lege. 1. Cor. 8. Et orabit pro eo, id est, Christo semper, sicut psal. 19. Exaudiat te dominus in die tribulationis &c. Hoc fit, quādo orat pauper pro Christo, id est, Christi corpore siue ecclesia, ut feliciter agat per deum, & à fide non deficiat, sed augeatur &c. Potest & legi ex Hebræo, non solum pro eo, sed etiam ante eum, per eum, propter eum, Ante eum uel coram eo, conuenit cum precedentibus. Per eum oratur deus, secundum illud, Si quid petieritis patrem in nomine meo &c. propter eum oratur deus, quia nisi Christum haberemus deum orare nō auderemus &c. Tota die benedicet ei, id est, semper sanctificabit nomen eius, & gratias aget de gratia accepta, & seruiet fratribus, usuris & iniustis lucris & iniquitati non seruiet, sed potius laborabit manibus, ut præbeat necessitatem patienti, Nam se agnoscit ab usuris, & iniquitate per Christum liberatum, id eorū quod beneficium effusum

Benedicere
Christo.

accepit à deo per Christum, refundet in fratrem, ut benedicatur nomen Christi in æternum.

Erit firmamentū &c. Id est, fundamentū solidæ salutis iā erit in terra, & hoc nō in infima terra, sed in summis siue capitibus montiū, ut eleuatum ad coelestia fundamentū scias, cuius fructus extolletur super libanū, id est, plusquam libani fructus. Verum in Heb. est, Erit multiplicatio frumenti in terra in uertice montium, concutietur uelut libanus fructus eius, uel concutietur uelut libani fructus eius. Quo alludit quidē ad fertilitatem frumenti, sed montes accipis oportet illos, de quibus supra dixit, Suscipiant montes &c. Est ergo sententia, Montes illi & reges spūales supra se portabūt abundantia frumētū, id est, panis uerbi diuini, unde decutietur à credētibus multiplex fructus spiritus, & satietas uite æternæ, uelut in libano, qui mons est fructiferarum arborū fertilissimus. Et florebut illi montes, uel certe homines de ciuitate, id est, ecclesia sanctorum, sicut lilia agri.

Nomen eius benedicetur in secula, neq; peribit gloria eius è mundo, donec sol iste durauerit. Et benedicetur in eo oēs tribus terræ, ut non ignores hunc esse illud semen, de quo Abrahæ promissum est, Gen. 22. Vnde clare hoc infertur, omnes homines siue cognationes terræ esse maledictas, & in maledictione permanere, quotquot non benedicuntur hoc semine. Quæ ergo mihi bona opera iactitabis arbor maledicta, nisi benedicaris, id est, iustificeris in Christo ante omnia tua opera? Omnes gentes beatificabunt eum. Ut uideas hoc psalmo cum regno Christi gentium gratiam esse cantatam. Omnes uero gentes tropo scripturæ intellige synecdochice gentes ex omnibus ordinibus & nationibus mundi, quotquot crediderint, ne soli Iudæi istam gratiam sibi putent solis prædictam.

Benedictus dominus deus Israel, qui facit mirabilia solus. Et benedictū nomē maiestatis eius in æternum, & in seculū seculi, & replebitur maiestate eius omnis terra. Fiat fiat. in Hebræo. Amen & amen.

Hec omnis gloria, quæ de Christi regno cantata est, solus dei est, ut sanctificetur nomen eius per Christum in æternum, & in omni terra, non solum in Iudæa, ut ubiq; audiat eus laus, ubi uerbum & opera eius efficaciter operata fuerint, Amen Amen.

Post hunc psalmum legunt Hebræi.

Finitæ sunt orationes Dauid filij Isai.

Nō q̄ nō posthac Dauidis psalmos inuenies, Alioq̄ psalmus, Dixit dominus domino meo &c. nō esset Dauidis, contra uerbum Christi, Matth. 22. sed q̄ iam aliquot psalmi sequuntur Dauidi non inscripti. Atq; ex hoc potest uideri omnes præcedentes psalmos esse Dauidis, licet alijs quandoq; inscriptos, ut filijs Chore & Asaph, q̄, ut aiunt, Dauid illos psalmos tradiderit illis cantandos. Sed ego puto psalmos Dauidis esse, qui Dauidi sunt inscripti, illos quoq; qui absq; titulo sunt, ut testantur discipuli Act. 4. de psalmo secundo. Ergo finiunt orationes Dauidis, non q̄ omnes præcedentes sunt eius, sed q̄ quædam ex sequentibus eius non sunt, ut in titulis uidebis.

PSALMVS LXXII.

Titulus. Psalmus Asaph. vide psal. 49.

Zelus contra prosperitatem impiorum.

SUMMA. Hic psalmus omni timenti deum, diligenter obseruandus est. Nullus enim ab hac tentatione est alienus, quã hic descriptam uides. Est autem zelus contra prosperitatem impiorum, sed hic zelus error est & stulticia sanctorum, dum deseruntur à deo in hac tentatione. Dei enim hoc est iudicium siue prospere uideantur agere impij, siue infelicitate p̄ij. Sed hi tentationibus probati, dulcedinem domini agnoscunt, dicentes & fatentes errorem suũ. Quam bonus Israël deus ijs qui recto sunt corde, qui uersus totius psalmi summa est. Sensit & propheta Abacuc, ut scribit ca. 1. hanc tentationem. Et Hierem. ca. 12. Verum errorem esse ostendunt, quod & Iob. 21.

Quam bonus deus Israel ijs qui recto sunt corde.

Recti corde. Summe misericors & pius pater est deus Israël, non dico ijs qui neq; prosperitate impiorum neq; infelicitate piorum seducti, non male sentiunt de deo, sed placet eis ut cūq; deus omnia fecerit, & sola fiducia uerbi dei cōtenti omnia deo relinquūt. Hæc est sententia spiritus dei in sanctis, sed certe intentata non manebit, id quod sequentia docent.

Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei. Quia zelauī super iniquos, pacem peccatorū uidens. Quoniam nō est recusatio in morte
eorum

eorum, et firmamentū in plaga eorū. In lab oribus hominum non sunt, et cum hominibus non flagel labuntur. Ideo tenuit eos superbia in finem, aperti sunt iniustitia et impietate sua. Prodi bit quasi ex adipe iniustitia ipsorum, transierunt in affectū cordis. Cogitauerunt et locuti sunt in nequitia, iniustitiam in excelsum locuti sunt. Posuerunt in coelum os suum, et lingua eorum transiuit in terra.

Quoniā non est ἀνάγκη in morte eorum, id est, Non est alia uolūtas in morte eorū. Hoc est sicut feliciter uixerunt, ita feliciter moriuntur, diuites & gloriosi, & sic uiuere optarent in uoluptatibus & abundantia huius mundi in æternū, si fieri posset. Qui transtulerunt, Non est respectus mortis eorum, uidentur sic legisse ὅτι οὐκ ἔστι ἀνάγκη τῷ ἀδικοῦ ἀποθανεῖν. Id est, tales non respiciunt in mortem suam, uel non respicitur in mortem ipsorum, sed in prosperitatem presentem. Felix, Quoniā non sunt ligamina in morte eorū, uel compedes, id est, dolores & afflictio. Et addit, Quippe fortis robustus, scilicet est impius quādo moritur, & est subita numeri mutatio. Nos legimus, Et firmamentū in plaga eorū, subaudi, Non est, id quod precessit, Id est, Etiā si quandoq; inciderint in calamitatē & dāna, tamen firmamentū, id est, duratio non est in ea plaga, sed subito transit.

Operi sunt & c. Fe. Inuoluet nates iniquitas ipsorum, id est, quia sine labore oīa possident, maculabūt carnē suam omni immū dicia, Ro. 1. Ephē. 4. Prodi bit quasi ex adipe iniquitas eorū, transierunt in affectū cordis. Id est, Iniquitatem fecerunt, ut ita dicam, uoluptuosam, quasi ex adipe prodiit iniquitas eorū quæ cum uoluptate fiebat, & fecerunt quicquid corde affectabant. Felix, Egressus est pre pinguedine oculus eorum, transgressi sunt cogitationes cordis. Id est, Adeo pingues sunt & bene pasti, ut facies pinguedine intumescat, & se continere non potuerunt quin perficerent quod cogitauerunt, uel etiam transgressi sunt, id est, plus affecuti sunt quā cogitauerant, adeo prospere succedunt eis omnia.

Cogitauerunt & locuti sunt in nequitia, id est, quicquid meditati sunt,

quicquid dixerūt dolus, uersutia & astutia fuit, & præterea calumniam de excelsis locuti sunt, ut ait Felix, id est, ne abstinerūt quidē à mendacijs & blasphemia in excelsis. i. deū quē amodū sequitur, Posuerūt & c. id est, & coelestia & terrena blasphemauerūt & c. Adde q̄ in Heb. nō est, In finem.

Tentatio ex prosperitate impiorum.

Sententia hæc, Quia bonus Israël deus ijs qui recto sunt corde, maxime impugnetur & nutabit in corde tuo, si in cruce piorum & in prosperitates impiorum respectare cœperis, Hic cades nisi manu dei tenearis, quem admodū scriptū est, Prouer. I. Auersio paruulorū interficiet ipsos, & prosperitas stultorū perdet ipsos, qui autē me audierit absq; terrore quiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato. Hanc autē tentationē hic graphice sic depinxit, Ego penē cecideram à deo dū zelau inuidia motus contra pacem & prosperitatem impiorū, quid enim eis esset non felix qui etiā prospere moriuntur, sat habentes & opum & amicorum à quibus etiā post mortem beati prædicantur & optimi uiri? Et si quid triste in uita quandoq; acciderit statim abiit, nulla enim egestate premuntur, nullo solatio carent & c. Non laborant in sudore uultus sui, ut alibi, etiam si deus flagellum miserit hominibus, ut famem, inopiam, ignominia, damnum, ad eos tamen non perueniet, ut cunq; reliquis acciderit ipsi abundant. Et iccirco superbiunt absq; cessatione contemnentes ceteros quasi uix homines & putant se ceteris meliores, & faciunt quod libet, agunt in fideiitate, iniustus lucris, usuris, exactiōibus, fraude, rapina, mēdacijs ad homines, blasphemia ad deū, blasphemia ad dei creaturas, & prospere tamen agunt in omnibus.

Si talia uidemus in mundo, nōne plusquā mundū pius oculus uidet clericos hodie & monachos in summa tranquillitate carnis degentes, quos etiam quia præ ceteris meliores uisi sunt in uita, digniori pompa sepulchri oportet uenerari, ita ut beatus sit qui in cappa sepelitur, etiam si non sit monachus. His si quid necessitatis corporalis acciderit omnia adsunt abut de quæ inuent, quæ recreent, quæ consolentur, etiam multo cōmodius quā regibus mundi. Ex labore aliorum saginantur, dum cæteri inopia uini, frumenti & c. laborant, ipsi abundant. Et ea sibi iure deberi docent, quia seruiunt deo die ac nocte sanctissimi uiri, & superbiunt in labore aliorum, dum se uenditant populo suo dei seruitio, sua sanctitate, sua doctrina, & iniustum uictum uenditionemq; sacramentorū uocant dei seruitium, hypocrisim sanctitatem uideri uolūt, & traditiones humanas siue, ut Paulus uocat, doctrinas dæmoniorum uerbum dei, & talibus operiuntur & excecantur, ut contra deum esse uidere nequeant. quæ uidemus hic dicimus, occul-

hiora deo cōmittimus. His quæcūq; tentant prospere succedunt, modo fortiter audeant mentiri, blasphemare & creatorem & creaturam, illum quia fiduciam docent in aliud quā in deum, scilicet in opera & adinventiones humanas, hanc quia in alijs creaturis iustitiā quæ solius dei est, in alijs uero iniustitiam esse suadent & fere omnibus persuadent dum prohibent uti creaturis quas creauit deus ad percipiendum cū gratiarū actione & c. Ita uentum efflant doctrinæ suæ in nequitia, in astutia, ad circumuentionem erroris, Ephe. 4. & ut sua confirment non uercentur Euangelium dei & persequi & blasphemare. His dum omnia ad uota succedunt, dum magnificantur ab omnibus, dum etiam in gloria mori carnalibus oculis uidentur, quid putas quandoq; pati pios animos sibi derelictos qui hodie propter Euangelium contemnantur, egestate laborant, persecutionem patiuntur, eijciuntur extra synagogam, occiduntur etiam ab illis qui dicunt, Nobis non licet interficere quenquam?

Ideo conuertetur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis. Et dixerunt, quomodo cognouit deus? & an sit scientia in excelsis? Ecce hi peccatores & abundantes in seculo, possidebūt diuitias. Et dixi, ergo frustra iustificauit cor meū, & laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die, & increpatio mea in matutinis.

Verba sunt in hac tentatione laborantis & timētis ne per hoc scandalū Vanus timor. omnes pij recedāt à deo, qui error quoq; est & uanus timor, nemo enim perit nisi filius perditionis, id est, Iudas & is qui perire debet, utcūq; alij ad tēpus in Christo scandalizentur. Ideo, inquit, si pijs oīa male, impijs oīa bene succedūt, quis cupiet manere pius? meus populus, id est, pij ex quorū numero ego sum, qui persecutionem patitur propter iustitiam conuertetur in hoc seculo, id est, deficiet ab eo quod coepit, nempe à pietate, & dies pleni, id est, abundantes huius seculi bonis & uoluptate inuenientur in illis æque ac in impijs, ut fruantur ijsdem delicijs. Felix, Propterea cōuertetur populus eius concussus & aquæ pleni exprimētur illis. Conuertetur à cepto, pō

pulus eius, id est dei, cōcussus, id est, tentatus & persecutionem passus, hoc est de ficiet populus dei in tentatiōe huius scandali prosperitatis impiorū. Et aqua pleni, id est, plenitudinis uel pleni uasis aut calicis exprimentur illis, hoc est, non ariditate ut nunc peribunt in mūdo, sed omnibus abunda bunt, ut impij. Et dixerunt, scilicet populus meus, pro, Et dicēt (id quod Hebraeis familiare est sic cōmutare tempora) id est, qui nunc pij sunt sic sentiant in isto scandalo, Qui pradicatur à nobis deus siue excelsus scire omnia, qui ita temere & iniusta dispensatiōe permittit agi, ut quāto iniquiores & magis uerbi eius contemptores, tanto amplius sint feliciores?

Horrenda tentatio piorum. Vides quo pergat hęc tentatio, nempe ut blasphemare faciat & iudicare deum iniustum qui sic dispenset. Id quod horrendū est & certe à diabolo, ut non mireris quod supra audisti, Mei autē penē moti sunt pedes & c. ut uideas in quæ pericula incidant etiā sancti dum incipiunt intendere in ea quæ uidentur & non cōmittunt iudicium deo. Non enim solum deū uidentur facere iniustum uel ignorantem, hoc est nullum, sed etiā omnem condemnare in hominibus pietatē. Id quod sequentia indicant. Et dixi, inquit, id est, sic cœpi sentire, Ergo si ita res habet, iustificauit cor meum, id est, fiduciam ex toto corde frustra habui in deum, & frustra abstini ab opere prauo & iniquitate, quam qui sequuntur bene habent. Fe. Et laui in innocentia manus meas, Vide psal. 25. subaudi frustra. Et fui flagellatus tota die frustra, id est, iugiter crucem portauit quam portant quotquot uolunt pie uiuere in Christo, & increpatio mea qua iudicabar uerbo dei propter peccata, uerbis hominū propter pietatem, erat uel cœpit in matutinis, id est, à puero. Hoc est, tota uita fuit dura carni secundū mūdum, & hęc omnia frustra. Quia quæso hęc uerba differunt ab illis hypocritarū uerbis, qui ubi sentiunt omnia perditā blasphemant, dicentes, Mala. 3. Vanus est qui seruit deo, & quæ emolimentū quod custodiuius præcepta eius & quod ambulauimus tristes coram domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, siquidem edificati sunt facientes impietates, & tentauerūt deum & salui facti sunt. Sed hoc interest, quod hypocritæ cadunt absque remedio qui nunquam steterunt. Illi autē tenentur manu dei ut etiam cadentes non cadant, sicut infra dicit, Tenuisti manum & c. Et alibi, Cum ceciderit non collidetur, quia dominus supponit manum suam.

Si dicebam, narrabo sic, ecce nationem filiorū tuorum reprobauit. Et existimabam ut cognoscerem

hoc labor est coram me. Donec intrem in sanctuarium dei, & intelligam in nouissima eorū. Verum tamen propter dolos eorum pones eis mala, deiecisti eos dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium exurgentis domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum abolebis;

Verumtamen propter dolos eorū pones eis mala, id est, quia mundo imponunt & hypocriti sua boni uiri uideri uolūt, cadent in laqueum iudicij tui deus. Verum propter Hebr. eū licebit interpretari non dolos impiorum, sed dei. q. d. Tu deus despicias eos, id est, exc. ecabis, ut nō uideant in quo periculo sint, ut sic legas, Verū tamen ut decipias eos pones eis mala (uel ut re te & laqueū uel foueam) deiecisti eos dum se ascendisse putabāt. Fe. Quippe in lubricis pones illos, deicies illos in ruinas. Perierūt propter iniquitatem suam. Fe. Consumpti sunt à repentinis horroribus.

Descripta tentatione describit qua ratione risipuerit per deum, dicens, Reducit domē
Si dicebam, narrabo sic, id est, Quādo stabam in hac opinione, ut sic, quem nus nos ex in-
admodū dixi, pronunciam propter hoc scandalū contra pietatem, quid feris dū nesci-
quæso aliud erat, bone deus, quā q nationem filiorum tuorū, id est omnium mus interim
tibi fidentium reprobam iudicauit: id quod impium est, & animus iam hor quid agatur
ret meminisse, sed in inferno eram ubi nemo confitebitur tibi. Et in animum nobiscū, sicut
inducebam ut cognoscerem quare ita flagelles tuos & exaltes impios, sed Petrū eduxit
hoc erat labor in oculis meis, non potui uidere & comprehendere tua iudi ex carcere,
cia. Oportet ergo hic uerbo & promissioni dei omnibus sensibus clausis ad Act. 12.
herere, & ut hic dicitur, intrare in sanctuarium dei ad deum, ubi sunt tene-
bræ in sanctis sanctorū, tenebræ, inquam, rationis & huius lucis absentia,
sed adest lux ipse deus, Esa. 60. ut reiectis omnibus quæ sensui apparēt, deo
hanc causam iudiciorum suorum cōmittamus, & sequamur uocantē, quem
admodū Abraham sequebatur nesciens quo iret. Donec huc uenias nō libe-
raberis à stulto zelo & tentatione. Hic faciet te deus intelligere & intende-
re non in ea quæ uides, id est, in florem impiorū, sed nouissima eorum, quæ Nouissima int-
certe pessima futura non dubitabis, quemadmodū sequitur, Qui factum est piorum.

ut qui Paulo ante regnabant iam desolati sint iudicio dei subito ueniente su-
per se, quod licet post centum annos tamen subitum est quod in speratis ue-
nit, quodq; prouidere non potuerunt? Defecerunt, inquam, subito uelut
somnia deficiunt & euanescent expergefacto, quemadmodum & alibi dicitur,
Dormierunt somnū suum & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarū in ma-
nibus suis. Tunc frustra subito uident lampades suas exingui stultæ uirgines
quæ oleū non habent in uasis suis. Hypocritis hic nihil erit ubi requi-
retur ipsa res, id est, fides. Velut somnium expergefacti hominis, imago ip-
sum in ciuitate dei, id est, ex ecclesia sanctorum exterminabitur. In ciui-
tate dei, in ecclesia sanctorū uidebantur gloriosi & quasi capita & præmi-
nentes cæteris sanctitate, sed imago tantū erat ipsorum nō ipsi, hypocritis
erat non ueritas. Idcirco ipsi non eijciuntur e ciuitate dei qui non erant in
ea, sed imago ipsorum, quia in ea esse uidebantur, tunc nihil minus uidebitur
in ecclesia fuisse, quàm illi ipsi qui maxime & uel soli uidebantur. Vides
itaq; lector qua specie tentatus fuerit hic Psalmista & quos accuset in toto
psalmo, nempe eos qui in ciuitate dei imaginem suam erexerāt & uel soli
curæ deo uidebantur. De quibus alibi, Deleantur de libro uiuentium & cū
iustis non scribantur.

Quoniam inflammatum est cor meum, & renes mei
mutati sunt, & ego ad nihilum redactus sum & nō
cognoui. Ut iumentum factus sum apud te, & ego
semper tecum. Tenuisti manum dexteram meam,
& in uoluntate tua deduxisti me, & cum gloria su-
scipisti me. Quid enim mihi est in cœlo, et præter
te quid uolui super terram? Defecit cor meum et
caro mea, deus cordis mei et pars mea deus in æter-
num. Quia ecce qui elongant seipsos a te peribūt,
perdidisti omnia quæ fornicantur abs te. Mihi au-
tem adhærere deo bonū est, et ponere in domino

spem meā. Vt annunciem omnes laudationes tuas,
in portis filiæ Sion.

Felix, Quoniā acscet cor meum, & renibus meis compungar, id est, iam mutatus doleo de errore. Et addit, Ego autem insipiens & non cognoui. Videtur insipientiam dicere qua ante uolebat esse sapiens cōtra deum. Verum magis accommodum est sequentibus, ut insipientiam interpreteris qua sibi iam non sapit sed deo, que mundo insipientia est, sed deo sapientia uera. Et quod addit, Et non cognoui, conuenit cum eo, quod infra dicitur, In uoluntate tua uel in consilio tuo deduxisti me, defecit cor meum &c.

Deus cordis mei. Fe. Fortitudo cordis mei. Perdidisti &c. Fe. Perdidisti omnem fornicantem abs te. Laudationes tuas. Fe. Missiones tuas, id est, omnia ad quacumq; miseris me. Vel operationes tuas, id est, non opera hominum sed tua. In portis filiæ Sion, non est hic in Heb. sed Psal. 9.

Hic hic ingresso tibi in sanctuarium dei ardebit cor tuum desiderio dei & renes, id est, affectus carnales, cōmutabuntur, & ad nihilum redigeris, id est, quicquid tuum est abolebitur, ut non sequaris tuam sapientiam, & ut cadas ab omni sensu tuo iactiatus in deum, qui istud ipsum mirabiliter in te operabitur te etiam nesciente, te non cōprehendente consilium eius quod est admirabile. Obbrutesces enim, id est, stultus deo fies, ita ut nihil tibi sapias, & ut ait, deficiet caro tua & cor tuum, ut sit deus sapientia & fortitudo cordis tui, & despecta impiorum prosperitate possessio & pars tua in eternū. Psal. 25. Hic senties deum tibi propicium & nunquā te deseruisse, quanquam id tibi in tentatione uidebatur, & gratias ages, dicens, Tenuisti manum dexteram meam ne caderem, ne effunderentur gressus mei, & secundū uoluntatem tuam, secundū admirabile consilium tuum, deduxisti me in tentatione ut discerem qui essem, & cum gloria iterum recepisti me postquā uidebaris in tentatione abiicisse. Hæc gloria est qua gratis peccatores suscipis ut tu solus gloriari possis tete omnia in nobis operatum & non nos gloriari q; nostro studio aut operibus aliquid factum sit, de qua Paulus, Omnes, inquit, precauerunt & egeni gloria dei. Vides quanta benignitas dei sit erga nos etiam quando nos deducit ad inferos, ut mirabiliter reducat. Ab isto ergo stulto zelo liberatus, dices, Quid mihi est in caelo &c. Nulla creatura neq; in caelo neq; in terra me unquā auocabit à te. Omnis sensus & ratio hic deseruit me, dominus autem factus est possessio mea.

Stultum dei.
1. Cor. 1.

Gloria dei.

Spirituale adulteriũ. *Recedentes à deo peribunt (ut ego periissem nisi manus eius me tenuisset) ut maxime sibi sanctissimi & sapientissimi uideatur, occiduntur omnes qui deum, cui omnia debent, ut uxor marito, derelinquunt, & peribunt iudicio dei omnia in quibus homines uane confidunt quacũq; specie sanctitatis fulgeant, sunt enim meretricius ornatus & hypocrisis adultera, de qua spiritali fornicatione & adulterio propheta sepe loquitur, Vide Hier. 2. 3. & 4. Idcirco bonum est mihi adherere deo marito meo & ipso solo confidere, ut reiectis rationis meæ argumentis quæ me penè abduxerant stulto zelo lapsum propter imaginem impiorum in ciuitate dei, annunciem omnes prædicationes eius, id est, solum eius uerbum retineam, sola eius opera considerem, sola ea alijs prædicem, & non ultra stulte dicam, Frustra iustificauit cor meum & c. Vide igitur qui se brutum dixerat quantis sapientiæ diuinæ argumentis abundet, & quam sapiens deo sit qui fit mundo stultus. Verũ hæc irrident qui uersum primũ huius Psalmi, quæ totius Psalmi summa est, ignorant, Quæ bonus Israël deus ihs qui recto sumi corde.*

PSALMVS LXXIII.

Titulus. Eruditium Asaph.

Captiuitas Babylonica. *SUMMA. Deslet populus dei captiuitatem in quam ob peccata à deo traditus est, qui olim robusta manu dei ex Aegyptiaca captiuitate liberatus fuit. Sit interim nobis historia captiuitatis Babilonicæ exempli uice, de qua in fine. 4. Regũ, ubi post quã Israël abductus erat, abducitur & Iudas incensa Hierusalem cũ templo, & erectis gentium, ut sit, uexillis & signis in locis deuictis, ut omnis dei cultus in eternũ cessaret. Hic captiuitati dicunt, Signa liberationis non uidemus, ut olim per manum Moysi & Aaron, non est propheta qui nunciet quousq; hæc duratura sint. Quantũ tunc erat Hieremias, qui dixit. lxx. annis duraturam captiuitatem, ut est Hier. 29. tam men non credebatur cum propter adfectionem, quid enim sic abiectis satis dici potest? tum propter pseudopphetas mendacia prophetantes, ut legis ibidem. Ergo hic populus ex affectu quẽ patitur loquitur dicens, Quousq; domine deus nos sic in hac impia captiuitate derelinques, qui olim patres miraculis toti mundo stupendis ex Aegypto liberauisti? Blasphemia quæ à stulto populo in nos iactatur, iactatur tuo nomine, quare si nos indigni sumus age uel tuam causam & c.*

Quare

Quare deus repulisti in finem, iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ: Memor esto cōgregationis tuæ, quā possedisti ab initio. Liberaſti uirgam hæreditatis tuæ, mons Sion hic in quo habitasti. Eleua manus tuas in superbias eorum in finem, quanta malignatus est inimicus in sancto tuo: Et gloriati sunt qui oderunt te in medio solennitatis tuæ. Posuerūt signa sua signa (et non cognouerunt) sicut in exitu supra. Quasi in sylua lignorū securibus exciderunt ianuas eius simul in bipenni et ascia deiecerunt eam. Incenderunt igni sanctuarium tuum, in terram contaminauerunt tabernaculū nominis tui. Dixerunt in corde suo generationes eorum simul, uenite et auferamus omnia festa dei a terra. Signa eorum non uidimus, et non est amplius propheta, et nos nō agnoscat amplius. Usquequo deus improperebit inimicus: irritabit aduersarius nomen tuum in finem: Quare auertis manum tuam et dexteram tuam de medio sinus tui in finem:

Repulisti. Fe. Dereliquisti in æternum. In superbias eorū in finem. Fe. Ad ruinas in æternū, id est, ut percussi à te ruant in æternum. Quanta &c. Fe. Omnia contriuit inimicus in sanctitate, ut intelligas sanctum dei esse sanctuarium. Et gloriati &c. Fe. Rugierunt hostes tui in medio templi tui.

Posuerunt signa sua, signa, id est, trophea & signa illic erexerunt, uelut supra ianuas domorū uel templorū ubi exitur, solent poni signa, & nō congrouerūt quid facerent, nempe impietate & cupiditate excitati. Felix aliter, Posuerunt signa sua signa. Cognoscetur uelut adducens superius, id est, Impius sic acceptabitur dū uastat quæ dei sunt quasi adducat aliquid coeleste & diuinū. Quasi &c. Fe. In perplexione ligni secures, & nunc paratis eius uel sculpturas eius simul securi & ascij, conuassauerunt. quo uastatio ianuarū & ornamentorū templi clare describitur.

Generationes eorū simul. Fe. Depopulabimur illos simul. Venite &c. Fe. Combusserūt omnia templa dei in terra. Id quod de templo Hierosolymorū intelligi non potest. Signa eorū. Sic est in græco nunc. Verū ego malo legi ex Heb. Signa nostra, ut nō sit uerbum aduersariorū, sed ad afflictorū, ut supra indicauimus. Fe. Signa nostra nō uidimus, non est amplius propheta, & non est nō hiscum cognoscens usquequo, scilicet hæc duratura sunt.

De medio sinus tui in finem. Fe. De medio sinus tui aufer, scilicet manū, ut non abscondas uel ut piger in sinu, sed percussus &c.

Capitua ecclesia. Quia captiuitas Babylonica propter peccata super populū Israël uenit, uastata Hierusalē & templo incenso atq; polluto, nostra captiuitas sub Antī Christi regno hic describitur. Vastata est enim Hierusalē ciuitas dei uiuentis & templū incensum & pollutū. Illud nāq; templū figura tantū erat huius templi ueri in quo habitat Christus & spiritus sanctus secundū Paulū, quæ sunt corpora & animæ credentium. In hac captiuitate multi securi uiuunt nolentes educi, quia diuitijs, honoribus, uoluptatibus, abundant, quibus se carituros timent si ad ueritatem Euangelij redirent, quemadmodum multi Iudæorum qui domos, agros, diuitias & honores in Babylonis regno ascendi fuerant, protulerūt ista honori terræ sanctæ & reuerri non cupierūt. Qui autem timentes deum sentiunt onus peccati sui, hi suspirant cupientes quā primum reduci ad Christi ueritatem utcumq; omnia nostra pereant, ut sanctificetur nomen dei hactenus pollutum & blasphematū in gentibus, dicentes, Quare o deus tuo furore in æternum reijcis oues quas tuo uerbo pauiisti, quæ iam coguntur siliquis porcorum edere, id est, stultas & inanes traditiones hominū ablato uerbo tuo salutifero in quo uiuit homo. Memor esto ecclesie tue quæ tua fuit à principio, nempe quam diligebas ante constitutionem mundi, Ephe. i. & Christi sanguine redemisti, in qua solebas habitare, ut in uirga siue funiculo hereditatis tue, Psal. 15, ut in monte sancto tuo, Psal. 47, ut in ciuitate & in templo sancto tuo, Leus brachium tuū

super eos qui extulerunt se super sancta tua ut deiciantur in eternum. Mirum quā maligna egerit aduersarius tuus in sanctuario tuo, & quā gloria Gloriatur & ei sint hostes Euangelij gloriae tuae in medio solennitatis tuae, uel in medio superbiunt in templi tui, ubi iam regnare uidentur, ubi antea nihil aliud sciebatur quā ecclesia. laus tua, id est, fides in deum & charitas in proximum. Eraxerunt isti excelsi sui signa & titulos in ecclesia tua plusquā gentiles, humilitatis & pastoralis officij, hoc est praedicationis Euangelij obliti, & reuera signa tantū erigunt & signis ludunt & fallunt oculos hominum hypocrisis, ceterum res tibi non est. Nihil enim ad aedificationem per Euangelij uerbum agunt, sed omnia in destructionem, contra apostolicam Pauli sententiam, excōmunicantes, aggrauantes, interdicientes &c. statuta faciētes pro usuris, pro red ditibus, pro honore & ueneratione ordinis sacri, in blasphemiam crucis Christi & uerae mortificationis, qua nos oportet mortuos esse cum Christo, ut cum eo uiuificemur, & clamant, Nos sumus supra omnes, nobis omnes obedire debent &c. Cur quiesco isti non obediunt deo qui execratur quicquid ipsi faciunt?

Inccnderunt igni sanctuarium tuum o deus in terra. Ignis enim, id est, Carbores nardor ille libidinis & auariciae & ambitionis nusquā magis regnat quā statorij in templo dei. Abiecto enim Euangelio regnant tyrannicae hominum constitutiones, quae ligant & uexant conscientias hominū Christi sanguine liberatas. Interim tamen habere uolunt pro se quod Christus dicit, Qui uos audit, me audit, quasi lupis hoc dixerit & non potius pastoribus, quasi etiam dixerit, Qui uos audit contra Euangelium & sentientes & docētes & pro uestris statutis digladiātes, me audit. Audiant uel nūc q̄ pro Christo & pro Christi Euāgelio talia nō possunt, ut enim interim alia taceamus, Christus Mat. 15. dicit, Hypocrite bene prophetauit de uobis Esaias, dicens, Populus hic laibus me honorat, cor autē eorū longe est à me. Frustra autē colunt me docentes doctrinas & mādata hominū. Si uero Christū & prophetas nō audiūt, frustra cōtra eos contendimus, cæci sunt & duces caecorū, qui dū neglecto Euangelio imō etiā, ut hodie uidemus, condēnato, suas traditiones sub pœna mortalis peccati, ut aiunt, & aeternae maledictionis seruari uolūt, & sic regnare in cōsciētijis hominū, ubi solū deū regnare oportet, quid aliud faciunt quā quod sedēt in tēplo dei ostentantes se pro deo, secundū prophetiam Pauli de homine peccati, filio perditionis, Anti Christo? Unde sequitur.

Prophanatum
templum.

Polluerunt tabernaculū nominis tui, id est, abominationē in templo statuerunt. Fide purificantur corda, Act. 15. Quā fidem postquā eximxerūt prohibent etiā hodie ne predicetur, ut scilicet non cadant hominū traditiones, quas cadere necesse est ubi corda per spiritum dei fide purificantur. Atrocius uero est quod additur, Polluerūt uel contaminauerūt in terrā, id est, polluendo penitus in terrā tabernaculū nominis dei deiecerūt. Abiacta enim fide omnia sunt immūdia plena, et iam ecclesia nō est, Tit. 1. Omnia munda mūdis, immūdis autē &c. Hic aiunt, Et nos credimus. Vide, inquā, ne credas sicut diabolus, qui quāquā sit impiissimus tamen certo scit Christum esse crucifixum, et resurrexisse, id quod et tu interim ore dicis. Nisi purificetur cor tuum fide non credis. Est autem fides fiducia in deum. Vbi uero infidelitas est illic quoque cæcitas mentis est, cæcitatem sequuntur omnia illicita, secundū Paulum ibidem, Coinquinatis et infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorū et mens et conscientia. Confiuentur se nosse deum, factis autē negant, cum sint abominabiles et incredibiles et ad omne opus bonū reprobī. An non sic auferre fidem et prohibere uerbū dei est polluere templū nominis dei? Quæ enim maior ignominia dei, quā non credere uerbis eius, id quod est cum facere mendacem? Hinc hodie approbatur usuræ lege dei prohibita, sacramenta uendūtur quæ in usum data sunt credentibus, ambitio putatur honor dei, de qua Christus dicit, Vos autē non sic, omnia bellis et sanguine miscentur. Et ne uiuere liceret absque pollutioe in templo dei, etiā in cibis fecerunt nobis peccata quos deus creauit (1. Tim. 4.) ad percipiendum cum gratiarū actione fidelibus et ijs qui cognouerūt ueritatem &c. præterea prohibuerunt coniugia suis clericis et religiosis quorū hodie est ut arena maris ingens numerus. Et abominandū est uidere quod hodie sustinentur publicæ fornicationes et adulteria à deo damnata, matrimonia uero quæ deus non solū instituit, sed et creauit condēnantur, ut hæretica, ut diabolica, ut interim non dicam quā horrenda scelera hæc una constitutio sæpe produxerit, ut merito liceat eos compellare cum Esaiā. Audite uerbum domini principes Sodomorū, percipite auribus legem dei uestri populus Gomorrhæ. Sed misericordie domini sunt, ait Hieremias, et non sumus consumpti, alioqui, ut ait Esaias, Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen Euangelicū, quasi Sodoma fuissetis, et quasi Gomorra similes fuissetis. Et adhuc dubitamus an ipsi polluerint tabernaculum nominis dei? Sed excusant specie sanctitatis tantā impietatē. Verū hoc ipsum

Paulus. 1. Tim. 4. aperte per spiritū sanctū prædixit. Spiritus, inquit, manifeste dicit, q̄ in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorū, in hypocrisi loquentium mēdaciū & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere & abstinere à cibis &c. Sequitur nunc summa impietatis.

Dixerūt, inquit, omnes illæ generationes & gemina uiperarū in corde suo, ut maxime aliud in ore habere uideantur. Venite & auferamus omnia festa dei à terra, de festis dei loquitur, nō de festis quæ traditiones humanæ inuenerūt. Christiani sub Apostolis & apostolicis uirīs agebant sabbatū illud à deo sanctificatū, de quo legis Esa. 58. Heb. 4. quo deus omnia opera Sabbata dei tur in nobis ad salutē æternam, nos nihil, quemadmodū in Esata dicunt, ca. ablata. 26. Domine dabis pacem nobis, omnia enim opera operatus es nobis. Ignorabant opera nisi seruire inuicem in charitate, ignorabant merita nisi Christi, sciebant se ex sola fide iustificari & patrem habere deum, iccirco omnē curam & sollicitudinē proijciebant in eum scientes q̄ ipsi sit cura de nobis. Orabant, ut spiritu bono accepto implerētur agnitione bonæ uolūtatis dei, ut nō suam, sed dei sequerētur uoluntatē, scientes hos esse dei filios qui nō suo sed spiritu dei aguntur, in quibus spiritus Christi operatur non ipsi. Et in illis siue per gloriam, siue per ignominiam, siue per mortem, siue per uitā pax Christi exultabat quæ exuperat omnē mentē. Nos uero propter peccata nostra traditi sumus in uexationes conscientiarū, & sabbatum illud sanctum & delicatū domino ignorare cōpellimur, quod quia spirituale est nemo nouit nisi spiritualis. Hac solennitas & hi dies festi dei nostri ablati sunt à terra, quia dei prouidentiam ignoramus & Christi merita nescimus, & fit dum iustitiam nostram statuimus, ut iustitiæ dei non simus subiecti. Ad hoc unanimi consilio sibi condixerūt aduersarij iustitiæ & gloriæ dei, ut nihil horū sistorum dei maneret apud homines dum contra scripturas statuerūt liberū arbitrium, iustitiam operū, satisfactionē humanam. Hic hic coactis corpīs fortiter egerunt omnia, scripserunt libros, prædicauerunt, terruerūt, minis, prouocauerunt præmijs & magnis illis indulgentijs, & strenuos in hac acie milites oportebat esse sanctos in æternū, oportebat esse doctores ecclesiæ, contra uero sentientes ex uerbo dei necesse erat esse hæreticos & occidi dignos, indignos quos terra sustineret. Recte iam nobis dicendū cum Hieremiā, Defecit gaudium cordis nostri, uersus est in luctū chorus noster. Cecidit corona capitis nostri, uē nobis, quia peccauimus. Propterea mœstū factum est in dolore cor nostrū, ideo cōtenebrati sunt oculi nostri, propter

montem Sion, quia disperijt, uulpes ambulauerunt in eo &c. Felix autē legit sic, Dixerūt in corde suo, depopulabimur illos simul, combusserunt omnia templa dei in terra. id quod de templis iudeorum intelligi non potest, qui tantū unum habuerunt dei templum, & nunc non habitat deus in templis manu factis, Esa. ult. Act. 7. Ioā 4. Restat ergo ut templa dei sint ecclesiae, id est, congregationes credentium deo, secundū uerbum eius.

Signa nostra
& propheta
absunt.

Hoc conquerimur in hac captiuitate iam nō uidere nos signa nostra, id est, Christianae charitatis signa, de quibus dixit Christus, In hoc cognoscent omnes, q̄ mei estis discipuli, id est, q̄ creditis uerbo meo, si diligatis inuicem. Neq; esse iam prophetam, id est, predicatōrē aliquem à deo missum, id est, spiritu dei inflammatū qui nobis per Euangelium nunciet liberationem & opponat sese murum pro domo Israel. Verum si Christo gratia qui nostro seculo Germanis Euangelium suum misit, utinam is ita prouehat ut suscipiatur &c. Mirabilia uidemus hodie, sed quotusquisq; est qui agnoscit & admiratur dei opera?

Oratio sola si
dei superest.

Hæc, mi lector, dixi nihil insultans aduersarijs, inter quos forte multi sunt qui licet adhuc errent, conuertentur tamen quandoq; ut Paulus apostolus, qui putabat se obsequium prestare deo, dum persequebatur Euangelij amatores, sed intuitus sum in hoc psalmo captiuitatē nostram, quā utinam cū Hieremia deslere possem. Verū hoc flendum magis q̄ nemo flet, nemo obsecrat pium patrem, ut tandem misereatur captiuorū, ut quoq; misereatur captiuantium inimicorū. Hoc unū hodie nobis deest, quod solum reliquum uidebatur. Cur non dicimus cū hoc psalmo, vsq; quo deus male dicet & irri debet nos aduersarius? quousq; blasphemabit nomen sanctum tuū & conculcabit uerbi tui ueritatem? In æternum ne durabit hæc insania? Quare non prestas te iudicem in eos qui te nolunt saluatorem? & reliqua quæ in sequētib; ex psalmo addemus. Timeant sibi Euangelij hostes si quādoq; cœperit spiritus in sanctis sic interpellare deum, omnia possibilia sunt credenti.

Sed deus rex noster ante secula operatus est salutē in medio terræ. Tu cōfirmasti in uirtute tua mare, tu contriuisisti capita draconum in aqua. Tu contriuisisti caput Draconis, dedisti eum escam populis Aethiopibus. Tu dirupisti fontes & torrentes, tu

siccasti fluuios Etham. Tuus est dies, et tua est nox,
 tu præparasti lumen & solem. Tu fecisti omnes ter-
 minos terræ, æstatē & uer tu plasmasti ea. Memen-
 to huius, inimicus exprobrauit domino, & popu-
 lus insipiens incitauit nomen tuum. Ne tradas be-
 stijs animam confitentem tibi, animarū pauperum
 tuorum ne obliuiscaris in finem. Respice in testa-
 mentum tuum, quia repleti sunt obscurati terræ do-
 mibus iniquitatum. Ne auertatur humiliatus, con-
 fusus, pauper & inops laudabūt nomen tuum. Ex-
 urge deus iudica causam tuam, nemo esto oppro-
 brii tui quod fit ab insipiente tota die. Ne obliui-
 scaris uocis supplicum tuorū, superbia eorum qui
 te oderunt, ascendit semper.

Tu confirmasti, scz ut stare, uelut murus à dextris & à sinistris, quæ ad-
 modū sacra habet historia. Fe. Tu dissipasti. i. diuisisti ut mare non esset qua
 gradiendū erat Israelitis. Capita Draconū. i. Aegyptiorū qui morderāt
 populū dei, & capita draconis, id est, principes Pharaonis. Felix legit, Le-
 uiathan. sed idem est, nisi q. indicatur Pharaon fuisse figura serpentis antiqui,
 qui Leuiathan appellatur Esa. 27. & Job. 40. & interpretatur addit amen-
 tum, semper enim cum suo regno, cum suis pseudapostolis, scribis & phari-
 saeis hypocritis qui erit addere uerbo dei, sicut addidit in paradiso.

Leuiathan.

Quod dicit, Dedisti eū escam populis Aethiopicis, hoc significat q. præ-
 da & arma reliquaq; spolia appulsa littori rubri maris ablata sunt ab Ae-
 thiopicis illic in uicino habitantibus. Potest & sic legi ex Heb. ut indicat Fe-
 lix, Dedisti eum escam nauigantibus uel habitantibus solitudinem.

Tu dirupisti &c. Aut de eodem mari rubro scisso intellige, aut de Ior-
 dane diuiso ubi ingressi sunt in terram Canaan, aut de aquis ex petra bis

excusis. Tu siccasti flumina Etham, id est, egressa ex loco robusto, ut inter-
pretatur Felix. Idem mare rubrum significatur. Etham esse locum nō pro-
cul à mari rubro uidere licet Exo. 13. Nu. 33. Vnde non male accipias flumina
na illius loci, id est, mare rubrum.

Ver. Fe. Hyemem. Ne tradas & c. Fe. Ne des feræ animam turturis tuæ,
id est, tui populi gementis. Obscurati terræ. Fe. Obscuritates terræ, sed idē
est, significat enim exc. ecatos in terra abundare omnibus rebus per iniqui-
tatem & mendacia & c. Supplicū. Fe. hostium. Vtrūq; bene stabit, sed di-
uersa sententia, & hoc magis conuenit. Superbia. Fe. strepitus.

Potentia &
manus dei.

Verum de potentia tua non dubitamus, o deus, quemadmodū dubitant
qui ignorant te, qui dicunt in corde suo, non est deus. Tu es rex noster ante
mundi cōstitutionem, nos noui sumus in mūdo, non tu nouus qui es extra
mundū. Quomodo iam nō rex noster, qui noster rex eras antequā eramus?
Atq; ita ne de tuo quidem adiutorio & prouidentia male sentire possumus.
Sed spes quæ differtur adsligit animā. Cur nunc rex noster & pater noster
derelinquis populū tuum, derelinquis filios tuos, qui olim operatus es sa-
lutem & liberationem populi tui in medio terræ, id est, in terra uidentibus
cūctis hominibus palam? qui insignibus miraculis & manu forti populum
tuum ex fornace ferrea eripuisti? Num manus tua iam est abbreviata, ut sal-
uare non possit aut auris aggrauata, ut audire nequeat? Cur non subuenis
in cuius manu sunt omnia, quippe qui omnia creasti, uicissitudinem dici ac
notis, æstatis & hyemis, & ipsum lumen quod uidemus omnēsq; terminos
terræ? Si olim memor fuisti, dicens, Vidēs uidi afflictionem populi mei qui
est in Aegypto & descendi liberare eum. Item, Induratum est cor Pharao-
nis, non uult dimittere populum meū nisi in manu forti, Memor esto & hu-
ius rei, huius opprobrii non tam nostri quā tui. Etsi enim hæc peccatis nos-
tris meruimus, etsi indigni sumus qui exaudiamur, etsi etiam negligimus te
obsecrare id quod solum nobis reliquum erat, tamen tua res agitur, tua ue-
ritas conculcatur, inimicus exprobrauit tibi & populus insipiens blasphem-
auit nomen tuum. Ne queso tradas in manus bestiarū & populi insipientis
animas consentientium tibi, & ecclesie pauperum tuorum ne obliuiscaris
penitus in æternum qui iam ad longum tempus oblitus uideris. Tuum fue-
rit o rex noster tuos defendere. Respice uel in testamentum & fœdus tuum
quod pepigisti nobiscum, decet te seruare pactū, quia ueritas es & tempus
negare non potes, ut maxime nos simus fœderis uiolatores. Dū adhuc uer-
bum tuum apprehendimus omnia adhuc sunt salua, ut maxime omnia de-

ſperata uideantur. Attende non propter nos, ſed propter te metipſum. Illi abundant & mundo ſancti & glorioſi deſpiciunt & adſigunt nos paupe- res, id eſt, adſiſtos & omni auxilio deſtitutos, ſi tu quoq; nos deſpicias, quis laudabit nomen tuum? quod ſoli inopes & pauperes laudant, ſuperbi con- temptores gloriæ tuæ & à ſe inuicem gloriã quærentes egregie deſpici- unt. Exurge deus iudica cauſſam ſi non noſtram tamen tuam, ne contemne blaſphemias, quas inſipiens & beſtialis populus, id eſt, dei iuſtitie ignorans & ſuum quærens ſtatueret iactat in te iugiter. Tui inimici ſunt, contra tuam iuſtificationem, contra Chriſtum tuum, quem dediſti & feciſti nobis iuſtitia, ſapientiam, ſanctificationem, ſatiſfactionem, blaſphemias effundunt uoces, & ſuperbe præſumunt de meritis & operibus ſuis, quorum arrogantiã & ſuperbia & ſtulticia & iactantiã & clamor cõtra te ſit maior & augeſcit & aſcendit ſemper. Nos quidem merito abiectiſti, ſed cur etiam tuum deſpi- cis honorem?

PSALMVS LXXIII.

Titulus. προσκέλευσις Ne diſſipes, Pfalmus, Aſaph canticũ.

SV MMA. Verba ſunt clariora quã ut Chriſti eſſe negemus. Chriſtus ita q; hic cum ſuis dicit ſe laudaturum deum & inuocaturum, & præterea eius mirabilia prædicaturum in æternum, ſe quoq; horrendum iudicem futurũ impijs in extremo iudicio, quando fluet terra à facie ignis & diſſoluetur, quã ipſe in exordio mundi fundauit, eo q; ipſum cum ſuis prædicantem, ut auerterentur à uia mala audire noluerint, ſed egerint ita nullo dei timore quãſi deus non uideat, quem nulla pars orbis latet, qui iudex eſt ſuperbos humilians, humiles exaltans, qui calice paſſionis potat quidem omnes, ſed fecem, id eſt, extremam maledictionem ſeruat impijs, de quo diximus psal- mo 15. Vide hoc ipſum Eſa. 51. Addit uero Chriſtus, Ego fruſtra eis dixi & prædicauit, nolite exaltare cornu &c. Iccirco ego in iudicio omnia cornua peccatorum confringam, & iuſtorum, qui imbecilles in mundo uidebãtur, cornua exaltabo.

Confitebimur tibi deus, confitebimur tibi,
& inuocabimus nomen tuũ. Narrabo om-
nia mirabilia tua, cum accepero tempus ego iuſti

cias indicabo. Liquefacta est terra & omnes qui habitant in ea, ego confirmaui columnas eius. Dixi iniquis, nolite inique agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altu cornu uestru, nolite loqui aduersus deum iniustitiam. Quoniam neq; ab oriente neq; ab occidente neq; a desertis montibus, quonia deus iudex est. Hunc humiliat & huc exaltat, quia calix in manu domini uini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc, uerumtamen fex eius non exhausta est, bibent omnes peccatores terrae. Ego autem annunciam in seculum, cantabo deo Iacob. Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabitur cornu iusti.

Et inuocabimus nomen tuum. Fe. Et propinquum nomen tuum. Propinquum, scilicet factum fide hominum ex praedicatione tui uerbi, ut liceat iam hoc ipsum inuocare. Narrabo &c. Fe. Narrauerunt mirabilia tua, scilicet homines, id est, agnouerunt uirtutem tuam praedicatione Euangelio & confessi sunt & praedicauerunt &c.

Tempus, id est, occasione & opportunitate. Ex Heb. significatur tempus solennitatis & congregationis populi. Felix ergo sic, Cum accipero solennitatem, id est, cum apparuerit gloria mea & omnium electorum &c.

Inique agere &c. Fe. Dixi insipientibus, nolite insanire, & impijs nolite extollere cornu. Nolite loqui aduersus deum iniustitiam Fe. Ne loquamini cum ceruice elatum, id est, ne superbe dicatis cum contemptu, sufficiat uos hactenus impios fuisse. Verumtamen amen &c. Fe. Quippe feces eius sugent, bibent omnes impij terrae. Inclinauit ex hoc in hoc. Fe. redundare fecit ex hoc uel undique.

Euangelium ego praedicaui mundo, homines o deus cofitentur tibi, laudant te & sanctificant nomen tuum, & hoc ipsum inuocant credentes tuo uer-

bo, quia tua mirabilia, tua potētia, tua opera, tua iustitia & quicquid tu operaris in mundo & in sanctis tuis iam prædicatur, psal. 9. non iam humana opera & iustitiæ prædicantur. Sed uiderint contemptores & suæ iustitiæ defensores, Ego cū tempus aduenerit, quod uenturū non sperant, iuste iudicabo & iudicabo etiā ea quæ iam iusta & recta prudentiæ carnis & hypocrisis uidentur. Tunc liquefiet terra, transibit mundus & cōcupiscentia eius cū omnibus qui mundi rebus & elementis hæserunt, nec mirū si ita per me mundus concutietur, nam per me firmatus est & quasi columnis sola mea manu sustentatus. Terra nulla re sustentatur nisi manu dei, quæ admodū dicitur iob. 26. qui appendit terram super nihil, uide supra psalmo. 23 tamen hic sumpta metaphora ab ædificijs nostris dicitur nisi super columnas, quæ admodū & iob. 9. Qui cōmouet terrā de loco suo & columnæ eius concutuntur, & iob. 26. columnæ quoq; cæli dicuntur. Iam uero & istud iudicium & istam cōfirmationem in hominibus terræ uidemus, ut liceat quoq; dicere, Cōmotionē factā in totius orbis ad prædicationē Euangelij, id quod & hodie uidemus. uerum columnas terræ, id est qui iam firmiter stant, confirmatis esse à Christo. uicunq; ista uolueris dicere per me licebit, ego interim hoc ago, ut à uero literæ sensu non recedamus.

Colūne terræ

Dixi tui, quis, id est, incredulis siue stultis, id est, qui ignorant dei iustitiam. Hoc est, prædicatū est eis, ut non habeant excusationem de peccato suo quasi non audierint dei ueritatem. Nolite insanire, nolite sequi uestra consilia & adinventiones, ut ruatis è scelere in scelus aut hypocrisis male faciatis coram deo, nolite superbire uestris diuitijs, potentia, iustitia & sanctitate uestra & quicquid humanum dici potest, dei uerbū ista omnia damnat & uanitatem esse iudicat. Nolite repugnare deo quasi nolentes uestra damnari & mortificari, nolite blasphemare contra Euangelium eius quo iustificantur peccatores, nolite ei opponere sententias & traditiones humanas quæ sunt iniustitia, quia hoc uobis non licebit impune quasi deus nō uti deat, neq; si fueritis in oriente, neq; si in occidente, neq; si in desertis montibus, id est, in meridie ubi præ solis feruore dicuntur loca esse non habitabilia & in aquilone ubi eadem esse feruntur propter frigus & perpetuam solis absentiam, quomā deus qui ubiq; præsens omnia uidet iudex est, non licebit latere aut effugere manus eius, qui suo iudicio deprimit præsumētes, & exaltat peccata agnoscentes & iustitiam esurientes. Quia è calice suo potat omnes, Hier. 25. ita ut etiā à sanctuario suo incipiat, Ezech. 9. I. Pet. 4. sed eripit & ab errore & à tentatione siue persecutione suos in tēpore op-

Excusatio
ablata.

Calix.

portuno. Vinum quidem purum est in calice unde inclinando calicem propinat, sed tamē plenius mixtura siue mixtione, ut discerni nō possit à mūdo aduersitas piorum & impiorum, illorum est ad salutem, horum finis est fœx æternæ maledictionis. illis ubi sat fuerint errore uexati, sat persecutionem passi dicitur Esa. 51. Ecce tuli &c.

PSALMVS LXXV.

Notus in Iudæa deus.

Titulus. ὁ ὄρκος ἐλευσθε, In canticis Psalmus, Asaph canticū: SV MMA. Manifeste psalmus canit gloriam Iudaici populi per deum. Illic tūc notus erat deus, illic magnificabatur nomē eius, nam ibi habitabat in Hierusalē & in Sion, nempe in templo & supra propiciatorium arcæ secundū dei promissionem, Ibi gloriose confregit Iudæorū aduersarios. Sit interim exempli uice insignis illa percussio qua angelus una nocte percussit in castris Assyriorū. clxxxv. milia. 4. Reg. 19. Et Esa. 37. Hoc fecit, inquit, deus ut saluos faceret, id est, liberaret & defenderet mansuetos terræ, quales tunc erat pius rex Ezechias cum suis quos humiliatos & adstrictos dominus sua misericordia respexit. Semper enim quando ab illo populo inuocabatur deus (id quod habent historie) gloriose triūphabat deus per eos, contemnentes uero dereliquit & horrende tradidit aduersarijs, ut uides in historijs. Hæc omnia, ait psalmus, deo cesserunt ad gloriam, quapropter gratias agite ei, qui tam magnifica pro suo populo facit.

Notus in Iudæa deus, in Israel magnū nomen eius. Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Ibi cōfregit potentias arcuum, scutum & gladium & bellum. Illustras mirabiliter a montibus æternis, turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierūt somnum suum, & nihil inuenerūt omnes uiri diuitiarū manibus suis. Ab increpatione tua deus Iacob dormitauerūt qui ascēderunt equos. Tu terribilis es, & quis resistet tibi?

extunc ira tua. E coelo audire fecisse iudicium, terra tremuit & quieuit. Cū resurgeret ad iudiciū deus, ut saluos faceret omnes mansuetos terræ. Quoniã astuta cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquum astutæ cogitationis diem festum aget tibi.

In pace. Fe. In Salem. Secundū Iosephum, Salem est Hierusalem, & satis Salem. ex hoc loco constat. Nam Hierusalē erat locus electus à deo, ut illic habitaret, Hiere. 7. Interpretes uero græci hoc loco appellatiuū pro proprio acciperunt. Nam Salem interpretatur pax. Potentias arcuum. Fe. Volatilia arcus, id est, sagittas. Illustras & c. Fe. Illustris factus es tu terribilis, à montibus prædæ. In prædam dati sunt robusti corde, Dormitauerunt somnum suum, & non inuenerunt omnes uiri exercitus manus suas. Id est, Tu deus terribiliter tibi clarū nomen fecisti percutiendo aduersarios è caelis, prædæ facti sunt percutiente deo qui suis uiribus cōfidebant, contēnentes dei potentia & iudicium. Mortui sunt, ut somniū euanuerūt & non inuenerunt omnes uiri exercitus manus suas, id est, uires & potentiam suam qua confisi erant. Hic inuenerūt se esse uanitatē qui se omnia posse confisi fuerant. Coe Montes cœli uero dicit mōtes prædæ, quia statim ut è caelis dominus succurrit, rapit sunt. aduersarios & nemo potest eripere. Psal. 49. Contra hos montes sæpe gigantes insurrexerunt, sed nemo triumphauit unquã, quemadmodū & hic dicitur, Tu terribilis es, & quis resistet tibi? Græci uero montes æternos dixerunt, de quibus & alibi, Leuaui oculos meos in mōtes, unde ueniat auxilium mihi, auxilium meum à domino & c. quis nõ uidet illic montes dici cœlos in quibus dominus habitat.

Quis resistet tibi? Felix, Quis stabit in conspectu tuo.

Vbi populus dei est illic habitat deus & sanctificatur nomē eius, quem admodū Paulus interpretatur, dicēs, Templū dei sanctū est quod estis uos. Habitat deus & 2. Cor. 6. ex lege & prophetis repetit, Quoniã inhabitabo in illis & c. in nobis & p^o Ibi confringit omnē aduersariorum insultum qui nituntur conculcare dei teget nos. uerbum, seducere uel occidere dei populū, reprimit principes mūdi & regnum Satanae cū omnibus doctrinis dæmoniorū, id est, traditionum humanarū. Et licet tu deus uidearis tuos in tentatione deseruisse dum interim superbiant tui nominis blasphematores, tamen tu nosti tempus opportunum.

Tunc subito dum non speratur illustre reddis nomen tuum è caelis, terribi-
liter confundendo, plus excæcando & occidendo aduersarios, ut pereat re-
gnum eorum & intereant uelut fumus, uelut somnium qui sunt insipientes
corde, id est, dei sapientiam, quæ est in uerbo eius non cognoscētes, uiri di-
uitiarum qui pro suis cupiditatibus & uentribus cōtra Euangelium & uer-
bū dei, quod omnia humana damnat, pugnant, qui ascendunt equos, id est,
sperant in exercitu & apparatu bellico, in brachio carnis siue, ut hodie uo-
cant, in brachio seculari, quemadmodū in alio psalmo gloriatur dei popu-
lus. Hi in curribus & hi in equis, nos autē &c. Vbi quæso tunc ipsorum con-
fidentia quando dominus quem exaltauit Pharaonem incipit deicere, quā-
do ostendit contemptoribus suam increpationem & terribile iudicium coe-
lestem quo nemo potest consistere? Tūc nihil inueniunt quod arripiant mani-
bus suis, quæ diuitiæ, quæ gloria, quæ fauor hominum, quæ uoluptas, quæ
sanctitas & iustitia putabantur, in quibus sperabatur, tunc uanitas appa-
rent, quando lampades stultis uirginibus extinguuntur. Ex tunc, inquit, ira
tua, scilicet fuit, uel ostensa est. E caelo intonuit iudicium tuum, tunc terra
quæ ante superbiebat & se aliquid putabat, tremuit et filuit, id est, nihil ut
ante iactitauit & contendit contra pietatem, scilicet iam subito oppressa
dei iudicijs, in redemptionem mansuetorū siue humiliatorū, id est, illorum
qui ante iniuste premebantur. Sic & Zach. 2. Sileat omnis caro à facie domi-
ni, quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

Impiorum stu-
dium & cona-
tus cedit i glo-
riam deo.

Quoniā astuta cogitatio hominis confitebitur tibi. Ut sententia conue-
niat cū Hebræo, interpretare sic, ut nō intelligas astutam cogitationē homi-
nis laudare deum in ipso astuto homine, aut reliquū astutæ cogitationis ste-
stum agere deo in ipso astuto homine, sed potius in alijs hoībus, qui ex astu-
to cōsilio impiorū per deum confuso & ex eo quod reliquū fuerit similiter
per deū confuso assurgunt ad magnificandū deum, uidentes dei admiran-
dam & prouidentiam & sapientiā. Ex Heb sic, Quoniā ira hominis lauda-
bit te uel celebrabit te, & reliquias iræ accinges uel zona circūligabis. Id
est, ira hominis erit laus tua, q̄ extollitur aduersarius & astuto consilio agit
& furit, ut expugnet plebem tuā, conculcet ueritatem tuam, statuat regnū
suum, hoc totū cedit in gloriam tuā, sicut in Pharaone uidere licet, in Sen-
nacherib, in Iudæis Christum persecutibus, in illis qui hodie per iustitiā hu-
manam iustitiam dei oppugnant. Vide quæ diximus psal. 67. in uersu, Acce-
det homo ad cor altū & exaltabitur deus. Et reliquias iræ accinges, id est, si
postq̄ à deo semel confusum est regnū impietatis & perditionē suam sensē

rit, aliquid furoris & astuti consilij siue insidiarum supermanferit rursum uolens nocere populo tuo, illud tu deus retinebis, ligabis, prohibebis. Sicut & Sennacherib factum est, qui post stragem in Iudæa per angelum Assyrijs illatam, occisus est in templo suo à filijs suis. Ita deus egregie abuti potest in gloriam suam astutia & furorc impiorum, & penitus per hoc ipsum contemere quo suam tyrannidem statuere nituntur, & si quid usquã illius furoris & astutiæ reliquum est prohibere.

Vouete & reddite dño deo uestro, omnes qui in circuitu eius sunt afferēt munera. Terribili & auferenti spiritus principū, terribili apud reges terræ.

Ergo, inquit, uos populus dei nolite esse de tanta liberatione ingrati, uota que pro liberatione uouistis, holocausta, uictimas & alia sacrificia arantum, bouum, ouium &c. siue etiam pecuniam in templū domini, reddite. Hec enim & similia externa in illa lege, non dū reuelata iustitia & gloria domini, de qua dixit Esaias, ca. 40. erant fidei interne & grati in deū animi signa, præter id quod etiam statis temporibus & item pro specialibus causis talia præcipiebantur offerri secundū legem Moysi, quo declarabant se credere uerbo dei talia præcipienti, sine qua fide talia externa erant hypocrisis & idololatria ab oibus pphetis dānata Sic legis. 2. Para. 31. sub Ezechia decimus datas sanctorū que sancta uouerāt domino deo suo, & ca. 32. Post percussum Sennacherib & resitutā pacē per circuitū, Multi, inquit, deferebāt hostias & sacrificia domino in Hierusalē & munera Ezechie regi Iuda. Id quod inter im exempli uice cū Assyriorū historia in hoc psalmo dico. Volo enī quēadmodū & oportet psalmū de oibus Iudaci ppli siue Iudææ per deū triūphis intelligi, atq; adeo deliniatā imō manifesto declaratā in hoc omnium fidelū in deo uictoriā. Et ut certius sis de hac intelligentiā, additur, Omnes qui in circumitu eius, id est, dei sunt, hoc est, qui habitāt circū templū & in Iudæa circūquaq; afferent munera & oblationes, non dijs uanis, ut sepe impij Iudæi cū impijs regibus Israël & Iuda, ut habent libri regū, neq; deo impotenti ut blasphemabat impius Rapsaces ab Assyrio missus, sed terribili & auferenti spiritus principū, quorū insanam potentiam deridet, & dū uult uelut uentū dispergit superbiā, terribili, inquam, apud omnes reges quotquot sunt in terra, quod & ipsum supra dixerat &c.

Vota que redduntur deo.

Miror nero de ijs qui hinc nobis uota nostra plusquam Iudæica statuere

Voldæ

nituntur, q̄ nemo illorum attendit q̄ in infirmitate, angustia conscientie & horrore mortis meliorem ferè deo uouemus uitam, quā solam uult deus ex pacto baptismi, ad hoc enim castigat peccantes filios, sed prestare hoc ipsū non poteris, ne quid tuo uoto aut libero arbitrio arroges in purificando corde, nisi ipse det petenti spiritum bonum quo ducaris in eius uoluntatem. Sed respiciunt solum in externa illa opera, quæ si ideo præstas quia sint necessaria saluti & sine eis saluus esse non possis, id quod ratio uoti impri- mis perpetui postulat, deo placere non possunt, imo hoc modo talia reijcit & non uult. Psal. 39. & 49. Vide ergo si liceat reddere, ut hic dicitur, do- mino deo tuo quod ipse non uult. Si non uult sacrificia legis externa, quia in eis carnales confidebant, multo minus uult, ut reddam ei omnem illam quam uouii impietatem Papisticam decretalium & totius iuris canonici, & illa stercora humana statutorū ordinum, seu potius scētarum, quæ insituta sunt contra Christianū ordinem, modo non fallant manifesta uerba Pauli. 2. Thessa. 3. Dolendum quidem nobis q̄ temere uouimus aut etiam iurauimus. Nam non est nomen summæ maiestatis in uanum assumendum. Non tamen quia uouimus aut iurauimus, inherendum est uoto contra gratiam Euan- gelicam. Hic ergo uel pro ignorantia, uel pro temeritate pœnitentes ueniā precemur à deo, qui dimittit ex corde petentibus omnia peccata simul & semel, etiam hoc temerarium iuramentū & uotum stultum & impium. Pro abiecto uero ex fide uoto nihil trepidemus, sed hic beatus est qui se non ius- dicat in eo quod probauit, Rom. 14. Hæc ita habent, nisi etiam peccasse pu- tas Dauidem q̄ non occiderit Nabal uirum stultū cum omnibus seruis eius secundū iuramentum & imprecationem contra se. 1. Regum. 25. qui & bis benedixit deum Israël q̄ præseruatus fuerit ne iret ad sanguinem. Aut nisi etiam bene fecisse putas Herodem, q̄ occiderit Ioannem ne fieret periurus. At ais, Nostra uota bona sunt. Respondeo, Nō quia castitas bona est & pau- pertas & obediētia bona, statim inferes, ergo illa uouere bonū est. Nam illa in scripturis laudata spiritualia sunt, ut sis castus spiritu & non uideas mu- licrem alienam ad concupiscendū eam, & non uraris secundū Paulū, ut sis pauper spiritu & nihil habeas neq; intra te neq; extra te in quo confidas, sed in solo deo, ut obedias deo promptu spiritu ad omnē eius uoluntatem. Hæc quia spiritualia sunt non habes in tua potestate nisi dominus spirituum tibi dederit & cœlis, ut maxime sexcenties uotis te ad talia obligaueris. Cur non etiam uoues te uolaturum quando tibi nō est datum? Sic ait Ioannes. 3. Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cœlo. Iam si tua castitas

castitas, tua paupertas, tua obedientia talia sunt, uouere non potes, imò iam spiritu doctus ne tentabis quidem uouere, sine quibus nemo Christianus est. Si talia nõ sunt quid aliud sunt quã carnalia, quã hypocritica, quã impia, quæ non solum non sunt secundũ uerbum dei, sed etiã contra uerbum dei? Itarco à diabolo sunt, ut non frustra Paulus appellauerit doctrinas demoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, traditiones humanas. Verissimum enim est quod dicit ueritas, qui non est mecum contra me est. Non habes igitur pro te quod hic dicitur, Vouete & reddite, nam additur, Domino deo uestro. Tu uoues deo uirginitatem siue illam tuam castitatẽ, & reddas diabolo, nescio quid, tua conscientia nouit satis sepe experta, q̃ hoc donum tibi non est datum. Voues deo paupertatẽ & reddis diabolo, nam ad hoc uoues ut uiuas ex sudore aliorum, & iam non debes sustineri in cõmunionẽ Christianorũ. 2. Tessa. 3. Voues obedientiã hominibus & deo, & reddis diabolo, nam uoues te seruaturum traditiones humanas, quas damnat deus, Esaie. 29. & Christus, Matt. 15. & Apostoli ubiq; & si uel parũ fidei, id est fidei in deum, haberes, non opus esset tibi hæc ex scripturis indicare. I nunc & gloriare de uotis tuis illis perpetuis, quæ ne lex quidem Moy si unquã agnouit uel probauit, & dic, Vouete & reddite. Possẽm quidẽ seorsum ostẽdere quã impia sint, incesta illa tua castitas, diues illa & plusquã regia paupertas, obedientia qua hominibus plus quã deo obedis, contra illud, Precio empti estis, nolite serui fieri hominũ, id est, nolite cum periculo conscientie uestre seruire ulli creaturæ, sed breuiter caput tangam. Votũ est lex, & opera eius sunt opera legis. Si iam adeo crasso es ingenio, ut hoc neges, facis me à uoto illo liberum, si uero das, dico cum Paulo ad Gal. Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Scimus q̃ nõ iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidẽ Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis, propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Ego per legem legi mortuus sum, ut deo uiuam. Christo confixus sum cruci, uiuo autẽ iam non ego, sed uiuit in me Christus. Quod autẽ nunc utuo in carne, in fide uiuo filij dei qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me. Non abiicio gratiã dei. Si enim per legẽ iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. Solue frater argumentum, aut da gloriam iustitiæ dei, ut interim non obijciam q̃ Paulus de lege per deum olim ad tempus data dicat, cum hic interim in nostris uotis leges & adinventiones hominum damnatæ à deo regnent, contra libertatem illam, ut ait Paulus, qua nos Christus liberauit. Sate igitur,

inquit, & nolite iterum iugo seruitutis implicari. Hæc omnia dico propter quorundam conscientias confirmandas qui ex fide agere cupiunt, non ad roborandam multorum temeritatem, qui omnia sine dei timore inuadunt, ignorantes tamen quid sit fides, & quod de libertate spiritus dicitur uertunt in libertatem carnis. Neq; uero serui in hoc affectibus meis quasi pro me ista scribens. Nam omnino liber sum etiam ex forma siue uoti siue iuramenti. Voui enim me continenter uicturum quantum fragilitas humana permittit, quæ si non permittit (non enim est hoc omnibus datum, ait Christus, & secundum Paulum unusquisq; habet suum proprium donum à deo) non est mihi scortandum contra Euangelium, licet eò qui talia iuramenta exigunt impia tendant & res ipsa satis docet, quid tam sancti uiri uelint, sed est mihi secundum dei ordinationem imò creationem, cui oportet ut cedat omnis ecclesiæ ordinatio uelit nolit, uxor ducenda, & ubi duxero habebopro me, quos deus coniunxit, homo non separet. Nihil ergo in hoc iuramento periculi est si non contineam, modo hoc fiat, quod Paulus ait, secundum deum. Præterea uoui uel iuravi me obedientem fore meis prælati, ut uocant, & statutis patrum (nam uerbo dei & statutis eius ut obedirem à me nõ exigebatur) Obediui, & sic uixi inter eos, quantum ad iudicium pertinet humanum, ut ne hodie quidẽ habeant crimen quo me iuste accusent, sed & nunc quoq; eis cupio omnem quem secundum deum eis debeo præstare honorẽ & uenerationem. Quod si contra eos uel sentire uel agere uisus sum, aut nunc quoq; uideor, ex fide feci & facio secundum uerbum dei & domini nostri Iesu Christi cuius uerbo cedere necesse est omne uerbum, statuta, mandata & traditiones hominum, atq; adeo omnes portas inferorum. Sic sentio, Sit deo gratia in æternum, Amen. Vide quæ dixi quoq; psalmo. 21.

UTILITAS Psalmi est, q; deus non derelinquit suos, sed gloriose triumphat in illis contra quoscunq; aduersarios, præcipue spirituales nequitiæ. Ephe. 6. Et quanto tentatio est grauior, tanto erit gloria dei liberantis maior, tantum ut non ingrati simus tam magnifico liberatori. In spiritu uult coli deus, ergo spiritualia uota & spirituales ei hostias offeramus. Vide Hebr. 13. quin & nostra corpora ei offerre debemus, ut mortificata tandem spiritualia fiant, Rom. 12. Item, si & hoc placet. Notus in Iud. ea deus per Christum incarnatum, ibi enim prædicauit & miracula fecit, ibi confregit potentias diaboli, mortem & infernum per Christi mortem. Ibi terra tremuit surgente Christo, ut salui fierent mansueti terræ, ibi cœpit magnificari nomen domini tenebrarum potestate subacta &c.

PSALMVS LXXVI.

Titulus. προσκέλευσις iuxta Ieduthun

Asaph psalmus.

Asaph & Idithun cantores & prophetae in Psalmis sunt, ut legis Paral.

SUMMA. Qui quandoq; territi fuerunt à deo in conscientia ad deum Sancti derelicti à deo, sperationem usq; ut ne noctu quidem quiescere potuerint, horrendum iudicium & manum dei supra se sentientes, illic clare intelligunt quid uelit hic psalmus, ceteri ex uerbis intelligere non possunt, quapropter relinquo hic spiritui suum magisterium, ut & psalmo sexto diximus. Tales non relinquet deus absq; consolatione, sed ipse nouit tempus opportunum, quando felici dextera uoluerit reddere uicem meliorem. Ita egit ab initio mundi cum sanctis suis, ut exaltaret quando & sibi & mundo uidebantur uel maxime derelicti, testis est ille populus ex Aegypto seruitute stupendis miraculis liberatus.

VOce mea ad dominum clamaui, uoce mea ad deum & attendit mihi. In die tribulationis meae deum exquisiui manibus meis, nocte coram eo & non sum deceptus. Renuit consolari anima mea, memor fui dei & delectatus sum, exercitatus sum & defecit paulisper spiritus meus. Anticipauerunt uigilias oculi mei, turbatus sum & non sum locutus. Cogitauit dies antiquos, & annorum aeternorum recordatus sum. Et meditatus sum nocte cum corde meo, exercitabar, & uentilabat spiritus meus. Nunquid in seculum repellet dominus, & non apponet ut bonae uoluntatis sit amplius? Aut in finem mise-

ricordiam suam abscindet & compleuit uerbum a generatione in generationem: Nunquid obliuiscetur misereri deus: aut cōtinebit in ira sua misericordias suas:

In die &c. Felix, In die tribulationis meæ dominum exquisiui, uulnus meum per noctem defluxit & non residebit (id est non cessabit à fluxu, hoc est plaga mea manet perpetua & non cessat) noluit consolari anima mea. Memor ero dei & uociferabor, loquar & anxietate inuoluetur spiritus meus. Tenuisti palpebras oculorum meorum (id est, fecisti ut non possem dormire) cōfractus sum & non loquar (id est, deliquiū animi passus sum) &c.

Et meditatatus sum &c. Felix, Recordabor cantici mei in nocte (id est, quod cantare solebam in nocte siue aduersitate, quæ est recordatio promissionis dei, ut diximus psal. 5. & alibi ex psal. 91. sed neq; hoc ut faciamus ista grauisissima tentatio permittit) cum corde meo loquar & perscrutabitur spiritus meus (ut inueniam dei consolationem in uerbo eius sed frustra, adeo sine cessatione me premit dei iudicium) &c. Vide quæ dixi psalmo sexto.

Lex reuelata
cordi.

Quæ est ista tam grandis tentatio ubi inuocatur dominus clamore cordis, eleuatione manuum, ea fiducia q; dominus audit, q; non decipietur qui inuocat, sed consequetur quod desiderat, q; memoria dei delectabit tristis & animo deiectum, & tamen deus derelinquit & permittit deficere spiritum, id est, properare ad desperationem & mortem, ut iudicio eius premaxtur iugiter die ac nocte & deficiat & corpus & spiritus? Nōne hæc sunt contra omnem scripturam? Ita quidem uidetur. Hic dum speratur consolatio fit, quod alibi dicitur, Abyssus abyssum aduocat in uoce cataractarum dei, ut ad iudicium quod iam premit, accedat recordatio iudiciorum dei horrendorum ab initio mundi. Cogitauit, inquit, dies antiquos &c. q; scilicet deus in æternum proiecit angelum semel peccantem, q; hominem eiecit è paradiso, q; Iudas apostolus factus est diabolus, q; iustus iudex non parcit delinquenti &c. & quequid usquàm scripturarum est hoc totum hæc cogitatio habet contra se, illas etiam scripturas, unde alij consolationem accipiunt & recte accipiunt, sunt enim omnia scripta, ut ait Paulus, in nostri consolationem. Hic uentilat spiritus in homine & huc illuc inclinatur, & perscrutatur in hac horrenda nocte tentationis, aut certe nocte quando horrores augentur, ut possit uel in promissionibus

dei, in quibus creditis est ratio omnis nostræ salutis, inuenire refrigerium, dicens, Immutatus estne deus, ut non amplius bonam eius, ergo nos sentiamus uoluntatem & misericordiam? Nunquid iam uerbum suum compleuit, quod æternum prædicatur, quod manere in æternum oportet, id est, à generatione in generationem? Hæccine est illa æterna promissio confidentium deo? Oblitusne iam suæ est misericordiæ? aut tam impotens facta est misericordia dei, ut iram eius uincere nequeat? Vides quæ sit lex dei & iudicium, quando reuelatur cordi. Quod si patiuntur nonnunquam sancti, quis finis illorum, qui non credunt Euangelio? Hic si quid est adhuc in sanctis fiduciæ humanæ, ut fumus euanescat à facie huius terroris. Idcirco eis utilis eruditio hæc est & castigatio, sicut certe utilis fuit Ezechie regi Iuda. Utinam nostri hypocritæ, qui merita iactant, & iustitias humanas, uel semel ista sentirent.

Et dixi, nunc coepi, hæc mutatio dexteræ excelsi. Recordatus sum operum dei, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinventionibus tuis exercebor. Deus in sancto uia tua, quis deus magnus sicut deus noster? Tu es deus qui facis mirabilia, notam fecisti in populis uirtutem tuam. Redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioseph. Viderunt te aquæ deus, uiderunt te aquæ & timuerunt, turbatæ sunt abyssi, multitudo sonitus aquarum, uocem dederunt nubes. Etenim sagittæ tuæ transeunt, uox tonitruui tui in rota. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, commota est & contremuit terra. In mari uia tua, & semitæ tuæ in aquis mul

tis, & uestigia tua non cognoscentur. Deduxisti sicut oves populum tuū in manu Mosi & Aaron.

Et dixi, nunc cœpi, id est, nunc redij ad me, nunc cœpi recte sentire, uel utiq; in hac sententiā hoc uolueris accipere. Hęc mutatio, id est, felix uicissitudo restitute consolationis nō est mearum uirum, sed est dexterę manus & misericordię excelsi, id est, dei. Fe. Et dixi, Expectatio mea est, mutationes dexterę excelsi. Id est, Melius cœpi sentire, nempe q̄ expectatio mea est, id est, q̄ mihi sperandum est iugiter, cæterum mutationes tristitię huius esse dexterę excelsi. Sic autem proprie legeris ex Heb. in hoc psalmo. Et dixi, Mors mea hęc, mutationes sunt dexterę excelsi.

Exercebor. Fe. Loquar. Multitudo &c. Fe. Effuderunt aquas nubes, uocem dederunt nubula, etiā sagittę tuę (id est tonitrua) discurrunt. Vox ionitruui tui in sphaera. Non cognoscentur. Fe. Non fuerunt cognita.

Euāgelium reuelatum cordi.

Tempus opportunū reddendę cōsolationis nouit deus. At ergo per deum resipiscens. Hęc est mors mea sic perseverare in isto horrore, qui desperare cogit. Mutationes sunt dexterę. i. pertinet ad dexteram excelsi. i. dei, cuius manus nondū est abbreviata, qui mirabiliter ab initio cū sanctis suis egit, qui ut ego peccatores fuerūt, terroribus afflicti sunt, erroribus seducti, tentationibus probati &c. in opere tuo domine, nō meo saluabor, tua misericordia ab initio mūdi semp fuit magna, tua mirabilia, tua opera, tuas adinventiones sequar & predicabo, non opera & adinventiones humanas, quę nihil in tentatione profunt, Deus uia tua est in sanctitate. i. quicquid factis sanctū est, etiam dum nos flagellis, iustus es in oibus uijs tuis. quod impij negant, & sanctis in tentatione absconditur, tamen non negant, quis deus, ut deus noster, siue dum premit aduersarios, siue dum consolatur suos? Hęc est longa alia cogitatio, quā illa, quā supra legis. Verū hic consolatio & reuelatum cordi Euāgelium post legis terrorem describitur. Horum omnium mirabilium, inquit, testis est ille populus ex Aegypto, in manu dei ualida, signisq; & in cœlo & in terra stupendis post tantam afflictionem liberatus. Nam Aquę in Aegypto senserunt uirtutem tuam conuersę in sanguinem, & præterea dederunt ranas, Exo. 7. & 8. & ceciderunt e nubibus grandines & tonitrua in circuitu & fulmina, & discurrentia fulgura super terram, ad hęc stupenda dei iudicia trementem. Erat enim hęc plaga in impios, & iudicium dei, quando uoluit saluare suos. Exodi 9. Nec tamen liberatio, sine mortis fuit horrore, nam & armata manus hostium

imminebat, & mare supra capita transeuntium uidebatur, sic per mortem transitur ad uitam. Hæc est uia dei in mari, & in aquis multis, tenebræ illæ sanctæ, quas mundus uidere & cognoscere nō potest, & ratio cæca non cōprehendit, sola fides nouit, quæ sequitur dominum clausis rationis oculis, ita ut quemadmodū Abraham nesciat quo eat, certa tamē q̄ deum sequitur uocantem, & q̄ hæc est uia dei. Id quod addit, Deduxisti, inquit, ministerio Moysi & Aaron ad hoc à te electorum, ut pastor bonus populum tuum uelut oues, quæ ut maxime nesciant quo ducantur, tamen securæ gaudent se à pastore duci, quæ admodū alibi dicitur, Qui deducis uelut ouem Ioseph. Hæc est mutatio dexteræ excelsi, post tam insignem tentationem.

Vides quàm sepe scripturæ illius ex Aegypto liberationis meminerit, ut discamus historiæ illius utilitatē, propter nos enim scripta est. Dominus ducit mirabiliter suos, ita ut ne ipsi quidē sciant qua uia, multo minus alij. ducit enim sicut pastor oues, etiam per inuitum mare, & turbationes multas ad terram promissam &c.

PSALMVS LXXVII.

Titulus. Eruditium Afaph,

Afaph fecisse psalmos notum est ex. 2. Para. 29. ubi sic dicitur, Præcepit Ezechias & principes leuitis ut laudarent dominum sermonibus Dauid & Afaph uidentis. Afaph fecit psalmos.

SVMMA. Certum est deum hoc psalmo exordiri, nam ad populum suum loquitur, & legem suam uult audiri, Et addit, Aperiā in parabolis os meum &c. id quod completū est in deo incarnato, ut interpretatur Matt. ca. 13. Deinde loquitur quasi unus ex hominibus, Quanta audiimus & cognouimus ea &c. ut notissimū sit hic deū & hominē loqui, ut uideas q̄ apte hinc Matthæus citarit. Aduerte hic fructū historiæ. Vult enim deus à nobis sciri magnalia, quæ fecerit & quæ docuerit, ut discamus à domino deo sperare ueterum, rare, & nō obliuiscamur operum dei, & mādāta eius exquiramus. pulcher rectusq̄ est iste ordo. Et addit, Ne, inquit, infidelitate cordis pereamus, sicut infideles patres qui nō crediderūt deo, nec sperauerūt in salutarī eius, nihil scilicet miraculis moti, licet quādoq̄ ore dilexerint deum, & lingua mēti sint ei, corde longe auerso. Hic nō in memoriā redierūt stupenda miracula pro ipsis in Aegypto facta, Quin & ducti per desertū in terrā promissam, infideliter egerunt, & traditi sunt gladio Palestinorū. Et tamen hic adhuc

stetit deus ab ipsis, percussit eum pudenda plaga & sempiterna ignominia aduersarios. Verum abiecto regno Ephraim, elegit ex tribu Iuda Davidis regnum in monte Sion, in terra quam fundauit in secula. Vides itaq; q; hic psalmus completur in Davidis regno, quod completum est in Christo. Alio qui si illud carnale regnum respicias, penitus postea extinctum est, & nō est templum ædificatum in terra quam, ut hic dicitur, fundauit in secula siue in æternum, cum etiam templum illud uisibile, ita destructum sit cum omnibus sacris eius, ut non manserit lapis super lapidem, quemadmodum Christus prædixerat.

ATtendite popule meus legem meam, inclinate aurem uestram in uerba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, loquar problemata ab initio. Quanta audiuimus & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis. Non sunt abscondita a filijs eorum in generationem alteram. Annunciantes laudationes domini, & potentias eius & mirabilia eius quæfecit. Et suscitauit testimonium in Iacob, & legem posuit in Israel. Quanta mandauit patribus nostris, ut nota facerent filijs suis, ut cognoscat generatio altera. Filij qui nascetur exurgēt, & annuntiabunt ea filijs suis. Ut ponant in deum spem suam, & non obliuiscantur operum dei, & mādāta eius exquirant. Ut non fiant sicut patres sui, generatio peruersa & exasperans. Generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum deo spiritus eius. Filij Ephraim intendentes & iaculātes
arcibus,

arcubus, conuersi sunt in die belli. Non custodie-
runt testamentū dei, & in lege eius noluerunt am-
bulare. Et oblitī sunt beneficiorū eius, & mirabili-
um eius quæ ostenderat eis. Coram patribus eorū
quæ fecerat mirabilia in terra Aegypti in campo
Taneos. Interrupit mare, & perduxit eos, statuit
aquas quasi in utrem. Et deduxit eos in nube die,
& tota nocte in illuminatione ignis. Interrupit pe-
tram in deserto, & adaquauit eos uelut in abyssō
multa. Et eduxit aquam ex petra, & eduxit tanq̄
flumina aquas.

*Problemata. Felix, Enigmata, Matthæus, Abscondita. Significatur autē
idem quod ante dixit parabolas, id est, sermones non oibus intellectos &c.*

*Non sunt abscondita. Fe. Non occultabimus &c. Quod autem in nostro
sequitur, Annunciantes, referendū est ad id quod præcessit, patres nostri.*

Alteram. Fe. nouissimam. Et iterum Altera. Fe. Nouissima.

*Generatio peruersa & exasperās. Fe. Generatio rebellis & infidelis, ge-
neratio quæ nō stabiluit cor suum & non fuit fidelis cum deo spiritus eius.*

Et statuit aquas quasi in utrem. Felix, Et statuit aquas quasi cumulum.

*Mirū q̄ manifestissimā historiā narraturus dicit, Aperīā in parabolis &c.
parabolas & problemata siue enigmata & occulta uocat quæ coram mun-
do facta sunt, sed reuera oia opera dei siue sit conditio mūdi & gubernatio
& ea quæ corā uidemus & tractamus, siue beneficiū liberationis ex Aegy-
pto aut aliud mūdus & caro ignorat: Tanta est cæcitas & surditas ut uidē-
tes non uideant & audientes nō intelligant. Testis est uel hæc ipsa quæ hic
narratur historia. Vnde psal. 27. Quoniā non intellexerūt in opera domi-
ni & in opera manū eius &c. Tam cæca uero ratio & ignorans dei quæ
non potest agnoscere dei beneficia quæ manu tractat, corā uidet, sine quib-
us ipsa non cōsisteret, quādo quæso agnosceret quæ spiritualia sunt, ut be-
neficiū liberationis dei ex inferis per Christum & saluationis glorificatio-*

*Facta dei sunt
parabolæ car-
ni.*

nisiq; eternæ quæ ubi dicere cœperis, fabula uidentur impijs aut certe enigmata & parabole, & surdo narraſti. Hæc admonéo, ut ſcias hunc psalmum sicut & alia propter nos esse scriptum & mysteria nobis canere, ut si damus dei uerbo & non excæcemur, sicut illi, quemadmodũ & Paulus monet. 1. Cor. 10. & psal. 94. Hodie si uocem &c.

Verbũ & beneficia dei nihil uolũt quã ut fidas deo et curã agas pro ximi.

Suam legem & uerbũ uult audiri deus aure cordis, Atq; ideo & uerbis & mirabilibus beneficijs ab initio mũdi docuit genus humanũ, quæ Adam quæ alij per manus tradiderunt posteris, donec ueniũt ad populũ Israël cui suscitauit testimoniũ suæ testamentũ, ut innotesceret eis suis promissioni bus q; ex semine eorũ essent benedicendæ cũctæ cognationes terræ, q; ipsi quoq; omnibus bonis abundarent si audirent uoci eius. Et dedit eis legẽ, id est uerbum secundũ quod agerẽt & uiuerẽt, quẽadmodũ dicit lex, quæ est summa hominũ dignitas audire dei uocẽ secum loquẽtis, psal. 147. Qui annunciat uerbũ suũ Iacob &c. Et Deut. 4. Hæc est uestra sapiẽtia &c. Hæc magno studio deus cõmendauit patribus, Deut. 6. & 11. ut ceu Episcopi & doctores in domibus suis docerẽt filios & familiã suam, ne posteri ignorarent usq; ad generationẽ nouissimã uerbum & beneficia eius, ut directione cordis & spũ fidenti. i. uera & interna iustitia colerent deũ, non hypocrisis legis externa, quẽadmodũ infideles patres, qui nõ posuerũt spem suam in deũ, obliuiscuntur beneficiorũ dei, mãdata dei corde nõ exquisierũt ut spũ impetrato à deo sequi potuissent amanti corde dei uolũtatẽ, rebelles fuerunt uerbo & amaricauerunt os dei, ut dicitur Deut. 1. non fuerunt recto corde & spiritu erant auersi à deo, ut cũq; populus dei frustra diceretur. Audiãt hæc nostri hypocrite quid spũs accuset in populo legis, cui lex quidem externa prescribat sed post primũ præceptũ, Ego sum dominus deus tuus.

Filij Ephraim

Filij Ephraim in Osea dicuntur decẽ tribus siue regnum Israël, similiter & Esa. 28. Erat autẽ Ephraim filius Ioseph, in sorte cuius erat Silo ubi primũ crat arca domini cũ tabernaculo, Iosue. 18. & illic habitauit Iosue dux populi, Iosue. 19. ibiq; ex tribu Benjamin regnauit Saul rex primus totius populi, sed post reprobatus cũ tota posteritate. Item, ibi regnauit Hierobosam primus rex Israël post regni diuisionẽ, qui peccare fecit Israël &c. Videbantur itaq; filij Ioseph, in primis filij Ephraim consecuti regnũ & omnia dei sacra. Sed Silo locus est abiectus, Hier. 7. & tribus Ephraim nõ est electa, ut infra dicitur, Et repulit tabernaculum Ioseph & tribum Ephraim non elegit, Sed elegit tribum Iuda, montem Sion &c. Itaq; habes hic duos

Duo regna. populos siue duo regna. Alterum regnũ Ephraim siue Israël quod est deus

rem tributum quod semper fuit impium. Alterū regnum Iuda quod in Christo piū manet in aeternum. Igitur non frustra hic dicitur contra omnes impios Iudeos uocat eos filios Ephraim, ut reprobatos à deo.

Filij, inquit, Ephraim, id est, increduli Israël & parantes se ad praelium quasi fortes futuri per uerbū dei quod audierant ex Moysē, in fugam conuersi sunt & redire cupierunt in Aegyptum in tempore tentationis, quemadmodū facit omnis fiducia carnalis, & facti sunt, ut ait Osee, ca. 7. uelut arcus dolosus, lege Nu. 14. & alijs, Non audierūt uocem domini. Nihil tam fuerunt exc. ecatis omnia mirabilia in Aegypto pro ipsis facta, siue in campo Taneos quae Tanus est regia ciuitas Aegypti, Esa. 19. Nihil erat q. traduxerat per mare rubrum sicco uestigio, aquis stantibus quasi cōtentis in utre, q. deduxerat per columnam nubis in die & ignis in nocte, quod mysterium Paulus aperit. 1. Cor. 10. indicans baptisma nostrum figuratum quo non solum baptizamur in mari, id est aqua, sed etiā nube, id est, spiritu sancto nos obumbrante, quae tamen nubes noctu ignis est, quē admodū Ioannes dixit, Ille uos baptizabit igni & spiritu sancto, qui baptismus nō cessat donec omnia exurantur quae Adae sunt & augetur quae spiritus dei sunt usq. ad nouissimam resurrectionem, de quo & prophetat Esa. ca. 4. Si abluerit &c. Et creauit dominus, super omnem locum montis Sion & ubi inuocatus est, nubem per diem, & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte &c. Nihil praeterca erat q. bis ex petra aquas produxerat largissimas, grandi profecto miraculo, quid enim durius silice? quid mollius aqua? & tamē illa hanc effudit quā natura non habebat, potius ignem quā aquam ex silice exarseris. Petram hanc non tamen quae in loco manebat uisibilis, sed inuisibilem quae sequebatur eos, Paulus Christū fuisse scribit, qui nunc ait, Ioan. 7. Qui credit in me flumina de uentre eius fluent aquae uiuae &c. Verbo spiritus & manna Euangelij pascit nos ē coelis. Tam ni fallor uides parabolas fuisse etiam illa facta, omnia enim, ut ait Paulus, in figura contingebant eis, Sunt autē scripta non propter eos, sed ne nos increduli uerbo dei similiter pereamus.

Et apposuerunt adhuc ut peccarent ei, exacerbauerunt altissimū in iniquo. Et tentauerūt deum in cordibus suis, ut peterēt elcas animab⁹ suis. Et detraxerunt deo & dixerūt, nunquid deus poterit pa

rare mēsam in deserto: Quoniā percussit petram & fluxerūt aquæ & torrētes inundauerūt. Nūquid & panem potest dare, aut parare mēsam populo suo: Ideo audiuit dñs & distulit, & ignis accensus est in Iacob & ira ascendit in Israel. Quia nō crediderunt in deo, nec sperauerūt in salutarī eius. Et mandauit nubib⁹ desuper, & ianuas cœli aperuit. Et pluit eis manna ad māducandū, & panē cœli dedit eis. Panē angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in satietatem. Transtulit haustrū de cœlo, & induxit in uirtute sua aphricum. Et pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenā maris uolatilia pennata. Et ceciderunt in mediū castrorū eorū circa tabernacula eorū. Et māducauerūt & saturati sunt nimis, & desiderium eorū attulit eis, nō sunt priuati a desiderio suo. Adhuc esca erat in ore eorū, & ira dei ascendit super eos. Et occidit pingues eorū, & electos Israel cōpediuit. In oib⁹ his peccauerūt adhuc, & nō crediderūt in mirabilibus eius. Et defecerūt ī uanitate dies eorū, & anni eorū cū festinatiōe.

In inaquosa, id est, in loco ubi antea non fuerat aqua, nam tunc erat illi aqua excussa ex petra, ut sequentia quoq; habent. Felix, in solitudine.

Mensam populo suo. Fe. Carnē populo suo. Nam utriūq; uoluerūt & panem & carnē postq̄ aquā acceperant. Distulit, scilicet ostendere iram suā

iudicij, ut in sequētibz uides ubi occidit pingues &c. Et est, distulit, dissimulauit interim Fe. Iratus est. Panem angelorum, uel regum, uel nubium, Panem angelorum, uel robustorum, ista omnia possunt legi ex Heb. Ego legerem nubium, quia lorum. precessit, Et mandauit nubibus desuper & ianuas cœli aperuit, ut panis nubium ex nubibus & panis cœli ex ianuis cœli uenisse dicatur, utrūq; tamen idem sit more scripturæ. Si angelorū legeris, necesse est ut non tam in manna quā in id quod manna significabat respicias, nempe in uerbum dei sue fidei in Christum, quemadmodum Moyses interpretatur, Deut. 8. & Christus Matt. 4. & Ioan. 6. Angeli uerbo & precepto dei summe obediūt & fiducia summa in deū rapiuntur, Vnde oramus, Fiat uolūtas tua sicut in cœlo & in terra. Dum uero hoc dicimus, nō ignoramus manna ab alijs interpretari, dictū esse panē angelorū, q̄ ille panis ministerio angelorū sit formatus in aere, Sed quid attinebat hic angelos factores facere plusquā in alijs miraculis in Aegypto & in mari rubro, ut in sanguine, in ranis &c? Et profecto hæc oratio, Panis angelorū non significat panem quem angeli faciunt, sed quem angeli comedūt, Nisi etiam uelis dicere ubi dominus ait, Non est bonum sumere panem filiorū &c. significare panem filiorū non quem filij edunt, sed quē filij faciunt. Hoc autem modo, id est, si in mysterium respicias, non fuerit quoq; obscurū quid panis robustorū, quid panis regū significet, nempe quem robusti comedūt & reges, id est, credentes, aut unde robusti & reges fiant. Verbū enim dei confortat cōtra imperium mortis & cū deo regnare facit modo edas &c. Felix sic, Panem robustorū comedit uir, cibū uaticum misit illis in saturitatem.

Haustrum, uentū à meridie flantem. Aphricum, ab occidente. Felix pro haustro interpretatur Eurum qui stat ab oriente. Historia habet trans mare raptas uento auiculas, Nu. 11. Ventus egrediens à domino arreptas trans mare coturnices detulit & demisit in castra &c.

Compeduit. Fe. incuruare fecit uel humiliauit. Cum festinatione. Fe. In horre re uel turbine, Id est terrore iudiciorū horrendorū dei ex rea conscientia perierunt, ut ne id quidem quod uiuere uidebatur uita fuerit &c.

Vides quo pergat cordis humani cæcitas, Confitemur omnes ore prouidentia diuinam, sed non credimus, qui ne uentrem quidem deo audemus dei erga nos, committere forte uix duos dies uicturi, quos deus uiginti annis pauit etiam nihil sollicitos, non respicimus in admirabilia opera dei, qui à conceptione tam mirabiliter nobis prouidet, ut alia iam taceamus opera dei erga nos impietas per omnem uitam nostram. Ita apud incredulos Iudeos in tentatione mi-

hil erant omnia dei mirabilia ante facta ut crederent deo, quin & (quæ est impietas humani cordis) ex miraculo recenti accipiunt occasionem tentandi deum, num scilicet posset & panem & carnem dare qui dederat ex petra aquas, à qua tentatione monet Paulus, ut caueamus. 1. Corinth. 10. quid enim hoc aliud est quàm negare opera dei fuisse quæ facta sunt, & pro gratiarum actione reddere, ut hic dicitur, detractionem, id est, oblocutionem, quasi deo neq; audiente neq; uidente? sed certe deus audi, quemadmodum hic dicitur, & irascitur in blasphematores, tametsi ira eius adhuc non uideatur, tametsi interim præstet manna & carnes è caelis, ut nihil minus quàm irasci uideatur, dat interim omnia bona contemptoribus, blasphematoribus, persecutoribus uerbi sui. Sed quid additur? Adhuc, inquit, esca erat in ore eorum &c. Quare hoc? ut uideant simul q; deus beneficia de quibus impie dubitant, possit dare, & tamen sentiant dei potentiam quam contempserunt. Sed sunt ista nobis terrori, ut postulemus à deo spiritum ne sic excaecemur, quemadmodum illi qui reliqui ne ex plagis quidem & necce aliorum didicerunt credere & fidere deo, donec eos consumeret & ad uanitatem, id est nihilum, redigeret dies & annos eorum.

Detrahere deo in corde. Aduerte q; hypocrisis nostra descripta est, quando dicitur, Et tentauerunt deum in cordibus suis, & detraxerunt deo & dixerunt, repete, in cordibus suis, Nam tametsi omnes bene loquamur ore de dei providentia, tamen in necessitate infideliter ad ista quæ hic scribuntur deflectimus, & nisi dei manus sustentet corda nostra suo spiritu, ruimus ita ut illi in dei blasphemiam in cordibus nostris, & facimus dei promissionem mendacem deiq; curam erga nos uanam &c. Præterea uide quàm horrendum sit dei iudicium quando impij dei contemptores, id est, qui nõ credunt deo consequuntur quæ desiderant, ita ut uel soli à deo diligi uideantur, reliquis despectis, sed in ipsis dei beneficijs deprehendantur & rapiuntur dei iudicio pingues etiam & electi inter ipsos ut euadere nequeant &c. Nihil ergo gloriandum hypocritis si omnia prospere succedant, dum alij formis crucis exercentur.

Manna: Manna esse uerbum dei supra diximus ex Moysè & Christo interpretibus, & Paulus escam spirituales uocat sicut & aquam potum spirituales, id est, quæ non ore editur & bibitur sed corde in spiritu, quod manna fastidit.

Carnes: entes præferunt carnes Aegypti, id est, carnale uerbum, siue traditiones humanas, quas cæca ratio semper præfert uerbo dei, Hoc enim uerbum crucis est, & ille per hypocrisim gloriam & iustitiam mentiuntur. Sed uæ nobis, quia non sumus fraudati à desiderio nostro, quæ admodum alibi dicit, Dimisi eos secundum desideria cordis eorum ibunt in adiuuentionibus suis.

Cum occideret eos tunc exquirebāt eū et reuertebantur et diluculo ueniebāt ad deum. Et recordati sunt q̄ dñs adiutor ipsorū est, et deus altissimus redemptor eorū est. Et dilexerunt eū in ore suo, et lingua sua mētiti sunt ei. Cor autē corū nō erat rectū cū eo, neq̄ fideles fuerunt in testamento eius. Sed ipse est misericors et propicius fiet peccatis eorū, et nō dissipabit eos. Et abundabit ut auertat iram suam, et nō incendet omnē iram suā. Et recordatus est q̄ caro sunt, spiritus uadens et non rediens.

A diutor. Fe. Creator, ut duo hic dicantur & creator & redemptor. Et dilexerunt eum in ore suo. Fe. Adulati sunt ei uel lactauerunt eū ore suo.

Verba quidē fidei hic ponūtur, Exquirebāt. Reuertebantur. Recordati sunt. Dilexerūt, sed hypocrisim fuisse declaratur, Non oīs, inquit, qui dicit mihi domine domine intrabit in regnū cœlorū, sed q̄ facit uoluntatē patris mei qui in cœlis est. Hęc autē est uolūtas patris mei qui misit me, ut credatis in eū quē ille misit, ut oīs qui uidet filiū & credit in eū habeat uitā eternā. Matth. 7. 10. 6. Hęc sunt oīa studia & opera bona hypocritarum & ille dei cultus. Cū loquimur de fide & q̄ oīa ipsorū opera nihil sunt absq̄ fide statim respondent. Et nos credimus, alioqui quare laudaremus deū? quare omnia ista faceremus? Sed uide hic, quid de credētibus potuisset maius dici, q̄, Exquirunt deū, reuertuntur etiā post peccata, & mane consurgūt ad eum inuocandū, recordantur q̄ deus sit & creator & redemptor ipsorū, & in summa, diligunt deum? Et tamē hęc oīa dicit fuisse absq̄ fide, id est, fiducia in deum & eius promissionē, omnia illa tam speciosa fuisse fucum, mendacium & iniustitiam coram deo. Videant hęc nostri hypocritæ qui uerbū siue testamentum dei contēnunt propter traditiones humanas, et tamen dicunt se credere & deum placare suis operibus, id est, fūco & mendacio.

Præterea hic descripta est poenitētia impiorum quā dicitur, Cū occideret alios, alij exquirebāt eū &c. Dolēt enim sua dāna nō dei iniuriā & contē impiorum, piū, quā admodū Esau, q̄ nō est cōsecutus poenitētiæ locū quīs cū lachrymīs

quæsiſſet eã, Heb. 12. Doluit enim nõ quia peccauerat in deũ, ſed quia amiſſerat ius primogenituræ & patris benediſtionem. Itaq; hic ſe reſpiciunt non deũ quẽ non diligũt niſi falſo, dicẽtes ore nõ corde, Miſerere mei deus &c.

Patentia dei.

Sed ipſe deus eſt miſericors & abundans miſericordia ſua ut non ſtatim perdat infideles & hypocritas, ſed expectet ad pœnitentiã (ut dicitur quomodo q; Ro. 2. de gloriantibus in lege & de magiſtris aliorum &c. Id eſt, de ipſiſſimis hypocritis) recordatus uidelicet q; ſpiritum dei non habent, ſed tantũ caro ſunt, ut & Gen. 6. dicitur, & ſunt ſpiritus nõ dei ſed humanus qui uadit & non reuertitur, per ſe eſt ignorans dei & ſemper in deteriora ſibi diſmiſſus labitur donec compleat ſuam damnationem, niſi ſpiritu dei retrahatur & alius fiat. Sic carnem condemnat, Eſa. ca. 40. & pſal. 102.

Quoties exacerbauerũt eum in deſerto, in iram cõcitauerunt eũ in inaquoſo. Et conuerſi ſunt & tenta uerunt deũ, & ſanctum Iſrael exacerbauerũt. Non ſunt recordati manus eius, diei qua redemit eos de manu tribulãtis. Qui poſuit in Aegypto ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Taneos. Et conuertit in ſanguinem flumina eorum, & imbres eorũ ne biberent. Miſit in eos muſcam caninam & comedit eos, & ranam & corrupit eos. Et dedit rubigini fructus eorũ, & labores eorũ locuſtæ. Occidit in grandine uitem eorũ, & moros eorum in pruiua. Et tradidit in grandinem iumenta eorũ, & poſſeſſionem eorũ igni. Emiſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem & iram & tribulationem, immiſſionem per angelos malos. Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ, & non pepercit a morte animarũ eorũ, et iumenta eorum

in morte conclusit. Et percussit omne primogenitū
in terra Aegypto, primitias omnis laboris eorū in
tabernaculis Cham. Et transtulit sicut oues populū
suum, et perduxit eos tanq̄ gregem in deserto. Et
deduxit eos in spe et non timuerunt, et inimicos
eorum operuit mare.

In inaquo. Fe. In solitudine, ut supra. Exacerbauerunt. Fe. Circūscri-
pserunt, id est, potentiam eius limitauerunt, ut ait idem Felix. Omnia eum
posse non crederūt, sicut supra. Excussit ex petra aquam, nunquid & pa-
nem poterit dare &c.

Imbres. Fe. Riuos. Muscam caninam. In Heb. significatur omne genus
muscarum. Rubigini. Fe. Bruco. Possessionem. Fe. greges.

Post oīa in Aegypto miracula certe mūdo stupēda, postq; insignem per
mare rubrū iraductionē, & Aegyptiorū submersionē, sepe infideliter de-
um, qui sanctificat israhēlem. i. qui est sanctificator populi sui, ad iracundiā
cōcitauerūt, ut dixerit ipse Nu. 14. En tentauerūt me iā per decē uices, ten-
tatores manserunt, fideles ut crederēt deo facti non sunt. Vt nō mireris ho-
die quorundā cecitatē, si illi tot miraculis credere nō potuerūt. Et Christus
dixit, Si Moysen & pphetas nō audiūt, neq; si aliq; ex mortuis surrexerit,
credēt. Vbi spiritus dei nō docet, nihil sunt oīa miracula, id qd' sic dicit Mo-
ses, Deut. 29. Vos uidistis &c. & nō dedit uobis dominus cor intelligens, &
oculos uidentes, & aures quae possint audire usq; in praesentem diem &c.

Flumina uertūtur in sanguinē, dū aqua uerbi dei, quod est potus uitae, Miracula
uertitur impijs in carnē & sanguinē. i. carnalē sensum, siue quādo pro po-
tu uerbi dei, qd' pater in caelis reuelat, suscipiūt doctrinas hominū, quae ca-
ro & sanguis adinuenit, hic ergo nō est potus, sed mors in stuiijs, Musca &
rana molestā sunt, quia ne in minimis quidē creaturis pacem habent, qui à
fide cōditoris descuerūt, Et praeterea ita irridet deus sapientiā & potētā
mūdi, quae dū magna molitur impio studio, à ranis & muscis cōfunditur et
superatur. Quod uero fructus oēs & armēta & greges uarie perduntur,
significat sapiētiae, potētiae & toti carnis hypocrisi, nihil manere illorū, un-
de inflabatur, ubi iudicari coepit à deo, tunc & percutiente deo ipsorum
quoq; pereunt primogenita. i. si quid aliquādo habuerint fidei & cognitio

nis dei aufertur, ut excæcati penitus, iam deinceps respiscere nequeant, ut indurentur cum Pharaone donec damnationi tradantur æternæ. Ita facit deus illic regnare immisiones per angelos malos, & regnum illud Satanae, ut quiescere non possint, quin ruant è scelere in scelus, donec consumment peccata sua horrendo satis dei iudicio, si quis uidere possit.

*Tabernacula
Cham.*

Aegyptus Hebræis dicitur Misraim, qui fuit filius Cham, occupator terre Aegypti, & primus inhabitator, ubi māsit eius posteritas. Gen. 10. Tabernacula ergo Cham sunt Aegyptus.

Et induxit eos in montē sanctificationis suæ, montem illum quem acquisiuit dextera eius. Et eiecit a facie eorum gentes, & sorte diuisit eos in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel. Et tentauerunt & exacerbauerunt deum altissimum, & testimonia eius non custodierunt. Et auerterunt se & spreuerunt, quemadmodū patres eorum, cōuersi sunt in arcum prauum. Et in iram coucitauerunt eum in collibus suis, & in sculptilibus suis ad iram prouocauerunt eum. Audiuit deus & spreuit, & ad nihilum redegit ualde Israel. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum ubi habitauerat in hominibus. Et tradidit in captiuitatem uirtutem eorum, & pulchritudinem in manus inimicorum. Et conclusit in gladio populum suum, & hæreditatē suam spreuit. Iuuenes eorū comedit ignis, et uirgines eorū non sunt defletæ. Sa

cerdotes eorū in gladio ceciderūt, et uīdux eorū nō plorabātur. Et excitatus est tanq̄ dormiēs dñs, tanq̄ potēs et crapulatus ex uīno. Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobriū sempiternū dedit eis.

Et forte diuisit eos per funiculum distributionis. *Lege librum Iosue. De funiculo dixi psal. 15. Fe. Et quiescere fecit illos in funiculo hereditatis.*

Conuersi sunt. *Fe. Conuersi sunt retrorsum ut arcus fraudis. Osee. 7. reuersi sunt ut essent absq; iugo, facti sunt quasi arcus dolosus. i. qui sagittā iaculari nō pōt, ubi opus est. Sic populū dei illi se fore promittebāt, at in tentatōe siue prosperitatis siue aduersitatis deficiebant à deo. In collibus suis. Fe. excelsis suis. Et ad nihilū redegit ualde. Fe. Et abominatus est ualde Israël. Virgines eorū nō sunt deflet. e. Fe. Virgines eorū nō nupserūt. i. Leticia nuptiarū quoq; cessauit, ut nō audita sit illic uox sponsi & sponsæ.*

Arcus prauus

Percusserat dominus populum peccantem in deserto, ut reliqui tantum fuerint ex numero eorū, qui egressi sunt uiri ex Aegypto Iosue & Caleph, qui cum filijs occisorum ingressi sunt terram promissam. Videbātur omnes illæ promissiones propter peccata populi cecidisse. At dei ueritas mentiri non potest. Dedit propter semetipsum terram quā promiserat semini Abraham, & induxit eos in montem Sion, ubi futura erat sanctificatio nominis eius, templū & omnia sacra Iudæorū, licet ingressi, non statim potuerint occupare arcem Sion. 2. Reg. 5. licet quoq; tūc non intellexerint illum locū fore sanctificationis dei, quia nō erat nominatus, Deut. 12. *Lege propter historiam librum Iosue. Hunc montem, inquit, acquisiuit dextera dei, ut non arrogent sibi aliquid quasi humanis uiribus sit res consecrata, cum omnia fecerit illic deus, siue per homines siue sine hominibus, siue per arma siue sine armis, ut & psalmo. 45. Nec enim in gladio suo possiderunt terram &c. Et Deuteronomij. 8. & 9.*

Veritas dei.

Mons Sion ecclesiam proculdubio significabat, ut sæpe uides in scripturis, Erat enim habitatio populi dei, ergo ubi populum dei, id est credentes, inueneris illic montem domini esse non dubitato cum omni sanctificatione & iustificatione eius, de quo Esa. 2. & Miche. 4. Hunc montem acquisiuit deus per sanguinem filij sui, atq; ex hoc eijcit gētes, id est, quicquid est infidelitatis & concupiscētiæ, ex Adam paulatim exterminat per spūm

Mons Sion.

suum, ut tandem solum semen Abrahamæ & Israëlitis illic inhabitet &c.

Et tentauerunt &c. lege historiam Iudicū. Quid queso ista cæcitas & in gratitudo post omnia beneficia, post omnia dei iudicia, quæ supra legis, nobis significat, propter quos hæc scripta sunt, non propter illos qui interierunt, nisi quod monet Paulus, Qui stat, uideat ne cadat: ne quis satur uerbi dei & fistidians, putet se iam omnia consecutum. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiam &c.

Et repulit &c. Vide in principio regum, ca. 4. 5. 6. 7. antea in Silo fuerat arca. Iosue. 18. iam Silo abiicit dominus, & omnem gloriam populi sui tradit gladio & igni Philistinorum. Et tamen memor uerbi sui, percutit æterno opprobrio anos Philistinorum, ut opprobrium serant, qui iam triumphare uidebantur, & confundantur turpiter, qui suis uiribus fidentes, gloriabantur. Punit quidem dominus suos per impios, sed rursus illos deicit, quia suæ potentie arrogant quod dei est, quemadmodū legis de Assyrio, Esa. 10. Væ Assur &c.

Similitudines à rebus indignis. Et excitatus &c. Vel ex hoc loco accipe, quod in scripturis deus non indignum iudicat assimilari rebus, quas ipse damnat. Similitudines sunt non res ipsæ. Sic & fideles indignis rebus quandoque à deo assimilantur. Hinc est quod dominus dicitur uenturus sicut fur in nocte, quod exacturus usuram, quod rapiet sicut leo, Item, quod laudatur uillicus iniquitatis &c.

Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit. Sed elegit tribū Iudæ, montem Sion quæ dilexit. Et ædificauit sicut unicornis sanctificationem suam in terra quam fundauit in æternum. Et elegit Dauid seruum suum, & assumpsit eum a gregibus ouium, a sequendo foetas accepit eum. Ut pasceret Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam. Et pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Sicut unicornis, id est, fortis & nullus potestatis cedens, & hunc unum locum

tantū eligens, de unicorni psalmo. 21. Felix, Et ædificauit uelut excelsa, uel uelut palatia superba sanctuarium suum, id est, templum &c. In intellectu- bus Fe. In prudentia.

De hac repulsione & electione supra diximus, Templum uero signifi- Templum.
 casse templum uerum, in quo deus habitat per Christū, quis ignorat uel de-
 clarante Paulo. 1. Corinth. 3. secundū prophetiā Nathan ad Dauid. 2. Reg.
 7. Ipse ædificabit domum nomini meo, & firmabo thronum regni eius usq;
 in sempiternum. vnde hic addit, In terra quam fundauit in æternum, quod Æterna terra
 non aliter potes intelligere, quā de sacerdotio & regno illorū, omnia enim
 facta sunt noua & spiritualia, in Christo, atq; adio æterna, sacerdotiū æter-
 num, regnum æternum, templum æternum & terra æterna. Sic & Esa. 9,
 de terra illi dicitur, sed certe æterna. Super solium Dauid &c. Dauid rex Dauid.
 factus proculdubio Christus est, non solum significatione, sed etiā q; ex car-
 ne eius erat nasciturus. Idcirco non solum Dauidis filius in scripturis dicitur,
 sed etiā Dauid, ut alibi diximus, qui postq; fuit minister circumcisionis
 de respectu, glorificatus est, ut fieret rex & pastor totius spiritualis israelis,
 id est, omnium credentium, qui sunt hereditas dei, quemadmodū Esa. 40.
 scriptum est, Sicut pastor gregem suum pascet &c. Qui pascit nos innocen-
 tia cordis sui, id est, sancto suo spiritu per uerbum suum nobis reuelatum.
 Et prudentia manuum suarū deducit nos, qui enim spiritu Christi aguntur,
 hi sunt filij dei. Alioqui nostris manibus permissæ nos stultæ ouicula erra-
 mus, & rictui obnoxij sumus luporum.

PSALMVS LXXVIII.

Titulus. psalmus Asaph.

SVMMA. Iud. ei. 1. Mach. 7. de sua quā tunc patiebantur miseria hunc
 psalmum intelligebant, & uerba sunt clara, prophetata tamen dudum an-
 tequā talia aut similia, que in historijs legimus, illi populo contingerent.
 Similiter Esaius cap. 64. deslet non solum miseriam illius populi adflcti, &
 peccatis grauati, sed etiā huius temporis nostram, quando gentiles, id est,
 gratiam Christi uersantes, uenerunt in hereditatem dei, in templum spiri Hereditas dei
 tu sancti, in Hierusalem ciuitatem regis magni, id est, Christi, & omnia pol corā deo con-
 luta, uacua, sanguine & corporum & animarum foedata reddiderunt, ex- queritur.
 pones interfectos uolueribus cæli & bestijs terræ, id est, dæmonibus, ita
 ut non sit aliquis quoq; qui sepeliat, id est, tegat opprobrium mortis nostræ

coram deo. Sed ò deus quousq; tandē non uindicas oues tuas, de his oppres-
sionibus & homicidijs, licet ob peccatum tam diu derelictas? Salua reliquias
gregis tui, ut te laudemus in æternum.

DEus uenerunt gentes in hæreditatem tuã,
polluerunt templum sanctum tuum, posu-
erunt Hierusalem uelut pomorum custodiam. Po-
suerunt morticinia seruorum tuorum escas uolati-
libus cœli, carnes sanctorum tuorū bestijs terræ.
Effuderunt sanguinem eorum tanq̃ aquam in cir-
cūitu Hierusalē, & non erat qui sepeliret. Facti su-
mus opprobrium uicinis nostris, subsannatio & ir-
risio ijs qui in circūitu nostro sunt. Usquequo do-
mine irasceris in finem? exardescet uelut ignis ze-
lus tuus: Effunde iram tuã in gentes quæ nō noue-
rūt te, & in regna quæ nomē tuū non inuocauerūt.
Quia comederunt Iacob, & locū eius desolauerūt.

Vclut pomorū custodiam, id est, tuguriolum in horto, quod uel destrui-
tur, uel sua sponte cadere permittitur, & uacuum manet, ubi amplius fru-
ctus non custodiuntur. Esa. 1. Sicut tugurium in cucumerario. Fe. In acer-
uos lapidum, id est, uastatam fecisti Hierusalem, & ex superbis ædificijs fa-
cti sunt acerui lapidum.

*Querela
piorum.* Vt cumq; peccatores sumus domine deus, tamen tua res agitur, dum nos
qui sumus hæreditas tua, templum tuum, ciuitas & habitatio tua, serui tui,
sancti tui à te sanctificati, Iacob & semen Abraham, qui credidit tibi, & cu-
ius semini promissisti tuam benedictionem, impetimur propter te, propter
tuum uerbum & consensionem, à gentibus quæ ignorant nomen tuum, non
habent uerbum tuum, sed uolunt, ut abnegato tuo uerbo ipsarum ample-

Et amur leges & mendacia humana, & sequamur cultum dei alienum, contra diuinum uerbū tuum, quo omnia subsistunt, Quæ gentes postq̄ omnia tua sacra contaminauerunt in illis, qui consentiunt eis, non consentientes rapiunt ad interitum, ita ut etiam honor sepulture cadaucribus nostris denegetur, Indigni iudicamur, ex quibus aliquid residui maneat in terra, Blasphemamur, persecutionē patimur, uelut peripsma mundi facti sumus, inter notos & uicanos facti sumus, uelut ulula inter aues. Effudisti domine deus iram tuā super nos per impias gētes, quæ ambitionem suam, & aurum suum colūt, non te, sufficiat nos bibisse ē calicis tui uino, aufer calicem ē manu nostra, & trade inimicis, ut bibant usq; ad fecem. Esa. 51. supra psal. 74.

Ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarum cito anticipent nos misericordix tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus saluator noster, propter gloriā nominis tui domine libera nos, & propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Nequando dicant gentes, ubi est deus eorum? Et innotescat in gentibus, coram oculis nostris, ultio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est. Intret in conspectu tuo gemitus compeditorū secundum magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum. Redde uicinīs nostris septuplū in sinum eorum, improprium eorum quod exprobrauerunt tibi domine. Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi deus in seculum. In generationem & generationem annunciamus laudationem tuam.

Filios mortificato: um, id est, illos qui relictis adhuc residui sunt. *Fe Dissolve filios mortis, id est more scripturae illos, qui morti destinati sunt, hoc est, fac nos liberos, qui quotidie tradimur in mortem, psal. 41. Quoniam propter te mortificamur tota die &c.*

Euāgelica gratia desideratur.

In tribulatione facile agnoscimus nos peccatores, & nihil agnoscimus iustitiæ. Ideo qui sine cruce uiuit, non potest non sua hypocrisis perire. Ne memineris, inquit, impietatis, uel parentum nostrorum, uel totius uitæ nostræ. Quo Euāgelica gratia desideratur, de qua prædixit dominus, Hier. 31. Peccati eorum non recordabor amplius. Et addit, Cito præueniant nos misericordie tuæ, quia in presentaneo sumus periculo, & tuo premimur per impios iudicio nimis pauperes & adflicti. Adiua nos deus qui solus saluare potes, non uis aut iustitia humana, uana enim salus hominis. Et libera nos, non quia digni sumus, aut quia promittimus nos magna tibi facturos, sed solummodo ut glorificetur nomen tuum, quod iam blasphematur inter gentes. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Idem est quod sequitur, Et propicius esto peccatis nostris, non propter opera, & iustitias nostras, non propter hoc uel illud, sed tantum ut sanctificetur nomen tuum, ut prædicetur ille qui es, id est, deus, saluator, pater &c. Neque uero solum respicito in miseriam nostram, quam merito sustinimus, sed etiam in blasphemiam aduersariorum, ne dicant, Vbi est nunc deus illorum, de cuius fiducia solent gloriari? Ita ulciscere sanguinem nostrum, ut nobis aspicientibus & gaudentibus nota fiat inter gentes ultio, ut sentiant manum tuam, qui irriserunt benignitatem. Audiatur coram te gemitus uirgatum, solue destinatos ad mortem. Redde septuplum, id est, multipliciter, psal. 11 in caput irredientium nos blasphemiam, quæ non tam in nos, quàm in te iactauerunt. Et nos oves pabulo tui uerbi paste, erimus in laude tua in æternum.

Nequando.

PSALMVS LXXIX.

Titulus. προσκλήσεις, erga lilia testimonij Asaph psalmus.

Lilia testimonij.

Sive dixeris lilia testimonij puritatem ueritatis diuinæ, ut dixi, psal. 59. sive sanctos qui exempla facti sunt, in quibus uere uideri liceat promissiones dei esse ueras, quemadmodum lilia dixi, psalmo. 44. uirgines, id est, castas fide mentes, sponse familiam, Christi membra. Sive, inquam, hoc sive illud dixeris, utrumque idem est, & huc bene quadrabit. Veritatem enim deus patribus seruauit & præstitit, & precatur psalmus, ut rursus & amplius præstet, iam rursus ob peccatum perditis.

Summa

SUMMA. Hic iterum uidere licet nobis captiuitatē nostram, ut Iudaei tunc suam. illi olim cum tanta dei gloria educti ex Aegypto, rursus traditi sunt ob peccata sepe in manus alienorū, item in potestatem impiissimorum regum Israel & Iuda, & praeterea, inquit, aper ex sylua, & fera crudelis uastauit uineam domini, id est, domum Israel, Esa. 5. & Matth. 21. Sit interim exempli uice, radix illa peccati Antiochus illustris, qui quanta mala ille fecerit, uidere licet primo libro Machabeorū. Nos quoque sanguine Christi triumphato mortis regno liberati, rursus ob peccata traditi, primum sumus uarijs ecclesiae oppugnatoribus, id est hereticis, sed tunc adhuc spes erat salutis, quando scripturis certabatur, Nunc uero aper de sylua indomitus & agrestis, hoc scilicet Antichristi regnum, omnino uastauit Christi uineam, & nequaquam susinet, ut contra se ex uerbis sanctorum prophetarum, Christi, Apostolorum, ne uerbum quidem producat, quin & Antiochus pro lege dei ablata nobis suam reddidit, id est, traditiones humanas. Ablato ergo uerbo dei, quid quaeso nobis restat salutis? Tunc orabant, ut Christus auxiliator nasceretur, qui hic uocatur filius hominis, & uir qui est à dextris dei corroboratus, & in regno confirmatus, ut scilicet manifestato deo in carne, & ostenso hilari per Christum uultu patris, ad eum conuerterentur, & salui fierent, nunc nobis idem quam maximis uotis agendum est, ut oremus deum, ut uisitet uineam suam, respiciendo non in nostram iniquitatē, sed in dilectum filium suum redemptionem nostram, sicut et psal. 83. Respice, inquit, in faciem Christi tui, ut rursus mittat Christum suum, olim pro nobis incarnatum, ut à conspectu praesentiae gratiae eius increpati, pereant hostes gratiae & Euangelij dei, & uos conuersi, uiuificemur uerbo uitae, & reddita facie, id est, praesentia nostri uindictis in aeternum salui simus.

Qui pacis Israel attende, qui deducis uelut ouem Ioseph. Qui sedes super Cherubim appare coram Ephraim et Beniamin et Manasse. Excita potentiam tuam et ueni ut saluos facias nos. Deus conuertere nos, et ostende faciem tuam, et salui erimus. Domine deus uirtutum usquequo irasceris super orationem seruorum tuorum?

Cibabis nos pane lachrymarum, et potum dabis nobis in lachrymis in mēsurā: Posuisti nos in contradictionem uicinis nostris, et inimici nostri subfannauerunt nos. Domine deus uirtutum cōuerte nos, et ostende faciem tuam, et salui erimus.

Inuocatio so-
lius dei.

Cōmemoratio
sanctorum de-
functorum.

Prouidentia
dei in nos.

Ostende. Fe. Illustra, ut psal. 66. Illuminet uultum suum super nos &c. Cibabis me. Fe. Fecisti illos (seruos tuos) comedere panem lachrymarum, & fecisti illos bibere lachrymas in maxima mensura. Virtutum. Felix, Exercituum. Stultorum & illorum, qui nihil habent fidei, est mouere quæstionem de inuocatione sanctorum, cum ex præcepto dei nemo inuocāndus sit ad salutem, quā deus. Inuoca, inquit, me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me. Et omnis quicumq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. Sed quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? quomodo credunt sine uerbo dei? &c. Inuocationem ergo sanctorum in scriptura non legis, Commemorationem uero sæpe, non ut intercedant, sed ut meminerit deus testamenti cum patribus sanctis pacti, aut similiter per misericordiam agat, quemadmodum cum illis egit. Atq; hoc non est inuocare sanctos, sed deum suæ misericordiæ & promissionis admonere. Ita hic habes, Qui pascis Israël &c. & alibi. Memento domine Dauid &c. ubi sequitur, Iurauit dominus Dauid ueritatem &c. Sic & Moses orat, Memento domine Abraham, Isaac & Iacob, quibus iurasti dare terram &c. Sic & seruus Abraham, Deus domini mei Abraham &c. Ita quoq; licet mihi dicere, Qui non uerbo solum, sed & lapsu erudisti Petrum apostolum, miserere & mei, quandoquidem manus tua non est abbreviata. Qui suscepisti latronem tecum crucifixum, suscipe & me.

Quapropter primus uersus huius psalmi sit tibi maxime commendatus, Admonet nos summe, & maxime curæ dei patris erga nos. quod ut intelligas oportet, ut scias historiam, quomodo deus pauerit Iacob, & in fame non deseruerit eum admirabili prouidentia, & quomodo deduxerit Ioseph uelut ouem nihil recusantem pati à fratribus, ab Aegyptijs, quem deus non deseruit, neq; in fouea, neq; in carcere, donec pro contumelia faceret eum Aegypti regem. O admirabilem dei patris manum pascentis & deducētis, modo simus oues pascuæ eius. Quotusquisq; nostrum est, qui ista exempla

Non uideret in se nisi cæcitas nostra obstaret? Sancti ergo in fide defuncti, *Sancti excelsa*
 exēpla sunt nobis benignitatis & misericordie dei, ut fidamus nos nostra *pla sunt.*
 q̄; omnia esse in manu benigni patris, quemadmodū illi. Si aliud ex eis feceris, tuo periculo feceris. Vitam quæ deus nobis mandauit, relictis alijs, curaremus. Vide Sapient. 10. Sapientia autem hos &c.

Super arcæ propiciatorium, quod duo cherubim obumbrabant, sedebat *Super Choe*
 olim in templo dominus, secundū eius promissionem, Exo. 25. Nunc autem *rubim.*
 sedet supra templum, & complet totū templum, & omnis terra plena est gloria eius, Esa. 6.

Appare &c. Sic exponunt. Appare super arcam, q̄ arca erat locata ad occidentem, ubi tres istæ tribus locabantur, Num. 2. Ego autē intelligo deū orari, ut manifestetur coram tota posteritate Iacob siue Israël. Erat enim terra Galaad trans Iordanem, ubi dimidia tribus Manasse accepit possessionem, Iosue. 13. Erat deinde terra Canaan, cuius pars dicta est Ephraim, ut alibi dixi, & regnum Israël & Samaria. 4. Reg. 17. pars uero regnū Iuda, ubi Iudas & Benjamin erāt, quæ proprie dicebatur Iudæa, in qua erat Hierusalem, in sorte, scilicet tribus Benjamin. Omnes ergo terras comprehendu Iudæorum, cū dicit Ephraim, Benjamin & Manasse. Præterea hos præ cæteris nominat psalmus, quia Iosephum seorsum ante nominauerat, qui totum genus patris sui Iacob, prouidentia dei admirabili seruaui tempore famis in Aegypto. Benjamin enim, ut Genesis habet, uterinus frater erat Iosephi, & Ephraim & Manasse filij Ioseph à Iacob in filios adoptati, & in tribubus Israël computati sunt, Gen. 48.

Ait ergo sic, Qui nūquā deseruisti tuos in necessitate siue corporali siue *Fiducia orat*
 spirituali, cuius promissionem habemus, q̄ sis habitaturus inter nos, appare *intentione.*
 nobis qui uideris nos deseruisse, ostende potentiam tuam in eos, qui nos opprimunt. Conuerte corda nostra tuo spiritu ad te, & ostende nobis præsentiam gratiæ tuæ & liberationis, & salui erimus. Non enim nostris uiribus liberabimur à pressuris mortis, & regno tenebrarum, sed sola illuminatione uultus tui supra nos. Sine te nihil possumus, tu es deus uirtutum siue potentiarum, & exercituum, qui omnia potes, cui omnia subsunt, in cuius manu sunt omnia. Quousq̄ iratus non exaudies? quousq̄ lacrymas nostras edemus & bibemus in mensura multa, id est, abunde? propter uerbum & ueritatem tuam contradicatur nobis, & blasphemamur à uicinis nostris & ab inimicis &c.

Vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gētes et
 & plantasti eam. Viam parasti coram ea, & planta-
 sti radices eius & impleuit terram. Operuit mon-
 tes umbra eius, et arbusta eius cedros dei. Exten-
 dit palmites suos usq; ad mare, & usq; ad flumina
 propagines eius. Quare destruxisti sepem eius: &
 uindemiant eam omnes transeuntes per uiam. De-
 uastauit eam aper ex sylua, & singularis fera depa-
 sta est eam. Deus uirtutum conuertere, et respice
 de coelo et uide, et uisita uineam istam. Et perfice
 hanc quā plantauit dextera tua, et super filium ho-
 minis quem cōfirmasti tibi. Incensa est igni et suf-
 fossa est, ab increpatione uultus tui, peribunt. Fiat
 manus tua super uirum dexteræ tuæ, et super filiū
 hominis quem confirmasti tibi. Et nō discedemus
 a te, uiuificabis nos et nomē tuum inuocabimus.
 Domine deus uirtutum conuerte nos, et ostende
 faciem tuam et salui erimus.

*Viam parasti etc. non intelligo de eo, q̄ præcessit dominus populum in
 deserto, sed de eo, q̄ eiecit gentes, ut libere possiderent terram, uiam fecit
 ingrediendi terram & possidendi, Deut. 7. Ipse consumet nationes has in
 conspectu tuo paulatim etc. Et perfice etc. Felix, Et plantulam quam
 plantauit dextera tua, & propter filium quē corroborasti tibi, plantulam,
 scilicet uisita. Et propter filium, scilicet uisita, Id est, ne desere uineam, ex
 qua nasciturus est ille filius Christus, quē unxisti regem aternū. Neq; obest*

quod hoc uersu non dicitur propter filium hominis, sicut in Greco, nam ex sequentibus uidebis sententiam manere eandem, ubi etiam ex Heb. filius hominis legitur. Quod autē nos legimus, Et super uel ad filium hominis, non conuenit cum uerbo per fice, ut necesse sit longius repetere uerbum, Respite uel uide.

Quis est qui non intelligat elegantem hanc de uinea metaphoram scripturę satis notam? Vineam, inquit, id est, populum tuum, quem tu agricola excoleres, ut fructum ferret in Christo post nascituro uera uite, Ioan. 15. ex Aegypto transfulisti, ex seruitute dura & fornace ferrea, ex imperio mortis & tenebrarum. Eiecisti gentes, tua manu, nō hominum uiribus purgasti, quicquid erat aduersarię potestatis, ut plantares fixis tuam uineam radici bus, in fiduciam tui nominis, in qua semper tuta persisteret, & fructum ferret in patientia multiplicem, Plantasti, aucta est, creuit in altum, ita ut sua umbra mōtes obscuraret & cedros dei, id est, altissimas, ut dixi psalmo. 35. Dilatata est usq; ab mare mediterraneū, & usq; ad Euphratē sub Dauide, usq; ad terminos orbis terrarum sub Christo, psal. 71. Sed ecce omnium iniurię, te deserēte, obnoxia facta est, dum sepes tuę protectionis ablata est, secundū tuam comminationem, Esa. 5. Tradidisti eam, primum occulto iudicio impietati, ut discederet a tuo uero semine, Hier. 2. & crederet pseu doprophetis, Inde tradidisti Moabitibus, Ammonitis, Assyrijs, Chaldeis &c. ut habet liber Iudicum & Regum, ut a uerbo tuo lapsa sentiret etiam brachium seculare, quę brachium tuum quo tuta fuisset contempserat. Tandē etiam prophetis bonis cessantibus singularis fera omnia uastauit, incendit, impuro ore & blasphemia suffodit, ut non sit spes amplius, nisi tu perficias quod cępisti, ut mittas filium hominis psal. 8. quem unxisti & cōfirmasti ab eterno nobis regem, psal. 2. & 44. Tua manus, tua potentia adsit nobis in uiro, qui in dextera tua regnaturus est, psal. 109. ut is restituat nobis omnia, & omnia per eū perficiantur, per quem omnia facta sunt. Tunc tui palmi tes manebimus, uitam tuam consecuti per filium hominis, per uirum dextere tuę, ad inuocandum & sanctificandum nomen tuum iugiter, & quod penę pręterieram, tunc peribunt aduersarij huius uineę omnes, ab increpatione & terrore uultus & seueritatis tuę, quando nos exaltans, eos cęperis iudicare &c.

Vinea dei.

PSALMVS LXXX.

Titulus. *ἠγορευμένος* super torcular Afaph, de hoc titulo psal. 8.

Festū tubarū
& tabernacu-
lorum,

Abconditum
tempestatū.

Aqua contra-
dictionis.
Si me audieris
nō habebis de-
um recentem,
aut alienum.

Dilata os &c.

Iudicium in
hypocritas.

SV MMA. Deus in propheta monet populum ex Aegypto liberatū, di-
cens, Festum tubarum agite cum leticia, & festa tabernaculorū, sicut serio
præcepi, Leuit. 23. Iacob & Ioseph, id est, toti generi uestro ex Iacob orto,
& per Ioseph in Aegypto seruato, Præcepi, inquam, cū exiretis ex Aegyp-
pto, quādo audistis linguam incognitam, id est, me loquentem. Exo. 2. Non
frustra mandavi festa tabernaculorum, sed ut discant posteri, q̄ in taber-
naculis habitare fecerim filios Israël quadraginta annis, postquā stupen-
dis miraculis, & manu liberassem eos ex durissima Aegyptiorum seruitute,
ubi muocastis me in abscondito tempestatū, id est, desiderastis liberari,
quando omnia erant desperatissima, & tenebris tribulationum horrendis
omnia ita inuoluta, ut deus etiam ipse aduersari putaretur, quando ne mu-
tire quidem licebat contra oppressores. Hanc memoriam uolo ut serues,
Non enim uolo obliuiscentem populum & ingratum, licet te cum semper
tum apud aquam ex petra excussam, quæ à murmuratione tua aqua con-
tradictionis appellata est, ingrātū nimis inuenerim, Numeri. 20. Audi itaq;
si me audieris, traditionis appellata est, ingrātū nimis inuenerim, Numeri. 20. Audi itaq;
um recentem, tibi hanc gratiam, tale tibi dabo cor, ut à me non deficias ad deum alienum,
aut alienum, id quod ex natura tibi impossibile est. Si, inquit, me audieris, id est, uerbis
meis credideris, in me speraueris, me dilexeris, me timueris, quæ sunt uera
dei opera, & opera primi præcepti, quod est, Ego sum dominus deus tuus,
qui eduxi te de terra Aegypti, non habebis deos alienos coram me &c.
Hæc opera ubi reliqueris, statim descisces ad deos alienos, id est, in alia con-
fides, quā in deum uerum, qui pro te omnia fecit, ut tu sabbatum age-
res delicatum domino, & fiet quod comminatus sum per Moysen, Seruies-
tis dijs alienis, qui non dabunt uobis requiem die ac nocte. Sola conscien-
tia deo fidens quiescere potest, quicquid autem non est ex fide peccatum
est. Audiant hæc qui operibus quarunt iustificari, & non ex fide. Ego so-
lum requiro, ut me audias, ut tu quiescas. Dilata tantū os tuum, & ego im-
plebo illud uerbo meo, quod audis, ut possis ex corde me confiteri, & con-
fessione fidei cordis per uerbum meum abundare. Atq; hic diligenter uide,
q̄ uerbo dei credito, uiuit homo. Sed non audiuit populus meus uocem me-
am, & dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentio-
nibus suis. Hic uides deos alienos. Utinam scirent homines, quā horren-
dum sit meum iudicium, cum sic eos occulte relinquo suis ipsorum consi-
lijs, & excogitatis uijs, utcumq; in speciem sanctis &c. Si me audissent, &
in ujs meis nō suis ambulassent, ego nullo negotio percussissem eorum ad-

uersarios, & non traditi fuissent impietati: Non fuit cor eorum rectum coram me, etiamsi quandoq; labijs me honorabant, mentiti enim sunt, quando percussi, promittebant meliora, psalmo. 77. Cum occideret eos, querebant eum &c. Verum præter id quod sepe puniti sunt, erit tempus retributionis eorum in æternum, id est, in æternum damnabuntur, qui non crediderunt uerbis meis. Quorum damnatio & inde maior erit, q; etiam beneficijs multis prouocati, me non agnouerunt omnia donantem, negare enim non possunt, q; donauit eis terram lacte & melle manantem.

MONET nos psalmus, ut sabbatum agamus domino, qui manu ualida dei per Christum è mortis tenebris ducti sumus, ne postq̃ tantam gratiã saluatoris accepimus, contemnentis uocem dei, & ad nostra consilia desistentes percamus, ut illi. ut certe iam dudum auersi à uerbo dei periurimus. Hoc dicit Paulus h. ec exponens. 1. Corinth. 10. Vnde & psalmo. 94. Hodie si uocem eius audieritis &c. Vide Heb. 3. & 4.

EXultate deo adiutori nostro, iubilate deo Iacob. Sumite psalmum et date tympanum, psalterium iucundum cū cithara. Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis uestre. Quia præceptum Israel est, et iudicium deo Iacob. Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret e terra Aegypti, linguam quã non nouit audiuit. Auertit ab oneribus dorsum eius, manus eius in cophino seruierunt. In tribulatione iuuocasti me et liberaui te, exaudiui te in abscondito tēpestatis, probaui te ad aquam contradictionis.

Sumite psalmū, id est, canticū, & date, id est, adducite ad solennitatem tympanū, date quoq; uel sumite psalterium iucundū cū cithara. Ne quis hic subtiliter speculetur quasi necessario, simplex sententia est, Omnia quæ

sunt gaudij ad solennitatem instruite. Fe. Sumite carmen & percutite tympanum, citharam iucundam cum nablo.

In cophino, quo portabant lutum & laterem grauisima seruitute &c. Felix, Palma eius ab ollis recesserunt. Intellego à focis uel fornace, siue à lateribus coquendis, uel simili, nam ut intelligas ollas carniū, Exodi. 16. non puto huc conuenire. In abscondito tempestatis. Fe. In occulto tonitruū, id est, ubi occulto meo iudicio per Aegyptios premebaris.

*Noua gaudia
& festa.*

Hic fides & cōfessio prædicatur & charitas, ut exultemus in corde deo qui solus adiuuat, & præterea nulla creatura aut opus nostrum, ut inbilemus, id est foris erumpat gaudium fidei confessione nominis dei, per psalterium gratiarum actionis, per tympanum mortificationis sapientiæ & iustitiæ nostræ, & omnis impietatis, per psalterium & citharam bonæ dulcissimæ conuersationis nostræ cum proximo, per buccinam prædicationis nostræ, ut omnes prouocemus ad dei solennitatem, quando omnia facta sunt noua per Christum & sabbatum æternum, de qua die in psal. Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus & letemur in ea. Et Esa. 49. In tempore placito exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Et additur, Quia præceptum &c. id est, domini uoluntas est, ut ita faciatis, qui cupitis esse semen Israël, fide sanctum: & iudicium est apud deum in eos qui contemnunt, qui increduli sabbatum, & hanc cordis deo leticiam, deo non offerunt. Nam hoc ipsum in signum & testimonium mandatū est semini Ioseph, id est, uere credentibus, cum egressum est ex Aegypto, è regno tenebrarum, in regnum claritatis filij dei per aquam & spiritum sanctum, quando primum audita est lingua dei, quam antea homines nō audierant, sanctum uidelicet Euangelium Christi, multo certe felicius quam olim in Sina. Hic auersus sumus à dura seruitute legis, graui onere peccatorum, horrore mortis & inferorum. Manus nostræ seruiuerunt in luto & latere, & nemo satis potuit facere exactoribus Pharaonis, & magistris illis operum, operibus querebamur iustificari, & semper grauius premebamur. Sed quid est quod additur. In tribulatione &c. Nunquid adhuc infideles inuocare potuimus deum? Respondeo quod alibi dicitur, Desiderium pauperum exaudiuit dominus &c. Dominus nouit quid desideret spiritus in nobis, plusquā nos ipsi, uidit nos cupere salutem, sed per errorem, digni eramus, quos abiceret, qui abiceramus eius uerbū, sed recordatus misericordiæ suæ audiuit gemitum nostrum in Aegypto, & descendit per uerbum suum, & sacro sanctum Euangelium, & liberauit nos

rit nos, exaudiens uota nostra in abscondito tempestatis, quando usq; a deo iudicio dei premebamur, ut nihil minus sperabatur quam liberatio, quando maledicebamur, excommunicabamur, capiebamur, comburebamur, si uel uerbulo auderemus hiscere contra. Nunc uero probamur à deo apud aquã contradictionis, apud aquã, quam excussit nobis ex petra Christo. 1. Cor. 10. qui positus est signum contradictionis, Luc. 2. Non solum enim ab aduersarijs Euangelij huic segno contradicitur, sed etiam non creditur à multis quibus sibi credere uideantur, qui iam sunt ab erroribus pristinis ceu ex Aegypto liberati, & euangelium aquam illam uiuam, quae salit in uitã aeternam uidentur suscepisse, sed probatio & tentatio docebit. De qua contradictione lege Ioh. 7.

Solidæ quidem sunt ex scripturis sententiæ, quas dixi, & allegoriæ oportuna, quas uia scriptura solet tractare, et tamen eas hoc loco nequaquam indicassem, nisi prius fundamentum literæ, ut uocant, supposuissem. Valde enim displicet, quod quidam ubi sententiam natiuam orationis non tenent statim incipiunt allegorijs ludere, nescio quid, ut interim nescias, quid textus ipse uelit.

Hoc uero interest inter illud festum tabernaculorum uetus & nostrum ^{Festum tabernaculorum.} quod illi memoriam celebrabant singulis annis tabernaculorum olim in deserto habitatorum, nos autem spe salui facti sumus, & dum gemimus adhuc in tabernaculis agentes, ut absoluamur quandoq; à corruptione. 2. Cor. 5. gaudemus tamen gaudio ineffabili, iam filij dei facti, & in regnum caelorum translati, atque id spirituale festum olim quoque non ignorabant patres spiritu dei illuminati, qui scientes se non habere hic manentem ciuitatem, futuram nobiscum inquirebant, Heb. 11.

Audi populus meus & contestabor te, Israel si me audieris, non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum. Ego enim sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, dilata os tuum et implebo illud. Et non audiuit populus meus uocem meam, et Israel non attendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis sui, ibunt in adiuuentio-

nibus suis. Si populus meus audisset me, Israel si in
uijs meis ambulasset. In nihilo inimicos eorum hu-
miliafsem, & super tribulantes eos misissem manū
meam. Inimici domini mentiti sunt ipsi, & erit tem-
pus eorum in seculum. Et cibauit eos ex adipe fru-
menti, & ex petra melle saturauit eos.

In nihilo, id est, per nihilū. q. d. facillime abiecissem aduersarios, ut leuena
paleam. Fe. Paulominus, uel iuxta modicū uel minimum, penē, quasi.

Dilata os. Contestatur populū suum dominus, & conscientias eorū appellat, ut au-
diant siue credant eius uerbo, quē senserunt benefactorem. Et addit, Dilata
tantū os tuum, & ego implebo illud, quantū desiderare potes, tantum ego
dabo, nihil mihi dabis, aperi tantū os, ego sto ad ostiū, & pulso, si quis ape-
ruerit mīhi, intrabo ad eum, & coenabo cum eo, Apoc. 3.

Dimisi eos. Et non audiuit &c. Vident hic iudiciū dei super se, qui abiecto dei uerbo
consequuntur omnia quae desyderāt opes, honores, opinionē sanctitatis &
Hypocritarū. sapientiae &c. & ambulant in adinventionibus suis, nō dei, prospere succe-
dit & magnificatur quasi prudēs, sanctū, pium & diuinū, quicquid ipsi ad-
inuenire & excogitare non uerentur. Quos si interrogas unde sciant hęc
deo placere, respondent, quia nobis sic uidetur, maiores nostri sic statuerūt,
quomodo ista nō possent deo placere? Et interim dñs omnia istis florent, pu-
tant suis iustitijs ista dari, reliquos aut, qui contra sentiunt, dum uident sub
eruce laborare iudicāt merito à deo puniri, quēadmodū hęc plenius uides
in libro Iob. Sed hic dicit deus eos esse traditos in reprobā mentē, ut benefi-
ciū excitati interpretentur quod est horrendum iudiciū, quid enim magis
ouibus horrendū, quā derelinqui à manibus pastoris in medio luporum?
Tuis consilijs necesse est, ut ruas in præceptis, ubi consiliū domini derelique-
rit te. Soli enim sunt Christi, qui spiritu dei non suo aguntur. Tales autem
hypocrite mentiuntur domino, se populū dei uolunt, orare uidentur, bona
opera facere, & uel soli colere & magnificare deū, et tamen mendaciū &
ficus est, non enim faciūt uoluntatem domini secundū eius uerbū, sed suam
sequūtur secundū adinventiones & desideria sua, & traditiones humanas,
sed tempus iudicij eorū pro consecutis hic desideratis erit æternum.

Et cibavit &c. Terra protulit eis frumentum, & petra in terra Canaan Mel ex petro. mel. Aiunt enim illic in petris apes & rupibus montium mellificare. Ut cumq; sit, hac figura significantur illic omnia abundare ad uictum, non solum necessarium, sed etiam iucundum & uoluptatis plenum, quemadmodum & illa terra dicitur fluere lacte & melle. Sic & Moses in cantico, Ut sugeret mel ex petra, oleumq; ex saxo durissimo. Quid uero ista significant non ignoramus, nempe Christum, qui est panis uitae, dum credimus eius Euangelio, & ex hac petra Christo mel fluit, quo saturantur omnes, qui esuriunt iustitiam. Mel enim & lac sub lingua eius, ut dicitur in Cantico, nihil suauis peccatoribus, quam audire, Crede, remittuntur tibi peccata, Dilata os tuum, & implebo illud.

PSALMVS LXXXI.

Titulus. Psalmus Asaph,

SYMMA. In primo uersu & ultimo loquitur propheta uerbis suis, In alijs recitat uerba dei increpantis iudices & doctores populi, q non iudicent pauperibus, q non doceant recta. Quibus, quia legem dei atque adeo ipsum deum nesciunt, & sua lege monentem contemnunt, comminatur iudicium futurum, quãdo tremisset terra à facie eius, ut dictum, psalmo. 74. Tunc, inquit, uos, quos deos feceram, id est, iudices & doctores uice dei, & quos filios dei fecerã, ad quos pertineret hereditas, moriemini, sicut Adam, id est, perpetua morte, & cadetis sicut unus ex principibus in bello cadit omni amissa & gloria & uita, aut sicut unus ex principibus tenebrarum, de quo Christus, Videbam, inquit, Satanam sicut fulgur de caelo cadentem. Tunc non proderit uobis, q magni estis, qui potestate uobis data estis abusi &c. Breuiter hic, sicut in omni scriptura increpantur, q non credunt uerbo dei &c.

Iudices & doctores cõtemnentes dei uerbum.

DEus stetit in synagoga deorum, in medio autẽ deos dñdicabit. Usquequo iudicatis iniustitiam, & facies peccatorũ sumitis? Iudicate pupillo & egeno, humilem & pauperẽ iustificate. Eripite pauperem & egenum, de manu peccato-

ris liberate eum. Non cognouerunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant, mouebūtur omnia fundamenta terræ. Ego dixi dij estis, et filij altissimi omnes. Vos aut̄ sicut homines moriemini, et sicut unus ex principibus cadetis. Exurge deus iudica terram, quia tu hæreditabis in omnibus gentibus.

Dij dicuntur iudices & doctores in populo. Exo. 22. Ad deos utriusq; causa perueniet. Et Christus Ioã. 10. ex uersu, Ego dixi &c. arguit Iud. eos se nihil male dixisse, q; se appellarit filium dei &c. q; etiam quidam simpliciter homines appellati sint dij & filij altissimi, id est dei. Et Paulus. 1. Cor. 8. dicit deos esse multos &c.

Iustū iudiciū
uult deus.

Deus semper stat in congregatione iudicum, qui ubiq; omnia intuetur, & arguit in conscientijs eos per uerbum suum, ne iudicent iniuste, qui etiã facies impiorum sumunt, id est, ne secundum speciem quidem iusti iudices apparent, nam pro gloriosis & diuitibus iudicant, humilium autem, id est, despectorum, & pauperum causam non attendunt. Sic & doctores constituti arguuntur, ne docendo seruiant cupiditatibus diuitum & potentum, sed sint solatio per merum uerbum dei pauperibus, id est, adstrictis conscientijs, Verum sequi dei increpationem (quam quoq; legis Esa. 1.) non curant, id quod sequitur, Non cognouerunt &c. Hinc est quod sciunt, et tamen ex cæcati nesciunt. Reos enim facit conscientia, ubi stat deus & diiudicat, et tamen impie contemnunt. In tenebris ambulant, non habentes lucernã uerbi dei præcedentem.

Iudiciū dei in
contēptores.

Mouebuntur omnia fundamenta terræ. Comminatur contemptoribus uerbi dei increpantis iudicium, futurum est, inquit, ut concutiantur fundamenta terræ, quæ fundamenta intellige, ut supra quandoq; diximus psalmo. 13. & 74. Verum hoc ipsum nõ intelligitur solum de nouissimo die, sed etiam de morte singulorum impiorum, uel quando aliàs eis iudicium dei reuelatum fuerit, Tunc enim fit quod Esa. cap. 8. dicit, Et suspiciet sursum, & ad terram intuebitur, & ecce tribulatio & tenebræ & dissolutio &c. Et cap. 5. Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius. Et cap. 13. Super hoc cœlū turbabo, & terra mo-

uebitur de loco suo propter indignationem domini exercituum, & propter diem ire furoris eius, Atque huc pertinet, quod additur, Ego quidem dixi, *Dij estis, qui iudicium dei iudicetis, gladio uobis commisso, & ueritatem doceatis uerbo uobis a deo commisso, & hoc uice dei, qui uoluit uos esse iustitiae ministros & ueritatis eius praedicatores, Et estis filij dei omnes, ut patrem iustum & ueracem uestro officio refratis. Sed uos, quia dijudicationem uerbi dei contemnitis, quia deos & filios dei uos non praestatis, quo sublimi honore dignatus uos eram, non ut dii & filij dei, sed ut homines moriemini &c.*

Ego dixi.

Aduerte hoc loco approbari iudices, mundi, qui non sine causa portant gladium, Ro. 13. approbari, inquam, a deo per hoc uerbum, Ego dixi, *Dij estis &c.* appellatione dei & constitutione sunt tales, non hominum ordinatione, quae maxima dignitas esset eis, modo tales essent, quales in hoc psalmo deus uult, ut qui haberent uerbum dei, legerent Deuteronomium, Deut. 17. & Iosue. 1. Sed ubi sunt? Verum quales quales sunt, tamen eis parendum, Ro. 13. modo non contra deum, Act. 5. Obedire oportet deo magis quam hominibus. Qui iniuste egerint, inuenient suum iudicium, quando ut homines morientur &c.

Ius gladij a deo.

Tunc manifeste sicut deus in synagoga dei (ut ex Hebr. eo legitur) quando deus incarnatus coram increpauit iudices & doctores, qui dicebantur synagoga dei patris, cum potius essent synagoga Satan. Vnde & hic propheta in fine uoce populi oppressi per iudices & doctores iniquos clamat. Quia o deus iudices & doctores, quibus nos tradidisti, propter impietatem nostram, non solum negligunt, sed etiam opprimunt populum tuum, & persequuntur ueritatem tuam, nihil minus agentes, quam quod a te sunt constituti. Exaltant nebulones, latrones, usurarios, adulteros, & deprimunt innocentes, pauperes, impotentes, tuae fidei uerbiq; professores & confessores. Surge, ueni, tu ipse esto iudex & doctor noster, & totius terrae, tu iudicium fac pro nobis, dum illi contra nos iudicant, tu doce nos iustificationes tuas, dum illi humanas docent, imò doce nos tuo spiritu, dum nemo adest doctor. Quoniam illi, quos tu ministros constitueras, non sunt domini nostri, quemadmodum superbiunt & gloriantur, sed tua est haereditas, tu es dominus omnium, non solum in iudaea, sed & in omni terra, id quod in Christo uidemus impletum, qui hic rogatur, ut ueniat. Hic est semen Abrahae, in quo Abraham accepit mundi hereditatem, Ro. 4.

Deus in Christo iudex & doctor noster.

Titulus. Canticum psalmi Asaph.

SUMMA. Rogatur deus, ut fortiter resistat aduersarijs ueritatis diuinae, qui populum credentem deo nituntur & opprimere & perdere, ut ex perti manum dei fortem cognoscant adhuc deum esse, cui sint curæ fideles. **PSALMVS** facilis noster erit, si sciamus omnem illum gentilem populum, qui populo dei tunc aduersabatur, esse nunc illos, qui resistunt Euangelio gloriae magni dei, & domini nostri Iesu Christi, quocumq; tandem id suo faciant.

DEus quis similis erit tibi: ne taceas neq; cõpescaris deus. Quoniã ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. Super populum tuum dolose cogitauerunt consilium, & cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Dixerunt, uenite & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel ultra. Quoniam cogitauerunt unanimiter, simul aduersus te testamentum disposuerunt. Tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ, Moab & Agareni. Gebal & Amon & Amalec, alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Et Assur fuit cum eis, facti sunt in adiutorium filijs Loth.

Persecutores
populi dei.

Quis similis erit, non est in Heb. Fe sic, Deus ne taceas tibi, ne fileas, & ne quiescas deus, id est, noli dissimulare, quando etiã tua causa agitur, quando illi impetuntur ab incredulis, & tui uerbi persecutoribus, qui tibi curæ esse debent sancti tui, id est, à te sanctificati per fidem uerbi tui, uel (ut est in Heb.) absconditi tui, id est, credentes, quorum uita abscondita est in deo, & quorum fiduciam in deum, & gloriam quam habent per Christum mundi sapientia, & impia hypocrisis cernere non possunt, idcirco reputantur stulti & impij, indigni, quos terra serat. Contra hos illi, qui se potentes &

fapientes & iustos estimant, sonant, tumultuantur, eriguntur, superbiunt, dolosa tractant consilia, ut iure persequi uideantur, aut arte trahant à dei lege in suas leges, ut suscipiantur leges gentium, & somnia humana, ac deo relinquatur uerbum dei, quod creditū solum est uerus dei culius. Ita aiunt, extirpemus radicem eorum, ut amplius non sint gens aliqua super terram, atq; adeo, ut ne nomen quidem Israël, id est credentium, super sit. Hic uero miratur spiritus in propheta, q̄ tam diuersæ gentes, inter quas nunq̄ conueniebat, tam unanimiter in uno pacto, uel ordinato testamento humano, potuerint consentire in hoc uno negotio perdendi populi dei. Verum ita nō ipsi, sed deus, qui ita uult in sanctis glorificari, ordinauit, ut dictum psalmo. 2. Astiterunt reges terræ, & principes & gentes & populi & c. Quid quæso aliud uidemus hodie? quando à tam diuersis sectis, quarum aliæ aliarum, ne nomina quidem dignabantur audire, ab uniuerfis ordinibus, & mundi statibus, tam unanimi consensu insurgitur clamore, superbia, dolosis consilijs, falso testamento, & contra dei uerbum legibus, in Euangelium Christi, quod nuper orbi feliciter satis illuxit, non credo frustra, Nam faciet omnia, ad quæ deus misit illud, & auferet spolia opima, uel inuitis omnibus portis inferorum, etiamsi ad unum insaniant aduersarij omnes, Esaiæ. 55.

Aduersum te testamentum disposuerunt. Gentes oppressa lege dei suam Traditiones. uolunt seruari contra deum, quemadmodū de Antiocho legimus, quæ sunt humane traditiones, si Christus uerum dixit, & deus & apostoli.

Sicut Edom, id est Esau, odio habuit Iacob fratrem, ut dicitur Gen. 27. Ita Edomei, id est, posteritas Esau, omnes à Iacob descendentes, id est, filios Israël odio habuerunt & persecuti sunt. Similiter Ismaël Abrahamæ ex ancilla filius, Gen. 16. persequabatur Isaac Abrahamæ ex libera filium, ut Gal. 4. dicitur, ex quo uel solo loco intellige uere credentes in Christum esse filios Abrahamæ, ut non dubites, quod tunc de populo dei scriptum est, ad nos quoq; pertinere. Tota posteritas Ismaëliitarum persecuta est posteritatem Isaac. Ita & nunc seruilis populus legis & operum persequitur liberos in deo, qui soli spiritu dei acti, norūt bonis operibus abundare. Ismaëlitæ quoq; dicuntur Agareni à matre Agar, qui nunc potius uolunt nominari Sara ceni à Sara libera.

Amon & Moab duo sunt filij Loth, ex duabus ipsius filiabus, Gen. 19. Vnde duo populi Amonitæ & Moabitæ, qui falso accusabant filios Israël, quasi tulissent partem terræ ipsorum, Iudicum. 11.

Iehal puto aliquem populum doctum ex Hebal filio Iectan filij Heber,
Gen. 10. & in principio Paral.

Amalech primū pugnavit aduersus Israëlitas ascendentes ex Aegypto,
Exo. 17. Vnde mansit odium inter ipsos perpetuum. 1. Reg. 15.

Alienigenæ, Græce ἑλλόφυλοι. Sunt autē Philistæi sive Palestini, olim
multum Iudæis infesti, ut uel. 1. Regum uides.

Tyrj fuerunt Iudæis amici tempore Salomonis, quādo habuerunt Hy-
ram regem. 3. Reg. 5. Postea persecuti sunt eos, ut & aliæ nationes, quæ ha-
bitabant per Iudæorū circuitum. Idcirco Esaias ca. 23. prophetat cōtra eos,
sicut ferē contra omnes gentes, quæ hic nominātur, prophetat in suo libro
similiter & Hieremias, non alia caussa, quā q. uel persecuti sunt populum
Iudæorum, uel ad casum eorum lætati sunt.

Assur sunt Assyrij, ut dictum est alibi de Sennacherib rege Assyriorū.
Elij autem Loth sunt Moab & Amon, ut supra dictum.

Fac eis sicut Ma dian & Sifaræ, sicut Iabim in torrē-
te Cison. Disperierunt in Endor, facti sunt ut ster-
cus terræ. Pone principes eorū sicut Oreb & Zeb
& Zebee & Salmana. Omnes principes eorū qui
dixerunt, hæreditate possideamus sanctuariū dei.
Deus meus pone eos sicut rotam, sicut stipulā an-
te faciem uenti. Sicut ignis qui comburet syluam,
sicut flamma quæ cōburet montes. Sic persequeris
eos in tēpestate tua, & in ira tua conturbabis eos.
Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen
tuū domine. Erubescant & conturbentur in seculū
seculi, & cōfundantur & pereant. Et cognoscant q̄
nomē tibi dñs, tu solus altissimus super oēm terrā.
Ad hoc fecit olim deus uisibilia iudicia contra insensatos, neq; hodie ab

stinet; modo uidere possemus, ut ex his intelligeremus inuisibilia, Atq̄ adeo uisibilia iudicia signa tantū sunt inuisibilium, quæ longe magis horrenda sunt, qui enim non credit iam iudicatus est. Tu uides solum gentium istarū interitum carni horrendum, & non uides dei iudicium, quo inflammantur, & quiescere non possunt, donec uentant contra dei populum, & seuiant, & agantur spiritu uertiginis uelut rota, præcipientes in sua mala, & ebrii sua prudentia, & uomentes, Esa. 19. & abijciantur uelut stipula à uento, & fi-
ant, ut stercus terræ, qui paulo ante præ insania mentis superbiebant, quasi heredes & reges in templo siue sanctuario dei, ubi solus deus regnat. Hic ubi deus uoluerit, comprehenduntur tempestate dei & iudicio, ut fugere non liceat, nō minus quā arbores fugere possunt ex incendio, ubi sylua igni flagrare cœperit, Hic confunduntur antea gloriosi, diuites & sapientes & optimi uīri, & inelamant nomen domini, quod persecuti sunt, sed frustra, ut psal. 17. Clamauerunt, nec erat qui saluaret, ad dominum, nec exaudiuit eos, & psal. 77. Cum occideret eos, quærebant cum etc. Hic cogūtur agnos-
scere dominum & altissimum, cuius uerbum, ut Pharao, contempserunt.

Fac illis etc. id est, similiter percutere & deijce eos à gloria in opprobriū sempiternū, ut olim Madian & Sisaram etc. Iudicū. 4. & 6. & 7. In tor-
rente Cison, iudicū. 5. Illic erat locus Endor, cuius mentio quoq; fit. 1. Reg. 28. Sicut Oreb etc. Iudicum. 7. & 8.

Historia.

PSALMVS LXXXIII.

Titulus. πρὸ σκελευσις, super torcular filiorū Chore psalmus
SVMMA. Si hic ubi mentio fit torcularium rursum respicimus in men-
sem septimum, & in uindemiæ tempus, quando celebre erat festum taber-
naculorū, intelligimus prophetam in alia tabernacula, non manu facta re-
spexisse, & uisibilibus contemptis ad ea suspirasse. Pulcher quidem & san-
ctus conuentus populi dei, sicut & Balaam dixit, non tam coram uidens, q̄
prophetas. Nu. 24. Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua
Israël etc. Sed multo pulchrius & sanctius, quod propheta in hoc psalmo
expectabat. Aduerte ergo q; sancti olim, ut & nunc, per fidem ista uisibi-
lia prae inuisibilibus, quæ expectabant, contemnebant. Videbant enim si-
bi meliora tabernacula seruari in cœlis. In quibus iam per fidem secure ha-
bitamus licet adhuc in isto mortali corpore. id quod sic dicit Hebræa. 11. Fide
qui uocatur Abraham etc. iuxta fidem defuncti sunt omnes isti etc.

Taberna-
cula dei.

Item, Et hi testimonio fidei probati &c. 1. Corinth. 5. Scimus enim q. si terra
 reftris &c. De his tabernaculis Christus. In domo, inquit, patris mei mansio
 nes multæ sunt. Item, Ut recipiant uos in æterna tabernacula. Ista taberna
 cula fideles per fidem hic in terris incipiunt possidere. Spe enim, ait Apo
 stolus, facti salui sumus. Hinc Christus regnum dei & regnum coelorum ap
 pellat, è quo eiecti sint infideles iudæi, recepti omnes credentes, Matth. 8.
 Multi uenient ab oriente &c. Vnde Hier. 23. In diebus illis saluabitur Iua
 da, & Israël habitabit secure. Et Esa. 32. Et erit opus iustitiæ pax &c. Hoc
 enim est securitatis regnum, quia fideles per fidem certi sunt de bona uo
 luntate dei erga se &c. Et psalmo. 30. Quam magna multitudo &c. Et. 14.
 Domine quis habitabit &c. Item alibi, Quis ascendet in montem domini &c.
 Ita in hoc quoq. psalmo fideles, dum interim sunt in hac lachrymarum ualle,
 cupiunt ascendere in montem domini, ut est Esa. 2. Ut hic suscepti in regnum
 fidei, tandem ueniant ubi uidere liceat facie ad faciem, quod hic crediderunt.
 Est ergo unum regnum credentium, hic & in futuro, Sed q. sancti qui in eo
 sunt, suspirant quasi in eo nondum sint, hinc est, quia nondum arbitrantur,
 ut Paulus ait, se apprehendisse, scientes q. beati sunt, qui esuriunt & sitiunt
 iustitiam, iustitiam, inquam, illam fidei &c. Igitur ad hæc in spiritu pulchra
 tabernacula in quibus cum deo liceat in æternum habitare suspirant, dicen
 tes, Quam dilecta &c. Hic spiritus postulat pro sanctis gemitibus inenarr
 abilibus. Hinc fit, ut soli spirituales talia habeant desideria.

Sententia
 psalmi.

Quam dilecta tabernacula tua domine uir
 tutum, concupiscit & deficit anima mea in
 atria dñi. Cor meum & caro mea exulta
 uerunt in deo uiuo. Etenim passer inuenit sibi domum,
 & turtur nidum sibi ubi reponet pullos suos. Altaria
 tua dñe uirtutum, rex meus & deus meus. Beati qui ha
 bitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te.

In secula seculorum laudabunt te. Fe. Adhuc laudabunt te. Quod Hebræi
 hic addunt. Hieronymus transtulit, semper. De Sela uarie iudicant, ego
 nihil certi habeo, idcirco nihil adnotavi in his commentarijs. D. Martinus
 ea de re scripsit, ex quo pete.

Anima instructa uerbo dei & spiritu docta uidet, quid intersit inter regnum mundi & regnū cœlorum, inter Satanae pompā maledictam, & crucem Christi benedictam, Et contempta gloria mundi, quocumq; nomine siue sapientie, siue potentie siue sanctitatis appelletur, elegit opprobrium Christi, quæ est uera dei gloria, dicens, Quam amœna & concupiscibilia sunt domine exercitiū tabernacula tua, ubi liceat habitare sub umbra alarum tuarum, Anima mea suspirat ad ea, & præ desiderio languet, adeo hæc tabernacula concupiscit, contemptis tabernaculis peccatorū. Hoc est, quod in Canticis dicitur, Filie Hierusalē nunciate dilecto, quia amore languet. Et alibi in psal. Defecit in salutare tuū anima mea. Cor meum & caro mea, illud inuouatū, & hæc spiritu tracta (psal. 72. Defecit caro mea & cor meum) exultauerunt in deo uiuo. In mundo, ait Christus, pressuram habebitis in me pacem. Alij exultant in deo mortuo, id est, ficto, dum alius sua sapientia, alius sua fide iustitia, Ego autem, ait spiritualis, in solo deo uero, ut creatore, ut gubernatore & prouisoro, ita & patre & saluatore.

Spiritualis homo recto iudicio elegit.

Etenim passer &c. Non mirum si spiritualis homo natura spiritus, qui eum possidet, tractus, desideret ubi quiescat fiducialiter, & habet confidenter per deum tutus, cum & auiculæ natura sua ferantur, certe sine peccato, imò te deo actore, ut parent ubi tuto habitent.

Etenim passer &c.

Altaria tua, Repetendum est, Quam dilecta, ut psalmo. 42. Introibo ad altare dei ad deum, qui lætificat inuentutem meam. Altaria hæc inuicibilia sunt, ut & tabernacula, ut dixi psalmo. 25. ubi nulla sacrificia sunt, nisi sacrificia laudis siue gratiarum actionis & sanctificationis nominis dei, non hic opera legis, non uexationes conscientiarum, quales docent qui in hypocrisi loquuntur mendacium, sed mera gratia dei, & gratiarum actio sanctificatorum, psalmo. 49. Eruam te & honorificabis me, id quod hic sequitur, Beati qui habitant &c. Hinc illa illic beatitudo, & felicitas, quæ omnia illic dantur, & nihil exigitur, tantum uox laudis & grata corda inueniuntur. Regnum cœlorum gratis datur, qui operibus redimere uoluerit, nihil habebit, Longe enim melius est, quam ut pro tuis stercoreibus tibi donetur. Idcirco iustitiarum nunquam intelligent, quæ sint ista fiducie tabernacula, ubi est requies opulenta & securitas in sempiternum.

Beatus uir cui est auxiliū abs te, ascensiones in corde suo disposuit in uallem lachrymarum, in locum

quem posuit. Etenim benedictiones dabit legislator, ibunt de uirtute in uirtutem, uidebitur deus deorum in Sion.

Ascensio
res etc.

Beatus, cui omne robur & fortitudo est in deo, qui nullo fedit, nisi deo, Talis disposuit in corde suo, ut ascendat in uallem luctus, in locum, quem anima eius desiderauit, Mira phrasis, Videbantur in uallem esse descensionēs, & ascensionēs legis, sed omnis scriptura hoc habet, q̄ per descensionē exaltamur, per luctum transimus ad gaudium, per mortificationem Ade ad Christi uitam, ad tabernacula quæ posuimus in corde, id est, desideramus. Ita inueniuntur in ualle luctus tabernacula à deo exaltata, Philip. 2. Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu & c. Ibi, inquit, legislator, id est, deus, qui antea erat legislator, dabit pro legis onere benedictiones, id est, beneficia Euangelica, ibi homines proficient ex fide in fidem, & semper per spiritum fient seipsis robustiores, ibi uidebitur deus uiuus, qui est deus deorum in Sion, id est, populo suo, à reliquis enim extra ista tabernacula non uidebitur, id est, cognoscetur.

Ex Hebræo.

Ex Hebræo autem hæc paulo aliter leguntur, sic, Beatus homo cuius fortitudo in te, semitæ in corde eorum, qui transeunt per uallem fletus, fontem ponent eam. Etiam benedictionibus inductur doctor, ibunt de uirtute in uirtutem, apparebit apud deum in Sion.

In fletu solatium.

Qui transeunt per uallem fletus, id est, qui non amant hunc mundum, ut mundani, sed uallem fletus & miseræ esse iudicant, semitæ sunt in corde eorum, id est, non cupiunt hic manere, siue bonis & rebus mundi herere, sed pergunt, semper in anteriora tendentes, priorum, ut Paulus, obliti, & concupiscentes tabernacula domini uirtutū. Hi ponent siue facient eam, scilicet uallem fletus fontem, id est, dulcem quam bibant aquam. Hoc est, in amaritudine crucis habebūt consolationem spiritus, quam pro totius mundi uoluptatibus non cōmutarent, quemadmodū in fine huius psalmi aperte dicitur, Quia melior est dies una etc. De hoc fonte dicit Christus. Qui biberit ex aqua, quam ego do, fiet in eo fons aquæ uiuæ salientis in uitam æternam. Sic pulchre Heb. 11. Fide, inquit, Moses grandis factus etc.

Doctor Christus.

Benedictionibus indutus doctor.

Porrò hic doctor est Christus, qui multis benedictionibus uenit nobis doctor è cœlis (quæ hic prophetatur) & effudit illū fontē & benedictiones. id est, dona spūs sui super credētes, secū dñs iocē, ut & hodie quoq; effundit usq; in

finem seculi. Ipse enim suo spiritu docet in cordibus credentes, ut sint omnes beati doctor. His benedictionibus acceptis à doctore ibunt homines de uirtute in uirtutem, id est, de potentia spiritus in potentia spiritus, pergunt enim, & semper spiritu fiunt ex uerbo dei robustiores, id quod & Paulus dicit, Ro. 1. Ex fide in fidem, & 2. Corinth. 3. à claritate in claritatem &c.

Item, Ephe. 4. Donec occurramus omnes in uirum perfectum &c.

Apparebit autem ille doctor apud deum in Sion, id est, in congregatione fidelium, in tabernaculis illis dei non manufactis. Et non seorsum à deo apparebit, non docebit alia quam quæ dei sunt. Se enim declarabit missum à deo magistrum (ut ait Nicodemus) & apostolum dei (Heb. 3.) unde sic ait Christus Ioan. 22. Qui spernit me &c.

Pseudapostoli ergo sunt & nuncij diaboli, qui uolunt quidem apparere in Sion, id est, uideri doctores populi, sed non apparent apud deum, id est, docent ea, quæ deus eis non commisit &c. Item non gerunt uicem huius doctoris, qui indutus scribitur benedictionibus, qui non habet uerbum dei, id est, nulla consolatione spiritus possunt reuelare conscientias afflictas, imò maledictionibus solis, & excommunicationibus terrent & execrantur &c. Satis ex ipso fructu ostendentes, quod sint principes maledictionis æternæ, qui præter maledictiones nihil aliud nouerunt, qui ubi efficere non possunt, quod impie contra dei uoluntatem uolunt, inuocant brachium seculare, nempe quod brachium dei, & potentia spiritus eos deseruerit, quæ potentia Apostoli ueri, & apostolici utriusque erant pleni, & brachio dei glorificatur. Noster uero doctor benedictionibus induitur, cum quo nihil illis filijs maledictionis erit commune. Venit enim ipse non ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Et apostolus dicit, Potestas nobis data est in ædificationem non in destructionem. Verum de hac benedictione nostri doctoris, sequitur clarus psalmus, Benedixisti domine &c.

Domine deus uirtutum exaudi orationem meam, auribus percipe deus Iacob. Protector noster aspice deus, & respice in faciem Christi tui. Quia melior est dies una in atrijs tuis super milia. Elegi abiectus esse in domo dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quia misericordiam & ue-

ritatem diligit dominus deus, gratiam et gloriam dabit dominus. Nō priuabit bonis eos qui ambulat in innocentia, domine deus uirtutum, beatus homo qui sperat in te.

Protector. Fe. Clypeus. Abiectus esse. Fe. Super limen, uel apud ianuas am habitare. Peccatorum. Fe. Impietatis.

Quia misericordiā &c. Fe. Quoniam sol & scutum dominus deus, id est, dominus deus est in tabernaculo suo lumen & protectio, Esa. 60.

Desiderium
est oratio.

Nunc orationem uocat, quod antea ardens desiderium ad atria domini dicebat, ut idem esse indicet secundum illud, Desiderium pauperum exaudivit dominus &c. & precatur, ut nō ad indignitatē nostrā respiciat deus, sed in faciem Christi sui, in quo nos dilexit ante cōstitutionē mundi, Ephe. 1. Sed quare precatur, ut exaudiatur oratio, quæ est desiderium ad atria dei? Quia, inquit, melior est una dies in atrijs tuis, quàm mille in omnibus mūdi uoluptatibus, quas iam adeo uiles duco, ut potius uelim esse nouissimus in atrijs tuis, & persecutionē pati in regno cœlorum propter iustitiam, quàm esse primus, ubi regnat impietas & hypocrisis mūdo gloriosa. Quid enim prodest homini, si uniuersum mūdū lucretur, animæ uero suæ detrimentū patiat? Nec tamē in atrijs dei deerit omne bonū, psal. 33. Illic enim est misericordia in sanctos, & ueritas promissionū dei, quæ diligit deus, idcirco gratiam remissionis dat peccatorū, & gloriam adoptionis filiorū, ut ē peccatis liberati, ambulemus in noua uita, quæ admodū, docet in domo dei, ubi nihil boni deest illis, qui heredes regni sunt æterni.

Domine deus uirtutum, beatus homo qui sperat in te. Epiphonema, quo declaratur, qui in tabernaculis dei sint habitatores.

PSALMVS LXXXIII.

Titulus: προσέλευσις, filiorum Chore Psalmus.

SYMMA. Hic non opus est interpretatione, sed tantum ut tam immensam dei patris gratiam hic prophetatam, & iam mundo exhibitam agnoscamus, & audiamus cor de uerbum pacis, id est, uerbū Euangelij pacificans conscientias, quod ipse loquitur nobis, in quo audiendo pende ratio totius nostræ salutis. Nemo uero recte audire potest, nisi timeat deum, ut sic in terra nostra habitet gloria unigeniti filij dei, id est, remisso omnium peccatorū.

gratis per fidem in Christum. Hæc est misericordia, quæ cum ueritate promissionis dei iam simul exhibita est, & iustitia fidei cum pace conscientiarum, iam se mutuo complexæ sunt, quando etiam dominus dedit benignitatem, id est, pignus spiritus in cordibus nostris, ut terra nostra producat iustitiæ siue fidei fructum. Iustitiam enim fidei præmittit in corda nostra, & statim adest ipse cordis nostri inhabitator, 1oh. 13. Et illa iustitia non extraneam ibit, sed recta ducet & c. Ro. 8.

Misericordia
& ueritas ob-
uiauerunt & c.

Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. Remisisti iniquitates plebi tuæ, operuisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ. Conuerte nos deus salutarium nostrorum, & auerte iram tuam a nobis. Nunquid in æternum irasceris nobis: aut extends iram tuam a generatione in generationem? Deus tu conuersus uiuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.

Benedixisti. Fe. Diluxisti domine terram tuam, uel Cõplacuit tibi domine terra tua, uel, ut solet interpretes noster reddere, Voluisti domine terram tuam. Salutarium nostrorum. Fe. salutis nostræ. Salutare tuum. Fe. Salutem tuam.

Bonam uoluntatem dei patris erga suos, siue benedictionem in semine Abraham, quæ promissa erat, hic legis. Replesti, inquit, domine tua gratia terram tuam, id est, ubi tuus populus, qui in te confidit, habitat, sicut diximus supra de dei tabernaculis. Auertisti captiuitatem Iacob populi tui, id est, in te credentis, psal. 67. Cœpisti captiuitatem. Et exponit se, dicens, Remisisti iniquitatem plebis tuæ, id est, in te credentium, nam deus aliam plebem non nouit. Remisisti, inquam, nam plebs tua soluendo non fuit, ut satisfaceret pro peccatis, quemadmodum seruus ille qui debebat decem milia talentorum. Operuisti omnia peccata eorum, ut ne unum quidem esset reliquum, uel, quod tu seruares ad iudicium, uel de quo illi amplius haberent conscientiam, psal. 38.

Prædicatio
gratiæ.

Beati quorum &c. Mitigasti &c. id est, iugum seruitutis legis, & sententiã mortis latam contra nos ob peccatum, abstulisti per Christum tuum à nobis, Esa. 53. propter scelus populi mei ego percussi eum &c.

Conuerte nos.

Quia uero deus istam tuam gratiã nouimus ex uerbo promissionis tuæ, ex factõ missionis Christi tui, ad quam nemo se potest conuertere sine te ad nos conuerso. Rata est enim sententiã, Sine me nihil potestis facere. Id circo, Tu deus à quo est quicquid est salutis nostræ, conuerte nos, alioqui conuer-
ti non poterimus, ut Hieremias ait, Conuerte nos ad te, & cõuertemur &c. Et hic deus tu cõuersus ad nos, uiuificabis & iustificabis nos, & tunc plebs tua letabitur in te, non in suis meritis & iustitijs. Qui enim gloriatur, in domino gloriatur. Ostende nobis &c. ne ira tua contra nos seuiat in æternum, ut ablata seruitute legis, detur nobis gratia Euangelica.

Aduerte q̄ in prioribus uersibus, non tam gratia data prædicatur, quã promissa, & apud credentem certa, Atq; id more prophetico, quo futurum per præteritum exprimitur sæpe. Benedixisti &c. quasi dicat, Tantam ò de-
us tuam gratiam à te nobis promissam nouimus. Id circo eam uenire roga-
mus, dicentes, Conuerte nos &c. Sequentia hæc clarius indicabunt.

Audiam quid loquatur in me dominus deus, quoniam loquetur pacem super plebem suam. Et super sanctos suos, et super eos qui conuertunt cor ad eum. Verumtamen prope timentes eum salutare eius, ut inhabitet gloria in terra nostra.

In me, non est in Hebræo. Ad sententiã tamen pertinet, uerbum enim foris auditum nihil est, nisi habeas aures audiendi.

Et super eos qui conuertunt cor ad eum, uel breuius, Et super conuer-
tentes cor ad eum. Fe. Vt non conuertantur uel reuertantur ad stulticiã.

Gratia fidei
uerbi dei.

Vbi gratia dei est illic inuenitur omne opus bonum sua sponte gratiæ comes, uerum ad gratiam suscipiendam, ad impij iustificationẽ, ut fias Christi-
anus, filius dei, hæres æterni regni, opera nulla pertinent, alioqui nõ esset
gratia gratia sed meritum, neq; esset gloria solius dei, si & homo gloria-
ri posset se ad sui iustificationem fuisse cooperatum. Omnes peccauerunt
& omnes egent gloria dei. Hoc uero solum pertinet ad hanc gratiam, ut
audias

audias quid dominus tibi in corde tuo loquatur, ut credas corde deo magna promittenti gratis. Immensa promittit, tu tantum audi, id est, crede. Quæ sunt illa immensa? Loquetur, inquit, pacem conscientiarum & securitatem in deo sempiternam. Hæc est prædicatio Evangelij nõ legis, de qua Esaias, ut citat Apostolus Ro. 10. Quæ speciosi pedes Evangelizantium pacem, Evangelizantium bona. Sed, ut ait illic, non omnes obediunt Evangelio. Iccirco hic dicitur quod dominus locuturus sit suo Evangelio pacem super plebem suam, id est, super eos qui eius uerbo credunt, & super sanctos suos, id est, qui eius uerbo sanctificantur, quemadmodum Christus dixit Io. 17. Pater sanctifica eos in ueritate, sermo tuus ueritas est. Et super eos qui conuertunt cor ad eum, non manum aut uerba solum, quæ potest adhuc esse hypocrisis. In Heb. uero est, Ut non conuertantur ad stulticiam, id est, ita loquetur pacem Evangelij eis, ut uerbum amplexi abscedant à carnis sapientia, prudentia, iustitia, quæ sunt stulticia & impietas apud deum.

Pax Euangelica quibus.

Verumtamen & c. Scriptura hypocrisi nõ relinquit locum, sed ubiq; eã prodit & confundit. Hypocritæ putant ad se solos gratiam Euangelicam pertinere cum qua tamen ex diametro pugnant. Dicunt enim ubi hæc audiunt. Nos sumus plebs dei, nos sancti eius, nos cõuertimus cor ad ipsum, nos non conuertimur ad stulticiam, non sumus sicut ceteri homines & c. Iccirco hic additur, Verumtamen salus dei est apud timentes eum, qui tremunt ad uerba eius, ad iudicia eius, uerentes ne excidant, qui non putant se apprehendisse, sed esurunt & sitiunt iustitiam, qui nihil timent nisi deum etiam in bonis operibus, in nullo enim se audent iustificare. Contra in peccatis, in tentationibus, in morte norunt bene sperare scientes se benignum habere patrem, in deo semper fidunt, in se & quicquid ex se possunt semper diffidunt. Hic est uere timor domini & fides in deum, quæ ubiq; in scripturis prædicantur. Hypocritæ autem in suis bonis operibus & meritis fidunt, in malis diffidunt, illic opera sua pro deo erigunt, Hic deum non querunt, sed ad eadẽ opera confugiunt & ad uanas illas satisfactiones, ut uideas illos quocumq; te uerteris esse sine deo in hoc mundo, quemadmodum de gentibus dicit Paulus, Ephe. 2. & psal. 13. Dixit insipiens non in ore sed in corde suo, non est deus, non enim est timor dei ante oculos eorũ. Vnde & hic additur, Ut inhabitet gloria dei in terra nostra, id est, inter nos homines, quã gloriam ut non norunt hypocritæ, ita nosse non possunt dum interim aliud habent in quo glorientur, quã in deo.

Timor domini & fiducia sit.

Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax se osculatæ sunt. Veritas ex terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Et dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Iustitia coram eo præibit, & ponet in uiam gressus suos.

Veritas dei.
Iustitia dei.

In hac, inquit, gratia dei misericordia qua gratis subuenit deus & ueritas qua promissa implet, conuenerunt, nam hæc ut illam promiserat ita & præstitit. Iustitia quoque quæ est per fidem qua creditur ueritati dei & pax conscientiarum sese hic mutuo dilectionis uinculo osculantes complexæ sunt, non enim possunt separari, pax enim iustitiæ fidei indiuidua comes est, itcirco Paulus semper scribit, Gratia uobis & pax. Sed quid est quod dicit, Veritas ex terra &c. nisi quod iustitia fidei missa è cœlis in corda hominum, dei ueritas cœperit in terra, id est hominibus, proferre fructum salutis? Credere enim non potes ad iustitiam nisi illa iustitia prospiciat ex cœlo, qui iustitiam quærunt in terra & uiribus operibusque humanis non inuenient. At ubi acceperis iustitiam fidei è cœlis, Ephe. 1. & 2. iam primum credes diuine ueritati & promissioni, & salus est in terra. De qua sententia ne dubitares, ipse psalmus se exponit, dicens, Dominus dabit è cœlis benignitatem sui spiritus, & terra nostra dabit fructum suum, id est, credet & omnibus bonis operibus abundabit. Sicut enim terra externa nõ potest ferre fructum nisi fecunditatem accipiat è cœlis per solem, pluuiam, atque hæc ipsa temperata à deo, Ita (ut dicitur Ioan. 3.) non potest homo accipere quicquid nisi fuerit ei datum de cœlo. Et adhuc additur, iustitia fidei præibit ante faciem dei, id est, quando dominus uult uenire ad cor hominis efficit ut homo corde credat ueritati eius & statim ipse adest. Nam ubi ueritas uerbi eius est illic & ipse est. Et illa iustitia ponet gressus suos in uiam nõ extra uiam, id est, recta ducet hominem ut errare non possit, secundum illud, Lucerna pedibus meis uerbum tuum & lumen semitis meis. Hypocrisis autem & traditiones humane à uia abducunt & in foueam cæcos cadere faciunt &c.

PSALMVS LXXXV.

Titulus. Oratio Dauid.

SUMMA. Christus hic orat in forma serui, ut ex horrore mortis & inferorum liberetur. Deinde gloriatur sese liberatum ex inferno inferiori sine in simo, nam gloriam post crucē & ignominiam statim futuram præuidet, sicut quoq; uides in sermone cœnæ domini apud Ioannem. Præterea hic psalmus ad omnia pertinet membra Christi, quod enim Christus est propter nos, hoc nos quoq; sumus in Christo. Et nos per Christum liberati sumus ex in simo inferno ad quem damnati eramus. Interim uero in hoc psalmo quoq; prophetatur q̄ gentes ex omnibus nationibus relicturæ sint deos uanos & deum uerum adoraturæ, quod in Christi regno constat impleri. Non est similis, inquit, tui in dijs domine &c.

INclina domine aurem tuam & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego. Custodi animã meam, quoniã sanctus sum, saluum fac seruum tuum deus meus sperantẽ in te. Miserere mei quoniã ad te clamabo tota die, lætifica animã serui tui, quoniã ad te animã meam leuauĩ. Quoniã tu domine suauis & mitis, & multum misericors omnibus inuocantibus te. Exaudi domine orationem meam, & attende uoci deprecationibus meæ. In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudisti me.

Qui sentiunt necessitatem suam & aliorum, hi soli norũt orare, alij per Oratio ex hypocrisim simulant orationem, ut alibi diximus. Sic ergo orat, Exaudi & fiducia. libera me, Primum, quia inops, id est, miser & adstrictus sum, Deinde, quia sanctus sum, à te tuo uerbo cui credo sanctificatus & seruus tuus, qui non aliũde habeo auxiliũ quã à domino meo. Tertio, quia clamo tota die, id est,

ingiter tentatione durante, & animã meam ad te leuo, id est, ex corde clamo, psal. 14. Quarto, quia scio te benignũ & misericordem omnibus inuocantibus te. Nam non solum uerbum tuum habeo, sed etiam expertus sum ante benignitatem tuã quando in tribulatione inuocantem exaudisti me.

Non est similis tibi in dijs domine, & nõ est secundũ opera tua. Omnes gentes quascũq; fecisti uenient & adorabunt corã te domine, & glorificabunt nomen tuum Quoniã magnus es tu & faciens mirabilia, tu es deus solus.

Dij.

Quicquid siue gentes siue superstitiosi & uani iustitiarij sibi erigunt in quo confidunt (hoc enim est deus eorũ) non potest esse simile deo uero, non potest uitam dare, uitam conseruare, ne corporis quidem, non iustificare, nõ in tentatione & morte liberare, ut solus tu deus qui facis mirabilia, quæ nos agnoscere & predicare oportet. Psal. 9. Futurum est ut omnes gentes (quas certe tu creasti in gloriam tuam, Esa. 43.) non solum iam Iudæi, ueniant fide ad te, reuelata tua per Euangelium gloria, Esa. 40. & adorẽt te in spiritu & ueritate, Io. 4. & sanctificent nomen tuum quem patrem agnoscent in caelis, uide & psal. 65. Te ergo solum deum & solum omnia potentem, & quæ relictis erroribus adorabunt omnes gentes, inuoco in hac mea necessitate.

Omnes gẽtes.

Deduc me domine in uia tua, & ambulabo in ueritate tua, lætetur cor meum ut timeat nomen tuum. Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuũ in æternum. Quoniã misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno infimo. Deus iniqui insurrexerũt contra me, & synagoga fortium quæserunt animã meam, & non proposuerunt te in con-

specu suo. Et tu domine deus meus miserator & misericors, patiens & multæ misericordiæ et uerax. Respice in me & miserere mei, da potentiam tuam seruo tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ. Fac me cum signum in bonum, & uideant qui oderunt me & confundantur quia tu domine adiuuisti me & consolatus es me.

Deduc etc. Fe. Doce me domine uiam tuam. Letetur. Fe. Vnias uel uni cor meum. Iniqui. Fe. Superbi, id est, contemptores tui.

Vide quid Christus nos doceat orare siue Christi spiritus qui hic postulat pro sanctis. Non tam periculum est in eo quod patimur ab aduersarijs, *Ne deficiamus in tentatione.* quã ne deficiamus à uia & ueritate & timore dei propter persecutionem. Sum ne ergo necessaria oratio corporis Christi, Deduc me domine per uerbum tuum in uia tua ne ab ea uel latum digitum discedam, & te ducente & docente ambulabo in ueritate tua, id est, sequar uerbum tuum, quæ est uita uitæ. Fac ut uniatu cor meum, ut in tentatione non huc & illuc uacillet & dispergatur. Vel fac ut letetur cor meum in tentatione, Ro. 5. ita tamen ut timorem tuum non abiciat & incipiat gloriari de sua iustitia. Tunc laudabo te & sanctificabo nomen tuum, nõ hypocritarum more, sed toto corde *Ex inferno.* & in æternum. Quia misericordiam tuã magnam sensi per te liberatus ex morte & desperatissimo inferno, cuius horrore & uinculis penè eram perditus nisi tua manus adfussset. Non hic audis limbum illum patrum, quæ, ut alia taceam, appellatio est scripturæ sacræ ignorata, sed infernum audis inferiorem siue infimum, ut uideas omnia hic fuisse desperationis plena, quæ admodũ alibi quoq; orat, Non me demergat tempestas aquæ, neq; absorbeat me profundũ, neq; urgeat super me puteus os suum, ut scilicet liceat mihi redire ex hac morte, qua detineor dum interim potestas est tenebrarum.

In quo uero inferno fuerit & ut liberatus sit manu dei indicat oratio quæ sequitur, Deus contemptores uerbi tui quod prædicabam & confitebar uenerunt super me, & fortiores me facti sunt, ut occideret me. Psal. 17. nullo timore dei proposito ob oculos, Iccirco qui es dominus, id est, gubernator meus, & deus, id est, creator meus, nõ solum misericors, sed etiã misco

rator, id est, condolens infirmitatibus & miserijs nostris, & patiens si quid minus rectum & constans in nobis fuerit, & abundans misericordia & uerax in promissis, Psal. 50. Ut iustificeris &c. Da mihi seruo tuo robur spiritus & potentiam tuam, ut possim in te persistere uel inuitis portis inferorum, & saluum fac uel libera ab iniquis & superbis cōtemptoribus gloriae & ueritatis tuæ me filium ancillæ tuæ, id est, matris nostræ Sion siue Hierusalem quæ seruit tibi, est autem ecclesia omnium ab origine mundi credentium, cuius filius est quisquis credit deo, nam gignitur à deo filius dei per fidem ipsi ecclesiæ cuius membrū efficitur, & ipsa ecclesia prædicando gignit cum deo credentem uerbo dei, quemadmodū Paulus suos Galatas. Vnde dicit Sion, Esa. 49. Quis genuit mihi istos? &c. Et. 54. Multæ filiæ deserte quæ eius quæ habet uirum. Et Gal. 4. Hierusalem quæ sursum est & libera, est mater nostra. Vide psalmū sequentem. Significat ergo hic Christus & quisquis talia orat unum esse ex numero credentium, quemadmodū & supra dixit se sanctum. Quod si hic tibi placuerit intelligere filium ancillæ, id est sanctissimæ Mariæ uirginis quæ se ancillā dei agnouit, dicens, Ecce ancilla domini &c. per me licebit.

Fac mecum &c. Id est, ita age me glorificando ut innotescat etiā per me gloria tui nominis in confusionem & opprobrium illorum qui me propter te oderunt sempiternum, Amen.

PSALMVS LXXXVI.

Titulus. filiorum Chore psalmus cantici.

SVMMA. Gratia nouæ Hierusalem & nouæ Sion, quæ mater est non solum iam Iudeorum sed & gentium, hic breuibus quidem uerbis sed copiosa spiritus sancti sententia describitur.

FVndamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Memor ero Rhaab & Babylonis apud cognoscentes me. Et ecce alienigenæ & Tyrus & populus Aethiopum, hi nati sunt ibi. Nōne Sion dicet homo

& homo natus est in ea, et ipse fundauit eam altissimus. Dominus narrabit in scripturis populorum et principum horum qui nati sunt in ea. Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

Apud cognoscentes sic uolui resolueredatiuū ex græco, ut idem esset cū Heb. Fe. Erga cognoscentes me. Et eaz ꝑc. Fe. Eaz Palestina ꝑ Tyrus cum Aethiopia, hic natus est ibi, hic scilicet populus gentium.

Nōne Sion dicit. Fe. Et Sion dicitur. Est autē in Heb. Sion datiuus. q. d. Ad Sion uel Sioni. Reliqua infra dicemus.

Sub typo ciuitatis Hierusalem, quā dilexit dominus plus quā omnia tabernacula ꝑ ciuitates Iacob (quia ibi erat sacerdotium ꝑ regnū à deo cōfirmatum) describit non ipsam Hierusalem, non ipsam uisibilem Sion, sed uere ipsam Christi ecclesiam dilectam in dilecto filio dei à deo patre plus quā omnia tabernacula Iacob, id est, pulchritudines illas ꝑ obseruariōes legis, in quibus ante Christi aduentum morabantur ꝑ habitabāt, non tam tabernacula, quā carceres, et tamen habitationes dei ad paruulos filios coercendos. Sic enim ait Paulus, Priusquā ueniret fides sub lege custodiebamur cōclusi in eam fidem quæ reuelanda erat ꝑc. Gloria Moysi tam magna, præ gloria Christi, id est, Euangelij gloriæ dei, nihil est. 2. Cor. 3. Vnde Heb. 12. Non accessistis ꝑc. Sed accessistis ad Sion montem ꝑ ciuitatem dei uiuentis cœlestem Hierusalem ꝑc. Hic uere est regnū ꝑ sacerdotium, quotquot enim sunt huius Sion per fidem filij reges in Christo sunt ꝑ sacerdotes. 1. Pet. 2. Apoc. 1. ꝑ. 5.

Huius ciuitatis fundamēta nō sunt in arena aut in sima terra, sed in montibus, non tamē terrenis sed sanctis uel sanctitatis, id est, in cœlis habet fundamēta. Ex fide enim ꝑ spe in deū ista surgūt pietatis edificia, sicut habes Apoc. 21. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cœlo ꝑc. Hic est mons domus domini in uertice montium eleuatus super colles, ut uideas fundamentū huius domus esse Christum, Esa. 2. 1. Cor. 3. Vnde ꝑ Heb. 11. de Abraham dicitur, Expectabat fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex ꝑ conditor deus.

O ciuitas dei, id est, in qua deus ipse cū oībus suis electis inhabitat, gloriōsa dicta sunt de te in oībus scz scripturis, in quibus deus ipse p sanctos suos prophetas ꝑ aplos de te ꝑ figuris ꝑ miraculis ꝑ uerbis testificatur. 9. 118

sis sponsa ornata deo, quæ ei parias (ut Maria uirgo) ex spiritu sancto filios ex omni natione quæ sub cælo est, id est, nõ ex semine humano, sed ex semine dei, uerbo spiritus non traditionibus humanis. De quo partu Sion & natiuitate filiorum eius apertius sequitur quàm ut ullus Iudæorum negare possit. Alioqui dicant nobis Iudæi quomodo gentiles illi populi, de quibus sequitur, nati sunt in Sion & Hierusalem illa terrestri. Potest & sic legi ex Heb. interprete Aurogallo nostro, Gloriosa loquitur (scilicet dominus) in te ciuitas dei. Quo significatur in ecclesia esse uerbũ dei, quod est uita æterna, quod extra ecclesiam ignoratur, ubi omnia humanis traditionibus contaminantur.

Inducitur ergo deus, dicens, Memor ero Rahab & Babylonis apud cognoscentes me, id est, in conspectu & congregatione illorum qui cognoscunt me, qui fide sunt populus meus, memor ero & agnoscam Rahab & Babylonem, in populo Hierusalem & Sion computabo Rahab & Babylonem hæc tenus maledictas gentes. Non est quod ultra gloriètur Iudæi se solos esse populum dei, ego assumam ex omnibus gentibus mihi filios quorũ memor sum, id est, quorum nomina scribam in libro uitæ, ut sint in memoria coram me, & sint mihi populus etiam gentiles hæc tenus præ cæteris maledicti & populi mei persecutores, ut sunt Aegyptij, Babylonij, Palestini, Tyrij, Aethiopes, qui omnes nati sunt ibi, id est, in Sion & ciuitate dei, de qua gloriosa dicta sunt, quæ plus amat dominus spõsus eius quàm oia tabernacula Iacob.

Alienigenas esse Palestinas gêtes siue Philistijm alibi quoq; diximus, Rahab uero nõ est hic nomẽ meretricis, de qua in lib. Iosue, sed est appellatiuũ quod interpretatur superbia. q. d. Memor ero superbiæ, id est, illius populi qui me antea continebat. Vnde Chaldaica translatio pro Aegypto accipit:

Nõne Sion dicet, id est, certe Sion prædicabit de seipsa quasi de alia dicens. Homo & homo natus est in ea &c. Nũc autẽ in Græcis exemplaribus legitur μήτηρ σιών, id est, mater Sion, pro μήτηρ, id est nõne. Nam si Hebræum cõsulas non inuenies hic dictionem quæ matrem significet, tamen si non male hoc loco conueniebat, ubi Sion parere dicitur deo filios, quæ dicit Esa. 49. Quis genuit mihi istos? In Heb. Et ad Sion dicitur, id est, inuulgabitur & prædicabitur ad ipsam de ipsa quasi de alia hoc quod sequitur, Vir & uir uel homo & homo natus est in ea, id est, unusquisq; qui natus est ex spiritu natus est in ea, hoc est in Sion, quemadmodũ simile est Ioan. 1. Illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

Est autẽ uir & uir uel homo & homo, hebraismus, pro unusquisq; quẽ
ad modũ

admodum Ezechielis. 14. Homo homo de domo Israël, id est, quicumque ex
 Israëlitis quisquis tandem fuerit, ubi quidam non satis in loco scripserunt
 de duplici homine exteriori scilicet & interiore, ita sepe sua mysteria in
 arenam edificant. Et qui hebraismum hoc loco non uiderunt pie quidem
 interpretati sunt de Christo deo & homine nato in Sion, sed nihil ad rem,
 nempe sic ex uulgata translatione, Nūquid Sion, id est ecclesia, dicet homo,
 scilicet est? q. d. non simpliciter homo est, duo enim dico, & homo similis no-
 bis natus est in ea, & ipse idem homo qui natus est in ea est altissimus qui
 fundauit eam. Atque per hoc significari aiunt, q. Sion confitebitur in senatum
 eum qui non solum homo est, sed & deus est altissimus, suae genitricis, id est
 ecclesiae, fundator. Pium quidem hoc & praeterea argutum, sed cum hic uer-
 sus hoc non habeat, cur blasphemis Iudaeis praestamus irridendi occasio-
 nem, quasi non habeamus satis clara ex scripturis testimonia de domino Christo
 deo & homine? Nos habemus in hoc Psalmo insigne testimonium contra Iu-
 daeos pro multis scripturis de spiritali Sion & Hierusalem, quas scriptu-
 ras ipsi conantur ad se detorquere, ut ante diximus. Ergo unumquemque na-
 tum in ea, significat non solum Iudaeos pertinere ad istam spiritus natiuita-
 tem, sed omnes sine personarum acceptione.

Vt autem hic nemo aliquid meriti in hac regeneratione & inuolutione
 siue noua conuersatione sibi arroget, quasi nostris studijs, uiribus & operi-
 bus hoc ipsum nobis assequi liceat, additur, Et ipse altissimus fundauit eam,
 id est, fundamenta eius posuit, & initium iustificationis eius deus est, sicut
 & progressus & consummatio, Nemo enim ad deum sine deo uenire po-
 test, quemadmodum Christus ait, Nemo potest uenire ad me nisi pater meus
 qui misit me traxerit eum. Item, Nemo uenit ad patrem nisi per me. Atque hic
 semel cadit illa factio theologistica iam dudum contra Euangelium gloriae
 dei concitata & c.

Sequitur ex Heb. Dominus narrabit uel numerabit cum scribet popu-
 los, Hic natus est ibi, uel istum esse genitum ibi, id est, Dominus quando scri-
 bet uel quando conscribet populos, scilicet qui nati sunt in Sion, ut supra,
 in librum uita, tunc numerabit uel narrabit ex suo uel in suo libro, dicens,
 Hic natus est ibi, hic scilicet fidelis homo uel hic populus natus est ibi, id est
 in Sion, hunc habeo inscriptum, eius nomen noui. Singulos enim ex spiritu
 renatos nomine nouit & nominatim uocat, ut pastor oues, Ioan. 10. & nouit
 deus qui sunt sui. 2. Tim. 2. Solius ergo dei est pronunciare de uero Christia-
 no, quippe qui certo dicere potest, Hic natus est ibi, de hac scriptura dixit

Christus discipulis, Gaudete & exultate, quoniam nomina uestra scripta sunt in caelis. Quod quaeso quid aliud est quam quod supra dixerat deus, Memor ero Rahab & Babylonis &c. Porro quod nos ex Græco legimus, ut Hebræo aliquo modo respondeat, sic intelligere licet. Dominus narrabit, pronuntiabit prout inueniet scriptum in scripturis populorum &c. id est, in libro uitæ in quo scripti sunt populi & principes populi Apostoli & doctores, qui nati sunt in Sion, id est, qui credentes sunt & dei filij per fidem facti.

Sequitur, O ciuitas dei, in te est, habitatio non huius solum aut illius populi, sed omnium, sicut latantium, id est, quorū corda & conscientia gaudent de remisso peccato & q̄ adoptati spiritali natiuitate in filios heredes sunt dei, coheredes Christi. Hic autem uersus ex Hebræo sic legitur, Et cantores sicut tripudiantes, omnes fontes mei in te. Et cantores, scilicet illic sunt. Quo significatur pax dei & sensus misericordiae eius in cordibus erudentium, quæ exuperat omne mundi gaudium. Omnes fontes mei in te, ut sit uerbum dei dicentis, Omnis gratia spiritus mei super te Sion dilectam effusa est & in te regnat. Sic Esaias quoq; prophetauit, Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Extra Christi ecclesiam non est salus. Hic enim sunt omnes dei fontes, & ut Felix dixit, omnes contemplationes. Ut non liceat extra eam inuenire aquam uiuam quæ saliat in uitam æternam, aut quod idem est dei contemplationem siue cognitionem. Aurogallus noster sic legit, Et cantores tanquam tibicines, omnes alternatim canent tibi, id est ab omnibus qui in te sunt o ciuitas dei audies uerbum consolationis & sanctificationem nominis dei cum gaudio eterno.

Quæ propter cum gratia ecclesiae sit inuisibilis, nihil est quod eam externa larua metiamur. Quod enim diligit eam dominus, q̄ deus in ea inhabitat, q̄ ipsa cognoscit deum, q̄ omnes populi in ea nascuntur, q̄ illic deus omnia ædificat etiam à fundamento, q̄ dominus scribendo pronuntiabit de ea & non homo, q̄ illic est laticia spiritus & omnes fontes & emanationes gratiarum dei, quæ omnia in hoc Psalmo dicuntur, nonne omnia hæc ab oculis carnalibus abscondita sunt? Ideo Christus mandat ut non iudicemus ne iudicemur. Et Paulus, Nolite ante tempus iudicare &c. 1. Cor. 4. In quod iudicium & pedibus & manibus hodie irruunt cæci ueritatis Euangelicæ, si fieri potest, uiolatores.

Quæ dei &
Christi sunt
inuisibilia
sunt.

PSALMVS LXXXVII.

Titulus. { Canticum Psalmi filiorum Chore.
 { *προσκέλευσις* super infirmitatē ad humiliandū.
 { Eruditiuum Heman Ezrahitz.

De Heman cantore & Psalmista lege. I. Para. 16. & 25. Non obscurum autem est quare titulus indicet, hic canit super infirmitatem ad humiliandum, lege psalmum & intelliges.

SVMMA. Hic Christus & in eo Christianus sine fidelis penitus derelictus, nulla accepta consolatione orat, Psalmus itaq; iste non habet similem. *Psalmus singularis.*
 Ceteri enim omnes psalmi qui tales describunt angustias, lato sine concludunt, hic autem omnia tacent & c.

Domine deus salutis meæ, in die clamaui
 & in nocte coram te. Intret coram te oratio
 mea, inclina aurem tuam ad precem meā. Quia
 repleta est malis anima mea, & uita mea inferno ap
 propinquauit. Aestimatus sum cum descendentibus
 in lacū, factus sum sicut homo sine adiutorio
 inter mortuos liber. Sicut uulnerati dormientes in
 sepulchro, quorū non es recordatus amplius, & ip
 si ex manu tua expulsi sunt. Posuerunt me in lacu
 inferiori, in tenebrosis & in umbra mortis. Sup me
 confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos
 induxisti sup me. Longe fecisti notos meos a me,
 posuerunt me abominationē sibi. Traditus sum et
 nō egrediebar, oculi mei lāguerūt præ inopīa. Cla
 maui ad te dñe, tota die expādi ad te manus meas.

Posuerūt &c. Fe. Posuisti me in puteo inferiorū, in tenebricosis, in profunditatibus. Item, Posuerūt me abominationē sibi. Fe. Posuisti me abominationem ipsi. Sed in his nō est diuersa sententia. Inimici enim nihil possunt in nos nisi faciente domino, cuius bona uoluntas est ut patiamur.

Traditus &c. Felix, in carcere inclusus sum & non egrediar. Inopia, Felix, Afflictione.

Derelictus. Domine deus cur sic abijcis, ut etiam inuocantem nō exaudias, repletū omni miseria & afflictione? qui nihil uideo nisi inferos & mortem, similis omnino illis qui abijciuntur à te in æternam damnationem, sicut homo quē nemo iuuat, inter mortuos derelictus quasi nunquā rediturus ad uitā, sicut interfecti qui mortui iacent in sepulchris, quos non solum nemo iuuare potest, sed etiam quia in impietate occisi sunt in æternum à te abiecti sunt & damnati. In inferis detineor, in tenebris ut ne lux quidem solis mihi luceat præ horrenda mentis confusione & specie mortis. Tu quem solum sperare licebat adiutorem tuo furore & omnibus tuis fluctibus agis contra me, ut semel obruar & submergar, & præterea non solum reliquæ creaturæ recesserunt à me sed etiam noti & proximi, quibus etiam abominatio factus sum, id est, stulticia, immundicia & impietas. Neq; est ut finem uideam his malis quibus uelut æterno detineor carcere, & iam oculi mei deficiunt, ut amplius ad te suspicere non liceat, quemadmodū & Ezechias dixit, Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.

Inter mortuos liber. Inter mortuos liber uel cū mortuis libertas mea, recte ex Heb. uersum, sed quod hic interpretati sunt q; solus Christus liber fuerit inter mortuos, non uinctus in morte, sicut dicit Petrus, Act. 2. puta qui habuerit in potestā te & ponere & resumere animam suam, nō huc pertinet, repugnante etiā ipso contextu, imō hoc solo uersu, qui in Heb. incipit, Inter mortuos liber sicut interfecti dormientes in sepulchris quorum nō es memor amplius, qui de manu tua repulsi sunt. Ut hic uocabulum liber nihil aliud significet, quàm relictus sine derelictus, & libertas derelictio, sicut & paulus utitur, Ro. 6. Cum, inquit, serui essetis peccati liberi eratis iustitiæ. Et cum hic psalmus exponat seipsum, de hac sententia dubitare non licet. Sic, inquit, sum inter mortuos liber sicut interfecti qui iacent in sepulchris, quorum tu deus non es memor amplius, qui etiā de manu tua repulsi sunt. De Christo certū est q; in angustia & horrore mortis & inferni derelictus est ad tempus, quē admodū psal. 17. dicit, Circūderunt me dolores mortis, & pericula inferni &c. Vide quæ diximus psal. 6.

Nūquid mortuīs facies mirabília aut medici susci-
tabunt et confitebūtur tibi? Nunquid narrabit ali-
quis in sepulchro misericordiā tuā, et ueritatē tuā
in perditione? Nūquid cognoscētur in tenebris mi-
rabília tua, et iustitia tua in terra obliuioni tradita?

Aut medici suscitabunt, scilicet mortuos, & confitebuntur tibi, scilicet mortui? Fe. An mortui resurgent & celebrabunt te?

*Hoc est quod psal. 6. dicitur, In inferno autē quis cōfitebitur tibi? Et ali-
bi, Non mortui laudabūt te domine, neq; oēs qui descēdunt in infernū. Sed
nos qui uiuimus &c. Et Ezechias, Quia, inquit, infernus non confitebitur ti-
bi, neq; mors laudabit te, non expectabunt qui descendunt in lacum uerita-
tem tuam. Viuens uiuens confitebitur tibi sicut & ego hodie. Sicut in ater-
num abiecti à deo & extrudendi in ignem æternum non possunt nisi deo
maledicere & iudicium eius accusare & opera eius condemnare. Ita nihil
differunt ab eis qui hic quandoq; deseruntur in ista horrēda tentatione dū
interim non liberantur. Ceterum sancti hic tenentur manu dei, ut non pe-
reant, imò hæc tentatio cedit eis in salutem, ut omnia alia, quibus præterea
non imputatur si quid hic deliquerint. Christus autē ad hæc urgebatur qui-
dem qui per omnia similiter nobis tentatus est, sed peccare non potuit. San-
cti uero quā cadant sepe in his, testis est uel historia Iob.*

*Ait ergo, Domine deus quid profuerit tibi, quæ mirabilia, quæ laudem,
quæ misericordiam, quæ ueritatem, quæ iustitiam qua soles iustificare hoīes
de te prædicabimus, si nos dereliqueris in morte, in sepulchro, in perditio-
ne, in tenebris, in terra cuius non es memor amplius? Reuocato nos à morte
ad uitam, ab inferis ad regnū cælorum, è sepulchro ad resurrectionē, è per-
ditione ad salutem, è tenebris & regno principis tenebrarū ad regnum lu-
cis, ut nō computemur inter illos qui ex manu tua expulsī sunt, sed inter il-
los quibus dicis, psal. 30. Firmabo super te oculos meos &c.*

Et ego ad te dñe clamaui, et mane oratio mea præ-
ueniet te. Quare dñe abijcis animā meā, auertis fa-
ciem tuam a me? Pauper sum ego et in laboribus a

iuuētute mea, exaltatus autē humiliatus sum et cōturbatus. Sup me transierūt iræ tuæ, et terrores tui conturbauerunt me. Circūdederunt me sicut aqua tota die, circumdederunt me simul. Elongasti a me amicū et proximū, et notos meos a miseria.

In laboribus à iuuētute mea, id est, in angustia & dolore totā uitā meā transegi. Qui enim pie uolūt uiuere in Christo persecutionē patientur. Nō est seruus maior domino suo. Fe. Expirans pr. excussione, id est, deficiens & uitam amittens propterea q. sic excutis & abijcis me ex manu tua.

Exaltatus autē deicētus sum, grauior deicētio est ubi quid altius erigitur ut fortius deicētum frangatur. Fe. Tuli terrores tuos, dubitabo. Terrores iudi. ij dei significat. Dubitabo scilicet ne forte deficiam, Adeo uidentur omnia ad desperationem urgere. Miseria. Fe. Obscuritate.

Absq; consolatione.

Clamau & clamabo etiā ante lucem & tamē me abijcis, & indignabū. dus faciē tuam à clamore meo auertis. In miserijs & cruce uixi toto iēpore uitæ meæ, nunc autē traditus in mortem & infros grauius & confundor & tuo iudicio horrendo premor uelut aqua maris obruētē. Desertus sum, ab omnibus in hac miseria & caligine mortis, atq; id te faciētē. Aufrs quicquid est consolationis & addis quicquid est doloris & angustie, ut nihil tā pugnare contra me uideatur quā tu ipse, & præterea huius tui in me furoris non liceat uidere finem.

Hic uides q. deus non derelinquit eos qui etiā sibi derelicti uidentur, & in desperatione faciūt ne desperēt. Alioqui quid clamaret iste dic ac nocte?

PSALMVS LXXXVIII.

Titulus. Eruditium Ethan Ezzrahitæ. 1. Para. 15.

SV MMA. Misericordia dei & ueritas de Christo promissa hic prædicatur, atq; adeo gratia Evangelica per Christū. Vrgetur uero deus fide promissionū suarū siue ueritatis suæ, ut cōpleat quod promisit. Tūc, inquit, locutus es in uisione &c. Verū hæc constans in promissiones dei fides quā tos sustineat insultus finis psalmi declarat. Tu uero, inquit, repulisti &c. Atq; hic audis Christū omnia quæ salutis nostræ sunt prædicantē, fidem scilicet & charitatem & crucem. Et certe corpus Christi hic de Christo promissa lo-

Quitur, & se abiectam conqueritur ecclesia his nouissimis temporibus &c.

Misericordias tuas dñe in æternū cantabo. In generationē & generationē annuncia-
bo ueritatem tuam in ore meo. Quoniā dixisti, in
æternū misericordia ædificabitur, in cœlis præpa-
rabitur ueritas tua. Disposui testamentum electis
meis, iurauī dauid seruo meo, usq; in æternū para-
bo semen tuū. Et ædificabo in generationem & ge-
nerationē sedem tuam. Confitebuntur cœli mirabi-
lia tua domine, & ueritatē tuam in ecclesia sancto-
rum. Quoniā quis in nubibus æquabitur domino,
assimilabitur domino in filijs dei: Deus qui glori-
ficatur in consilio sanctorum, magnus & terribilis
super omnes qui in circumitu eius sunt. Domine
deus uirtutū quis similis tibi: potens es domine et
ueritas tua in circūitu tuo. Tu dominaris potestati
maris, motum fluctuū eius tu mitigas. Tu humili-
asti sicut uulneratū superbum, in brachio uirtutis
tuæ dispersisti inimicos tuos. Tui sunt cœli et tua
est terra, orbem terræ et plenitudinē eius tu funda-
sti, aquilonem et mare tu creasti. Thabor et Her-
mon in nomine tuo exultabunt, tuū brachium cū
potētia. Firmet̄ manus tua, exaltetur dextera tua,

iustitia et iudicium præparatio solij tui. Misericordia et ueritas præcedent ante faciem tuam, beatus populus qui scit iubilationem. Domine in lumine uultus tui ambulabunt, et in nomine tuo exultabunt tota die, et in iustitia tua exaltabuntur. Quia gloria uirtutis eorum tu es, et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Quia domini est assumptio nostra, et sancti Israel regis nostri.

Quomā dixisti, id est, tu promissisti quod sequitur. Fe. Quoniam dixi, id est, quemadmodum sequitur, annunciaui ueritatem tuam quā promissisti.

Cœli

In æternū misericordia edificabitur. Fe. Mundus misericordia edificabitur, nempe qui iudicio dei ante perijt ob Adæ peccatum. In cœlis præparabitur ueritas tua. Sicut sub Christo nouus mundus est, ita et noui cœli. Alioqui dicit, Regnū meum nō est de hoc mūdo, De regno ergo cœlorū loquitur in quo sunt illi cœli, de quibus psal. 17. Cœli enarrāt gloriā dei &c. De quibus et hic infra, Confitebuntur cœli mirabilia &c. quos et nubes et sanctos et filios dei appellat. Fe. Cœlos stabilies, ueritas tua in eis. Esa. 51. Posui uerba mea in ore tuo, et in umbra manus mee protexi te, ut plantes cœlos et fundes terram &c. Disposui &c. Fe. Pepigi fœdus electo meo.

Mirabilia tua. Fe. arcanū tuū. i. Euangelū ab æterno absconditū, Ro. 16. Ephe. 3. Deus qui glorificatur &c. Fe. Deus robustus in arcano sanctorū ualde, et terribilis sup &c. Potestati Fe. Superbie. Mare. Fe. Meridiē. Præparatio. Fe. Habuaculū. Quia domini est assumptio nostra &c. Felix, Quia à domino scutū nostrū, et à sancto Israel rex noster. i. Messias à deo qui sanctificat Israelē datur nobis scutū, redēptio, iustitia, sanctificatio &c.

Deus ut cogitar
suis promissionibus.

De Christo esse psalmum notum est uel ex promissione dei quæ legitur 2. Reg. 7. quæ et hic habetur, Cum, inquit, completi fuerint dies tui &c. At hic nō tam prophetam loqui de Christo quā Christum de se finis psalmi ostendit. Memorare, inquit, quæ mea substantia &c. Et iterū, Memor esto domine opprobrij seruatorum tuorum quod continui in sinu meo. Itaq; in hoc psalmo egregium nobis exemplū Christi propositū est, quomodo in aduersis et corporis et animæ deus cogendus sit suis promissionibus, nō q; tu possis tantā

cogere maiestatem obiectis eius promissionum uerbis, quæ admodum magi demones obiectis quibusdam characteribus, sed cum ista dicimus non de uerbis promissionum loquimur, sed de fide in promissionum uerba. Alioqui uerba in se manent uera, quia dei sunt, sed dum tu non credis tibi nihil profunt. Hæc est lucta Iacob quæ hic describitur, hic deus uinci se etiam gaudet, Omnia enim suntabilia credenti, quid quæso præualebit illi, cui deus dedit potestatem etiam ipsum deum uincere? Dedit autem potestatem dum promisit. Hic si credis cogitur non solum per misericordiam, sed etiam per ueritatem suam, id est, necessario exaudire. Non enim seipsum negare potest, id est, æterna ueritas mentiri non potest, ut iustificetur in sermonibus suis et uincat cum iudicatur.

Igitur hic Christus in angustia et horrore mortis et inferni deprehensus, Christus in membris. ut uides in fine psalmi, imò Christi corpus (id est, ecclesia in qua et pro qua orat Christi spiritus gemitibus inenarrabilibus, Ro. 8.) in hac nouissima AntiChristi persecutione, quædo Euangelium glorie dei per traditiones humanas et uexationes illis conscientiarum ablatum est, et regnat impune hypocritica impietas, etiam nunc detecta persona ita ut excusatio erroris nulla ferè supersit. Christus, inquam, et hoc Christi corpus hic per spiritum (ne quid desperes quia nostræ orationes languent) constantissime urget deum sua misericordia et ueritate Dauidi promissa, id est, semini Dauidis Christo, ut alibi diximus uel psalmo. 17. Et ait, Vt cumque appareant omnia iudicijs dei plena et potestate tenebrarum, tamen in æternum per me et meos prædicatione misericordiam tuam o deus et ueritatem, nunquam diffidam, Verbum enim tuum habemus quod misericordia tua erit æterna, et ueritas tua erit in electis Promissio dei. qui sunt regnum cælorum et regnum æternum, quod socius et testamentum tuum electis et Dauidi pactum de semine et folio eius erit æternum. Esa. 9. Super solium Dauid etc. et. 55. Feriam uobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles. Ecce testem populis dedi eum, ducem et præceptorem gentibus etc. Iccirco cæli, id est sancti, in quibus habitas prædicant mirabilia tua, arcanum tuum, id est, Euangelium et promissiones tuas in ecclesia sanctorum, nam hæc impijs et hypocritis (qui non admittunt uerbum tuum sed sequuntur et defendunt sua somnia) manebunt occulta, cognoscent autem soli qui sunt à te sanctificati.

Quonia quis etc. Nihil hic nobis metuendum quasi non possit præstare deus Potest deus præstare. quod promisit. Si enim fortis est et mirabilis in sanctis suis qui cæli sunt enarrantes gloriam dei, Psal. 18. nubes uolantes ut pluant imbrem uerbi dei, Esa. 60. filij dei per fidem. Ioan. 1. qui omnes sunt in circuitu eius, id est, apud

cum in regno spiritus habitant, & ueritas quoq; eius in circūitu eius est, id est, nunquā cadit ipsi in obliuionē, quæ non solum ob oculos est dū sanctos iugiter uidet, quibus illa ueritas ex pacto promissionis debetur, sed etiā ipse deus est sua ueritas. Si, inquā, in sanctis mirabilis & potens est & opere & sermone, ita ut etiā confundatur sapientia humana uidens effici ea quæ ipsa comprehendere non potest, Qui fieret ut in seipso nō magis potens, admirabilis & terribilis sit, cui nemo sanctorū potest comparari? Hic superbiā maris & ferocientis mundi comprimit motus. Hic conterit & occidit superbū Pharaonem & totū regnū eius, qui significabat Satanā cum toto suo regno quod populū Euangelij non potest non persequi ad suum ipsius interitum. Esa. 51. *Consurge, consurge, inducere fortitudinem o brachium domini, Consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorū. Nunquid non tu percussisti superbū, uulnerasti draconem? Nunquid non tu siccasti mare, aquam abyssi uehementis &c?* Breuiter, Huius est cælum & terra, qui omnia creauit, Et adhuc dubitabimus an prestare possit quod promisit, an potestus mundi & seuiens in sanctos Satanæ regnum possit auferre quod dei misericordia & bona uoluntas cupit dare?

Montes exultant.

Thabor & Hermon &c. Veritas tua mundo publice manifestabitur, id quod certo scimus, tantum abest ut dubitemus uenturam. Tunc Thabor & Hermon in noīe tuo exultabunt. Quod aut more scripturæ dictū est, quem admodū Esa. 55. Montes & colles cantabunt corā uobis laudē, & omnia ligna regionis plaudēt manu, ut intelligas ipsam quoq; terrā exultaturam ad gratiā illam & stupēda miracula dei per Christū, quemadmodū & alibi de gaudio exitus ex Aegypto, Montes, inquit, exultauerūt ut arietes et colles sicut agni ouīū. Aut dicēdo respexit proprie ad istos montes qui sunt in Galilæa, ut etiam certū locū designaret gratiæ mūdo apparituræ in Christo. In illis enim locis Christus prædicauit, miracula fecit, multitudinem hominū cibo etiā corporali paut. Et præterea in Thabor facta fuisse dicitur illa transfiguratio domini quæ in historia Euangelica legitur. Thabor est mons in medio Galilææ. de Hermon diximus psal. 41. & 28. Vide Deut. 3.

Prædicatio Euāgelica.

Atq; hic i sex uersibus uide insignē apertamq; gratiæ dei prædicationē, ubi deo tribuitur iustificationis gloria, nihil nobis, tantū beati prædicamur, si sciamus inbilationem. Primi, In noīe tuo & in nullo alio exultabunt, id quod infra clarius audiemus. Deinde, Tuū brachium cū potentia, id est, nō dubitamus te omnia egregie posse, in manu tua esse quicquid est salutis & liberationis, hoc tantū rogamus ut firmetur, id est, robusta ostendatur. ma

nus tua, Potens quidē est auxilium tuū, sed ueniat, ne dissimulet dum urget
suis copijs in nos a duersarius. Præterea Iustitia & iudiciū præparatio sunt
uel habitaculū solij tui, id est, Iustitia fidei & iudiciū timoris dei sunt in quib
bus habitat tuū regnū, qui regnas in illis solis qui in te confidūt & se suāq;
oīa iudicantes siue condēnantes, te timēt, que dona ex nobis habere nō pos
sumus. Nā sequitur, Misericordia qua gratis donatur remissio peccatorū, &
ueritas promissionis tuæ creditæ, qua te debitorē nobis facit, præcedent faci
ciem tuā, id est, præparabūt corda ut inhabites Ioan. 14. Si quis diligit me,
sermonē meū seruabit, & pater meus diliget eū, & ad eū ueniemus & man
sionem apud eū faciemus. Demū apertissimis quoq; uerbis hæc gratia sic de
scribitur, Beatus populus qui scit iubilationem, id est, qui non multa audit,
legit, di. it solum de eo quod dictum est, In nomine tuo exultabūt, sed qui
hanc exultationem & iubilationem scit, id est, intelligit & corde sentit. Nō
est enim choralium nostrorū boatus, sed ineffabilis Leticia de remissioe pec
catorū & certa beatitudine per Christū, de qua Paulus, Pax, inquit, dei que
exuperat omnē mentem exultet in cordibus uestris. Hæc est fides que san
ctificat nomen dei cū gaudio siue per uitā siue per mortē, id quod sequitur,
Domine, inquit, qui sciunt iubilationem ambulabūt in lumine non naturæ
siue rationis aut intellectus sui, ut diximus Psal. 31. sed in lumine uultus tui,
quo tu arridens ut pater ad flatu spiritus tui eos inflammas ac doces. Hinc
illa mentis exultatio, de qua iterū additur, In nomine tuo non suo aut meri
torum suorum exultabunt, ut gloria salutis eorū sit tua solius tuōq; solum
nomini adscribitur, id quod & sic additur, Et in iustitia tua exaltabuntur,
dum hypocrite in sua deiiciuntur. Sic & in psal. 4. Postquā dictum est,
Deus iustitiam meam, additur, Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Signa
tum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti Leticiam in corde meo.
Iam autem adhuc apertius uides nihil salutis constitutum in uiribus nostris,
sed omnem gloriam roboris nostri esse in solo beneplacito & bona uolun
tate dei patris erga nos. Quoniā, inquit, gloria uirtutis eorum tu es, id est,
quicquid possunt per te non per se possunt, unde tibi soli non ipsis gloria,
suam enim ignorant & condēnant, tuam uero prædicant, ut qui gloria
tur in domino gloriatur, quid enim habes quod non accepisti? id quod &
supra dixerat, Deus qui gloriatur in consilio siue arcano sanctorū, quos
mundus (quia fallitur cæco iudicio) non uidet gloriare deum, sed impios
& hereticos iudicat, & magnificat hypocrisim insipientibus oculis glorio
sam. Et in beneplacito tuo non in nostro arbitrio aut bona intentione exal

tabitur cornu & potētia nostra. Quia solius domini opus est & solius sancti Israël, id est, qui sanctificat & iustificat Israël qui est rex noster, illius, inquam, solius est opus absq; omni nostro studio & meritis q; assumimur & protegimur ab ipso, ipse est scutum, protectio & assumptio nostra, Certe ista non est legis, sed Euangelica prædicatio, de qua se dicturum promisit, Misericordias domini in æternū cantabo. Videamus & nūc dei pmissionē.

Tunc locutus es in uisione filijs tuis, & dixisti, Po sui adiutorium super potentem, exaltaui electum ex plebe mea. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum. Quoniā manus mea auxiliabitur ei, & brachium meū confortabit eum. Non proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet adfligere eum. Et concidam a facie eius inimicos eius, & odio habentes eum in fugam conuertam. Et ueritas mea & misericordia mea cū eo, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponā in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocabit me, pater meus es tu, deus meus & susceptor salutis meæ. Et ego primogenitum ponam eum, excelsum præ regibus terræ. In æternum seruabo ei misericordiam meam, & testamentum meum fidele ei. Et ponam in seculum seculi semen eius, & thronum eius sicut dies cœli. Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint. Si iustitias meas prophanaue-

rint, & mandata mea non custodierint. Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus iniustitias eorum. Misericordiam autē meam non dissipabo ab eis, neq; nocebo in ueritate mea. Neq; prophanabo testamentū meum, & quæ procedūt per labia mea non faciam irrita. Semel iurauī in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manet. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternū, et testis in cœlo fidelis.

Filijs tuis. Ita nunc legitur ex græcis ὑιοῖς pro ἀγαίοις, sed nihil refert, Sancti enim, id est credentes, sunt filij dei. Fe. sanctis tuis.

In fugam conuertam. Fe. Percutiam. Misericordiam autē &c. Fe. Et misericordiā meā non dissoluam ab eo, neq; falsam reddam ueritatē meā.

Sicut luna perfecta in æternum. Felix, Sicut luna stabilietur in æternū. Sicut luna. Luna quāuis nonnūquā obscurari uideatur tamen manet, nō perit hoc luminare magnum quod præest nocti, Gen. 1. ita & Christus & Christi regnū &c. Græci lunam perfectam dixerunt, quia lunam deficientem loco huic non conuenire fortasse arbitrati sunt.

Post prædicationem misericordiæ dei addit & ueritatē, id est, dei promissionem. Atq; hæc est constans in uerbū dei fides, ut mor dicus teneas de promissionem. Tunc, inquit, quādo tibi o deus placuit locutus es in uisione sanctis tuis, id est, prophetis, Nathan, Esaie, Ezecheli, Osee &c. Et more scripturæ prophetiam siue reuelationē dei uocat uisionem, quemadmodū & Elias incipit librū suum, Visio Esaie &c. Aduerte q; sicut Abrahæ prædicuntur reges subiiciendi & gentes, Esa. 41. & in semine Abrahæ Christo impletū est, ita & hæc prophetia non in Daude filio Isai, sed in semine Dauidis Christo, uero Daude, completa est, de quo Ezech. 34. Et suscitabo super ea pastorem unum qui pascet ea seruum meum Dauid &c. Et Osee. 3. Et post hæc reuertentur filij Israël &c.

Posui adiutorium meū super potentē Dauid, & exaltaui electum Dauid ex plebe mea, ex genere Abrahæ, ex tribu Iuda, Inueni Dauid seruum

meū, non ipse præuenit me. Hic enim David Christus cū toto suo regno siue cū omnibus suis mēbris omnia mihi referret accepta non suis meritis & iustitie. Nulla hic erit meritorū arrogantia, nulla hypocrisis, ego, ut inueni David, ut unxi in regē, in regnū sacerdotale & sacerdotium regale oleo sancto meo inuisibili, id est spiritus sancto, Psal. 44. ita quoq; quem inueni, quem elegi, quem unxi, adiuuabo, exaltabo, confortabo manu & brachio meo, opera humana hic nihil erunt, Inimicus & totum regnum Satane utcumq; superius sape uideatur nihil proficiet in eo, sed potius persecutione & afflictione augebit gloriā eius & regnū eius, tantū abest ut noceat. Ad afflictio hic erit gloria, ubi omnia cooperabuntur in bonum diligentibus deum. Cæterum inimicos eius iudicabo, & cadent opprobrio sempiterno gloriosi illi Euangelij persecutores manu & percussione mea. Et ueritas mea & misericordia mea stabunt in regno eius, & cornu eius siue potestas & imperium eius exaltabitur uel inuitis portis inferorū in nomine meo. Faciamq; ut nō solum in Iudæis manum & dexteram, id est, potentiam habeat, sed etiā in mari & in fluminibus, id est, in insulis gentium, quæ admodum Esaias solet prophettare. Aut certe ut non in terra solum, sed etiā in mari potestatem per me habeat, quā ego habeo, de qua supra, Tu dominaris potestati maris &c. Christo enim obediunt uenti, mare, & Christianis omnia subiecta sunt, Psalmo. 8. quid enim non est possibile credenti? Et præterea ex mari huius seculi extrahitur Leuiathan ille serpens antiquus, Io. 12. Esa. 27. Iob. 40. dei potentia per Christum.

Hec omnia, inquam, prædicta Christus Christi q; corpus deo referret accepta, tantum inuocabit deum, dicens, Pater meus es tu quem scio filio mihi bene scire, deus meus in cuius manu sum ego & omnia mea, & susceptor siue rupes aut stabilimentum salutis & liberationis mee in quo perire non possum. 2. Reg. 7. Ego ero ei in patrem & ipse erit mihi in filium. Soli Christiani patrem agnoscunt in cœlis quem in spiritu & ueritate adorant dum tota fiducia se in eum coniiciunt.

Et ego primogenitū ponam illum. Primogenitus erat Christus deus ante omnem creaturam, & factus est primogenitus quoq; homo deo patri resuscitatus ex mortuis, Col. 1. Ro. 8. ut diximus psalmo. 2. quādo completa spiritali natiuitate accepit à deo omnē potestatem in cœlo & in terra, Matth. ult. In quo primogenito nos sumus filij dei reges & sacerdotes, qui per ipsum accepta potestate portis inferorum sumus superiores & accedimus ad deū intra sancta sanctorū non manu facta &c. In æternū (ait deus) seruabo

Nos tantū inuocamus ut deus omnia sciāt.

Primogenitus rex & æternus.

Christo in eius regno misericordiam meam, & testamentum sue foedus meū aut veritas quā ei promisi erit ei fidelis, id est, seruabitur ei à me inuiolata. Et faciā ut semē eius maneat in aeternū. i. filij eius regnū eius possideāt, & thronus sue regnū eius sit in gloria & claritate sicut dies cæli, sue, ut infra dicitur, sicut sol in conspectu meo & sicut luna perfecta in aeternum. Significatur autē regnum lucis & claritatis hoc fore regnū, ubi sit agnitio dei.

Si dereliquerint &c. Promissio q̄ ne in peccatis quidē deserturus sit deus Christi regnū, flagella tantū comminatur ut filijs, Heb. 12. ad est, gladiū, captiuitatem, pestem, famem, quæ adstringant solum non damnent & ab hereditate abijciant, dum interim omnia dei promissa manent quæ non solum promisit, sed etiam iurauit in sancto suo uel in sanctitate sua, id est, per seipsum cum non habeat maiorem se per quem iuret, ut diximus quoq; Psal. 59. Si, inquit, filij eius (de quibus Esa. 53. Si posuerit pro peccato animam suam uidebit semen longeuum) dereliquerint legem meā deficientes ad leges & tradiuiones hominū, & non ambulauerint in iudicijs meis, id est, in ijs quæ ego iusta iudico, sed ambulauerint in iudicijs suis, id est, in ijs quæ ipsis bona secundū cordis sui sententiā uidentur, Si prophanarunt iustitias meas quibus ego iustifico, deficientes ad iustitias suas secundū adinventiones suas & traditiones humanas, quas impij diuinis præceptis æquiparant & hæc illis, quod proprie est diuina prophanare, Et nō custodierint præcepta mea, secuti mandata & doctrinas hominū, Visitabo in uirga &c.

Quod etiā precantes non sit deserturus.

Si Dauidi mentiar. & πὸ σὺς πικρῶν uocant, id est, reticentiam, quā sepe uidebis in scripturis. q. d. Videatur si Dauidi mentiar, uel non committam ut Dauidi unquam mentitus uidear. Ita & alibi, Quibus iurauit in ira mea, si introibūt in requiē meam. Et Esa. 5. Nisi domus multæ desertæ fuerint &c.

Si mentiar.

Et thronus &c. significat regnum eius aeternum fore & regnū lucis & gloriæ dei in conspectu dei, utriq; in conspectu mundi contēnatur. Et additur, Et erit fidelis testis in cælo, id est, in regno cælorū siue ecclesia sanctorum, ubi sol uisibilis non lucet &c. Esa. 60. fidelis, inquam, testis quia nihil loquitur, nihil faciet quod non ipsi cōmissum sit à deo, Io. 12. Iesus autem clamauit & dixit &c. Ita & Paulus. 2. Co. 5. Nomine Christi legatione fungimur tanquā deo uos obsecrante per nos. Non sic pseudapostoli nostri, qui aut accipiunt ex doctrinis hominū aut fingunt ex corde suo. De hoc teste fidei & testamento sempiterno, Esa. 55.

Testis fidelis.

Tu autē repulisti & destruxisti, distulisti Christū

tuum. Euertisti testamentum serui tui, prophanaſti in terra ſanctuarium eius. Deſtruxiſti omnes ſepes eius, poſuiſti munitiones eius formidinem, diriperunt eum omnes prætereuntes uiam, factus eſt opprobrium uicinis ſuis. Exaltaſti dexteram deprimentiũ eum, lætificaſti omnes inimicos eius. Auertisti adiutorium gladij eius, et non eſt auxiliatus ei in bello. Diſſoluisti a purificatione eius, thronum eius in terrã colliſiſti. Minuiſti dies temporis eius, perfudiſti eũ confuſione. Viſquequo domine auertes in finem, exardescet ſicut ignis ira tua? Recordare quæ mea ſubſtantia, nunquid enim fruſtra condidiſti omnes filios hominũ? Quis eſt homo qui uiuet et non uidebit mortẽ, eruet animam ſuam de manu inferni? Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ dñc, quas iuraſti Dauid in ueritate tua? Memento domine opprobrij ſeruorum tuorũ, quod ſuſtinui in ſinu meo multarũ gentium. Quod exprobrauerunt inimici tui domine, quod exprobrauerunt cõmutationem Chriſti tui. Benediãtus dominus in æternum, fiat fiat. *Heb. Amen et Amen.*

Fe Tu autem dereliquiſti & abominatus eſ, accenſus eſ ira cum Chriſto tuo, Deuaſtaſti fœdus ſerui tui, prophanaſti in terra Diadema eius &c.

Diſſoluisti à purificatione eius. Clarius Fe. Deleſti ſplendorem eius.

Temporis

Temporis. Fe. Iuuentutis, id est, Solebat esse iuuenis, uegetus, florens in principio regni sui, sed statim tuo iudicio florere desijt, in abiectam senectutem deiectus est, de qua orauit psal. 70. Ne proiecias me in tempore senectutis &c. Auertes. Fe. Absconderis. Quæ mea substantia. Felix, Quanti temporis ego. Commutationem. Fe. Vestigia.

Hic cernere licet, quod ubiq; ferè in scripturis, nempe q; deus postquam Tentatio fidei promissit, antequàm præstat promissa, omnia sic sinit labi in diuersum, ut ni promissionum bil minus appareat, quàm uerum futurum dei uerbum, ut interim blasphement impij, & irrideant dei promissa, credentes grauib; tentationibus exerceantur. Sic filij Israël ubi coeperunt magno numero in Aegypto crescere, uisum est, adesse tempus, quo deus impleret promissionem Abrahamæ factam de terra Canaan possidenda, & de multiplicatione seminis uelut arenæ, cum statim surgit nouus Pharaos, qui necat infantes, & populum penè ad interniciem deducit grauisima seruitute. Sic Dauid accepta perpetui regni promissione, à regno deijcitur per suum filium, ut non dicam, q; ante à rege Saul tam potenti manu, & tam sepe quærebatur ad mortem, ne rex fieret. Sic Christus, dum cum tanta gloria quanta à prophetis descriptus est regnaturus erat, postquam miracula ediderat mundo stupenda, & uerbis spiritu dei efficacibus traxerat multitudinem, cum tanta ignominia occiditur, ut etiam iusto dei iudicio condemnatus mundo uideretur. Sic ecclesia accepta promissione, q; Christus cum ea futurus esset usq; ad consummationem seculi, & q; non timeret, quia ipse Christus uicisset mundum &c. Item, q; in Christo esset glorificanda, & q; nullæ tentationes sue portæ inferorum præualituræ essent aduersus eam &c. statim post Apostolorum tempora incœpit confundi, minui, & paulatim deficere, surgentibus lupis rapacibus, non parcentibus gregi, loquentibus peruersa, ut discipulos post se traherent, quemadmodum cum dolore prædicit Paulus, Act. 20. Hic dum saluanti opera secuti sumus, abnegauimus Christum saluatorem, & traditionibus humanis conculcatum est uerbum dei, sine quo ecclesia non est, quas doctrinas demoniorum uocat Paulus, & quandoq; inualituras prædicit. Omnia quæ sunt ecclesie Christi, nunc ita iacent, ut si respicias in uerbum dei ne uideas quidem, ubi sit ecclesia illa, quam Christus gloriosam exhibuit &c. Ephe. 5. dum interim impij clamant, nos sumus ecclesia, nos habemus clauces coelorum, deus promissit se exaltaturum suam ecclesiam, nos sumus exaltati, diuites facti, hominibus conspicui, honoribus sublimati, quid gloriosius nobis, qui imperamus imperatoribus & regibus mundi, qui sedemus in loco dei?

quid pulchrius istis hierarchicis ordinibus, angelicis religionibus, uario de cultu, diuicijs templorum &c. Si istud opus feceris, saluaberis. Alij non tam sancti sunt. Ecce hic Christus, Ecce illic. Qui nostra non seruant damnati sunt, qui contradicunt heretici sunt. Sola fides in Christu non saluat. Oportet nos satisfacere pro peccatis. Cur ergo Christe uenisti in mundum? quid fecisti quid mihi utilis es? cur imposuisti nobis, dicens, Regnum meum non est de hoc mudo? propter te mortificamur tota die, dum illi in mundo regnant, id quod nobis utcumq; ferendum esset, cum ecclesiam tuam hoc ipsum non minuatur, sed cogimur imposturis deficere à tua fide, ut penitus tua ecclesia intereat, id quomodo feret spiritus, qui solet postulare pro sanctis gemibus incnarrabilibus? Non tam igitur, mi lector, hoc loco Christi passionem

Christus senex supra psalmo. 70. in sua persona intuere, quam deficientem nouissimis temporibus Christi ecclesiam, quæ est Christi corpus, quando abundat iniquitas, refrigescit charitas, imò quando nulla charitas uidetur, quæ est uerum signum, unde noscuntur ab omnibus Christi discipuli, id est, uere Christiani à Christo docti. In hoc, inquit, cognoscent omnes q; mei estis discipuli &c. quando nemo, intelligit, quid Christus sit, aut Euangelium regni dei, quæ de re supra diximus psal. 73 & alibi. Dicit ergo,

Despectus Christi. Omnia quidem ò deus promisisti Dauidi tuo, id est Christi regno, gloria sua futura, & si peccauerint filij, non te eos abiecturum sed castigaturum. At nunc omnia uersa sunt in ignominiam, & tota (ut apparet) posteritatem abiecisti. Oblitus uideris promissorum, distulisti à gloria Christum tuum, uel potius ex Hebræo, iratus es in Christum tuum, uideris abiecisse se deus & promissionem tuam, quia peccauimus, pollutum fecisti in terra sanctuarium, dà ad eam siue regnum eius, Destruixisti omnes huius regni munitiones, porta inferitam preualuerunt, trepidat & nutat, quod firmum spiritu esse solebat, cuius uastatori iam patet aditus, hic docet hoc, ille aliud, omnes ad suum regnum confirmandum, nemo Euangelium regni predicat. Diripiunt, inquit, eum, id est, Dauidem, hoc est, Dauidis regnum omnes præteregredientes (loquitur enim quasi de uinea uastata, ut supra psal. 79.) etiam vicini, id est, qui gloriantur se proximos esse Christo, & uel soli uolunt esse, sed falso, Christiani derident eum, supponentes pro Christo opera, pro Euangelio traditiones humanas, & Euangelium gloria dei, quia gloriam eorum damnat, dicunt esse heresim & mendacium. Supergreditur uero omnem dolorem, & auget miseriam, q; tu deus impios exaltando uideris ab ipsis stare, & illorum impietatem confirmare ad seducendum amplius mun-

dum. Exaltasti dexteram &c. Non præbuisi auxilium spirituali gladio & pugne huius seminis Abrahamæ, seminis Davidis Christi, cui promisisti tete subacturum omnes gentes, Non uidetur iam illa purificatio, illa gloria spiritus in regno eius, quod & ipsum iam à te in terram collisum est, pauco tempore durauit, pro gloria nihil nisi confusio cernitur, nulla spes uidetur regni restituendi.

Vsquequo &c. Hæc est postulatio spiritus in cõspectu dei, dum nos mortui iacemus, & ne cogitamus quidem liberationem, aut si cogitamus & sentimus mala nostra, tamen toto mundo errorem cõprobante fieri non posse uidetur, ut fiat rerum permutatio, et tamen deus manet uerax, qui nuper Germanis nihil minus cogitantibus Euangelicam rursus lucem, atq; adeo Christum ipsum nõ sine aduersariorũ ignominia perpetua reddidit. Quousq; inquit, auersus à nobis iudicio furoris tui domine nos premes? Recordare quid sim ego, quàm non possim persistere sine te, quare sic abiicis omnes homines, quasi non crearis? Si tua manus non auxilio fuerit, quis est ex omnibus uiuentibus, qui suis uiribus aut operibus possit effugere mortem, & inferos? Vbi nunc sunt misericordie tuæ, quas ab initio mundi hominibus exhibuisti, quas ab æterno electis seruasti, quas iurasti Dauidi tuo per ueritatem tuam, quæ tu ipse es, id est, per te ipsum iurasti, id quod supra legitur, Semel iuravi in sancto meo &c. Memor esto tandem blasphemie multarum gentium, quæ insaniunt in sanctos ceu hereticos, ceu impios, & qui indigni sint hac uita, quod opprobrium seruorum tuorum ego Christus, ego ecclesia continui in sinu meo, in me redundauit quicquid membra patiebatur, quemadmodũ Christus dixit, Quod uni ex minimis &c. Et item, Saul, Saul quid me persequeris? & ideo quoq; in te deum redundauit, blasphematur enim, ab ijs qui oderunt omnia quæ tua sunt, ut sua statuunt, tua iustificatio, tua ueritas, tuus quem unxisti Messias, dum exprobrant commutationem Christi tui, dum gloriantur se regnare erecto mundano Christo pro spirituali, mundana gloria & iustitia, pro dei gloria & iustitia & sanctificatione, quæ est Christus, uel, ut est in Hebræo, Exprobrauerunt uestigia Christi tui. Id est, nihil magis opprobrio dignum iudicant, quàm imitari Christum tuum, & sequi uerbum, quod ipse nobis suo sanguine confirmauit, & spiritu è caelis misso dedicauit, ut plena nobis esset & redemptio & regnũ hereditas æterni.

BENEDICTVS dominus in æternũ, qui omnia in salutem nostram

ordinat etiã dum uidetur deſeruiſſe. Iudicia dei ſunt, ſicut domino placuit, ita factũ eſt, ſit nomen domini benediçtũ, qui iuſtificatur in ſermõibus ſuis, etiã quando ab impio mũdo non iuſtus aut uerax iudicatur. Amen & amẽ.

PSALMVS LXXXIX.

Titulus. Oratio Moſi uiri dei.

Breuitas et miſericordia. Domine tu es nobis ſempiternũ refugium, quippe qui es ſempiternus deus & non tranſitorius, in cuius æternitate mille anni nihil ſunt, & ob peccatũ. & quantũcũq; longum tempus tibi breue eſt. ut & hinc citatur in. 2. Petri epiſt. nos uero tranſitorij ſumus damnati ob peccatum ad mortem, etiam corporis, ut tandem totus Adam intereat, Gen. 2. & ipſa quoq; uita abbreviata eſt, nam ut hic dicitur, Mane ſicut herba tranſit & c. Atq; hæc ipſa uita eſt breuitas, nihil aliud eſt, niſi uanitas & afflictio ſpiritus, ut eſt in Eccleſiaſte. Quæ omnia mercedem peccati accepimus, ut uel ex his quæ patimur grauitatem peccati, & iram dei æſtimemus ſaltem in parte. Te ergo obſecramus domine, ut concedas nobis agnoſcere noſtram, & fragilitatem & uitæ breuitatem, ne mors ueniat nõ uigilantibus, ut & pſal. 38. dictum eſt. Nam ex Hebræo ſic legitur, Vt numeremus dies noſtros ſic notifica, & adducemus cor ſapientiæ, id eſt, non peribimus in ſtulticia infidelitatis, quæ breuitatem huius uitæ nõ conſiderat, ut ſupra pſal. 72. Conuertere ad nos, quouſq; auerteris iratus nobis? Satia nos mane miſericordia tua, quos ad uesperam iuſſiſti cadere ſicut herbam, ut huius uitæ breuitas, non uanitate & iniquitate, ſed cõſolatione ſpiritus tui plena ſit, & quos interitu carnis interire uis, dones leticia ſempiterna, ut pro malis bona per gratiam recipiamus. Reſpice & c. Itaq; uides hic ex huius uitæ miſeria, quam merito patimur prouocari deum, ut miſereatur, ut non dubites quoq; in priuatis miſerijs, licet tuis peccatis, tua negligẽtia, ut uidetur, aſciueris, ſimiliter quaerere dominum, qui eſt refugium ſempiternum.

Domine refugium factus es nobis in generatione & generatione. Priuſq; montes fierent aut formaretur terra & orbis, & a ſeculo uſq; in ſeculum tu es. Ne auertas hominẽ in humilitatẽ, & dixiſti, conuertimini filij hominum. Quoniam

mille anni in oculis tuis domine sicut dies hesternæ quæ præterijt & custodia in nocte. Quæ pro nihilo habentur eorū anni erunt. Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat, uespere decidat, induret & areseat. Quoniã defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sum⁹. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, seculum nostrum in illuminationem uultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerūt, & in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabantur, dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autē in potentatibus octoginta anni, & quod amplius est eorum, labor & dolor. Quoniã superuenit mansuetudo super nos, & corripiemur. Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tui iram tuam dinumerare? Dexteram tuã sic notifica mihi, & eruditos corde in sapientia.

Felix, Domine habitaculum refugij fuisti nobis. Tu es. Fe. Tu es deus. Ne auertas hominem ad humilitatem, id est, ne penitus deicias hominē, Cuius es etc. uel redigas ad nihilum, propter sententiã qua dixisti, Conuertimini uel reuertimini filij hominum, uel filij Adam, ad terrã unde sumpti estis, redite. Gen. 3. Cruces quas imposuisti nobis ob peccatum, uertantur nobis tua misericordia in benedictionem & gloriam. Felix, Conuertes hominem quousq; sit contritus, uel deduces hominem usq; ad contritionem, id est, sententiã tua lata est, non cessabis ab homine donec eum conteras miseria huius uitæ, terrore conscientie, & tandem morte, nam uerbum tuum uerax est.

Quoniam mille anni etc. id est, A seculo in seculum tu es deus & habes

*Custodia siue
uigilia noctis.*

*Seculū nostrū
nihil est.*

*Rapimur in
mortē corpo-
ris, qui mortui
iam sumus in
peccato secun-
dū sententiam
in Adam.*

Sicut aranea.

tas eternitatem, in cuius oculis mille anni sunt uelut dies quæ transiit, & uelut custodia in nocte, id est, uelut quarta pars noctis. Nox enim custodibus ciuitatis diuidebatur in quatuor partes, quarum singula dicebantur custodia uel uigilia, quarta uero quia ad mane uergebat, dicebatur quoque custodia siue uigilia matutina, ut Exo. 14. psal. 129. Ista sunt uigilia in parabola Euangelica &c. Mille, inquam, anni parum reputantur in conspectu tuo, quid ergo reputabuntur nostri anni aliud quam nihil? id quod dicit, Quæ pro nihilo habentur, erunt anni filiorū Adam, ut sequentia clarius indicabunt. Quæ pro &c. Fe. Rapuisti eos ut impetus aquarū, somnus sunt, id est ubi auferis subito homines, non reuertuntur, non magis quàm impetus aquarum transeuntium & non reuertentium. Somnus & somnium sunt, aut in dormitionem post uitam respexit, aut quod ego sentio, & quod contextus uidetur requirere grauiſſima τὰ πλείωστις est, quemadmodū & poeta dixit, Somnus & umbra sumus.

Mane sicut herba transeat &c. Similitudo & metaphora de herba mane florenti, & uespere abscisa & areſcenti notissima est. Potes hunc uersum in nostra translatione accipere, ut sint uerba sententiæ dei contra nos, ut subito deus more prophetico loquens, inducatur, quemadmodū supra, Conuertimini filij hominū. Verū ex Heb. ista uerba comodiſſe legeris in futuro, transibit, florebit &c. & est expositio præcedentis particulæ. Quæ pro nihilo &c. uel, Rapuisti &c. Quoniam defecimus &c. Hæc indicant in hoc psalmo miseriam humanam non philosophice describi de his solū quæ uidentur, sed magis theologice deplorari iudicium eternæ maledictionis, cuius uel tenuia tantū signa sunt, quæ in corpore & miseria huius uitæ sustinemus. Quia, inquit, defecimus in ira tua. i. oīa nostra propter iram tuam uergunt in mortē, & præterea in furore iudicij tui propter peccata nostra turbantur cōscientiæ nostræ, nam iniquitates nostras posuisti in cōspectu tuo iudicaturus, & seculū nostrū. i. omne tēpus uitæ nostræ, uel, ut in Heb. est, Occulta nostra posuisti ad illuminationē uultus tui, ut clare inspicias. Hic si iniquitates nostras obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Anni nostri sicut araneus meditabatur. i. se exercebat. Hoc ipsum tēpus uitæ nostræ, licet breue, tamē uanitate plentū fuit, quiescere non potuimus, & deo oīa cōmittere, & quid effecimus nisi quod araneus &c. psal. 38. ita ut omne transactū uitæ tempus cogamur condemnare uanitatē. Tolerabilior esset uitæ breuitas, nisi & ipsa esset uanitas & afflictio spiritus. Felix, Consumpsimus annos nostros sicut locutionem, id est, dies nostri transierunt & non res

uertuntur, quemadmodū uerbum prolatum transit & reuocare non licet.

Dies annorū nostrorum, in ipsis septuaginta anni. scz sunt in potentati-
 bus, quemadmodū sequitur. i. in robore & uigore corporis & animi. Si autē *Vita miseria.*
 in potentatibus octoginta anni (quibus quæso hoc hodie contingit?) tamen
 quod restat labor est & dolor, secundū prouerbiū, Et senium morbus est. Vi-
 des itaq; quæ sit nostra uita, quæ robore cessante morbus & mors est, ita ut
 præstaret esse mortuū, & dū robur habere uidetur, consumit seipsam, & ua-
 no adfligit conatu, quemadmodū araneus. Hæc oīa sunt ob oculos etiam car-
 nis posita, nisi quæ uana huius uitæ larua nos uidere non sinit. Sed uere intelli-
 gere nō potest totā uitā esse uanitatē & peccatū & miseriam, nisi spūalis oca-
 lus, quem incipit huius impietate uidere. Nolite igitur, inquit, Ioannes dili-
 gere mūdū, neq; ea quæ in mūdo sunt &c. Quod nos legimus, Et quod ampli-
 us est eorū, labor & dolor. Ecce sic legit, Et superbia corū labor & iniquitas.
 Superbia, uel excellentia positū est pro eo quod superest, ut sit idem cū nostro:
 Quod autē iniquitatē dicit, arguit stulticiā corū, qui ad hoc optāt senectutē,
 ut tūc sanctius uiuāt &c. Quoniā superueniet mansuetudo. i. nō amplius
 feruebit ingenū, cessabūt uires corporis, labascēt genua, debiles fient & ob-
 stupefcent sensus &c. & corripiemur. i. oīa nostra erunt doloris plena. Ecce.
 Quomodo declinauit celeriter & uolauimus, Declinauit, scilicet superbia,
 id est quod superest uitæ declinauit, quemadmodū sol in occasu, & uolauit
 mus, id est, cito transiimus quasi auis & quasi non fuerimus in mundo.

Quis nouit &c. Certe si ista, ut oportet, intuemur, Domine deus iudiciū
 tuum nobis reuelas, quod sentire possumus, comprehendere non possumus,
 sed ne accedere quidem licet ad meditandū uel numerandū iram dei præ
 terrore huius fumantis, ardentis & omnia absorbentis ignis, quemadmodū
 huius figura est terror in monte Sina, quando dabatur lex. Felix, Et sicut ti-
 mor tuus ira tua, id est, quemadmodū timeris à turbatis conscientijs supra
 modum iratus, ita & es supra modum iratus, non est uanus timor, Quem-
 admodum te habent conscientie talis & tu ipsis es, iudicem timent, iudex
 es, patrem esse credunt, pater es &c. Verbum dinumerare in Hebræo per-
 tinet aduersum sequentem, ut uidebis.

Dexteram tuam sic notifica mihi, id est, quæso ut istis iudicijs non me ex-
 ceces, non me abijcias, sed potius cedant mihi in salutarem tui cognitio-
 nem. Et eruditos corde in sapientia, Nisi uerbum aliquod subaudias im-
 perfecta est oratio. Eruditos corde, scilicet, sic fac in sapientia fidei uerbi
 tui, ut istis iudicijs docti, eruditi simus, non hypocritice, sed corde, non sicut
 Etiam iudicia
 dei pijs in bonū
 cedunt.

Uide ante c. *pientia traditionum humanarū, sed sapientia uerbi tui, quam solam tu sapi-
entiam agrosceis. Fe. Ut numeremus dies nostros, sic notum fac, & ad duce-
mus cor sapientie, id quod supra in summa declarauimus. Vide & psal. 38.
Si mille anni coram oculis dei sunt uelut hesterni dies, & uelut custo-
dia una in nocte, desinant argumenta longe præscriptionis, diuturnitatis
temporis &c. ubi de iudicijs dei agitur. Noli dicere, Tam diu potuit mun-
dus errare? Tam immisericors estne deus, ut istud permitteret? Tamen om-
nes hoc admittunt, & qui in iniquitate moritur, in æternum damnatur, cur
non accusas & in hoc immisericordem deum? Disce ergo in talibus iudicijs
non disputare, sed timere. Petrus hoc testimonio utitur contra illos, qui non
credunt dominum ad iudicium uenturum, quia multa tempora transferūt
ex quo ille aduentus præsdictus est, nec uenit. Multa, inquit, nobis uidentur
non deo &c.*

**Cōuertere domine, usquequo? & deprecabilis esto
super seruos tuos. Repleti sumus mane misericor-
dia tua, & exultauimus & lætati sumus in omni-
bus diebus nostris. Lætati sumus pro diebus qui-
bus nos humiliasti, annis quibus uidimus mala.
Respice super seruos tuos & super opera tua, & de-
duc filios eorū. Et sit splendor domini dei nostri su-
per nos, & opera manuum nostrarū dirige super nos
& opus manuum nostrarum dirige.**

Euan-gelium. *Sententia mortis & lege descripta precatur Euan-gelium, dicens, Con-
uertere domine ad nos, qui per iram auersus es à nobis, usquequo per iudicium
& iram auerteris? sinito te exorari à seruis tuis, qui tuo iudicio uide-
ris inexorabilis, & tunc replebimur quàm primum misericordia tua, ut
omnes dies nostri & anni non sint amplius (ut ante sub lege & terrore con-
scientie) dies humiliationis, id est, deiectionis & anni malorum, sed uice eo-
rū anni & dies exultationis & lætiae in spiritu sancto. Respice benignus
in nos seruos tuos, quos fecisti, & fac ire in uia recta, etiam filios nostros,
ut &*

ut & posteri nostri quoque non deficiant à te, sed Euangelium apud nos maneat. Et gloria & illuminatio Euangelij gloriae dei in facie Christi fulgeat super nos, & quicquid fecerimus, tu dirige super nos, omnium actionum nostrarum esto rector & actor, non derelinque nos nostris cogitationibus, ut tuo nostro spiritu agamur. Clarius ista Felix sic, Satia nos mane misericordia tua (id est à pueris) & exultabimus & letabimur omnibus diebus nostris. Letifica nos pro diebus, quibus nos humiliasti, annis, id est pro annis, quibus uidimus mala. Appareat apud seruos tuos opus tuum (qui opere suo pereunt) & decor tuus super filios eorum (ne decore & gloria mundi per hy pocrisim seducantur) Et sit iocunditas domini dei nostri super nos, & opus manuum nostrarum fac stabile, uel dirige super nos, & opus manuum nostrarum confirma, uel dirige (ut ex fide fiat tu curato) Ita Moyses in hac precatione omnia quae legis sunt, repetit obsecrans, ut Euangelica gratia nobis donetur, quae sola saluat, dum illa nihil aliud nouit quam damnare & conscientias à deo fugare &c.

PSALMVS XC.

Titulus nullus in Hebræo:

SUMMA. Hic Christus describitur sub tegmine alarum dei patris in omnibus tutus, ut diabolus hinc citat, Matth. 4. recte quidem, sed maligno ingenio. Ideoque hic psalmus omnibus Christi membris, id est, omnibus ab initio mundi credentibus communis est, in quo gratia dei in sanctis per uerbum dei contra omnem cuiuscumque tentationis insultum plenissimis uerbis & apertissimis praedicatur. Vides enim hic illud tabernaculum dei, in quo sancti secure & confidenter habitant, de quo diximus psal. 30. & 33. de quo & Esai. 4. Et creauit dominus super &c. Debet uero hic psalmus nobis eo magis esse commēdatus, quo pleniore in eo uidemus esse spiritus dei promissiones.

ADVERTE iucundam personarum mutationem in hoc spiritus dialogo. Primo fit sermo de eo, qui habitat in adiutorio altissimi, Deinde ad illum ipsum, ubi dicitur, Quonia ipse liberabit te ex laqueo &c. Tertio affectus illius qui habitat in adiutorio altissimi interseritur, dicentis, Quoniam tu es domine spes mea. Et ita subito mutantur uerba, ut qui paulo ante uidebatur de alio, & ad alium dicere, iam de se & ad se dixisse uideatur. Non enim qui talia ex animo dicit, est unus ex illis, qui cum audiunt gratiam dei praedicari, credunt quidem sanctis obuenturam, se uero ad eam pertinere confidente non audent, sed quod legit, quod audit ex dei uerbis, ad se pertinere non

Particula,
Quonia tu es
domine spes
mea.

dubitat. q. d. Omnia prædicta sic habent, quia tu domine es spes mea. Atq; hæc particula, Quoniã tu es domine spes mea, ita interseritur affectu psal-
 lentis, ut quod ad phrasim orationis atinet, neq; cum eo quod mox præces-
 sit, neq; cum eo quod mox sequitur, coherere uideatur, cum tamen maxime
 in sententia secundũ spiritum cohereat, & non coherere non possit quod
 spiritus loquitur. Nam quod protinus additur, Altissimũ posuisti refugium
 tuũ, non ad deũ dicitur, sed ad hominẽ, qui habitat in adiutorio altissimi.
 Primũ, Ad quẽ diceretur hic, Refugium tuum, nisi ad eũ qui supra dixerat,
 Refugium meũ? Deinde, Ad quẽ diceretur, Nõ accedet ad te malũ, nisi ad eũ
 ad quẽ supra dictũ est, Ad te autẽ non appropinquabit. Ut interim nõ ur-
 geã, q. etiã ipse contextus hoc requirit in eo, quod subditur, Quoniã ange-
 lis suis &c. Præterea, ut omni suspiciõẽ liberemur, ex Hebræo clarũ est, hic
 altissimũ substãtiue pro deo accipi. Est enim hic idẽ uocabulũ ייִהוָה quod
 in primo uersu ponitur, Qui habitat in adiutorio altissimi. Et Græcus
 sic legit. τὸν ὑψιστὸν ἔδωκεν ἡμῶν, ubi quis dubitat appositionẽ
 esse, nõ adiectiuum cum substantiuo? ut intelligas, Tu posuisti deũ refugium
 tuum, propterea non accedet ad te malum &c. In fine autem psalmi deus
 loquitur, Quoniam in me sperauit &c.

Altissimũ po-
 suisti &c.

Qui habitat in adiutorio altissimi, in prote-
 ctione dei coeli commorabitur. Dicit do-
 mino, susceptor meus es tu & refugium
 meum, deus meus sperabo in eũ. Quoniã ipse libe-
 rabit te ex laqueo uenantiũ, a uerbo aspero. Scapu-
 lis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius spera-
 bis. Scuto circumdabit te ueritas eius, nõ timebis
 a timore nocturno. A sagitta uolante in die, a nego-
 cio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmo-
 nio meridiano. Cadent a latere tuo mille & decem
 milia a dextris tuis, ad te autem non appropinqua-

bit. Verūtamē oculis tuis cōsiderabis, & retributi-
onē peccatorū uidebis (Quoniā tu es dñe spes mea)
Altissimū posuisti refugium tuū. Nō accedet ad te
malū, & flagellū non appropinquabit tabernaculo
tuo. Qm̄ angelis suis mādabit de te, ut custodiāt te
in omnibus uis tuis. In manibus tollēt te, ne unq̄
offendas ad lapidē pedem tuū. Super aspidē & ba-
siliscū ambulabis, & cōculcabis leonē & draconē.

*In adiutorio. Fe. In abdito uel secreto. ut uideat non uisibilem, sed spiri-
tuale & mundo incognitam esse protectionem & refugium, quemadmo-
dum & sequētia indicant. In protectione. Fe. In umbra omnipotentis cō-
morabitur uel dormiet. A uerbo aspero. Fe. A peste prauitātū uel confra-
ctionum. Reliqua infra uidebis.*

Qui non confidit opibus, amicis, principibus, sapiētia sua, iustitia sua, aut *Fiducia in deū*
ulla creatura sed solo deo, huius uita in deo absconditur cum Christo, ut tu-
tus sit à legis sententia, ne peccatum, mors & inferorum portæ praeualere
aduersus eū possint. Hic sub umbra alarum dei licebit insultare, O mors ubi
nūc est uictoria tua. Deus liberauit nos ex laqueo illorū, qui nos abducere à *Laqueus uen-*
deo in mortē cupiebāt, insidijs uenari, ut sequeremur nō deū uocantē p̄ uer-
bū suū, sed laqueo mortis tenere, ut sequeremur cupiditates cordis nostri, *nantium.*
sapiētiā mūdi, breuiter ueierē illū & exc. etatū Adā. Hic aduiglabat Sa-
tan mille modis ad se allicere, mūdus ad se trahere. Nec cessabant, qui habe-
bant uerbum asperū pseudo prophetæ, pseudo apostoli, traditores illi, id est, *Verbū asperū*
qui traditiones humanas, & aliā fiduciā, quā in deū sequuntur, non solū cō-
tēpto sed etiā dānato dei uerbo. Horū uerbū asperū est, & à sinistris & à
dextris. A sinistris, Hic, aiūt, hereticus est, qui cōtēnit traditiones seniorū, si-
fic perrexeris filius es æternæ maledictionis, oēs te persecutur, & ipsa ui-
ta indignū iudicabūt, & quæ uoces sunt in psalmis, Nō est salus ipsi in deo
suo. Sperauit in domino, eripiat eum & c. A dextris, Si nos secutus fueris, si
traditiones maiorū, ditaberis pinguibus præbēdis, honoratus eris in popu-
lo, nihil deerit, filius eris obedientiæ, peccata ablues, filius eris æternæ ui-
te. Istud uerbum asperum utrimq̄ scindit & diuidit à deo, nisi deus ipse sit

nostrum refugium & asyllum, ut rectissime ex Hebr. eo appellatum sit pestis prauitatum uel confectionū, quæ omnia quocūq; te uerticis deprauat & confringit, nisi scutum & parmam habeas ueritatem, id est, uerbum dei, de quo iam sequitur, Scuto circūdabit te ueritas eius.

Verbū dei cre
ditū protegit.

Huc nota q̄ omnis uictoria & tuæ salutis ratio constet in uerbo dei. Scuto, inquit, circūdabit te ueritas eius, id est, uerbum dei, uel, ut Felix habet, Scutum & parma est ueritas eius, Ioan. 17. Pater sanctifica eos in ueritate, sermo tuus ueritas est &c. Vnde Ephe. 6. Patres confortamini in domino &c. Hoc uerbo ceu clypeo protectus non timebis neq; lucem neq; tenebras diaboli, id est, quicquid est uel insidiarum uel uolentiae siue à dextris siue à sinistris. Non timebis, inquit, à timore nocturno, à sagitta &c.

Timor noctur
nus.

Taceo nunc terrores noctis siue nocturni temporis, quos quidam tentati patiuntur, quo tempore grauius adhuc urgere solet tartarea illa potestas, iudicio dei iam pressos, & in conscientijs territos, quemadmodum & Iob dixit, cap. 7. Si dixerō, Consolabitur me lectulus meus, & reuelabor loquens mecum in stratu meo, terrebis me per somnia & per uisiones horrore concuties. Hos terrores, inquam, nunc taceo, ut radices tangamus, non horum solum, sed & omnium, quæ nos timere necesse est, si non adsit deus protector. Timor itaq; nocturnus est, ubi omnia aguntur in infidelitate, in ignorantia dei, in meris tenebris, & in tali obliuione dei & cōtemptu, qua si non sit aliquis deus. Vbi fit iusto dei iudicio, ut impius semper sibi conscius, cum deum sancto timore non timeat, tamen timeat omnia etiam tuta, uelut Cain, qui proprie patiebatur hunc timorem nocturnum. Vnde in psalmo, Non est timor dei coram oculis eorum, Illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Et in Prouerb. Fugit impius, nemine persequente, iustus autem quasi leo confidens, absq; terrore erit. De quibus in psalmo iterum, Fiat uia illorum tenebræ & lubricum, & angelus domini persequens eos. Neq; hic uident angelum persequentem, adeo tetra atq; horrenda est huius noctis obscuritas, ut uidere non liceat etiam persequentem, Ergo quod timet impius ueniet super ipsum. Hic timor nocturnus est omnibus, qui contemnententes audire nolunt, aut qui nunquā susceperunt uerbum dei, siue (ut hic dicitur) ueritatem dei, sine quo uerbo non est lux, sed nox & timor nocturnus, offensio & lapsus, de quo in psalmo, Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis. Hoc scilicet est, quod dicitur Deut. 28. Quod si audire nolueris uocē domini dei tui &c. percutiet te dominus amentia & aacitate ac furore mentis, & palpes in meridie, sicut palpare soleat acutus

In tenebris, & non dirigas uias tuas.

Sagitta autem uolans in die, est periculum quod uidetur quidem, sed tamen ferit antequam amoliamur, quia in die quidē est, sed tamen sagitta uolans est, quomodo autē tutus eris in medio sagittarū uolantium, quis uideas? Hoc periculum est illis, qui uerbum quidem audiunt, & cognoscunt quā scelerate uiuant & impie, nō tamen ab impietate resiliunt, sed etiam uidentes non uident, & audientes non intelligunt, ut sanentur, quia scuto ueritatis diuinæ non proteguntur. Semen enim uerbi dei radicem non egit in corda eorum. Vnde Deut. 29. Vos uidistis uniuersa, quæ fecit dominus coram uobis in terra Aegypti Pharaoni, & omnibus seruis eius uniuersaq; terræ illius, tentationes magnas, quas uiderunt oculi tui, signa illa portentaq; ingentia, & non dedit uobis dominus cor intelligens & oculos uidentes & aures quæ possint audire usq; in presentem diem.

Atq; hæc duo, scilicet, Timor eternus & sagitta uolans in die, sunt illorum qui aperte impij sunt, aperte dico, id est, uel sibi ipsis utcūq; à mundo probentur, quos quieto iure possidet diabolus, quia illi damnationem suam non uident, hi autem licet uideant respicere contemnunt, sunt enim his quædam chariora, quā ut propter uerbum dei dimittant. Duo uero quæ sequuntur, scilicet negotium, siue pestis perambulans in tenebris, & in cursus demonij meridiani, siue, ut Felix habet, egritudo repentina deustans in meridie, ad aperte malos non pertinent, sed tamen & ipsa sunt impietatis plenissima, quæ nō nisi scuto ueritatis dei propelluntur. Altero enim cadunt etiam sancti, altero hypocritæ & iustitiarij, siue in speciem sancti. In altero potestas & uolentia tenebrarum est, in altero uero astus & deceptio fidei sanctitatis.

Nōne magnum negocium & pestis Satanæ perambulabat in tenebris, quando Dauid tam robustus miles dei deiciebatur in adulteriū & homicidium, nec tamen per tantū tempus respicere potuit, quis nō ignorauit malum esse & homicidiū & adulteriū? In tenebris enim ambulabat ista pestis & istud negociū, donec uenit uox & legis & Euangelij ex ore Nathan propheta & corripientis & consolantis &c. Nōne quoq; hoc negociū perambulabat uel maxime in tenebris, dū innocentem & sanctū uirum Iob, post tantā patientiam perpulit in tam horrendam blasphemiam? ut legis Iob. 3. Nec absimile puto, quod legitur Hiere. 20. Quod qui in Iob nō intelligit, nihil illic intelligit, Non enim uidet potentiā Satanæ, quā ibi dominus nō obscuris describit uerbis. Sed domino loquente Iob peccientia agit, & diabo

li negociū confunditur, dū peccatū agnoscenti & credenti in eū qui iustificat impiū non imputatur. Item hoc negociū cum Petro negante agebat in tenebris, donec respiciente domino respuit & fleuit.

Incurfus de-
monij meri-
diani.

Incurfus autē demonij meridiani, uel, ut Felix habet, Aegritudo reper-
tina deus stans in meridie, est subitus spendor fide sanctitatis, qui usq; adeo
splendet, & intuentium oculos reuerberat, ut ei contradici non possit ab
illis qui uerbum dei siue scutum ueritatis non habent, quin pro sanctitate &
cultu dei habeatur. Hic est angelus Satanae irā figuratus in angelum lucis,
speciem pretendens pietatis absq; eius uirtute. Hoc est, Dæmonium quidē
est, sed meridianum, id est, lucidissima specie contentum, ne deprehenda-
tur. Haec specie hodie totum ferē mundum in cultu dei Satan demenauit,
ut intenderim non dicam, quod multa alia uitia sese hac persona pro uirtu-
tibus uenditant &c.

Super asp-
dem &c.

Itaq; diabolus & astu & aperto Marte, si permittitur, nos inuadit, prop-
ter illud dicitur aspis, basilicus, draco siue serpens, propter hoc uero leo &
catulus leonis. Sed in omnibus tutus est, qui habitat in adiutorio altissimi,
nempe scuto uerbi dei, cui firma fide adheret, protectus, Dedit enim deus
in Christo nobis uirtutem & potestatem, non super haec aut illa solum, sed
etiam super omnia dæmonia, & potestatem calcandi super serpentes &
scorpiones, & super omnem uirtutem inimici, ut nihil noceat, Luc. e. 9. &
10. Idcirco additur,

Cadent &c.

Cadent à latere tuo, scilicet sinistro multi, sed multo plures à dextris
tuis. Qui uerbo dei nititur, undiq; impugnatur, ut fides uerbi cadat, sed
protegente domino in tabernaculo suo, sub umbra alarum suarum, aduer-
sarij potius cadent, qui impetunt à sinistris in corporalibus rebus, sed mul-
to fortius instant à dextris in spiritualibus rebus, & in utrisq; per prospera
& aduersa, siue hoc uideatur esse contra deum, siue per hypocrisim & stulti-
tum zelum pro deo, hoc solum agentes, ut deiciant fidem, ut amittamus
scutum & dei protectionem.

Ad te autem non appropinquabit malū, quod intentant, Blasphemare,
persequi, crucifigere possunt & occidere, si dei bona erga nos uoluntas, ita
uult, separare autem à deo, quod solum malū est, non possunt, quorum iu-
diciū uidebimus suo tempore, in nos uero non irruet malum, neq; fortui-
tum neq; præuisum, Nam quod legimus, Non accedat ad te malum, Felix
sic, Non fortuito cadet apud te malum. Utinam istud uerbum promissionis
diuinæ credere possimus, qui infideliter cogitamus, forte uictus tibi dec-

fit, non habebis unde uiuas, forte odio habebunt te homines, illic capieris, dāna patieris, occideris &c. Si uerbo dei credis, necesse esset angelū e caelis Angelis suis uenire, & pascere te anteq̄ fame perires, quippe q̄ etiam angelis suis deus mandauit de te, ut in oibus uijs tuis ita custodiāt te, ne etiam uel fortuito impingat pes tuus i lapidē, aut capillus capitis tui cadat sine uolūtate patris, & ut superior sis toto regno tenebrarū, & omnibus dolis & uiribus Satanæ. Totus mūdus tuus est, si credis, & angeli tibi ministrant, ut uideas nos esse per Christum filios dei, atq; adeo deos quoq;.

Angelos reprobōrū custodes (qd̄ fabulatur) nō lego, sed electōrū, Heb. Angelorum Administratorij spūs sunt &c. In Euangelio, Angeli eorū semper uident custodiat. faciem patris mei, qui in caelis est. Act. 12. Angelus Petri. In Tobia, Angelus Tobiae. Dan. 10. & 12. Michaël dicitur princeps ppli Israelitici. Hic aut̄ attende, qd̄ citabat diabolus Christo, secū dū historā, tūc quoq; factū, Sic enī dicit Matth. Tūc reliquit eū diabolus, Et eae angeli accesserūt & ministrauerūt ei. Propterea aduerte diabolū tūc proprie egisse falsariū sacrarū literarū (quo iam plenus est mūdus) partē enim bona fide citauit, partē quae rum literarū. Falsarij sacrarū
coheret, tacuit, cōtra se enim uidit, qd̄ sequitur, Sup aspidē &c. Sic hodie libēter citāt, Ro. 2. Factores legis iusti habebūtur, q̄ totā disputationē Pauli in ea epist. non uidēt, aut, quē admodū diabolus, nō uidere uolunt, eō clarissime tendere, q̄ ex operibus nō est iustitia dei, id quod & tota sacra scriptura docet. Verum quō intelligerent dei iustificationē, qui eā impugnant? necesse est hic esse sicut equum & mulū sapientissimos illos doctores &c.

Quoniam in me sperauit & liberabo eū, protegam eum quoniam cognouit nomen meū. Clamauit ad me, & ego exaudiam eū, cum ipso sum in tribulatione, eripiā eū & glorificabo eū. Longitudine dierum replebo eū, & ostendam ei salutare meum.

Vt plenior esset consolatio deus ipse inducitur loquens, quanquā Promissio cre & praecedentia quid aliud sunt q̄ uerba dei, quae spūs dei loquitur in prophetis. Vt autem supra non audisti aliud quā fidei & spei encomium, ita & hic nihil aliud audis. Non enim dicitur, Quoniam multa bona fecit opera, & haec aut illa, Sed quoniam in me sperauit, ad me desiderauit (ut est in Hebræo) in tribulatione nomen meum agnouit & inuocauit, liberabo eum

à malo in quo est, protegam eum ne malo obruatur, exaudiam eum, & ne quid obesse possit, cum ipso sum in tribulatione, in media quasi desperatione, in media morte & inferis, etiamsi ob peccatum adfligitur cōscientia. Nō solum eripiam eum, ut eripiatur à tentatione, à periculo, à debito, sed etiā glorificabo eum in conspectu mundi, & omnium sanctorum. Aeterna uita donabo eum & uidebit in æternum salutem meam. Nōne hæc in Christo uidemus impleta? quid ergo dubitas de te, nisi forte adhuc ignoras te esse in Christo? Felices nimium, si omni & corporis & mentis necessitate sciremus qd sit quod dominus dicit, Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum &c. quemadmodum & Paulus dicit, Philipp. 4. Dominus prope est, de nulla re sollicitus &c.

Atq; hic occupatur, quod posset obijcere. Psalmus dicit, Non accedet ad te malum &c. etiam qui dicunt esse confidendum deo, exponuntur omnibus huius uitæ malis. Respondet deus, Liberabo eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam &c. Omnia illa mala, quæ in istius carnis iudicio patitur, tantū abest, ut coram deo mala sint, ut nisi ista uenirent, non posset dei promissio uera uideri, ut ipsa iam per deum, non solum mala non sint, sed etiā glorificatio æterna &c.

PSALMVS XCI.

Titulus. Psalmus cantici diei Sabbati.

S V M M A. Proculdubio iucundi aliquid habet psalmus, qd (ut titulus habet) in festo scribitur cantari, quo indicatur nobis hic festum & uerum sabbatum esse descriptū. Hic enim salutare esse pronunciat laudare nomen domini & opera eius, non magnificare iustitias nostras & opera humana. Sed hoc non potest intelligere uir stultus & hypocrita, intelliget autē quandoq; sed nimis sero, cum lampadas uiderit extingui, oleo deficiente.

BOnū est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. Vt annunciemus mane misericordiam tuā, & ueritatem tuam per noctem. In decachordo psalterio, cū cantico in cithara. Quia lætificasti me domine in opere tuo, & in operibus

manuum tuarum exultabo. Quā magnificata sunt
opera tua domine, nimis profundæ factæ sunt co-
gitationes tuæ. Vir insipiens non cognoscet & stul-
tus non intelliget hæc.

Bonum est, ut semper magnificemus dominum hilari spiritu, & sancti-
ficemus nomen eius, & in mane, id est, prosperis siue consolatione accepta, *Mane.*
quando prædicanda est nobis dei misericordia, & nihil nostris ad scribenda *Nox.*
dum meritis, & per noctem, id est, in aduersis siue tentatione, quādo, ne de-
speremus animo fracti, repetenda est nobis & magnificanda dei ueritas, id
est, promissio, quæ proculdubio suo tēpore complebitur. Diximus & hæc
psal. 5. & alibi. O salutaris ista doctrina, si spiritus nos docuerit, quā & ita
legis Ecclesiastici. 11. In die bonorum &c.

Vnde uero ista iugis laus & consolatio siue fiducia in deum ueniat, ele-
gantissime additur. Quia, inquit, letificasti &c. Inde est mihi iugis in deum *Opera dei nō*
fiducia, siue in prosperis siue in aduersis, q̄ uideam omnia in manu tua esse *nostra.*
sita, qui omnia mirabiliter creasti, qui omnia tua prouidētia disponis, ut ne
capillus quidem cadat de capite nostro, aut passerculus in terrā, sine te, qui
omnia ubiq; facis, qui mirabiliter in sanctis à condito mundo operaris, ut
non dubium sit, quin omnia ad profectum meum agat, id quod saepe expe-
rior, licet in tentationibus non cōprehendā, licet quādoq; ipse obruar &c.
ut iam non dicam reliqua tua per Christum redemptionis opera. In omni-
bus his, inquam, operibus tuis & iustificationibus tuis letificasti me, & ego
exultabo nō in meis operibus & iustitia, nō in mea prouidētia, sed in tuis &c.

Hic obijcit incredulum hodie uulgus, Tu abijcis omnia humana opera? *Nostra nihil.*
Respondeo, Abijcio, ut nō abijciam opera & gratiam dei. Domini est salus,
Sabbatum deo agendum, non nostra sed dei uoluntas fiat, & deus operetur
in nobis, & uelle & perficere pro bona in nos uoluntate, ut dicitur Philip-
pen. 2. Magna hæc sunt, inquit psalmus, & inscrutabilia, quæ solū fide ag-
noscuntur credentium. Vir autem insipiens & stultus, id est, incredulus & *Vir autem*
hypocrita hæc intelligere non poterit, idcirco stulticia sunt illi omnia, quæ *insipiens.*
dei sunt. 1. Cor. 1. Erit autem quādo cognoscet, sed sero, id quod sequitur.
Habent hic qui magnificant sua, & contemnunt quæ dei sunt, qua appella-
tione coram deo censeantur.

Cum exorti fuerint peccatores sicut focum, & ap-
 paruerint omnes qui operantur iniquitatē. Vt inter-
 reant in seculum seculi (tu autem altissimus in æter-
 num domine) Quoniam ecce inimici tui domine,
 quoniam ecce inimici tui peribunt, & dispergētur
 omnes qui operantur iniquitatem. Et exaltabitur
 sicut unicornis cornu meū, & senectus mea in oleo
 pingui. Et despexit oculus meus in inimicis meis,
 & in insurgentibus in me malignātibus audiet au-
 ris mea. Iustus ut palma florebit, sicut cedrus in li-
 bano multiplicabitur. Plantati in domo domini, in
 atrijs dei nostri florebit. Adhuc multiplicabun-
 tur in senectute pingui, & bene patientes erunt, ut
 annūcient. Quoniam rectus dominus deus noster,
 & non est iniquitas in eo.

*Peccatores. Fe. Impij. Et senectus &c. Fe. Conspersus sum oleo uiridi.
 Et despexit, uel, ut Felix habet, Respexit, prateritum pro futuro more
 Hebraico, uel potius prophetico. Hęc autem figuram orationis significare
 ultionem uidere & audire in inimicis, uel potius de inimicis, indicauimus
 psalmo. 43. Clarius autem hic reddidit Felix, Et respexit oculus meus in ini-
 micos meos, de his qui insurgunt aduersum me malignantibus, audient au-
 res me.e.*

*Adhuc &c. Felix, Adhuc germinabunt in senectute, pingues & utri-
 des erunt. Vt annuncient q. rectus dominus, rupes mea, & non est iniqui-
 tas in eo.*

*Vt facilius construas, quę hic legimus, inclusi in parenthesi. Tu autem
 altissimus in æternum domine, & particulam, quoniam, indicamus abun-*

dare, ut sepe alias, ut sic colligas, Cum satis floruerint impij in suū interitū,
tunc ecce hi inimici tui domine peribunt, tunc gloria apparebit iustorū.

Qui nunc increduli sua opera iactant, non dei agnoscunt, exc. ecclī sua
sapientia & iustitia, & seducti specie huius mundi, sic sentientes, Nos pro-
bamur, nos floremus, nobis omnia ad uotū adsunt, alij contemnuntur, de-
specti sunt, egent, ergo nos illis sumus meliores, & uel soli deo accepti, non
sumus sicut ceteri hominū &c. cum tamen scriptura uocet inimicos dei, &
operarios iniquitatis, nam suam uolentes statuere iustitiam, iustitiæ dei non
possunt esse subiecti (uide psal. 5.) Hi, in quā, cum floruerint & apparuerint
gloriosi in mūdo, diuites, potentes, sancti, uirgines ornatis lampadibus, ita
ut nemo possit eos iudicare, q̄ errent, nisi spūs, qui dydicat oīa, cū florue-
rint ad eternū interitum (id quod ipsi tamen salutē arbitrabantur) Tunc
peribūt, ut scēnū suo tempore, & apparebit iniquitatem fuisse, quicquid co-
nati sunt, domino non operante, & suo spiritu non agente. Quicquid enim
non est ex fide, peccatū est, quantacūq; specie fulgeat sanctitatis demoniū
meridianū, & angelus Satanæ in angelum lucis transformatus, & doctrina
demoniorum, quæ horrenda blasphemia iactant in hypocrisi & mendacio.
se esse uerbum dei &c. Tunc exaltabitur sicut unicornis &c.

Olim uidebitur.

Tu autem altissimus in æternum domine. Hæc oratio interiecta hoc in-
dicat, quod Esa. 43. dicitur, Gloriam meam alteri non dabo. Impij & hypo-
critæ habent in quo gloriantur, ex operibus & studio humano promittūt
salutem, quasi gigantes suis uiribus in cælum ascensuri, id quod est gloriam
& celsitudinem soli deo non permittere, sed seipsum exaltare, sed tu domi-
ne excelsus es in æternum, etiam quando alij se exaltant, te ignorante &
disimulante, nempe, qui omnia tentāt sine tuo uerbo & mandato, id quod
tunc apparebit, quando uidebitur eorum interitus, quando cadent ipsi, &
omnia opera eorum, solum autem manebit deus gloriosus, & non interibit
quicquid ipse in sanctis operatus est, uerbum enim dei & opus interire non
potest in hominum salute.

Dominus son-
lus excelsus.

Et exaltabitur &c. Tunc ait iustus potentia mea, quæ iā à mūdō nō ui-
detur, erit gloriosa & fortis, ut potentia, & cornu indomiti Monocerotis,
psal. 21. & senectus mea i. ultimum tempus erit in oleo pingui. i. abundans
misericordia dei, atq; ad eo iuuenescens, ubi defectura ætas uidebatur. Et ui-
debit oculus meus, & aures meæ audient ex sententiæ dei uindictam in eos,
qui nos maligno animo tantū, ppter dei iustitiā quam cōfitebamur odio ha-
buerūt & persecuti sunt. Iustus (ut cūq; de ipso iudicetur) florebit perpetus ut

Vicissitudo
felix.

palma, cuius ne foliū quidē defluet, psal. 1. & sicut cedrus libani multiplicatur in se, auctus fide & iustitia dei, & qui præterea multos uerbo pietatis conuertit ad deū. Qui plantati sunt à deo, non à se (psal. 1.) in domo domini. i. in ecclesia sanctorū, ubi nulla iustitia, nullū opus agnoscitur esse aliquid nisi dei, Hi florebut corā deo in illis ipsis atrijs, & ferent multiplicē iustitiæ dei fructū in senectute pingui, & ut ita dicā, iuuenescente, ut supra, Et bene patientes erunt (græcismus est), id est, omni felicitate per deū abundant, ut annuncient in æternū, q̄ deus nunq̄ amplectitur iniquos, nunq̄ deserit suos, ut cunq; ad tempus omnia aliter oculis hominū uideantur &c.

PSALMVS XCII.

Titulus nullus in Heb.

SUMMA. Regnū dei in Christo describitur, exaltato in dextera patris, & in mundo efficaciter licet resistentibus inferorum portis predicato.

Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est dominus fortitudinem, & præcinxit se. Etenim firmavit orbem terræ qui non commouebitur. Parata est sedes tua ex tunc, a seculo tu es. Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina uoces suas. Eleuabunt flumina fluctus suos, a uocibus aquarū multarū. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, domum tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum.

Dominus regnauit.

Credibilia. Fe. Fidelia. Hec oratio, Dominus regnauit, significat, Dominus regnū accepit, uel, dominus regnat, siue dominus iam rex est. Id quod posset accipi de eo, q̄ deus oīa condidit & omnia gubernat, sicut infra psal. 94. Quoniam deus magnus dominus, & rex magnus super oēs deos &c. q̄a & hic dicitur, Firmavit orbem terræ, & immobilem fecit, et licet ab æterno sit deus, tamē in tēpore cœlū sibi sedē edificauit, sicut dicit Esa. ult. Cœlū mihi sedes est &c. Sed rem ego pressius intuens, inuenio quosdā non male interpretas

tos hunc psalmum de regno Christi. Facit enim me certiore[m] psalmus. ubi precipitur prædicari in nationibus siue genibus, q[ui] dominus regnauit. Regnum autem Christi est, q[ui] ipse in cordibus nostris uincit diabolum, mundum, carnem, abolita legis sententia & tyrannide per sanguinẽ crucis sue, quod non est regnum huius m[un]di, & exterior larua, ut hodie fingimus, sed uerum & spirituale regnum, de quo oramus, Adueniat regnum tuum. quo regno cepit mox regnare post mortem glorificatus, quia & in hoc ascendit, ut ad impleret omnia. Vnde dexti, Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. De hoc quoq[ue] regno est totus psalmus. 4.6. Regnauit, inquit, deus super gentes, deus sedet super sedem sanctam suam.

Dominus igitur in Christo regnum accepit, glorificatus est, potestatem accepit in celo & in terra, ut accinctus pergat in hostem, nulla creatura ei cuiq[ue] regno, id est, illis qui in regno eius sunt, præualere p[oss]unt. Omnia enim deus subiecit sub pedes eius &c. Nam & missio è cœlis spiritus sancto, firmavit homines in terra, qui non commouebuntur, id est, in gratia manebunt stabiles, portæ inferorum non præualebunt. Tuum quidem tunc o[mn]i Christe paratum est solium, quando dictum est tibi, Sede à dextris meis, tu tamen non tunc cepisti esse deus, qui es ab æterno, ut cõfundantur Iudæi, qui nos nouum colere fingunt deum. Tunc prædicatum est in toto orbe in nationibus (quod adhuc impletur) q[ui] scilicet dominus regnauit. Eleuauerunt, inquit, flumina illa spiritus sancti (Ioan. 7.) uoces suas, id est, prædicationem Euangelij, qua primum damnantur omnia, quæ mundi sunt. Eleuauerunt & fluctus suos. Impetu enim spiritus dei ferebantur, nihil ueriti, quacumq[ue] mundi potentiam, sapientiam, iustitiam, & sermo eorum fuit in uirtute, domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis, qui promiserat eis, dicens, Dabo uobis os & sapientiã, cui non poterunt resistere omnes aduersarij uestri. Vnde hic additur,

Eleuabunt flumina fluctus suos à uocibus, id est, præuocibus siue ultra uoces aquarum multarũ. Aquæ multæ sunt populi multi, ut alibi diximus, quos statim mare uocat, de quibus Esaias. Impij, inquit, quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Prædicabatur tunc ubiq[ue] Euangelium, ut exaltaretur Christi regnum in hominibus, & ubiq[ue] contra dicebatur, & ui resisteretur ab impijs, ut & hodie. Clamabant flumina, eleuabant & fluctus suos, clamabant & aquæ multæ, & eleuabatur mare, ut absorberet flumina. Hic multi clamabant & præliabantur contra paucos, sed frustra, nam illi brachio carnis, hi brachio dei nitebantur. Mirabiles, inquit, siue terribiles

Regnũ Christi

Glorificatio Christi.

Non pacẽ sed gladium.

quidē elationes maris, quod erigebatur cōtra dei iustitiam, sed & (deō gratia) mirabilis & terribilis in cœlis dominus, qui miro artificio per contradi-
 ctionē & insultū impiorum confortat corda, & auget numerū suorum. Cooperantur enim oīa electis in bonū, qui inde cre-
 ſcūt unde perituri putabantur. Veritatē huius psalmi hodie uident, quotquot adhuc caci nō sunt.
 Testimonia tua &c. Virtute enim magna reddebant Apostoli testimoni-
 um resurrectionis Iesu Christi domini nostri. Certissimū enim erat eū glori-
 ficatum esse in cœlis, qui tam stupēda miracula operabatur, & potētia uer-
 ba loquebatur in suis. Ecclesiā ergo tuā, o Christe, in qua regnas, decet san-
 ctitas & iustitia illa, quæ est per fidem in æternum. Regnū enim lucis est,
 non tenebrarū, quemadmodū & Apoc. ult. dicitur, Beati qui lauant stolas
 suas in sanguine agni, ut sit potestas eorū in ligno uitæ, & per portas intrēt
 in ciuitatem. Foris canes & uenefici & impudici & homicidæ & idolis ser-
 uientes, & omnis qui amat & facit mendacium.

PSALMVS XCIII.

Titulus nullus in Hebr. eo.

SUMMA. Nisi hodie tales psalmos ad nos pertinere intelligamus nimis
 ingrati sumus gratiæ dei iā reuelatæ. Orāt enī hic pij, quorū caput ab æter-
 no Christus est, cōtra impios, ut impietas destruat, et cōteratur & pereat
 in æternū regnū Satanæ, qd' se regnū lucis, qd' in externis fulget, mētatur,
 & beatus hic prædicatur, quē dominus docuerit uerbo suo, ut ab oībus in-
 fidijs & insultu impie contra uerbū dei sentientium possit esse securus &c.

DEus ultionū dñs, deus ultionū libere egit.
 Exaltare qui iudicas terrā, redde retributi-
 onē superbis. Usquequo peccatores dñe, usquequo
 peccatores gloriabuntur? Pronūciabunt & loquē-
 tur iniustitiā, loquentur oēs qui operātur iniquita-
 tem. Populū tuū dñe humiliauerunt, & hæreditatē
 tuā uexauerūt. Viduā & pupillū occiderūt, & adue-
 nam interfecerūt. Et dixerunt, non uidebit dñs, nec

Intelliget deus Iacob. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audit & aut qui finxit oculum non considerat. Qui corripit gentes non arguet & qui docet hominem scientiam. Dominus nouit cogitationes hominum, & uanae sunt.

Libere egit. Fe. Splendide appare, uel splendide apparuit, Conuenit autem magis ut legatur Appare. Peccatores. Fe. Impij. Loquentur omnes. Fe. Magnificabuntur uel gloriabuntur omnes.

Apte deum ultionum uocat & iudicem terrae, quem uult inuocare contra Deum ultionum. ueritate pietatis aduersarios, is enim est, qui dicit, Mibi uindicta, & ego retribuam eis in tempore, ut labatur pes eorum. Hic libere egit, siue splendide apparuit semper, ubi populus ipsius premebatur. Nouit hoc Pharaon ille, nouit & Sennacherib, uel ubi alioqui ipse contemnebatur, testis est Cain, Saul, Item murmuratores in deserto &c. Semp qui putabatur ab impijs non esse qualis est, superbis, contemptoribus & blasphemis, libere egit, nullius personam respexit siue gentilis siue iudaei, splendide apparuit, id est, cum gloria adfuit iudex, qui putabatur non adfuturus. Verum aptius fuerit legere hoc loco, Splendide appare, uel, libere age. Ait ergo,

Deus qui prohibes nos uindicare, tua est ultio in aduersarios, tuum est **Contra os fores** iudicium, noli dissimulare, exaltare, sentiant manum tuam superbi, id est, **iustitiae dei,** contemptores tui & blasphemis, quousque iuste iudex permittes impijs gloriari in opibus, honore mundi, opinione iustitiae & sanctitatis, quousque pronuntiant, diffinient, statuent, defendent, docebunt, predicabunt superbe, & ex mera presumptione sui cordis iniustitiam, id est, quicquid est contra dei iustitiam & ueritatem, hoc est, humanam iustitiam & mendacium, qui tamen nihil aliud operantur in conspectu tuo, quam iniquitatem, ut cumque, seducti illi & seductores mentiantur stultis oculis opera bona. Quicquid enim non est ex fide uerbi dei, peccatum est, quemadmodum & alibi sepe de operarijs iniquitatis diximus. Hic o deus tua res agitur, tuum regnum impetitur, Nam per haec ipsa tuum populum humiliauerunt, id est, afflixerunt, & de statu suo deiecerunt, & praeiorum qui sunt hereditas tua conscientias uexauerunt, domos uindictarum com-

derunt, ut res mundi, & uictum aliorum sudore paratum ad se mendacis
dæmonij meridiani traherent, deinde caussa uiduæ, pupilli & aduenæ non
pertinet ad eos, nemo ex eis talibus succurrit, principes eorum fures sunt
& socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. cui quæ
so dant, aut à quo nõ cupiunt accipere nostri iustitiarj hypocritæ, qui plus
quã dij putãtur? Esaias ca. 1. talia scribit de illis, qui multa festa celebrabãt,
& omnia in cultu dei multipliciter ornabant, ut nihil deesset sacrificijs in
speciem, sed blasphemos uocat, uiros sanguinum, fures & infideles homi-
cidas &c. qui eò prorumpunt etiam uestigia, ut ne corporibus quidẽ par-
cant, ubi aliter res confici non potest, ut suum regnum statuunt, nõ solum
animarum, sed & corporum interfectores. Cauent irregularitatem, & non
uolunt ingredi in edes Pilati, & tamen petunt Christum occidi, & Euangé-
lium dei armis humanis, si fieri potest, opprimi.

Homicidæ mû-
do non mani-
festi.

Atq; hic uide quæso diligenter, q̃ psalmus non loquitur de latronibus
& homicidis apertis, quos etiam mundus iudicat, sed de illis qui quæsito co-
lore & specie iustitiæ insaniant contra illos, qui resistere non possunt, qui
hic uocantur uiduæ, aduenæ, pupilli, alibi uno uocabulo pauperes, ut intel-
ligas hic totum corpus ecclesiæ ab initio mûdi loqui, Sic enim illi impij agunt,
ut deprehendi quasi impie agant, nolint, atq; adeo sic, ut etiam coram deo
uelint uideri iuste agere, non aliter quã impij pharisei & principes sacer-
dotum iustitiam maximam prætexebant blasphemando, condemnando, oc-
cidendo Christũ. Hæc ita manifeste hic dicuntur. Et dixerunt, scilicet apud
se in corde, non uidebit dominus, nec deus iacob intelliget consilium no-
strum, Nos fingemus hoc esse pro honore dei, & dicemus aduersarios no-
stros esse seductores & in deum blasphemos, quãuis nihil uel uideamus uel
audiamus, quod posset in eis secundũ scripturam condẽnari, & ita ut fin-
xerimus accipiet deus. Sed uanitatis suæ, insipientiæ & stultitiæ condem-
nantur, cum dicitur, Intelligite qui nihil habetis mentis, quippe qui non ag-
noscitis uerbum dei, quod solum illuminat, & facit sapientes &c. Quid nõ
audiret deus, qui dat alijs auditum? quid nõ uideret oculorum creator? quã
consilium lateret cordium singulorum effictorem? Aut si hæc non negatis,
dissimulaturumne putatis, qui solet corripere gētes, id est incredulos? Sed
hæc spes est phariseorum, ut dicant, Esa. 28. Percussimus fœdus cum mor-
te, & cū inferno fecimus pactũ. Flagellum inundans, cū transierit nõ ueniet
super nos, quia posuimus mendaciũ spem nostrã & mēdacio ptecti sumus.

Ex hoc

Ex hoc loco citat Paulus. 1. Cor. 3. Dominus nouit cogitationes sapientum q̄ uanæ sunt, cum tamen neq; ex Græco hodie neq; ex Heb. legatur sapientum, sed hominū uel hominis, sed recte ad sententiam. Nam cogitationes hominū nihil aliud sunt quā sapientia & prudentia & iustitia carnis, quæ sunt ipsa uanitas, & ad uanitatem sufficit esse hominē, quemadmodū alibi, Verū tamen uniuersa uanitas omnis homo uiuens. animale m hominē supra Paulus nominauerat cui stulticia sint omnia quæ dei sunt & c. Habes itaq; hic q̄ omnis conatus humanus, quocūq; etiam sapientie & iustitie nomine appelles, sit uanitas & stulticia. Solum uerbum domini spiritu iustificat & sapientes facit. De quo sequitur.

Citatio Pauli.

Beatus homo quem tu erudieris domine, & ex lege tua docueris eum. Ut mansuefacias eū a diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea. Quia nō repellat dominus plebem suam, & hæreditatē suam non derelinquet. Donec iustitia reuertatur in iudicium, & qui tenent eam omnes recto sunt corde. Quis confurget mihi aduersus malignantes? aut quis consistet mihi aduersus operantes iniquitatē? Nisi dominus adiuuisset me Paulo minus habitasset in inferno anima mea. Si dicebā, motus est pes meus, misericordia tua domine adiuuabat me. Secundū multitudinē dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerūt animā meā.

Beatus & c. O uerbū omni ueneratione suscipiendum, uerbum uere beatus Docet deus. titudinis & miræ nostro tempore consolationis, quod quæso cur adiectū est si non hic dicitur de animarum per falsam doctrinam occisoribus? Beatus, inquit, qui est θεος ἰδαντος, qui eruditur tentationibus & persecutionibus, & docetur ex lege dei, ut agnoscat ex uerbo fidei quæ sit bona uolūtas

tas dei patris, beneplacens & perfecta, utcūq; turbent doctrinam fidei im-
pij magistrū. Cui deus dederit noticiam sui ille habet, cui non dederit is ha-
bere non poterit. Aperit enim ipse & nemo claudit, claudit & nemo ape-
rit. Et, caro & sanguis nō reuelant tibi Petre, sed pater meus qui est in coe-
lis. Animalis homo non percipit ea quæ sunt dei. Item, Nemo potest uenire
ad me nisi pater meus qui misit me traxerit eum. Et nemo uenit ad patrem
nisi per me &c.

Vt intereat Adam. Vt mansuescās &c. Coniunge cum eo quod præcedit, Beatus quem tu
deus erudieris, ut pater castigatione erudit filium, & quem tu docueris spi-
ritu ex uerbo tuo. Vt ista eruditione & doctrina mansuescās eum à die-
bus malis siue per dies malos, id est, per ea quæ patitur in hac uita, ut pau-
latim malis eruditus cadat à sua sapientia, à sua hypocrisi, à prudentia car-
nis, breuiter à sua uolūtate & uetere Adam. Nemo enim gloriabitur se mū-
dum habere cor, nisi quem dominus sic paulatim erudierit & docuerit, id
est, purificauerit & ex fide in fidem duxerit. Atq; ita dies mali pijs non so-
lum non mali sunt, sed etiam necessarium bonum quo carere non possunt,
ut frangatur ipforum Adam & crescat Christi spiritus, dum interim impio,
qui regnare uidetur & pijs dominari, foditur fouca, id est, quotidie crescit
eius damnatio donec compleat peccata sua, ut alibi diximus. Sic cedunt etiā
mala pijs in bonum, impij peccant etiā in optimis rebus. Felix legit, Vt præ-
stes quietem illi à diebus malis, quod eandem sententiam habet, nisi tu sic in-
tellexeris. Vt pius habeat quietem ubi dies mali uenerint impijs, sed non ita
apte ad hoc quod additur, Donec fodiat impio fouca.

Iustitia reuertetur ad iudicium. Repulsi uidetur dominus suam plebē & hereditatem in afflictione,
sed θεοῦ ἰδ' αὐτοῦ patienter sic sentit, Non repellet dominus plebē suā &c.
Donec iustitia, id est, iustificatio dei in sanctis quæ nunc & semper est, licet
non uideatur à carnalibus sed rideatur, contemnatur, condemnetur ut res
nihil, ut res impia, reuertatur in iudicium, id est mundo palàm fiat nō esse
uanam iustitiam, sed rem iustam, ut omnium iudicio talis appareat qualem
antea dum non uidebatur iudicabant esse pij in spiritu. Id quod fiet ubi in-
signi plaga uel magna rerum mutatione deus, confuderit aduersarios, aut
certe in extremo tandem iudicio. Interim oportet nos patienter expectare
diem domini, quando iudicabitur non dico à deo, sed ab omnibus homini-
bus aliter atq; nunc. Tunc iustitia quæ nunc hærescos damnatur uidebitur
esse iudicium. Felix sic uertit, Quoniā ad iustitiam reuertetur iudicium, id
est, iudicium nunc abest, non recte iudicatur de iustitia, erit quādo agnosce-

tur quādo redierit iudicium, quādo aduersarij cognoscent ueritatē uel in salutē, uel in eternā sui damnationē. Et additur, Et qui tenēt eam scilicet iustitiam, id est, qui eam in tēpore tentationis nō deserūt sunt recto corde, id est, credentes & ueri uerbi dei amatores & deos id est αττοι. Felix autē sic, Et post ipsum omnes recti corde. Post ipsum, scilicet dominū, id est, dominum sequūtur & non deserunt uias eius quotquot fidei sunt corde &c.

Quis consurget pro me aduersus malignātes, id est, maligno animo nullo la fide bona ne ad homines quidem agentes? ut & hic uideas qui sint aduersarij contra quos precatur psalmus, nēpe idem operarij iniquitatis, de quibus Christus Matth. 7. Disceditē a me omnes qui operamini iniquitatem. Et respondet, Nisi dominus adiuuisset me mors & inferi absorbuissent me & desperatione periissem. Domine quādoquē te inuocabam, dicens, Motus est domine pes meus, id est, stare non possum, tentationi non par sum, mihi pereundum est in peccatis, nunquā misericordia tua deseruit me, secundū illud, Omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Multae quidem fuerunt tentatiōes & dolores cordis mei domine, sed felici uice rursus in omnibus consolatus es me, id est, nunquā in tentatione deseruisti me quin consolatione spiritus tui rursus me consolaberis. Atq; hęc est fides exercitata quę experta sępe dei misericordiam ex ipsis tentationibus fit robustior. Habes & hic nihil esse salutis in quacūq; re pręterquā in solo deo, id quod cęci hypocrite uidere non possunt.

Solus deus adiutor & saluator.

Secundū multitudinē &c.

Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, fingens laborem in præceptum? Captabūt in animam iusti, & sanguinē innocentē condemnabūt. Et factus est mihi dñs in refugium, & deus meus in adiutoriū spei meę. Et reddet eis dñs iniquitatē eorum, & secundū nequitiam eorū delebit eos dominus deus.

Fe. Et in malicia corū disperdet illos, disperdet eos dominus deus noster. Nota q; participiū fingens pertinet ad dictionē sedes, nō ad tibi. Male ergo in uulgata irāslatione resoluerūt, Qui fingis, dātes occasionē quibusdā hoc loco extra oleas, quod dicitur, excurrēdi, cū potius resolūendū erat, Quę fingit. Pręterea & iam eos uocat sedē iniquitatis siue thronū prauitātū

**Cathedra pesti-
lentie.**

sive, ut psal. i. dicitur, cathedram pestilentie, quæ nõ adhaeret deo, id est, à deo omnino aliena est, quæ operatur uel fingit siue format laborem & dolorem uel iniquitatem, in præceptum siue legem uel aduersus legem uel iuxta legem uel super legem (hæc enim omnia hic ex Heb. legi possunt) quo proprie notantur qui docentes & statuentes aggrauant legem dei, alligantes onera grauiã & imponentes in humeros hominũ quæ ne digito quidẽ uolũt mouere. Et sic ablato iugo domini suauis & onere leui (quod est Euangelium sanctum, lex spiritus uitæ quæ liberat nos à legis sententiã & tyrannide) traditionibus humanis uexant & perdũt miserorum conscientias, ut nemini liceat uel cogitare aliquãdo deum pium esse patrem per Christum, dei ordinationem esse bonam, creaturas esse bonas si cum gratiarũ actione utaris. Imò & ita se erigunt pro deo & dei præceptis istæ abominaciones & doctrine demoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, ut præ eis omnia quæ dei sunt damnentur & hæretica iudicentur, quã blasphemiam increpet dominus quã primum, Amen.

**Consilium ma-
lignantium.**

Deniq; de eis addit ut adhuc uideas qui sint. Captabunt in animam &c. Quid enim est captabunt, nisi blandicijs & insidijs uenabuntur & decipient assumptæ persona iustitiæ, ut capiant animã iusti & sanguinem cõdemnent innocentis, id est, illius contra quẽ non habent iustam causam, qui propter iustitiam cordis quam ore factur & factis prodit, odio habetur ab eis. Consilio enim & iusto iudicio agere non uolentia uolunt uideri, sicut caput quoq; nostrum Christum sine simulato iudicio occidere non audebant. Neq; solum hominibus imponere tentant, sed etiam querere ut conscientia suam aliquo furo excusent, id quod est moliri nequitia quasi deo non uidentur aut intelligente, ut supra dictum. Docet cõtra legem, subuertit populũ, non seruat traditiones sanctorũ patrum, quis ista iudicaret esse bona? quis non uideret se ductorem qui docet præter morem à Galilæa usq; huc &c?

Homicidæ.

Hi homicidæ sunt omnes qui olim pietatem persecuti sunt, & cõtra dei ueritatem suã querentes docuerunt, & hodie omnes qui nolunt nos ex sola in Christum fide iustificari, propter quem articulum Christus uenit è cœlis nobis doctor & uiuificator. Dic quæso impie ueritatis persecutor & filii diaboli (quando quidẽ contra filios dei pugnas) propter quem alium articulũ Christus occidebatur & occidi uolebat, nisi q; solam docuit cordis iustitiam, & statuta doctrinãsq; humanas & opera nostra nihil esse ad iustitiam? Tibi non solum gratis Christus mortuus est, sed & unus ex illis es qui eum occiderunt. Dominus adhuc est refugium iustorum qui reddet impiis

tem in caput tuum. Dispersit superbos mente cordis sui, id est, suis ipsorum consilijs, Amen.

PSALMVS XCIIII.

Titulus nullus in Heb.

SUMMA. Hic dulcissimo spiritus affectu inuitamur ad terram promissionis, ad ueram requiem domini siue sabbatū illud domino delicatum, ubi sola est sanctificatio nominis domini, quia omnia in manu eius sunt qui omnia condidit & ex manu eius omnia suscipimus, ne fiat nobis hodie, id est, nunc reuelata gloria domini, ut dicitur Esa. 40. sicut fiebat tūc in die tentationis in deserto patribus infidelibus, quod lege Nu. 14. qui suas uias infelici ter secuti, id est, suis cōsilia & opera, uias domini, id est, opera eius & patris curam non agnouerunt.

Venite exulemus domino, iubilemus deo salutari nostro. Præoccupemus faciē eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Quoniā deus magnus dominus, & rex magnus super omnes deos. Quoniā in manu eius sunt fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt. Quoniā ipsius est mare & ipse fecit illud, & aridam manus eius formauerūt. Venite adoremus & procidamus coram eo, & ploremus coram domino qui fecit nos. Quoniam ipse est deus noster, & nos populus eius & oues manus eius.

Super omnes deos. Græci nunc legunt ἐπὶ πᾶσιν γῆν, id est, super omnem terram, quod est in psal. 46. Quod autem post hæc uulgo canunt, Quoniā non repellit dominus plebem suam, neq; in Græco, neq; in Hebræo est, ex glossis adiectum uidetur. Fines, Fe. Explorationes. Deo omnis terra explorata est & cognita, quemadmodū mihi illud quod in manu teneo.

Venite &c. Fe. Venite adoremus & prociadamus, & genua flectamus ante dominū factorem nostrum. Itaq; quod legimus, Ploremus, non est in Heb. Et nos &c. Fe. Nos autē populus pascuæ eius & oves manus eius.

Laudis dei creatoris.

Hæc certe est inuitatio Euāgelica qua admonet nos hodie spiritus, ut qui gloriatur in domino gloriatur, in omnibus de se diffusus, in omnibus de dei misericordia confisus, ut fide iam iustificati & filij dei facti gaudeamus in domino, iubilemus ei (quæ alibi sepe diximus) præoccupemus, id est, ueniamus ad conspectū eius in cōfessione, id est, laudatione & sanctificatione nominis eius in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus cantantes & psallentes domino in cordibus nostris gratias agentes semper de omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo & patri, Ephe. 5. Non opus est ut admorem hanc confessionem non esse auricularem illam, quò quidam hoc detorqueunt. Hæc tamen confessio laudis dei non est sine agnitione peccatorum in conspectu dei, nisi enim tua omnia contempnas, deum non glorificabis.

Fides creationis.

Ideo, inquit, exultandum domino soli, iubilandum deo qui solus est saluator nostra. Quia ipse est magnus dominus & rex cui non sit similis, qui dominatur uniuerse creaturæ & sapienter omnia regit & disponit, in cuius manu sunt omnia, quippe qui omnia sua manu creauit, & nos qui nō sumus nostri, omnia ex eadē manu uelut oves ē manu pastoris suscipimus, & quasi oves manuducimur & spiritu dei non nostro agimur. Breuiter quicquid est & quantus quantus est ipse deus, noster est. Non frustra igitur scriptura nobis inculcat fidem creationis q; deus omnia condidit, continet, disponit, Nam & Christus ē cœlis uenit, ut ad creatorem nos creaturas reuocaret. Qui ergo credit omnia esse in manu dei, & omnia deo cōmittit, nihil diffusus de bonitate conditoris saluus est per dominū nostrum Iesum Christum per quem condita sunt uniuersa.

Sabbatum.

Non obscure uero uides hic sabbatum illud Christianū in quo requiescimus à laboribus & operibus nostris, & agnoscamus in nobis solius opera dei, qui operatur in nobis & uelle & perficere pro bona sua in nos uoluntate, ut dicitur Philip. 2. de quo sabbato diximus psal. 73. Est autē sabbatū uerum, ut neglecto atq; adeo condemnato tuo studio, tuo libero arbitrio, tua providentia, tua iustitia & sapientia, penitus iactes curā & cogitatum tuū in dominū, id est, ut abnegans te metipsum in nulla creatura confidentiam habeas & spem salutis, sed sinas deum operari tibi & prouidere & te sanctificare qui condidit & te & omnia, tu tantū ores &c. Si enim ipse (ut hic dicitur) omnia condidit, omnia gubernat & omnia habet in manu, er-

gō & salus mea non mea est, sed eius, nec in manu mea, sed in manu eius. Hoc audit incredulus & sanctulus, hoc est hypocrita & indignatur plusq; excacatur. Audit uero fidelis & gaudet atq; dicit, Bene mihi q; mea salus non est in manu mea, iam enim perire non potest, quia nemo ex manu dei rapere potest. Si enim in manu mea esset, iam dudum periisset, & nullis operibus meis redire posset, non magis quam Adam instaurare salutem potuit semel amissam, propter quā instaurandam filium dei oportuit occidi, ut uel sic agnoscas Christum solum esse propiciatorem & satisfactorem pro peccatis nostris et uitam nobis esse sempiternam, sine quo omnia sunt peccatū, mors & damnatio.

Hodie si uocē eius audieritis nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione secūdū diem tentationis in deserto. Vbi tentauerunt me patres uestri, probauerunt me & uiderunt opera mea. Quadraginta annis odio habitus fui generationi illi, & dixi semper, errant corde. Ipsi uero non cognouerunt uias meas, sicut iurauī in ira mea si introibunt in requiem meam.

De figura huius orationis, Si introibunt in requiem meam, diximus psal. mo. 88. in uersu, Semel iurauī &c.

Non contemnenda est hęc admonitio nobis qui hodie audimus Euange. Duo dies. lium Christi & uocem dei in Christo, ne pereamus ut illi qui audientes increduli manserunt & perierunt. Duos hic habes dies, diem exacerbationis & irritationis diuine maiestatis & obdurationis humani cordis, diem quoq; quādoq; auditur uox domini & non obdurantur corda. Illa dies legis est & ira in ijs qui errant corde, id est, non credunt qui uerbum & uocem domini non suscipiunt atque adeo damnant, qui odio habent quicquid dei est, quia non intelligunt uias eius suas adinventiones secuti, ut non ingrediantur unquam (lata & iurata, quod horrendum est, contra ipsos dei sententia) in dei requiem, in sabbatum illud electorum. Breuiter, in omni cultu dei qui in speciem uidetur, in omni illa apparenti oratione &c.

non fideles sunt sed tentatores sic sentientes, forte ita bonum est facere, forte deus dabit, forte deus audiet. Et rursus sic, Quis scit an ista deo placeant? quid si non audiret? quid si non posset dare? Hic addit diabolus, quid si non esset deus? De his dei tentatoribus dictum est in psal. 77. Et tentauerunt deum in cordibus suis &c. Et Nu. 14. Tentauerunt iam me per decem uices, ubi & iuramentū dei legis cuius hic fit mentio. Hæc autē dies Euangelij in credentibus, qui nō obdurant corda sed gloriam dant deo, credentes uoci eius, ut habeāt sabbatū domini gloriosum, quod est regnū cœlorū, de quo loquitur Euangelium, in quo, abiectis omnibus quæ nostra sunt, exultamus & iubilamus in solo domino deo nostro, qui omnia & fecit & disposuit & habet in manu, cuius nos opera sumus & oues manus eius, id quod p̄ys animis multo iucundius fuerit meditari quā ex litera legere. Hos autē duos dies uides eleganter expressos ex hoc psal. in epist. Heb. ca. 3. & 4.

PSALMVS XCVI.

Titulus nullus in Heb.

SUMMA. Gentes hic uocantur relictis idolis ad glorificandum deum per Christum uel inuitis portis inferorum.

CAntate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Cantate domino, benedicite nomini eius, annunciate de die in diem salutare eius. Annunciate inter gentes gloriam eius, inter omnes populos mirabilia eius. Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos. Quoniā omnes dī gentium dæmonia, dominus autē cœlos fecit. Confessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctimonia & magni decentia in sanctificatione eius. Afferte domino familiæ gentium, afferte domino gloriam & hono-

rem, afferte domino gloriam nomini eius. Tollite
 hostias & introite in atria eius, adorate dominum
 in atrio sancto eius. Comoueatur a facie eius uniuersa
 terra, dicite in gentibus quod dominus regnauit. Etenim
 correxit orbem terrae qui non comouebitur, iudicabit
 populos in aequitate. Laetentur caeli & exultet terra,
 moueatur mare & plenitudo eius, gaudebunt campi
 & omnia quae in eis sunt. Tunc exultabunt omnia
 ligna syluae a facie domini quoniam uenit, quonia
 uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terrae in
 iustitia, & populos in ueritate sua.

Dæmonia. Felix, Sculptilia, uel uanitates siue nihil.

Confessio & c. Fe. Confessio & decor in conspectu eius, fortitudo & gloria in sanctuario eius.

Gloriam & honorem. Fe. Gloriam & fortitudinem. Tollite hostias. Fe. Tollite munus. In atrio sancto eius. Fe. In decore sanctitatis. Comoueatur a facie & c. Fe. Paue. Correxerit. Fe. Firmatus uel directus est orbis terrae. Moueatur mare. Fe. Tumultuetur mare. Hec omnia quisque facile uidet parum differre.

Spiritus dei hic conuocat omnem terram, id est, non solum iud eos sed & gentes, id est, peccatores ut relictis uanis & idolis cordis sui, id est, omnibus in quibus relicto deo homines confidunt, cantent deo uero canticum nouum, id est, nouam gratiam noui homines predicent (Psal. 32.) hoc est salutare & salutem dei Christum Iesum, ut predicent in Christo gloriam dei & mirabilia eius (Psal. 18. & 9.) quia ipse fecit caelos & omnia, qui magnus est creatore omnium & potestate super omnia, laudabilis beneficiis, terribilis iudicij, cum interim reliqua omnia in quibus quasi dijs fidunt homines quae cunq; specie sint mera uanitas, seductio & illusio daemoneiorum corda possidentium, in primis hypocritarum, quorum doctrinas Paulus uocat doctrinas daemoneiorum. Et Christus, Qui, inquit, non colligit mecum, dispergit. Sicut olim

*Quonia
 ma
 gnus & c.*

Dij gentium.

gentes possidebat diabolus, ita & nunc omnes quotquot dei uerbo è regna tenebrarum non eripiuntur, non est differentia, nisi q̄ quidam sunt manifeste impij, Ro. 1. quidam hypocrisi excitati, Ro. 2.

Confessio & pulchritudo. In conspectu ueri dei ut non crassa iniquitas, ita nec placet ficta sancti-
tas, id est, hypocrisis, ut non frustra cantici noui meminerim & reliquorū, sed potius placet confessio, id est, laus & sanctificatio nominis eius ex corde qua agnoscetes peccatum nostrū ipsi soli tribuimus iustificationem, & pulchritudo, id est, iustitia fidei qua purificantur corda. In cuius sanctificatione siue sanctuario, id est, ubi ipse sanctificat & præter eum nullum opus nulliq; creatura, siue ubi ipse inhabitat ut in templo suo, illic inquā, est sanctimonia uel fortitudo spiritus & magnidecentia, id est, decor regius in aula sanctorum qui uiuunt digne deo.

Afferre &c. Non sancti sunt, non magnificant istam dei gloriam qua gratis deus dimittit peccata & facit filios dei, qui aut non cupiunt sanctificari ab ipso, aut suis sanctificationem adscribunt operibus. Ideo cum sit dei solius sanctificatio hic additur, **Afferre gentes**, id est, peccatores, quandoquidem Iudæi, id est, pharisæi & hypocritæ nolunt esse peccatores. **Afferre**, inquam, domino gloriam, quæ nulli alij debetur, ut sæpe aliàs dictum, **Tollite hostias siue munus**, quod alibi dicit uota, ut dixi Psalmo. 21. id est, ut hic quoq; dicitur, **tollite canticum nouum**, dei benedictionem, prædicationem salutaris eius, gloriæ & mirabilium eius, cuius magnitudinis non est finis, cuius est omnis iustitia &c. offerre uos ipsos rationabile obsequium domino. Hoc est qd̄ dicit, **Introite in atria eius certe non manufacta**, ut est in Epist. ad Heb. & Io. 4. Neq; Hierosolymis, neq; in monte hoc &c. Non enim uos gentes excludendæ estis ut somniant Iudæi, id est, sanctuli, sed estis ex familia eius.

Comouebitur &c. Et licet à facie prædicatæ gloriæ eius conturbetur uniuersa terra, & in surgat omnis exercitus inferorum contra Euangelij gloriam, contra regnū cælorū, contra regnum Christi (id quod necesse est, non potest aliter fieri) tamen dicite & prædicate ubiq; inter gentes, q̄ dominus regnauit, ut supra Psalmo. 92. Sic & infra, Dominus regnauit trascatur &c. impugnent ut possint, gratia dei impediri non potest, electi nō cadent. Nam deus in Christo correxit uel in uiam rectam duxit, aut certe firmavit orbem terræ qui non commouebitur, ut supra Psalmo. 52. & iam iudicabit & rex erit in pulpulo suo in æquitate & iustitia fidei, ut dictum Psal. 71.

Latetur &c. Igitur latentur angeli cælorum & homines in terra, id est, totum regnum electorū, q̄ iam regnat dominus & iudicat populos in æquitate sui

uerbi. Tumultuetur uero mare, id est, turba impiorum & quicquid eis ad-
 heret, nihil refert. Gaudebunt à facie domini, id est, propter presentiam dei
 campi frugiferi & ligna pomifera, id est, pii, quorum fructus permanent in
 uitam æternam, non enim sunt terra sterilis quæ maledicta est, & arbores
 infœcundæ quæ excidantur & in ignem mittantur. Per hæc autem gentes
 significantur, quæ campi dicuntur & ligna non hortorum sed foluarum,
 quæ olim exclusæ erant extra ciuitatem sanctorum, & dei cultura in uinea
 dei non reputatæ, hoc est non computatæ erant in sorte Israël, ut dicit Pau-
 lus in epist. Ephe. Gaudebunt, inquam, quia dominus eiecit uisum principem
 mundi uenit, ut ipse rex sit & iudex in terra per iustitiam fidei & uerita-
 tem sui uerbi quod saluat credentes, damnat incredulos &c. Ioannis. 8. Si
 quis sermonem meum seruauerit mortem non gustabit in æternum. Et rur-
 sum Ioannis. 12. Qui spernit me & non accipit uerba mea, habet qui iudicet
 eum. Sermo quem locutus sum ille iudicabit eum in nouissimo die.

Quia uenit.

PSALMVS XCVI.

Titulus nullus in Hebr. eo.

SUMMA. De Christi regno exulret continens & insula, sicut Esa. 60.
 de fide gentium dicit deus, Me insula expectabunt. Atq; hæc læticia prædi-
 catur Sion & filijs Iudæ, hoc est (ut expressius in psalmo sequitur) diligen-
 tibus dominum, seruis dei, iustis & rectis corde. Inimicis autè dei, id est, ue-
 ritatis dei cõtempторibus & persecutoribus, de quibus Lucæ. 19. Inimicos
 meos illos qui noluerunt me regnare super se adducite huc & interficite co-
 ram me, Inimicis, inquam, prædicitur horrendum dei iudicium, quãdo rex iudicium
 noster secundo apparebit in gloria patris sui cum angelis suis, quando lux extremũ.
 erit sanctis, nubes uero & caligo, id est, horror iudicij & damnationis &
 ignis æmulatio erit impijs. In nube enim Christus uenturus scribitur & ig-
 ne, ut diximus psalmo quoq; 49. Tunc horrenda tempeste dissoluntur
 cœli, montes & terra, interim igne furente & expectante in circumitu, ut
 lata sententia iudicis impios inuoluat secumq; trahat in ignem æternum
 diabolo paratum & angelis eius. Tunc cœli, id est, angeli & omnes electi
 rapti obuiam Christo in aëra (ut dicit Paulus) collaudabunt iustitiam dei
 & iudicium eius magnificabunt, imò cum ipso sententiam ferent in inimicis. Annunciaue-
 eos dei. Tunc uidebunt omnes populi gloriam eius etiã illi qui hic gloriam runt &c.

eius agnoscere noluerunt sua somnia secuti, etiam illi qui eum pupugerūt, id est, persecuti sunt & odio habuerunt sanctum eius Euangelium. Apoc. 1. Iohan. 19. Illic quoque uidebitur gloria electorum, qui (ut Christus) hic sunt despecti & nō uidentur esse filij dei, sicut Ioannes dicit in epistola. 1. cap. 3. Contra uidebitur etiam ignominia illorum qui contempto uel neglecto creatore, idola cordis sui secuti sunt, id est, qui in alia re quā in deo quaesierūt salutem. Vide Sapientie. 5.

Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Nubes & caligo in circūitu eius, iustitia & iudicium correctio sedis eius. Ignis ante ipsum præcedet, & inflāmabit in circūitu inimicos eius. Illuxerūt fulgura eius orbi terræ, uidit & commota est terra. Montes sicut cæra liquefacti sunt a facie domini, a facie domini omnis terræ. Annunciauerunt cœli iustitiam eius, & uiderunt omnes populi gloriā eius. Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis. Adorate eum omnes angeli eius, audiuit & lætata est Sion. Et exultauerunt filiæ Iudææ, propter iudicia tua domine. Quoniā tu dominus altissim⁹ es super omnē terram, nimis superexaltatus es super omnes deos. Qui diligitis dominum odite malum, custodit dominus animas sanctorū suorum, ex manu peccatoris liberabit eos. Lux orta est iusto, & rectis corde læticia. Lætamini iusti in dño,

& confitemini memoriz sanctificationis eius.

Iustitia fidei & iudicium timoris sunt correctio uel directio, uel, ut Felix habet, habitatio sedis eius, id est, in throno eius sunt talia & quicumq; in regno eius sunt talia habent. Psal. 88. Iustitia & iudicium preparatio sedis tue. Verum ut per talia regnant pii, ita & per hæc, id est, per iustitiam & iudicium damnantur impij. Illam noluerunt ideo per hoc percunt.

Commota est. Felix, Expauit, scilicet ad fulgur & tonitruum dei, id est, ad gloriam subito omnia illustrantem & terrentem terram. Liquefacti. Psalmo. 74.

Confundantur &c. Non possunt confundi & conuinci qui confidunt in uanis rebus, potentia, sapientia, iustitia carnali, qui dy habetur à stultis, nisi per iudicium dei uel hic reuelatū, uel in extremo illo iudicio, Matth. 15.

Adorate cum omnes angeli eius. Tunc apparebit deum & dominū esse angelorum qui hic cū Christianis suis præ formis crucis despiciebatur. Hoc est quod Christus dicit, Filius hominis uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis &c. Ex hoc loco citat epistola Heb. cap. 1. Cuius autor hæc quæ Citatio Heb. 1. hic dicitur intellexit de secūdo Christi aduentu quo uenturus est ad iudicium mundo manifestum. Et cum iterum, inquit, introducit deus primogenitum suum in orbem terrarum, dicit, Adorēt cum omnes angeli dei. Quare dicit, Introducit iterum, nisi quia de secundo aduentu loquitur? Prius enim introduxerat deus in orbem terræ primogenitū suum quando in carnem misit, iterum introducturus est ad iudicium &c.

Audit & letata &c. Clare indicat iudicij tremorem ad inimicos, ut Iudiciū dei est dictum est, pertinere, fideles autem gaudere (Psalmo. 47.) q̄ iustus est domus piorū leticia. nus, q̄ altissimus super omnes homines & super omnes deos, & quicquid se ante iudicium extollebat contra dei iustitiam. Interim cum dolore uidēt dominum contemni, iniquos exaltari, alienos deos, id est alienam fiduciā, erigi & magnificari siue in angelis & sanctis siue in alijs creaturis, etiam ipsis creaturis reclamantibus, sed frustra propter cæcitatem cordis humani. Tunc uero gaudebant se uidere & ab omnibus uel reprobis uideri quā iam dudum uisum iri cupierant. Sic & Christus postquā de iudicij terroribus dixerat, His, inquit, fieri incipientibus leuate capita uestra, quia appropinquat redemptio uestra, quasi diceret, Vos discipuli non estis ex numero eorum qui arescent præ timore signorum ignorantes quid uenturū sit uisus orbi &c.

Iustus ab auditione mala non timebit.

Psal. III.

Igitur in hoc psalmo iubemur gaudere & dominum iam regnare scimus triumphata morte & regno tenebrarum, & licet ista gloria ab impijs quia non uidetur contemnatur, tamen erit quando contemni non poterit. Iccirco & monemur ne deficiamus dum interim impietas regnare uidetur, nihil ueriti ne nos deserat dominus non deserentes uerbum eius. Qui diligentis, inquit, dominum, id est, uos credentes odite malum, nolite deficere sub cruce ad gloriam impiorum, ut deseratis fiduciam in deum. Non timete ne consummare non possitis quod ceptum est, domini opus est, non uestrum, qui custodit animas sanctorum suorum in medijs peccatis, in medijs hostibus, morte & inferis, alioqui cur adderetur, Ex manu impiorum liberabit eos? Lux Euangelica, id est, gratta cognitionis dei orta est iusto qui ex fide uiuit, & rectis corde, id est, eisdem credentibus non hypocritis leticia, qua gaudent conscientiae de remisso peccato & accepto per Christum regno aeterno. Ergo uos iusti letamini in domino dum alij letentur in alia fiducia, & confitemini uel laudate quando recordamini uel festum celebratis (recordamini autem semper) de eo & sanctus dominus & iustus uos sanctificauit & iustificauit, id quod nulla hypocrisis agnoscere potest, ideo & festa impietatis celebrat, Esa. 1. Est enim haec oratio, Confitemini memorie sanctificationis eius, quasi dicas, Celebrate memoriam uel festum de sanctitate uel de sanctificatione eius, quod festum norunt qui deum sanctum & se ab ipso sanctificatos non ignorant.

Iudicium etiam
sunt.

Aduerte & hoc iudicium generale iam quoque agit in cordibus hominum dum quosdam salubriter tangit & terret, ut quaerant salutem, quibus quia credunt oritur lux & leticia, quosdam uero amplius desperare facit, ut Saulem & Iudam proditorem & Cain &c. Vnde Esaias hunc iudicij terrorem imprecat impijs, ut gloria Christi innotescat mundo quam nec oculus uidit &c. Esa. 64. Praeterea non opus est ut quaeras, quid sit & Christus uenturus scribitur simul cum magna luce & cum horrendis tenebris. Vide tenebras Aegyptiorum & intelliges, de quibus, praeter historiam Exodi, lege Sap. 17. & 18. Talia iudicia iam aguntur in mentibus singulorum. In alijs enim fulget illuminatio gloriae Euangelij dei, in alijs autem deus huius seculi excecat mentes infideles &c. 2. Cor. 4. Sed haec iudicia quia nunc foris non uidentur contemuntur, dominus enim in caligine habitat. 2. Paral. 5. & 6. & in sanctis sanctorum nihil est lucis huius solis, Vi debentur ergo quandoquod quando contemnere non licebit.

PSALMVS XCIIII.

Titulus. psalmus.

SYMMA. Noua sunt hæc. Mirabili diuinitatis sue potentia dominus deus in Christo seipsum suscitauit mortuis regno mortis deuictio. Tunc enim declaratus est filius dei in uirtute Ro. 1. Id quod hic dicitur, Saluauit eum de *Saluauit &c.* xtera sua & brachiū sanctum suū, quæadmodū & deus loquitur, Esa. 63. Et saluauit me brachiū meū, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Tunc misero è coelis spiritu notificauit orbi salutare suū & gentibus iustitiā suam sine *Notū fecit:* lege quidē sed tamen testificatā à lege & prophetis, ut hæc legis Ro. 3. Atq; hoc ad ostendendā misericordiam suam & ueritatē promissam familie Ia *Recordatus.* cob, ut legis Ro. 15. Reliqua ex præcedentibus psalmis cognosces.

CAntate dño canticum nouū, quia mirabilia fecit dñs. Saluauit eum dextera sua, & brachium sanctū suum. Notū fecit dominus salutare suū, in conspectu gentiū reuelauit iustitiā suam. Recordatus est misericordix suæ Iacob, & ueritatis suæ domui Israel. Viderūt omnes termini terræ salutare dei nostri. Iubilate dño omnis terra, cantate & exultate & psallite. Psallite dño in cithara, in cithara & uoce psalmi, in tubis ductilibus & uoce tubæ cornæ. Iubilate in cōspectu regis domini, moueatur mare & plenitudo eius, orbis terræ & omnes qui habitant in eo. Flumina plaudent manibus, simul montes exultabunt a facie domini, quoniam uenit, quoniam uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

Gloria domini non nostra sanitur.

Reuelata per Euangelium gloria domini, non operibus iustificare nos mandamur, sed tantum ut noui facti nouam gratiam cantemus, iubilemus in omni terra (quo fides gentium significatur) psallamus in cithara, id est, gaudio spiritus, & tubis prae dicationis prouocemus alios ad idem canticum nouum, quemadmodum haec alibi diximus. Et hoc, quia dominus fecit mirabilia, Psal. 9. suscitauit sua potentia suum Christum, qua potentia & nos creauimus & surreximus & cōsedemus & conregnamus Christo in caelestibus, Ephe. 1. & 2. ne quis contemnendam rem putet fidem Christianam more hypocritarum qui ne tantillum quidem habent fidei. Opera hic legis dei non nostra, salutare & iustitiam dei quae Christus est contra iustitiam humanam, quam ignorabit cui non fecit notam dominus spiritu & praedicatione sui uerbi. Nam omnis nostra salus est ex misericordia dei mera, & promissione eius, ex misericordia hominibus promissa, ut & alibi diximus, non ex nostro studio & arbitrio. Moueatur mare & c. uide supra psal. 95. 92. Mare & totus mundus faciant quod possunt, omnibus armis contra ferantur & insidijs, Flumina illa spiritus dei non arma iacent, sed tantum plaudant manibus, uictoriam & triumphum agant utcumque seuiant stipulae uento agitatae, & montes in Christo exaltati exultent, quia dominus adest, in cuius conspectu impij consistere non possunt. Sic Paulus ad Philipp. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete, modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est, nihil solliciti sitis & c.

PSALMVS XCVIII.

Titulus nullus in Hebraeo.

SYMMA. Hic populo legis, id est Iudaeis quoque, sicut ante gentibus, praedicatur deum regnare, ut celebretur nomen eius & timeatur, quoniam terribile & sanctum est. Et plane iudicium timoris sui uult esse in hominibus, quod iudicium dando legem in Iacob instituit & in credentibus perfecit. Exaltate, inquit, & inuocate eum qui sanctos suos semper exaudiuit inuocantes, neque deseruit eosdem etiam peccantes.

Dominus regnauit, irascantur populi, qui sedet super cherubim, moueatur terra. Do'

minus in Sion magnus, et excelsus super omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno quoniam terribile & sanctum est, et honor regis iudicium diligit. Tu parasti directiones, iudicium et iustitiam in Iacob tu fecisti.

Irascantur. Felix, Contremiscant. Honor. Fe. fortitudo. Tu parasti directiones. Fe. Tu fundasti equitates &c.

Dominus regnum accepit, irascentur qui uelint, aut certe contremiscant populi, & reuerentia metuant eum qui ut suos exaltat, ita & contemnendis non parcit. Qui sedet super Cherubim, Psal. 79. scilicet regnauit, ne putetis uos Iudaei, nouum esse deum quem ignorauerunt patres uestri, de quo in gentibus praedicatur quod dominus regnauit, ut psalmis superioribus uisum est. Ergo moueatur terra, trepidet, paueat, confundatur. Dominus in Sion, id est, in populo suo magnus est, & excelsus non solum super hos aut illos, sed etiam super omnes populos. Idcirco o deus laudent nomen tuum magnum, quia tremendum est aduersarijs & sanctificans se sanctificantes. Et honor regis dei siue Messiae diligit iudicium ut timeatur, non ut hypocriticis sacrificijs honoretur, Hypocritae multa sacrificant, operantur, clamant quasi pro honore dei, & tamen iudicium timoris dei quod uult deus non habent, Esa. 1. Et certe contra omnem hypocrisim & iustitiam humanam additur, Tu parasti equitates, iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti, ubi deo in ipso Iacob non ipsi Iacob tribuitur quicquid est bonae conuersationis, recti iudicij & puritatis in conspectu dei.

Exaltate dominum deum nostrum, et adorate scabellum pedum eius quoniam sanctum est. Moses et Aaron in sacerdotibus eius, et samuel in ijs qui inuocant nomen eius. Inuocabant dominum et ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos. Quoniam custodiebant testimonia eius, et pra-

cepta eius quæ dedit eis. Domine deus noster tu exaudiebas eos, deus tu propicius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinuentiones eorum. Exaltate dominum deum nostrum, & adorete in montem sanctum eius, quoniã sanctus dominus deus noster.

Et ulciscens in omnes adinuentiones uel exercitia eorum. Felix, Et ulciscens opera eorum. Intellige opera quæ fecerunt illi sancti, quæ solum opera eorum & delicta erant, non opera dei, leguntur enim illi sancti peccasse.

Quoniam sanctum est, ex quibusdam Grecis exemplaribus legitur, Quoniam sanctus est, ut non ad scabellum, sed ad deum referas, quæ admodum & in fine psalmi, Quoniam sanctus dominus deus noster. Ex Hebræo utrūq; legas licet.

Iustitiarj ut timeant.

Vide diligenter q; in hoc psalmo Iustitiarj Iudæis nihil aliud quã timorem iudicij dei inculcat, non ignorans quã duræ ceruicis sit hoc genus. In superioribus psalmis gētes, id est, publicanos & meretrices ad cantandū, iubilandum, plaudendum manibus &c. prouocauerat. Vt uel hinc cognoscas quæ prædicatio sit utrisq; instituenda. Ait ergo, Exaltate dominū deū uestrum non uestram iustitiam & sacrificia aliq; opera legis, quæ tantum signa externa sunt interni dei honoris & exaltationis. Et adorete eum cū timore, qui etiam nō solet parcere sanctissimis hominibus uestris ut Moyse & Aaron & Samueli quando peccant, ne uos hic securi sitis.

Adorate scabellum &c.

Adorate scabellum pedum eius, id est, uersus arcam in templo adorete uel uenerantes procumbite, ubi ipse sedet secundū promissionē super cherubim. Scabellum pedum domini dicebatur propiciatorū quod erat super arcam, super quod sessuram se promiserat deus & exauditurum inuocantes. Sic David loquitur. 1. Par. 28. Cogitauit ut edificarem domū in qua requiesceret arca scederis domini, & scabellum pedum domini dei nostri. Sic & in alio psalmo, Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Non adorabimus scabellum quia scabellum creatura est, sed quia dominus ibi sedet & eum adorabimus, & ipsum scabellum ab insidente sanctum est. Alioquin in ultima uersu oportebit sentire ut adoremus montem. Similis enim in Hebræo est oratio, q; dicas, Adorate montem sanctum eius, quæ significat, ut ex Greco legitur, Adorate in montem uel uersus montem, scilicet Sion, de-

quo ritu adorandi diximus alibi. Vt interim non dicam q̄ adorationis uocabulum uenerationem significat, qua etiam procumbimus hominibus quos ueneramur, ut sepe legis in historia sacra. Tunc corā scabello domini procumbebant & uersus templum orabant etiam alibi constituti, nunc neq; in monte neq; Hierosolymis adoratur pater cœlestis, sed in spiritu & ueritate per Iesum Christum, qui propiciatorium nostrum est in illo significatus, Rom. 3. Nisi q̄ adoratio in spiritu sepe efficit ut etiam corpus deo procidat in terram. Et nunc cœlum sedes dei est ut & tunc, & terra scabellum pedis eius, ut legis Esa. ult.

Moses & Aaron erant inter sacerdotes dei, hic primis legis sacerdos ille totius sacerdotij consecrator, ut est in Exodo, Et Samuel erat unus ex inuocantibus deum, ut est in primo Regum, quibus in columna nubis loquebatur, ut notum est de Mose & Aaron Samueli similiter loquebatur aperta uoce in nocte adhuc adolescenti & sepe alijs. Hos dilexit dominus, exaudiebat inuocantes, hi secuti sunt eius præceptum laudati in scripturis. Et tamen deus puniuit opera & transgressionem eorum. Moses & Aaron peccarunt ad aquas contradictionis, unde prohibiti sunt à terra promissionis. Item, horridissime peccauit Aaron in uitulo conflatili, & Samuel peccauit q̄ non docuit filios, qui peccatis suis deierunt occasionem, ut filij Israël peccarent regem contra deum. Si ergo deus sanctissimis non parcit, qui tamen propter fidem perire & damnari in æternum non possunt, Cauete uos ne cum cõtemptu agatis in conspectu dei. Exaltate deum & adorare ad montem sanctum eius, ut supra, & secundũ quod lex uestra dicit, Estote sancti quia ego (ait dominus) sanctus sum & c. Sanctitatem requirit, id est, cordis puritatem, non externum fucum.

PSALMVS XCIX.

Titulus. Psalmus in confessione. id est, in laude uel ad laudandũ.
SVMMA. Monet Psalmus omnem terrã, id est, ecclesiam dei toto orbe diffusã ut hilari & grato corde memor dei beneficiorum nõ hypocritice laudet deũ & sanctificet nomen eius, fide ingressa ad eum. Sumus enim omnes sacerdotes quos liceat ingredi in sancta sanctorũ & orare pro nostris aliorumq; delictis & offerre uota siue sacrificia laudis. Vt, inquam, laudet deum eo q̄ nos creauit, q̄ pascit nos cibo & corporis & spiritus, imò seipso nos rescit (quia, inquit, bonus & suauis est dominus) q̄ ubiq; benignitate &

miseriordia in nos adfluit, q̄ promissionis suae ueritatem nobis seruat etiã indignis in æternum. Hec in summa nihil aliud sunt quã deum esse nobis piissimum patrem, id est, non solum creatorem, sed & gubernatorem, prouisorem, pastorem, redemptorem & saluatorem.

Iubilate deo omnis terra, seruite domino in læticia. Introite coram eo in exultatione. Scitote q̄ dominus ipse est deus noster, ipse fecit nos & non ipsi nos. Nos autẽ populus eius, & oues pascuæ eius. Introite portas eius in cõfessione, atria eius in hymnis. Confitemini ei, laudate nomen eius, quoniam suauis est dominus, in æternum misericordia eius, & usq̄ in generationem & generationem ueritas eius.

In læticia. Quid opus est uerbis interpretationum in tam manifestis uerbis spiritus? Omnis gloria deo arrogatur & fides cordis à nobis exigitur. Iubilandum est deo, seruiendum domino non in hypocrisi & inuoluntario corde, quemadmodũ illi qui respiciunt tantũ in opera externa, ut uides Mala. 3. sed in læticia, hic est spiritus fidei in cordibus credentium, & præterea, in conspectu dei siue coram deo, non ut hominibus placeamus aut aliud queramus quã ipsum deum. Est ergo uerus cultus dei timere & fidere deo, quẽ ut noris te creasse, ita & nõ ignores te omnia ex manu eius suscipere & te in æternum per eum seruandum.

Fidẽ creationis & prouidentie dei nõ esse uulgarẽ. Hoc tantum moneo, ut non contempnas uerba spiritus. Ego si docere cuperem quosdam, dicens, Scitote q̄ dominus ipse est deus, ipse fecit nos & non ipsi nos, ad unum insanirent omnes hypocrite in me dicentes. Quis istud ignorat? Si non potes aliud docere, ad afinos abi doctor. Sed spiritus hic loquitur qui admonet omnem terram ut hoc sciat, iudicans omnes ex equo nescire, nisi spiritus dei reuelauerit. Non est hypocritarum, deum ita agnoscere creatorem & omnium & tuum, ut ex ipso solo penideas & in ipso solo speres & præsentem & æternam salutem, ut gustes

quã suavis sit domini spiritus, & non discedas ab eius uerbo, ut tua penitus abijcias, magnifices uero oia quæ dei sunt, uel aduersante toto mûdo &c. Impius autem dixit in corde suo, non est deus.

PSALMVS C.

Titulus. Dauid Psalmus.

SUMMA. Hic proprie Christus dominus cantat patri misericordiam in sanctis, & iudicium in reprobis, & fructus indicat uere Christianos. Quis enim in matutino interficiet omnes impios terræ nisi ipse?

Misericordiã & iudiciũ cantabo, tibi domine psallam, & intelligam in uia immaculata quãdo uenies ad me. Percambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Non proponebã ante oculos meos rem iniustam, facientes præuaricationes odiui. Non adhæsit mihi cor prauum, declinantem a me malignum non cognoscebam. Detrahentem se creto proximo suo hunc persequabar. Superbo oculo & insatiabili corde, cũ hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terræ ut se deant mecũ, ambulans in uia immaculata hic mihi ministrabat. Non habitabat in medio domus meæ qui facit superbiam, qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum. In matutinis interficiebam oēs peccatores terræ, ut disperdere ex ciuitate domini oēs operantes iniquitatẽ.

Aduerte q̄ omnia uerba in hoc psalmo ex Heb. in futuro legenda sunt.

Quod legimus, Non adhaesit mihi, est finis praecedentis uersus in Heb. sic, Præuaricantem odio habui, non adhaerebit mihi, scilicet præuaricās. Et sequitur alius uersus. Cor prauum declinabit à me, malignū non cognoscā.

Cum hoc non edebam. Felix, Blatum oculis & uasum corde nō patiar. Sedeant. Fe. Habitent. Superbiam. Fe. fraudem. Peccatores. Fe. Impios.

Fides & con-
fessio.

Christiana uita hic nobis descripta est in Christo, quæ prædicat dei misericordiam & iudicium, Euangelium & legem, salutem & damnationem, & quod prædicat siue ore confitetur intelligit corde & seruat immaculata conuersatione. Hoc non est hypocritarū canticum, neq; pharisaica intelligentia. Atq; hic nota diligenter q; deo cantaturus misericordiam & iudicium à fide incipit quæ nos purificat siue immaculatos facit. Indicatur aut fides in uerbo, intelligam. Fidelis credit omni uerbo dei siue promissionis siue cōminationis, id est, siue legis siue Euangelij. Hinc est illa confessio misericordiae dei & iudicij, Contra impius nulli uerbo credit.

Gloriari
in deo.

Nec opus est ut uerearis in hoc psalmo aliquid esse gloriae humanae. Nā scriptum est, Qui gloriatur in domino gloriatur, & hic præmittit q; deo cantaturus sit misericordiam & iudicium, deo enim gratias agit q; gratiam acceperit pietatem eligendi & impietatem damnandi & respuendi. Hoc nō est in se gloriari, sed in deo, quemadmodū & Paulus dixit, Gratia dei sum id quod sum & gratia dei in me uacua non fuit &c. Sed quid opus est istud monere cum etiam præterea additum sit? Quando uenies ad me tunc intelligam in uia immaculata, tunc cantabo & psallam tibi misericordiam & iudicium, tunc perambulabo in innocentia cordis mei &c. An non est istud opera dei non nostra prædicare in nobis? Si tu deus ueneris ad me, si me illuminaueris, si me adiuueris &c. Sine te nihil efficiam aut intelligam. Christus omnem intelligentiā & puritatem quā habet patri adscribit, ut saepe uides, uel in Euangelio Ioannis, id quod uere Christianorum est.

Fructus fidei.

Atq; hæc fides quæ intelligit in uia immaculata quando uenit ad cor deus, est arbor bona, unde prodeunt omnes fructus boni qui nunc sequuntur. Perambulabam, inquit, in innocentia cordis mei &c. Intelligentia à deo data, id est, fides siue spiritus fidei primum operatur cordis puritatem, quemadmodū Petrus dixit, fide purificans corda eorum, ut iam cum affectu cordis noris reprobare malum & eligere bonum. Abiectum membrum es si fructibus hic descriptis tuum caput Christum non agnosces. Quando quidē psalmus ad totum Christi corpus pertinet fide purificatū & spiritu dei illuminatum. Christianus enim non est qui gaudet super iniquitate, imō

Christianorum est diligere iustitiam & odisse iniquitatem, & orare iugiter, ut destruat corpus peccati & in nobis & in alijs, & conteratur Satan sub pedibus nostris, pereatq; totum impietatis regnum, ut regnum dei adueniat.

Perambulabo &c. Vides hic vere bona opera, non illum solum ad inuentionum humanarum. Opera bona sunt quae fides cordis operatur, quae sunt diligere iustitiam & odisse iniquitatem, in quibus comprehenditur quicquid est boni operis in conspectu dei, aliud hic non uides. Ait ergo, Domine deus ubi illuminaueris me conuersabor in innocentia cordis mei etiam in medio domus meae, id est, in occultis ubi homines meam conuersationem uidere non possunt. Non sic hypocritae, à quibus quae in occulto fiunt turpe est dicere. Non proponam desiderio meo rem iniustam, id est, fugiam, abominabor, non admittam quod iniustum esse sciero. Impij autem causam iniustam & quicquid est contra conscientiam non uerentur, modo lucrum oleat aut fauorem hominum & honorem, quos hic se odisse dicit. Cor prauum & malignum siue uersutum, quod omnia dolis & insidijs agit & deceptioe proximi, maxime uero quod in spiritualibus hypocriti & mendaciorum fraudem intentat uerbo dei, ut homines ad se trahat & doctrinas traditionesq; humanas statuatur, tale, inquit, cor nihil commercij mecum habebit. Verum tales à mundo in precio habentur qui speciem & uerba attendit non uirtutem pietatis.

Detrahentem in secreto, id est, ubi proximus cui detrahitur non adest, persequar, id est, increpabo, uitabo, non consentiam ei, non patiar. Sine talibus uero hodie non sunt iucundae collationes & conuiuia, non potes gaudere impie conuiuia nisi fratrem tuum uenenata lingua occideris. Ut maxime enim tibi non credatur tamen fratrem facies suspectum etiam optimis uiris. Tam potens est hoc uenenum. Non edam, id est, non conuersabor, non erit in conuictu meo qui est superbo oculo & insaturato corde. Superbo oculo est, qui putat se aliquid esse cum nihil sit, qui superbit suis operibus, sua potentia, sua sapientia, sua iustitia, non sum, inquit, sicut ceteri hominum. Contra in Psalmo alibi, Domine non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei. Insaturato autem corde est, qui non est contentus donis dei praesentibus, & tantum curat, ut habeat multa, non ut cum deo, id est, iusto labore habeat. Talis fraudat in negotio proximum, nulli subuenit, contra conscientiam accipit pecuniam & res, iustitia apud eum nihil est, auaritia sequitur quae est idolorum seruitus, utcumq; speciem boni uiri pra-

Perambulabo

Non proponam

Non adhaerebit.

Detrahentem

Superbos

tendat illa lerna malorum. Quo numero sunt iureconfulti illi qui ut maxime sciunt causam esse iniustam tamen aliorum perdunt & pecuniam & animam. Antesignani uero sunt, qui hodie scientes cultum dei quem uocant esse impium & tantum pecuniarium questum, quo non deus sed uenter, ut dicit Paulus, colitur, impie perdurant tamen ne mammonæ gratiam perdant. Sed hic dicitur, cum hoc non edam, hunc non patiar, ut noris excommunicatos esse in conspectu dei quos hic uir pius dicit se uitare, id quod interim continent, & pios potius qui uerbum dei à deo acceperunt, qui cantant deo misericordiam & iudicium & ab omni impietate abstinent excommunicatos & hereticos clamant, sed in matutino uidebunt hi omnes.

Oculi mei crunt intenti ad fideles terræ, id est, in oculis meis placebunt illi qui fideles sunt in terra, id est, fidunt deo & fidem seruant proximo, ut sedeant uel habitent mecum in domo mea. Tales hodie inepti iudicantur ad res gerendas, quia lucra non uidentur facturi nisi qui fraudare norunt. cum contra benedictione dei obuenire res & uerbum dei & exempla sanctorum Abrahamæ, Iacob, Ioseph &c. doceant, sed his non creditur. Idem additur, Ambulās in uia immaculata, id est, timens deum & nulli faciens iniuriam, omnibus autem bene, hic erit minister meus, conuersabitur & aget mecum, seruum iniustum & impium non patiar in domo mea, postquam monitus resipere noluerit, secundum Euangelium. Hoc est quod addit, Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam uel fraudem, qui contemnit quæ dei sunt & fraudem alijs facere non ueretur. Et præterea qui loquitur iniqua, id est, detractionem, mendacium, fraudem, blasphemiam, falsam doctrinam, non diriget, non recta incedet, non rectus erit, abominatio erit in conspectu oculorum meorum. Tales iam hodie regnant quos hic ne seruos quidem se habiturum dicit aut passurum in sua domo. Sed iudicium quo iam iudicantur sunt in matutino uidebitur, de quo nunc sequitur, ut compleatur canticum misericordiae & iustitiæ dei.

In matutinis. In matutino, inquit, id est, in exortu futuri seculi, ubi incipiet dies illa æterna quæ nunquam declinabit in noctem, interficiam omnes impios qui sunt in terra, ut purgem ciuitatem domini, id est, ecclesiam sanctorum in qua dominus habitat, ne amplius sint in ea scandala illorum qui operarij sunt iniquitatis, qui nunc dicunt, Domine domine, sed non intrabunt in regnum cælorum, Matt. 7. ut diximus Psal. 5. & alibi. Tunc matutinum erit, tunc incipient apparere opera tenebrarum quæ hic latebant, quæ hic pro operibus bonis sese uenditabāt. Incipiet quoque fulgere gloria electorum, quæ hic non uidebatur

batur. Etiam nūc diligit Christus suos, & odio persequitur impios quos à se abiectos sibi relinquit, ut uides in Petro & in Iuda Io. 6. sed hoc iudiciū & illa misericordia nūc non uidetur. In matutino autē latere nō poterūt. Tunc & cū Christo omnes electi qui pertinet ad ciuitatē dei condēnabūt, excommunicabunt, calcabunt sub pedibus & in mortem eternam mittent omnes impios terræ, quando fulgebunt sicut sol in regno patris ipsorū, eiectis omnibus scandalis & ijs qui operantur iniquitatem, id est, qui faciunt omnia etiam in speciem optima infideli corde, id est, quod deo nō fidit & uerbū dei in suo opere non attendit. Vt hæc legis Matth. 13. Vbi mensis dicitur & consummatio huius seculi, quod hic matutinum.

PSALMVS CI.

Titulus. Oratio pauperis cū mœrore animi cruciatur, & coram domino effuderit eloquium doloris sui.

SUMMA. Vere in hoc psalmo mœror est cruciati & adflucti pauperis in conspectu dei & hominū. Si ad deum respicit, iudicium eius uidet contra se, Si ad homines, totus mundus aduersatur. Similis, inquit, factus sum pellicano &c. Inde de Euangelica gratia prophetat quæ debetur adfluctis conscientijs, dicens, Tu autē domine in æternum &c.

Miror uero cur nostri tales psalmos quibusdam quasi sub præcepto legendos putent, quasi hæc quibusuis conueniant aut semper.

Domine exaudi orationē meam, & clamor meus ad te ueniat. Non auertas faciē tuā a me, in quacūq; die tribulor inclina ad me aurem tuā. In quacūq; die inuocauero te uelociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut lignū aridum coarserunt. Percussus sum ut foenum & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meū. A uoce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.

Horror iudicij dei.

Sicut lignum aridum coarserunt. Fe. sicut torris uel titio adusta sunt. Qui ita predicando urget deum, certum est eum in presenti esse periculo. Qui non sentiunt onus sui peccati & iudicij dei frustra talia in os accipiunt, nisi forte ad descendendum ut scias quo remedio opus sit ubi tale quid tibi acciderit, ut diximus psalmo. 6. Affligitur hic pauper interius & exterius, id est, & per peccatum coram deo & per uitam crucis coram mundo, sed de illo queritur, primum, q̄ defecerunt sicut fumus dies eius, id est, q̄ omne tempus uitæ transactum est in uanitate, hoc est uel manifesta impietate, uel falsa sanctitatis opinione. Et iam ossa, id est, uires anime infirmate sunt & arida facta imò ambusta sicut titio, q̄ illic quoq̄ ruit in mortem ubi surgere nititur ad uitam & non potest. Hic desperat de uita arescente quoq̄ corde sicut scenum abscissum arescit, ut nihil gratiæ super sit, sed omnia sint iudicij & desperationis plena. Hæc ubi uere fuerint quis dubitat etiam redundare in corpus, ut dies sint in mœrore, ossa contabescant, cor mœrore pereat, & dum gemis tantū & uocem gementem ad deum porrigis, non autem comedis, adhæreant ossa tua carni tuæ arescenti. Quia, inquit, oblitus sum comedere panem meum, ut percunte succo corporis arida caro languescat. Panis corporis negligitur, quia suauis mœrenti non est, sicut infra, Quia cinerem, inquit, tanquā panem &c. Et panis animæ neglectus, id est, uerbum dei non meditatum hunc deficientis animi fecit languorem. Sed adhuc felix qui huius comestionis se queritur oblitus, quod non faciūt uel secure peccantes uel saturi sanctuli. Ita uero territus iudicio dei uidet se lignum aridum & scenum exiccātū quod tantū igni seruatur æterno. Experti ista norunt.

Similis factus sum pellicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilauit et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei, et laudantes me aduersum me iurabant. Quia cinerem tanquā panem manducabam, et poculum meum cum fletu miscebam. A facie iræ tuæ et indignationis tuæ, quia eleuans

allifisti me. Dies mei sicut umbra declinauerunt,
et ego sicut fœnum arui.

In domicilio. Felix, vastationum, id est, qui habitat in vastatis & dibus & ubi non habitant homines. Laudantes me. Felix, Deludentes me, ut uideas laudem significari irrisoriam. Quia cinerem & c. Fe. Quia cinerem unâ cum pane comedi, id est, subcinericios panes (ut fiebant) cedi ut colti erant, non absterfo aut abscisso cinere, non discernebam gustu panem à cinere, nō sapiebat quod e debam & c.

Sicut interius patiuntur tales ita & exterius. Nam mundus eos non Crux, odisse non potest. Vnde uelut aues quæ fugiunt aliarum conspectum & quæ despectæ sunt, & uelut aues solitariæ, fugiunt hominum carnalium consortia, quia opprobrio eis sunt & irridentur ab eis tota die, id est, iugiter. Tu solus sapere uis, tu solus omnia contemnis & c. quæ alibi diximus, Et laudantes, inquit, me & sales suos in me iactantes coniurati erant aduersum me, nunquam sibi concordēs, tamen ad me persequendum concordēs, non alia causa quàm quæ uidebant me uoluptates suas abominari, & uidebant me à deo percussum Hoc enim est quod dicitur, Quia cinerem & c. Ad est, quia etiam necessarius ut & cibus amarus & insuauis mihi fuit propter præsentiam & terrorem tui iudicij, quia eleuasti me uelut uas lutæum ut fortius deiciendo ad petram me frangeres. Itaq; non tam me adfligit quod illi foris mihi faciunt, quàm quæ tuo iudicio mihi talia fiunt, qui uideris partem aduersam contra me iuuare, non tam illos quàm te timeo aduersarium. Et ut semel omnia dicam, Dies mei sicut umbra abierunt, supra, sicut fumus, & ego sicut fœnum arui, quod ut non abscindatur tamen suo tempore perit & c.

Tu autem domine in æternum permanebis, & memoriale tui in generationem & generationem. Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia uenit tempus. Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius, & puluerem eius miserabuntur. Et timebunt gentes nomen domini, &

omnes reges terræ gloriā tuam. Quia ædificabit dominus Sion, & uidebitur in gloria sua. Respexit in orationem humilium, & non despexit precem eorum. Scribatur hoc in generationem alteram, & populus qui creatur laudabit dominum. Quia respexit ex excelsis sancto suo, dominus de cœlo in terrā aspexit. Vt audiret gemitus compeditorum, ut solueret filios interemptorū. Vt annuncient in Sion nomen domini, & laudē eius in Hierusalem. Dū congregantur populi simul, & reges, ut seruiant domino.

Humilium, id est, deiectorum. Felix, Solitarij, id est, derelicti. Alterā. Fe. Nouissimam. Filios interemptorū. Fe. Filios mortis, id est, morti adiudicatos. Reges. Fe. Regna.

Reuelata lex. Cui reuelatur lex, ira & iudiciū dei, tantū abest ut hoc ei proffit, ut amplius desperet & omnino pereat, si Euangelium, id est, promissio gratiæ ei quoq; nō reuelatur. Alij enim precipites ruunt in mortē, ut Iudas, alij operibus suis & iustitijs humanis & monasterijs se iuuare contendunt, sed frustra, nam tremor Cain manebit apud eos, aut quadam pharisaica securitate occultiore blasphemia pereunt. Si autē ista angustia fidelē animum sed ad tempus quasi à deo derelictum apprehenderit, uel eum quē ita diuina bonitas ad fidem trahere cupit, hunc cogit sitire gratiā quā maxime, & inuocare deum ut uelociter exaudiatur, rogare ut quā primū suum mittat libertorem. Id quod per hunc psalmum olim rogabant sancti uarie afflictī, quia sua peccata, impietatem mundi, captiuitatē populi uidebant. Vnde iam hic pauper qui psalmum orat de dei patris misericordia confisus ait,

Memoriale Ego quidem perij, sed tu domine in æternum permanebis & memoria tua eterna est, non enim possumus tui obliuisci, qui per omnes tuas creaturas tete lugiter nostris oculis ultro ingeris, qui per ætred in omnibus scripturis & historijs tibi fidentium tuæ misericordie nos admones, ut triplex ha

beamus memoriale tuæ in nos bonitatis, creaturas, uerba tuæ promissionis, & exempla sanctorum, de quibus scriptura sacra nobis testatur, & præterea quartum, beneficia quæ nobis singulis per omnem uitam exhibuisti, ut memoria tui nominis, tuæq; in nos bonitatis perire nunquam possit, nisi in illis, qui ista excacati uidere non possunt. Vide supra psal. 91. de operibus dei in quibus ipse agnoscitur, sed non ab insipiente & stulto. Sed quo loco tandem aut numero habebimus illud summum dei memoriale Christum Iesum dominum nostrum, per cuius stulticiam prædicationis placuit patri nostro saluos facere credentes. 1. Cor. 1.?

Quia ergo ubi nos nostraque omnia pereunt, & nihil manere potest, nisi à te seruetur in manu tua, tu autem permanes iugiter, & in æternum, nec d. finis nos tui admonere, Exurgens qui hactenus usus es dissimulare, miserere Sion, id est, populi tui, quia iam est tempus miserendi, quando, scilicet, reuclata lege & iudicio tuo nostram ex nobis agnoscimus damnationem, & in morte & inferis nos esse uidemus, hoc uocatur tempus oportunum, psal. 51. Quid hypocritæ clamant tota die, Miserere mei deus, qui in conspectu dei nihil adfliguntur?

Miserere. Quoniam lapides Sion, id est, nos homines unde construeda est Sion, siue ecclesia tua, placuerunt seruis tuis, id est, angelis, prophetis, sanctis & electis tuis. Hoc est prædicatores uerbi tui, & omnes pij hoc operant, etiam angeli cælorum, secundum illud, Gaudium est angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Unde additur, & puluerem eius miserabuntur, id est, omnes miseratione commouebuntur super puluere, contritione & uastatione Sion, cuius lapides principes & doctores & pastores iudicio tuo abieci sunt, & puluis reliqui populi concalcatur à gentibus, ab impijs principibus, mendacibus doctoribus, & lupis qui se pastorum persona uenditant. Hic uersus consonat illi quod alibi dicitur, Qui timent te uidebunt me & letabuntur, & in afflictione non desperauit, sed in uerbum tuum supersperauit. Atque uel hinc uide, quod qui cepit orare, Domine exaudi orationem meam &c. non sua solum angustia & iudicio premebatur, sed etiam communi omnium. Quis enim olim piorum non terrebatur dei iudicij, quod suum populum tam sepe excacatum, in tam miserandos abiecit errores, quos ut reliqua taceam indicat liber iudicum & Regum? quis non horrendum iudicabat, quod regnum totum Israël, id est, decem tribus post mortem Salomonis, nunquam cessauit ab idololatria? Utinam qui hodie disputamus, ad conueniat dei misericordie, quod tam diu iam inuenitur mundus errasse, tre-

Lapides & puluis Sion.

Oratur pro populo simul in iudicio dei perditio.

pidi potius ad iudicia dei cum Hieremia lamentari possemus, nō disputare de dei iudicijs incomprehensis, in cuius conspectu mille anni sunt tanquā dies hesternae, quae praeterijt. Quapropter si unquā oratum est, ut deus missus Christo, & spiritu eius miseretur Sion, tam orandum est quā maxime, est enim iam tempus miserendi, quando mundo sua rursum reuelatur iniquitas, & offertur Euangelium glorie magni dei.

Fides gentiū.

Hoc exurgere dei, de quo hic agitur, nihil aliud est, quā deum uentre per suum Christum, alioqui cur de fide gentium sequentia dicerent? Tunc, inquit, Timebunt, id est, uenerabuntur & sanctif. abūt nomen domini, uel nomen tuum domine, & omnes reges terrae (psal. 71.) gloriam tuā, de qua Esa. 40. Et reuelabitur gloria domini, & uidebit omnis caro salutare dei nostri, quae autem sit haec gloria, sepe supra dictum est, uel psal. 18. Quare timebunt &c? Quia, inquit, uidebunt te edificasse Sion, quae conculcabatur, quae ex se non perire non potuit, & uideberis in gloria tua, id est, fide cognosceris esse, qui per Christum tuum gratis deleas peccata, unde glorificeris in gentibus, ut gloria omnis sapientiae, & iustitiae humanae cadat. Itē, timebunt &c. quia respexisti in orationem ad afflictorum, nihil eorum peccata moratus. Quis enim ex gentibus, id est, publicanis, peccatoribus & meretricibus ad te auderet accedere, & non potius seuerū fugeret iudicem, nisi ista gratia de te praedicaretur, q̄ nō spernis preces pauperum &c.

Scribatur hoc &c.

Iam uero haec magna gratia scribatur, ut memoriale tui sit, ut legat generatio etiam mundi nouissima, & populus dei non solum qui nunc uiuit populus Israëliticus, sed etiam qui creatur, id est, nouus à deo populus Israel fit, & semen Abrahae non ex carne & sanguine, sed ex deo natum, quod potens est deus suscitare ex lapidibus, id est, genibus & peccatoribus, de quo Esa. cap. 43. Omnem, inquit, qui inuocat nomen meum, in gloriam meā creauit eum, formauit eum & sicut eum. Hic, inquam, populus, qui creatur laudabit dominum, ideo q̄ assumpta in suo Christo carne respexit ad humiles siue ad afflictos ex caelis, ex excelsis siue templo & sanctuario sanctitatis suae, ut audiret gemitus compeditorum, qui gemere potuerunt, soluere se nullis uiribus potuerunt (ut meram gratiam hic uideas) & ut solueret filios occisionis, id est, destinatos morti, uel filios interemptorum, id est, residuos, post quā alij perierant, qui patres erant. Sic & olim pressis populis in Aegypto dixit deus, Videns uidi afflictionem populi mei, qui est in Aegypto, & descendi liberare eum.

ut annūciat.

Ad hoc uero tantū audiret & solueret, ut postea grati laudarent, pra-

dicarent & sanctificarent nomen domini in ciuitate sancta, id est, in ecclesia sanctorum, quemadmodum alibi dicit, Confitebor tibi domine in toto corde meo in consilio iustorum & congregatione, id est, ut hic dicitur, ubi conuenirent & populi & regna simul ad seruiendum domino. Atq; hæc est prædicatio Euangelij gloriæ dei in ecclesia magna, quod nõ potest uere predicari, nisi ab ijs qui uere senserunt beneficium liberationis per Christum, qui confitentur quod sequitur ex Heb. Oppressit dominus in uia uirtutem meam &c. quemadmodum dicemus.

Respondit ei in uia uirtutis suæ, paucitatem dierum meorum nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, in generatione generationum anni tui. Initio tu domine terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, et omnes sicut uestimētum ueterascent. Et sicut amictum mutabis eos, et mutabuntur, tu autem idem ipse es et anni tui non deficient. Filij seruorum tuorum habitabunt, et semen eorum in seculum dirigetur.

Felix, Semen eorum in conspectu tuo dirigetur.

Respondit ei, id est, dominus reddidit ei, hoc est, Sioni quod peccauit, respondit, inquam, ei, uel reddidit ei in uia uirtutis suæ, id est, secundum potentiam suam, qua punit peccata. Paucitatem dierum meorum o deus nuncia mihi, id est, da mentem, ut sciam uite meæ breuitatem, psal. 8. Ita enim utcūq; quod legimus, interpretari licet propter Hebræum, ex quo sic legitur, interprete Felice.

Affixit uel humiliavit in itinere uirtutē meam, abbreviauit dies meos.

Dicam, Deus meus ne perimas me in dimidio dierum meorum, in generatione generatione anni tui.

Affixit, inquit, uel oppressit dominus in uia, qua ambulo in hac misera

Confessio iusti
iudicij dei.

ra uita, uirtutem meam, id est, omne robur meum abstulit, ut non habeam, in quo confidam, uarie territus & adflictus. Abbreuiavit uitam meam, id quod supra dixit, Dies mei sicut umbra declinauerunt. Et quia talia tribuit deo facienti, significatur, q̄ iusto dei iudicio, etiamsi nobis occulto, in mala cadimus, Nihil enim habemus, in quo nos iustificemus, Quia uero breuiasti dies meos, ne perimas me in dimidio dierum meorum, id est, quando adhuc per errorem puto me diu uicturum, dona hanc gratiam, ut sciam breuitatem uitae meae, ut diximus psal. 38.

In genera-
tione &c.

Breuis uita ego sum & ego perij, ut supra, sed tu deus in quo est salus mea, in aeternum permanes, etiam percunte mundo & caelis, quos tu creasti, alia enim erit terra, & alij caeli, mutatione uetustatis in nouitatem, quae admodum apud hoies ueteres uestes nouis mutantur. Haec autem ad illum deum dicuntur, qui assumpta carne respexit in terram, de excelsis sancto suo, ut solueret filios mortis, ut in praecedentibus uides, hoc est ad Christum, per quem condita sunt uniuersa, Ioan. 1. Col. 1. &c. quemadmodum uides hinc citatum in epist. ad Heb. cap. 1. Ad quem nunc quoque dicitur, Filij seruorum tuorum, id est, Prophetarum, Apostolorum & doctorum uerbi tui discipuli, & ceterorum electorum tuorum filij, quos singuli in domibus suis erudient lege dei, quemadmodum praecipitur pijs patribus, Deut. 6. Hi, inquam, habitabunt coram te electi in regno tuo impijs, & semen eorum, id est, qui eorum doctrinam secuti fuerint, rectum erit & iustum coram te in aeternum. Hi sunt filij ecclesiae, Esa. 49. & filij Christi crucifixi, Esa. 53.

Citatio epist.
ad Heb. 1.

PSALMVS CII.

Titulus. Dauid.

SYMMA. Haec est laeta gratiarum actio de omnibus beneficijs nobis a deo per Christum collatis, qui sedes in caelis, regnat ubique, cui angeli & omnes creaturae seruiunt, obediunt & gratias agunt.

Benedic anima mea domino, & omnia quae intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea dño, & noli obliuisci omnes retribuciones eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus

tuis

tuis, qui sanat omnes languores tuos. Qui redimit
ex interitu uitā tuam, qui coronat in misericordia
& miserationibus. Qui replet in bonis desiderium
tuum, renouabitur ut aquilæ iuuentus tua.

*Desiderium tuum. Fe. Os tuum. ut supra psal. 90. Dilata os tuū & im-
plebo illud. Conuenit tamen cum nostro, que madmodum & alibi legis, Os
meum aperui & attraxi spiritum quia mandata tua desiderabam.*

*Qui tentatione & legis reuelatione nō est expertus dei beneficia, istam
dei laudem nō nouit, id est, qui nūquā sensit onus sui peccati & iudicij dei,
ut supra diximus, Expertus uero didicit nihil esse in se de quo gloriatur ni-
si beneficia dei. Vnde ait, Benedic anima mea, id est, tota uita mea & quic-
quid sum, domino, cuius omnia sunt, & quicquid in me est glorificet nomē
sanctum eius, Qui sic dicit mortificatum se sentit & abnegat semetipsum
deo, abijcit quicquid est uirium, sapientiæ & iustitiæ & presumptionis hu-
manæ, & solum recordatur dei beneficiorū, quæ sunt, & deus gratis pro-
ficius sit omnibus peccatis nostris, & sanat quicquid adhuc residui peccati
est in carne nostra, quicquid amoris rerum & timoris uani, & nos seruat à
morte tutos in medijs hostibus, item & in media morte & inferis, & coronat
& regnare nos facit super peccatum & mortem & Satanam & quicquid
est potentiæ, sapientiæ & iustitiæ mundanæ, non certe in meritis & operi-
bus nostris, sed in misericordia sua & miserationibus, quibus non solum be-
neficia prestat sed etiam condolet nostris necessitatibus, & nos replet bon-
nis quæcumq; desideramus & in corpore & in spiritu, & etiam ubi omnia
desperata uidentur, & quasi nouissima senectute spectante in mortem nihil
uidetur nisi mors & desperatio, subito adest & consolatione sui spiritus
nos iuuenescere facit & esse uegetos, quemadmodum aquila redire ad iu-
uentutem dicitur. Ferunt enim cum senuerit grauari pennis & oculorum
obtundi aciem, atq; inuēto fonte erigere pennas, colligere in se colores, at-
& ita redire uisum, & trina immersione iuuentutem. Alij aliter. Vt cumq; sit
uel ex hoc loco certum est aquilas senescentes in iuuentutem redire.*

*Sanctificans
nomē domini*

Beneficia dei

Aquila

Faciens misericordias dominus & iudicium iniuri-
am patientibus. Notas fecit uias suas Moysi, filijs

Israel uoluntates suas. Miserator & misericors dñs, longanimis & multū misericors. Non in perpetuū irascetur, neq; in æternū cōminabitur. Non secūdū iniquitates nostras fecit nobis, neq; secūdū peccata nostra retribuit nobis. Quoniā secūdū altitudinē cœli a terra corroborauit dñs misericordiā suā super timētes se. Quantū distat oriens ab occidēte elongauit a nobis iniquitates nostras. Quēadmodū miseretur pater filiorū misertus est dñs timētiū se, quoniā ipse cognouit figmentū nostrum. Recordatus est q̄ puluis sumus, homo sicut fœnum, dies eius tanq̄ flos agri sic effloreat. Quoniam spiritus pertransibit in eo & nō subsistet & non cognoscat amplius locū suum. Misericordiā autē domini ab æterno & usq; in æternum super timentes ipsum. Et iustitia ei⁹ sup filios filiorū custodiētes testamentū eius. Et memores mādatorū eius ad faciendū ea.

Felix, Faciens iustitias dominus & iudicia &c. Et nō cognoscat amplius locum suum. Fe. Et nō cognoscat eum amplius locus eius, id est, obliuioni facile tradetur.

Etiā in cruce pater diligit filium.

Sed ait caro, Quæ beneficia numeras dei, cū uideam pios omnibus expositos esse malis & in mera uiuere cruce? Respondet. Ita uerū est coram mūdo, quemadmodū Christus dixit, In mūdo pressurā, in me pacem habebitis, sed nō uides quid cōsolationis sentiant corda nostra de remisso peccato, de presentia benigni patris dei in omni tribulatione. Is enim permittit quidē nos tribulari imō ipse tribulationis autor est corpiens nos, ut pater filios.

Quæ enim diligit, corripit, sed ita nos uult glorificare & in aduersarios in
 dicium exercere pro nobis iniuriam & calumniã patientibus. Qui ut om-
 nino in tentationis certamine fortes staremus in fide, reuelauit per Moysen
 & prophetas filijs Israël omnia beneplacita sua, ut ex uerbo ipsius omnino
 eerti effemus de bona erga nos uoluntate. Tunc contemnenda hæc arma
 & remedia putaueris? Non facit taliter omni nationi & iudicia sua nõ ma-
 nifestauit eis. Quã gratiã ergo nos referemus deo qui nouissime diebus istis
 locutus est nobis in filio? Is, ut omnino affectum paternum agnoscas, mise-
 retur & condolet nostris peccatis, infirmitatibus, miserijs & afflictioni-
 bus, & longanimitas est non statim abiiciens si quid peccauerimus, si minus
 fortes in persecutione fuerimus, si etiam lapsi fuerimus, longanimitas quoq;
 aduersarijs, quos non statim uidetur percutere, sed expectare ad poeniten-
 tiam &c. Esto crucem nostram ad tempus uideas, sed is non semper transce-
 ditur nobis, pater est, non hostis. Id quod non solum fide sed etiam experien- **Non secundũ**
 tia scimus fidei, nam quomodo porro desereret, qui nos in peccatis nostris &c.
 & impietate totius uite nostre inueniens nõ abiecit ut dignum fuisset, sed
 iustificauit, suscepit & filios dei fecit? Hoc facit nobis adhuc impijs (Rom. 5.)
 statuens magnam misericordiam super nos quemadmodum coelum altum
 est super terram, abiiciens iniquitates nostras longe à nobis ut redire non
 possint ad nostri damnationem, non magis quã oriens occidenti appro-
 pinquare. Breuiter, Ita miserus est timentium se, quemadmodum pater mi-
 seretur filiorũ uel dolore animi uel necessitate corporis laborantium, quo-
 niam ipse nouit nos non esse angelos, sed fragiles homines qui sua manu è
 luto nos formauit, & tales qui ex nobis subsistere non possemus, nisi ipse &
 uitam & spiritum, manu qua finxit nos, teneret ac duceret. Sed uide istam
 fragilitatem & uanitatem humanam, quæ nihil habet unde gloriatur co-
 ram deo, quanta gloria deus sublimarit, ut ex se nihil, in deo multum sit &
 gloriosa, modo eum timeat ut filius patrem, nempe cui dederit misericor-
 diam sempiternam & iustitiam suam, ut iusta sit & filia dei cum omnibus
 posteris suis qui seruant pactum eius, & memores sunt, id est, in corde ha-
 bent per fidem uerbi mandata eius, ut faciant quicquid placuerit deo. In nũc
 impia caro & exprobra nobis crucem nostram, fragilitatem, lapsum &c.
 Nihil est ut in nos respicias, gratia nostra et gloria in deo est per Iesum Chri-
 stum, Amen.

Quoniã spiritus &c. Si floris similitudinẽ non respicis, sic exponas licet, Exhibet spūs,
 spiritus pertransibit in illo homine & nõ subsistet, uel, & non est scilicet ho

mo, hoc est, Ascendente spiritu mortuus est & nihil est, & de loco in quo hic fuit nihil amplius nouit, locum terrenum corpus terrenum nō agnoscet, animale totum interibit. uel ex Heb. Non cognoscet eū amplius locus eius. Sic & tibi, Exhibit spiritus eius, scilicet filij hominis, & reuertetur, scilicet filius hominis postquam spiritus exierit in terram suam, ut in puluerem & in nihilum redigatur, secundū sententiam dei, Puluis es & in puluerem reuerteris. Longe ergo absunt hę sentētię ab hoc ut spiritus hominis intereat et quemadmodū iumentorum, nisi uitam animalem per spiritum intelligere uelles, sed non est opus in re atq; oratione manifesta hęc querere diuerticula, nam si homo post corporis mortem non uiuit, quomodo uerum erit quod additur, Misericordia autē domini ab eterno & usq; in eternū & c. Matth. 10. Animam non possunt occidere & c.

Verum aptius hunc uersum de similitudine floris interpretaberis, licet sententiā eadem maneat sic, Spiritus, id est, uentus pertransibit in illo flore uel sufflabit in illū & non permanebit in loco suo, qui antea florebat plus quā Salomon in suo regno, sicut Christus dicit, Matth. 6. Quę sententiā est & Esa. 40. Omnis caro fœnum & omnis gloria eius quasi flos agri, Exicca tura est fœnum & cecidit flos quia spiritus domini sufflauit in illud. Sicut à facie uenti flos nō subsistit, ita neq; subsistit caro à facie spiritus domini quādo reuelatur iudicium dei & c. Solum autē uerbum domini manet in eternum, quemadmodū addidit Esaias, & hic dicitur, Misericordia autem domini ab eterno & c.

Dominus in cœlo parauit sedem suam, & regnum eius omnibus dominatur. Benedicite domino omnes angeli eius, potentes uirtute, facientes uerbum eius ad audiendam uocem sermonum eius. Benedicite domino omnes uirtutes eius, ministri eius qui facitis uoluntatē eius. Benedicite domino omnia opera eius in omni loco dominationis eius. Benedic anima mea domino.

Parauit. Felix, Stabiliiuit. Virtutes. Felix, Exercitus.

Ista est consolatio imò & gloria nostra, q̄ scimus dominū in cælo regnare, & regnū eius esse super oēs & pios & impios, illos ut iustificet & glorificet, hos ut excæcet & condemnet. Velint nolint impij dominus regnavit, Benedicite ergo domino quotquot estis in regno eius, angeli cælorū & nunciij Euangelij pacis, qui potentes estis uirtute diuini spūs, qui facitis quæ ipse uult, ut obediatis uoci uerborū eius, quibus uenerandum est quodcūq; dei uerbum. Benedicite domino imperatori & duci oēs exercitus eius, nam quicquid roboris habetis ex ipso est, uos ministri eius qui facitis spū tracti quicquid placitū est in oculis eius. Benedicite domino creatori oēs creature eius & quicquid fecit creando & redimendo & saluando, ipse enim omnia facit, utcumq; indignentur hypocrite, In omni loco ubi ipse dominatur in cælo, in terra, in mari & in omnibus abyssis, non iam Hierosolymis aut in monte aut in templis manufactis, Imprimis o anima mea beneficia dei multipliciter experta benedic & creatori & patri & saluatori.

PSALMVS CIII.

Titulus nullus in Heb.

SVMM A. Quod Psal. 91. dixit, Latificasti me domine in factura tua & in operibus manū tuarū exultabo, q̄ magnificata sunt opera tua domine, nimis profunde factæ sunt cogitationes tue. Hic latius explicat, benedicēs & cantans domino de admirabili rerum omnium & conditione & prouidentia in cælo, terra & mari. Indignos uero uita iudicat qui hanc fidem prouidentie dei non habent, dicens, Deficiant peccatores à terra & impij ita ut non sint, Benedic anima mea domino.

Benedic aīa mea dño, dñe deus meus magnificatus es uehementer. Confessionē & decorē induisti, amictus lumine sicut uestimento. Ex tendens cælum sicut pellem, qui tetigit aquis superiora eius. Qui ponit nubes ascensum suū, qui ambulat super pennas uentorū. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem.

Pellem, Ec. Cortinam, Tentoriū intelligo. Ascensum, Fe. Currū, Psal. 17.

Et ascendit super Cherub & uolauit uolauit super pennas uentorum:

Fides creatio-
nis & prouid-
entiae dei pa-
tris.

Cum hic solam creaturam aspiceret uidetur propheta, mirum quā extra omnem creaturā in ipsum creatorē seratur, ut hic uidere liceat, quod Ro. 1. scribitur, Inuisibilia dei, nempe aeterna, eius potētia ac diuinitas cōspiciuntur à creatura mūdi, dū considerātur in ijs quae fiunt, id est, operibus. Neque est potentior locus sacrae historiae, qui nos cōtineat ad fidendū deo in oībus etiā aduersis q̄ hic locus, quo credimus ut condita esse ita & disponi omnia manu & prouidentia dei. Cogitamus enim & scimus sic deum uelle, sic deo placere, quem admodū credidit Abrahā imolaturus filiū. Et egregiū exemplū est Ioseph detrusus in carcerē, non excusat se nō admississe stuprum, sed filet excusationē ut maxime neget proculdubio factū, sciēs & se & sua esse in manu dei, in cuius manu sunt omnia, ē cuius manu nemo rapere potest, in cuius manu nō potest perire qui ipsi fedit, ex cuius manu omnia accipimus.

Ad hanc fidem egregie & cum increpatione quoq; inuitat spiritus dei, Esa. 41. dicens, Ego, ego ipse cōsolabor uos. Quis es tu ut timeas ab hoīe mortali & à filio hoīs, qui quasi foenū ita arefcet, & oblitus es domini factoris tui qui tetendit caelos & fundauit terram, & formidasti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat & parauerat ad perdendum?

Hic ne peccata quidē mea me damnare possunt, si resipiscens credā me adhuc dei esse creaturā, non angelū sed hominē peccatorem, adhuc esse in manu dei quae saluare & possit & uelit, id quod manifeste dicitur Psal. 99. si quis recte intueatur. Scitote, inquit, q̄ dominus ipse est deus, ipse fecit nos & non ipsi nos. Et ne quis excuset aut terreatur ab hac dei laude propter peccata, additur, Suauis est dominus, in aeternū misericordia eius & usq; in generationem & generationē ueritas eius. Non perijt misericordia & ueritas eius, qui a uos per peccata perijstis, sed adhuc in aeternū salua est &c.

Hec fides non est in impijs, nō est in oībus hypocritis, qui uana licet opinione uel sentiāt uel dicāt deū esse creatorē caeli & terrae, fide tamē nō sentiunt, quia suis studijs, suis prouidentijs, suis operibus nituntur, deo se permittere nō possunt. Sentimus & oēs hanc infidelitatē in nobis, & hanc fidē habere non licet nisi dono dei. Est enim arbitrij nostri resignatio, abnegatio nostri siue mortificatio nostrae uolūtatis, Heb. 11. Fide credimus perfecta fuisse secula uerbo dei, ut ex ijs quae non apparebant ea quae uidentur fierent. Vnde Psal. 91. Vir insipiens nō cognoscet & stultus non intelliget haec.

Caelestium
creatio.

igitur gloriosus in se ab aeterno deus qui nulla eget creatura, confessionē suae laudem & decorem induit, id est, suam gloriā, quae sua bonitas est, ma-

Nisi in creaturis ostendit, primum circū datus lumine quod primū creatus
 ait, Gen. 1. qui in se lucem habitat inaccessibilem. 1. Timot. 1. Tunc extendit
 coelos ut tentorium, quā admodū uidemus, tegens illos superius aquis, quae
 quales sunt ignoramus. Hic agit nubes ut curvū & mirabilia in aëre & uen-
 tis operatur (psal. 17.) Angelos suos facit inuisibiles, non carnis & sangui-
 nis participes creaturas, hoc est, facit eos spiritus, & eosdem flammā ignis,
 id est, igneae naturae siue spiritualis. Qui & in igne saepe leguntur apparu-
 isse, ut uidet in translatione Heliae. 4. Reg. 2. & quando Heliseus dixit ad
 seruum, Plures sunt nobiscū quā cum illis. 4. Reg. 6. Angelus quoque in per-
 sona dei in igne rubi apparuit Moysi, ut dicit Stephanus, Act. 7. & ibidem
 ait per angelos datam esse legem, ubi ut historia habet ignis horrendus ui-
 debatur à monte usque ad caelum. Præterea facit angelos & ministros suos
 ignem urentem siue flammam ignis quādo per eos uindictam in igne exer-
 ret è coelis, ut quando incendit Sodomā, quando cōburit quinquagenarios,
 Helie imprecatione &c. Verum hic de ortu & creatione angelorum dice-
 re uidetur, cū ait, Qui facit angelos suos esse spiritus &c. Nec placet quod
 quidam uertunt orationem, sic interpretantes, Qui facit suos spiritus esse
 angelos, id est, qui semper spiritus sunt ex natura, non semper angeli, id est
 nunciij sunt, nisi quando eos deus angelos facit, id est, quādo mittit. Nā cur
 etiam ita non uertis quod sequitur, Et ministros suos ignem urentem?

Angelos in principio creaturā creatos, ut hic indicatur, ostendit quo **Angeli.**
 & dominus Iob, cap. 40. de diabolo, dicens, Ipse est principium uiarum dei.
 Et creatos non ante creatam sed ante fundatā terram, ibidem ca. 38. Quis
 demisit lapidem angularem terrae, cū me laudarent simul astra matutina &
 iubilarent omnes filij dei? Ministros autē dei dici ostendit Daniel ca. 7. Mi-
 lia, inquit, milium ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebāt
 ei. Quod uero Christo ministrarent & in ministerium mittantur electi, dixit
 mus psal. 60. Sequitur iam de terra.

Qui fundauit terrā sup stabilitatē suam, nō inclina-
 bit̄ in seculū seculi. Abyssus sicut uestimentū am-
 ctus eius, sup mōtes stabūt aquae. Ab increpatione
 tua fugient, a uoce tonitruī tui formidabūt. Ascen-
 dūt mōtes & descendūt campi, in locū quē funda-

sti eis. Terminū posuisti quē non transgredientur,
neq; reuertetur operire terram. Qui emittit fontes
in cōuallibus, per medium montium pertransibūt
aquæ. Potabunt omnes bestię agri, expectabunt
onagri sitim suā. Sup ea uolucres cœli habitabūt,
ex medio petrarū dabunt uocē. Qui rigat montes
ex superioribus suis, a fructu operum tuorum sa/
tiabitur terra. Qui producit fœnū iumentis, & her/
bam seruituti hominū. Vt educat panem ex terra,
& uinum lætificat cor hominis. Vt exhilaret faciē
in oleo, & panis cor hoīs confirmat. Saturabuntur
ligna campī, cedri Libani quas plantaſti, illic passe/
res nidificabunt. Erodij domus dux est eorū, mon/
tes excelsi ceruis, petra refugiū erinacijs. Fecit lunā
in tēpora, sol cognouit occasum suū. Posuisti tene/
bras & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes
bestię syluæ. Catuli leonum rugiunt, ut rapiant &
quærant a deo escam sibi. Ortus est sol & congre/
gati sunt, & in cubilia sua collocabūtur. Exhibit ho/
mo ad opus suum, & ad operationem suam usq; ad
uesperam. Quā magnificata sunt opera tua domi/
ne, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra pos/
sessione tua.

Ex Græcis nunc legitur, Creatione tua uel creatura tua, sed unius literæ mutatione hoc esse factum ab ijs, quibus hoc melius conuenire uisum est, quis non uidet?

Abyssus sicut uestimentum amictus eius, id est, terra. In Græcis nunc legitur ἄβυσσος pro ἄρτος. Felix, Abyssus uelut uestimento operuit eam, id est, terram. Significat terram mari circumdatam undiq; & tantum nudum habere caput, id est, superficiem, quæ admodum Gen. 1. Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt in locum unum, & appareat arida. Expectabunt. Fe. Extinguet. Ferunt onagros sitis esse patientes, & raro accedere ad aquas. Super ea, id est, super bestias & onagros. Fe. Iuxta illos. i. onagros. Petrarum. i. exforaminibus petrarum uel rupium. Fe. Frondiū. Campi. Fe. Domini. Erodij domus dux est eorum. i. domus ardeæ est autem princeps. Verum sic est in Heb. interpretate Felice, Ciconiæ abietes domus eius. q. d. Abietes sunt domus ciconiæ. i. ciconiæ in abietibus nidificat. Eius abundat per hebraismum. Ceruis. Fe. Damis. Videamus primum, quid quædam orationes uelint. Terram fundatam super stabilitatem suam, diximus psal. 23. Non inclinabitur &c. id est, immota permanebit uirtute uerbi, qua fundata est, ut cumque quandoque noua futura sit, ubi eorum fuerint ex ea impij, ut alibi diximus. Abyssus &c. supra dictum quid sit. Super montes stabunt aquæ, de aquis pluuiialibus in nubibus pendentibus intelligunt, unde diuino certe miraculo expectat terra irrigari, quæ admodum infra, Qui deus rigat montes ex superioribus suis. Ab increpatione &c. Significat in aere deum sua proderere miracula, coruscatione & tonitruis, unde homines & animantia trepidant in terris, & fugiant in domos & latibula, id quod profecto diuinum miraculum est, nisi nostri philosophi sapienter insipienter plusquam oportet. Ascendunt montes &c. Id est, hic altiore, illic humiliorem fecit terram, omnia uero in usum commodum. Terminum &c. id est, singulis rebus suos terminos constituit, ut montes humiliora loca non obruant, nec aquæ rursus omnem terram occupent, ut dicitur Iob. 38. Per medium montium, id est, in conuallibus. Qui rigat &c. id est, montes & terra fecundantur ex pluuia cælitus missa, & ex fructu operum dei, qui pluit, calore solis fouet, temperat terram frigore & æstate, reliquisque uicibus diuinis alioqui fructus operum humanorum in prouentu terræ nihil esset, saturabuntur ligna campi, scilicet pluuia & fructu multiplici. Illic, id est, in arboribus aues nidificabunt. Montes &c. id est, singulis parauit, quo conseruiant, ubi quid aduersi senserint. Atque hic quoque artificium mirabilis dei uidere licet dum alia sunt in publico tuta, ut cerui fugientes canes, alia in

cauernis terra & petrarum, ut erinacius. Fecit lunam in tempora & stagna &c. Gen. 1. Et sol cognouit occasum suum, Gen. 1. Hoc est, abscedente die uenit nox. Et in nocte quaedam animantia quaerunt uictum, ut leones, qui in die latitant, ut homo operetur in agro &c.

Terrestrium
creatio.

Postquã de caelestibus, hic iam de terrenis dicit, Terram deus miro artificio super fluidas aquas fecit stabilem, super quã e caelis & pluit & tonat, patrem simul se ostendens esse & dominum, dum & beneficio afficit & tonitruo terret. Montes suo loco & ualles suo disposuit, ne illi has obruant, cum & legem posuerit aquis, ne egressae terram uasent. Iam uero quia terram stabilitam, dispositam, tutam ab aquis dixerat, proculdubio intelligens non solum terrã sed & omnia quae in ea sunt, mirabiliter quoque à deo omnibus in terra creaturis prouisum esse declarat, dicens animantibus loco quibuslibet apto datum cibum, potum, habitationem, & omnia necessaria. Homini praeterea non solum necessaria, sed & iucunda, & quae ad uoluptatẽ pertinent, ut uinũ & oleum. Quin & cõmodissime omnibus sua esse disticta tempora & noctis & diei, ut nihil aliud uidere liceat, quã immensam dei & bonitatem & sapientiam.

Doctrinae de
moniorum.

Hic uidere licet omnem creaturam dei esse bonam, si secundũ ordinatiõnem dei, cum gratiarũ actione usus fueris. Contra quod docent doctrinae demoniorũ, errorum magistri, qui à fide descuerunt, in hypocrisi loquẽtes mendaciũ, ut Paulus scribit, dãnantes quod deus ordinauit, ut abominandae fiant abominationes, quẽadmodũ hodie uidemus. Tales fidẽ hãc creatiõnis & puidẽtiã diuinã nõ habere, nemo piorũ nõ uidet, faciunt enim in creatura peccatũ, in qua deus uult magnificari, in qua & hic deus letari scribitur, ut uidebis. Sed sinamus illos, audiamus uero hic piorũ spiritũ exclamãtem, Quã magnificata sunt opa tua domine, oĩa fecisti p̄ eternã tuã sapientiam: oĩa deo plena sunt, quocũque nos uerterimus &c. Sequitur iã de mari.

Hoc mare magnum & spaciosum, illic reptilia, quorum non est numerus. Animalia pusilla cum magnis, illic naues pertransibunt. Draco iste quẽ formasti, ut luderet in eo.

In Heb. additur, Hoc mare magnum & spaciosum manibus, id est, brachijs, hoc est, sua capacitate, quẽadmodũ & latini poetæ brachia mari tribuant & arboribus. Draco iste, scilicet, illic est in mari, quem formasti, ut

luderet in eo. scilicet mari. Ex Græco proprie legis, Vt illuderet ei, Ego uero cōpositionem resolui, Vt luderet in eo. Nā & Felix ex Heb. sic legit, Leuiathan, quē formasti, ut rideat in ipso, scz mari, ut illic gaudeat & regnet.

Scriptura uniuersitatem rerum in tria diuidere solet, cælū terram & Marinorum mare. Hinc postq̄ de coelestibus & terrenis dixerat, subiicit nō minus in mā creatio: ri uideri opera dei miranda, ubi, præter innumera animātia, & præter nauigandi illud miraculū, est quoq; cetus magnus, ut mirum sit, unde tanta bestia pascantur, nisi prouideret, qui condidit. Hic cetus draco Græcis scribitur, Hebræis Leuiathan. Cetos in mari esse, & in principio creatos constat, Gen. 1. Significatur autem per cetū diabolus, qui regnat in mari huius mundi, agens impiorū corda, quo uoluerit, de quo legis, Iob. 40. & interitus eius in cordibus credentiū prædicitur, Esa. 27.

Omnia ad te expectant, ut des escā eorū in tempus opportunū. Dante te eis colligent, aperiēte te manū tuam omnia implebūtur bonitate. Auertente autē te faciem turbabūtur, auferes spūm eorū & deficient & in puluerem suū reuertentur. Emittes spīritū tuū & creabūtur, & renouabis faciem terræ.

Hec est conclusio siue epilogus de prouidentia diuina & potestate conditoris. Oīa, inquit, ad te respiciūt, ut des escā, quæ singulis cōueniat, in tempus opportunū, id est, ut suo tempore ea utantur, nō enim dat deus solum, quando edendū est sed etiā longe ante, quemadmodū fœnū dat æstate, quo hieme iumenta uescantur. Hic uides omnia sine presentia dei esse nihil, ut confundantur, qui salutem in manu sua constituunt, cum ne cibum quidem uentris, aut hanc uitam animale in manu nostra habeamus. Dante, inquit, te illis, colligent, & aperiēte te manū tuam, ut paterfamilias, omnia accipient bonum & quod ipsis commodum est, ut nemo aliquid sine prouidentia, siue industrie, suo labori tribuat. Benedictione enim domini res obueniunt, qui dat tibi, ut labores, dat quoq; ut labor fructificet. Prouerb. 10. Benedictio domini diuites facit &c. Contra auertente te faciem, id est, te deserente ea, non seruante, non pascente, non spirante in ea, non amplius tenente uitam quam dedisti, nihil adest nisi turbatio.

Ex manu dei
omnia.

mors & perditio. Rursum emittes spiritū tuum, & noua sunt oīa, cuius spīritus uiuificat omnia, reddit animantia terris, aquis, aëri, item facit singulis annis reuirescere, quæ perierāt cuncta terræ nascentia, quemadmodū legis Gen. 1 Spiritus domini incubabat super aquas. Hac emissionē spiritus dei, & creationē quā assidue fieri uidemus, & innouationē terræ, quæ singulis annis fit, respicitur etiam in ultimā mundi instaurationem, quando spiritus dei excitabuntur mortui, & cælum terrāq; nouam uidebimus.

Hinc, quia omnia ista propter nos canūtur, facile uides, q; omnia sine spīritu dei, ut diximus, mors sunt in re salutis nostræ, cum ne ista quidem corporalia sine eo uitam habere possint.

Sit gloria domini in secula, lætabitur dñs in operibus suis. Qui respicit terram, & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigant. Cantabo domino in uita mea, psallam deo meo q̄ diu fuero. Iucundū sit ei eloquium meum, ego uero delectabor in domino. Deficiant peccatores a terra & iniqui, ut amplius non sint. Benedic anima domino. Hal-leluia. Id est, Laudate deum.

Cultus dei. Hæc est laus & uerus dei cultus ita respicere in opera dei, ut diximus, & psal. 27. & 91. glorificare deum in suis operibus, & ex creaturis agnoscere creatorem, & credere, q; omnia ex manu eius suscipias, Quid ergo nobis hypocritæ peccata faciunt in creaturis dei, modo non abutaris contra dei præceptum, in quibus deus ipse lætari scribitur, ut artifex in suo artificio, & quas creauit ad se glorificandū? Cur in iniuriam gloriæ dei sua opera magnificant, manum suam osculantes, id quod iob uocat iniquitatem maximam? Utinam uel trepidarent ad fulmina, & q; uident nonnunquam cœli iaculis disijci montes, qui nullis beneficijs quodidianis permoluntur, Deus ut beneficijs prouocat, ita terroribus quandoq; cōminatur, non enim solem solum oriri facit, sed etiam aliquando horrendo fulmine concutit orbem, ut omnibus gentibus & legis & Euangelij speciem exhibeat, præter ea, quæ agit in conscientijs singulorum.

Qui respicit
Ec.

Cantabo igitur, inquit, domino, donec uixerō, acceptum sit ei canticum & benedictio mea, ego uero delectabor non in mea iustitia, non in creaturis ul-
 tis, sed per creaturas in domino, quemadmodū alibi dicit, Creatura tua nō
 delectauit me, sed tu domine delectasti me in factura tua. Impij uero indigni
 sunt, qui inter dei creaturas computentur, q̄ uita non agnoscunt autorem,
 quibus imprecor, ut ē terra eijciantur, ut nulla eorum amplius reliquia su-
 persint, id quod complebitur in fine mundi, ut diximus alibi:

Benedic anima mea domino. Halleluia. Omnia laudate deum. Laus dei
 cantata est, ipsi gloria in eternum, Amen.

PSALMVS CIIII.

Titulus nullus in Hebræo.

SUMMA. Sicut psalmo superiore prouidentiam dei descripsit erga om-
 nes creaturas, ita hic prouidentiam eius, & curam paternam describit er-
 ga credentes, id est, filios, hoc est, illos qui credunt eius promissioni, id quod
 hic manifeste in principio psalmi dicitur. Memor, inquit, fuit in seculum te-
 stemēti sui, uerbi, quod mādauit in mille generationes &c. Et in fine. Quo-
 niam memor fuit uerbi sancti sui &c. Atq; ut hanc curam hic nobis ostende-
 ret, nulla fit mentio de populi peccato & pœna secuta, ut in psalmo sequen-
 ti, sed tantū beneficia dei describuntur. Deus enim in suis promissis uerax
 inuentus est, licet multi illorum suo malo non crederunt. Porro psalmus
 ex historia Genesis & Exodi non est obscurus.

Cura dei erga
 credentes.

Confitemini domino & inuocate nomen
 eius, annunciate inter gentes opera eius.
 Cantate ei & psallite ei, narrate oīa mirabilia eius.
 Laudamini in nomine sancto eius, lætetur cor quæ-
 rentium dominū. Quærite dominum & conforta-
 mini, quærite faciem eius semper. Memētote mirā-
 bilium eius quæ fecit, prodigiorum eius et iudici-
 orum oris eius. Semen Abraham serui eius, filij Ia-

cob electi eius. Ipse dominus deus noster, in uniuersa terra iudicia eius. Memor fuit in seculū testamēti sui, uerbi quod mādauit in mille generatiōes. Quod disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac. Et statuit illud Iacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum. Dicens, tibi dabo terrā Canaan funiculum hæreditatis uestre. Dum erant illi numero breues, paucissimi, & incolæ eius. Et transierunt de gente in gentem, & de regno in populum alterum. Non reliquit hominē nocere eis, et arguit pro eis reges. Nolite tangere Christos meos, et in prophetis meis nolite malignari.

Querite &c. Felix, Querite dominum & fortitudinem eius. Incola eius, scilicet terra. Felix, Aduena in ea. Et in prophetis meis nolite malignari. Felix clarius, Et prophetas meos nolite adfligere. Nos quoq; clarus legeremus, Et in prophetas meos nolite maligne agere.

*sāctificare no
men domini.*

Vide quæso quā insigniter nos adhortetur ad fidem & ad confessionem dei ueritatis, & prædicationem operū dei in omnibus populis, ex beneficijs nobis præstitis, & promissionibus seruatis. Confitemini, inquit, domino, uel, Laudate dominum, & in omni necessitate inuocate eū, prædicante inter gentes, opera eius, & mirabilia eius, quæ fecit creando, prouidendo, liberando ex multis periculis, donando beneficia, redimendo ex peccato, morte & inferis, exaltando in regnum & glorificando, non prædicante & magnificante, ut hypocritæ, opera hominum, psalmo. 16. sed laudate mini in nomine sancto eius, ut qui gloriatur, in domino gloriatur, uideant homines opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est, qui illa bona opera suo spiritu per nos efficit, id quod est in nomine sancto eius laudari, non in nomine nostro, non quia nos sancta facimus, sed quia ipse nos sanctificat, & sancta per nos facit. Querite dominum ex si-

de orando, psal. 21. & confortamini in potentia uirtutis eius, ne quid uestris uiribus tribuatis. Sine me, ait Christus, nihil potestis facere. Quærite potentiam eius semper, ut semper adsit uobis desiderate, ne unquã uestris consilijs & uestræ prudentiæ, quæ mors est, dimittamini.

Memento etc. Nolite obliuisci beneficiorũ dei, aut prodigiorum etiã in aduersarios pro uobis factorum, aut iudiciorum oris eius, id est, uerborum eius quæ mandauit, de quibus psal. 18. iudicia domini uera iustificata in semetipsa, nisi hic iudicia sententiam latam in aduersarios accipias. Memento, inquam, uos filij Abrahamæ & Iacob, nõ carnales sed serui eius & electi eius, ne quid carne & nomine gloriemini, Filij estis Abrahamæ & Iacob, si & ipsi sitis serui dei & electi, sicut illi. Ipse est dominus, id est gubernator, deus, id est creator, noster quantusquantus est. Quibus uerbis inculcatur nobis primum præceptum, Ego sum dominus deus tuus. In uniuersa terra iudicia eius, id est, ipse non in Iudæa solum, sed & ubiq; regnat & iudicat & efficit quicquid loquitur & iubet. Nihil fit, quod nõ ipse uult, quæ est maxima fidelium consolatio, dum sciunt siue dulcia siue amara contingant bonam esse dei uoluntatem erga ipsos, & iudicio dei excecatos esse, qui nunc persequuntur etc.

Beneficiorum
dei recordatio

Memor etc. Omnia beneficia dei ostendit nobis tota scriptura facta ex sola dei bonitate & misericordia, & q; præterea credentibus sese ex eadẽ misericordia obstrinxerit suis promissionibus, quas non præstare non potest, utcumq; etiam ad longum tempus nobis diuersum appareat, & caro interim rideat credentium fidem quasi stulticiam. Vbi ergo præstat beneficia deus, non respicit in nostra merita, id quod hypocritæ putant, neq; grauatim facit propter nostra peccata, id quod uerentur peccatrices conscientia. sed respicit suam misericordiam & ueritatem, qui seipsum negare non potest, quemadmodum dicit Esaiæ. 43. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Sic Maria uirgo concepit, suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordie suæ, sicut locutus est ad patres nostros etc. Sic & Zacharias pater Ioannis, Benedictus dominus deus Israël, quia uisitauit etc. Sicut locutus est etc. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memoria testamenti sui sancti. Iusurandum quod iurauit ad Abraham etc. In remissionem peccatorum eorum. Per uiscera misericordie dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto etc. Hæc canunt & legunt quotidie illi qui uel soli contemnunt, blasphemant & impugnant, adeo excecavit

Promissionẽ
dei ueritas.

eos deus. Promissionum ergo dei ueritatem hic quoque psalmus nobis inculcat, subinde ostendens, quos insultus hæc fides patiat, antequam ueritas dei præstetur nobis uidentia. Et licet interim abiicisse nos uideatur, tamen ipse manu misericordie suæ ubique adest ut seruet, id quod exemplo patriarcharum & seminis eorum hic uidemus.

Promissio & iuramentum dei uocatur præceptum. Abrahæ, Isaac ut Iacob, qui & Israël, deus non solum promiserat sed & iurauerat se daturum terram Canaan in funiculum siue sortem hereditatis æternæ, ut ex semine eorum tandem benedicerentur cunctæ cognationes terræ, ut ista habet Geneseos historia. Istud erat testamentum dei sempiternum dispositum & iuratum ad Abraham, Isaac & Iacob, istud erat præceptum & mandatum eis in mille generationes, id est, omnes posteros, ut in sempiternum crederent, Nihil enim aliud exegit paterna pietas, quam ut isti promissioni crederent, ex qua fide quotquot crediderunt, iustificati sunt, ut Abraham, sine qua fidei fundamento reliqua præcepta fieri non possunt, Sine fide enim impossibile est placere deo. Idcirco hic præceptum & mandatum uocat promissiones & iuramenta dei, ubi quæso quod opus externum præcipitur? opus potius dei præcipitur, ut suscipiamus promissionem namque nihil exigitur, nisi ut credamus, & non mendacem faciamus eum, qui promittit. Nam hoc est opus dei (ut Christus) ut credatis in eum quem ille misit.

Promissio dei est absque poenitentia. Nec opus est querere, qui fieri potuisset, ut in æternum terram Canaan possedissent, qui & hodie totum mundum possident, si qui uerum semens sunt Abrahæ per fidem (nam carnem nihil moratur deus) Abraham enim per fidem heres mundi factus est, Ro. 4. Esa. 41. & c. id quod nunc non uideatur, non minus quam olim terra Canaan Abrahæ esse uidebatur, in qua ne passum quidem pedis accepit, ut ait Stephanus, uidebitur autem cum Amorrhæi, Cananæi, & reliqua fex impietatis de terra ablata fuerit, quæ modo regnare uideatur, ut diximus psalmo superiore, & psal. 8. psal. 26. psal. 36. Tamen terra Canaan tunc data est, ut uideretur ueritas promissionis, ablata, ut uideretur, quid impietas mereatur, quæ donis dei gaudet, & donantem non agnoscit.

Tentatio fidei. Verum uide quos insultus patiat, quæ credit dei promissioni, In omni promissione sua deus sic agit, ut si in rationem siue sapientiam humanam & in res ipsas præsentis respicias, omnino uideatur impossibile, quod promittitur. Quid quæso cogitare potuerunt, quibus promittebatur terra Canaan, qui uidebant se esse paucissimos, & in ea terra tantum incolas?

Nos expugnare hos non possumus, & quando sua sponte cedent? Et pre-
terea pertransierunt de gente in gentem, necessitate acti, ut nihil minus ui-
deretur quam regnatos in terra, qui ita incertis uagabantur sedibus. Non
ne hic forti fide opus erat illis, qui etiam nonnunquam derelicti à deo uideban-
tur, ut quando Abraham & Isaac pudicitiam uxorū tradunt in manus gen-
tium, quam tamen non dubitabant manibus dei custodiendam?

Atque hic rursus uide quàm non derelinquat deus, & quàm adsit impri-
mis, ubi necesse est, ubi adesse desideratur, ut sicut abundant adflictiones, custodia dei.
ita etiam abundant consolationes. Non reliquit, inquit, hominem nocere eis,
& arguit pro eis reges, efficiens, ut propter unum aduenam & hospitem
totum trepidaret regnū, ut patet de Pharaone rege Aegypti, Gen. 12. & de
Abimelech, Gen. 20. & 26. Tantæ curæ sunt deo credentes, ut propter
unum antequàm desereret, totum commoueret orbem terrarum, Non po-
test fieri, ut deserat, fieri autem potest, ut deseruisse uideatur, ut fides pro-
betur, & post probationem fortior euadat.

Ita prohibuit deus, & hodie prohibet, ne quid mali suis fiat. Nolite tan- Christi & pro
gere Christos meos, id est, quos ego unxi spiritu meo, ut in me credant, & phetæ dei.
per me regnent. Estis uos reges sitis, uncti oleo mundano, tamen isti quos
mundus despicit, longe sunt in conspectu meo quibusuis regibus superio-
res, nempe Christi mei & reges & sacerdotes, quia filij dei sunt per fidem,
quemadmodum Ioannes ad omnes credentes dicit, Unctionem habetis à
sancto, & unctio docet uos de omnibus. Et nolite malignum quid tentare
in prophetas meos, quæ est repetita sententia. Id est, in eos, qui habent uer-
bum meum, & consitentur sed Christi sunt fide, prophetæ confessione &
fidei prædicatione. 3. Cor. 14. Vnde & pseudoprophetæ dicuntur, qui sua
somnia non dei uerbum prædicant. Sic & Gen. 20. Dominus de Abraham
dicit, Orabit pro te, quia propheta est.

Miror quid in mentem uenerit ijs, qui propter oleum externum, &
unctionem, nescio quam, de se putant dictū, Nolite tangere Christos meos,
cum hoc dictum sit de Abraham, Isaac & Iacob, quos non legis unctos, nisi
intus in corde à deo, ut ex hoc loco contra eos potius pro omnibus creden-
tibus citare liceat, qui spiritu dei uncti sunt, psal. 44. & prophetæ uerum
habentes dei uerbum &c.

Et uocauit famem super terram, omne firmamentū
panis cōtriuuit. Misit ante eos hominem, in seruum

uenundatus est Ioseph. Humiliauerunt in compedi-
bus pedes eius, ferrum ingressa est anima eius. Do-
nec ueniret uerbum eius, eloquium domini inflam-
mauit eum. Misit rex & soluit eum, princeps populi,
et dimisit eum. Constituit eum dominum domus suae,
et principem omnis possessionis suae. Ut erudiret prin-
cipes eius sicut semetipsum, et seniores eius prudentiam
doceret. Et intrauit Israel in Aegyptum, et Iacob
incola fuit in terra Cham. Et auxit populum suum
uehementer, & confortauit eum super inimicos eius.

Firmamentum pro eo quod corroborat dixit, Felix Virgam transtulit.

*Inflammauit. Fe. Examinauit uel purgauit, ut uideas inflammare uel in-
cendere ad ignis purgationem pertinere, in quo examinatur aurum & ar-
gentum. Ut erudiret uel castigaret principes Aegypti, & precipere eis,
& eos in potestate haberet sicut semetipsum. Felix, Ut uinciat principes ei-
us secundum uoluntatem suam.*

Fames tentat.

*Pergit hic psalmus fidei describere tentationem, ut non statim deficiamus,
dum probat nos dominus suo uerbo, ut aurum in igne. Vbi deus pro-
miserat terram Canaan, quam promissionem nulla ratio credere potuit, ut
supra dictum, misit famem in terram Canaan, ut ne liceret uiuere quidem illic,
ubi deus regnum promiserat, atque hac occasione eiecit eos in Aegyptum, ut
illic habitarent incolae, nihilque minus uiderent, quam se dominos fore terrae
Canaanorum & Amorrhæorum. Quis hic perstitisset in fide, nisi fides in uer-
bum dei maius quidam esset in pectoribus illorum, quibus dedit deus, quam
somniauissent illi, qui nihil habent fidei: de qua potentia, Ephe. 1.*

**Prouidentiae
dei insigne ex-
emplum.**

*Dereliquisse ergo hic uidebatur suos dominus, quemadmodum Iacob
dixit, Gen. 42. Emitte nobis necessaria, ut possimus uiuere, & non consu-
mamur inopia, cum tamen non dereliquerit, quemadmodum psal. 32. scriptum
est, Ecce oculi domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super miseri-
cordia eius, ut eruat a morte animas eorum, & alat eos in fame &c. Et psal.*

36. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur
 &c. Verum ista dei erga suos providentia adeo occulta fuit (ut solet) ut ne-
 mo uideret, imò solū contrarium uideretur. Misit, inquit, ante eos hominē
 id est, Ioseph p̄remisit in Aegyptum, antequā alij Aegyptum ingrederen-
 tur, ut per eum omnes seruarentur, non solum Israēlita, sed etiam Aegy-
 ptij, ut eum illic sublimaret in regnum &c. Sed uide, quibus initijs, ut agnos-
 scas dei sapientiam, quae solet ita deicere, ubi uoluerit exaltare. Ioseph ue-
 mundatus est à fratribus, quid magis scelestum potuit fieri ab ijs, quibus tam-
 men deus hoc etiam scelere curauit providere, & Iosephum facere regem
 fratrum, quod illi isto scelere estimabant se cauere? Et uermundatus est in ser-
 uum, & deinde ut seruus scelestus in Aegypto traditus uinculis & ferro:
 quid quae so magis miserum? Quid hic putas potuisse cogitare Iosephum
 qui eandem promissionem habebat cum patribus, qui p̄ter reuclatio-
 nem acceperat non uanam se futurum regem fratrum suorum, nisi fides
 eum seruasset?

Donec ueniret uerbum domini, id est, donec sententia dei, quae mandat oīa,
 iubret, ut solueretur Ioseph, interim eloquū dei cui credidit, examinauit
 eū in tentationibus uarijs, ut aurū in igne. Beatus qui sic in probatione uer-
 bi dei persistit. Patientia parit probationem, probatio spem. Haec exempla
 scripta sunt, ne deficias in tentatione, etiam si deus uideatur abieciſſe. Salus
 tua non in tua sed in dei manu est, si inuocare potes deū, omnia adhuc salua
 sunt. Quis enim unquam inuocauit dominū, & derelictus est? Quin & pa-
 triarcharum peccatū ostendit, propter nostra peccata nō esse desperandū,
 & etiam ex peccatis nostris deus glorificatur, Ro. 3. Verum haec non docent
 peccare, ut ibidem Paulus declarat, & nos diximus psal. 50.

Misit rex &c. Subito dum non speratur Pharaō rex Aegypti ē carcere
 transfert Iosephum in regnum, ut rex esset super omnes, & doceret senio-
 res prudentiam uerbi dei, secundum quam deo fiderent, eūq; colerent,
 & homines secundum deum guberarent, quid enim aliud potuit docere
 sanctissimus ille Ioseph? Quo sic regnante occasio facta est fratribus, & pa-
 tri ingrediendi Aegyptum, ubi supra modum populus auctus est, & fortior
 factus aduersarijs Aegyptijs, post oblitū Ioseph, qui antea amici erant, quē
 admodum queritur Pharaō, Exo. 1. Hic cogebantur uidere sese nō esse de-
 relictos à deo, & spem cōcipere, iam iam fore, ut impleretur dei promissio,
 multiplicato populo.

Horredū uero est q̄ Aegyptus sub Ioseph edocta de cultu unius dei, ubi

Beatus qui
 perstat in tenta-
 tione.

Aegyptia rursus desciiuit in tam reprobam mentem, tradita est, ut adorauit etiã tal
impictas. pas & uespertiones, & reliqua monstra, quemadmodum etiam impij poẽ
 t e eam irrident quasi stupidam & stolidam, atq; adeo ut ne respiscere qui
 dem potuerit, ad tam stupenda mundo miracula sub Moysse facta.

Conuertit cor eius ut odio haberet populum eius,
 & dolum faceret in seruos eius. Misit Moysen ser-
 uum suũ, Aaron quem elegit sibi. Posuit in eis uer-
 ba signorum suorum & prodigiorũ suorum in ter-
 ra Cham. Misit tenebras & obscurauit, non exacer-
 bauerũt sermones eius. Conuertit aquas eorum in
 sanguinem, & occidit pisces eorum. Aedidit terra
 eorum ranas in penetralibus regum eorum. Dixit
 & uenit cynomya & sciniphes in omnibus finibus
 eorũ. Posuit pluuias eorum grandinẽ, ignem com-
 burentem in terra eorum. Et percussit uites eorum
 & ficus eorũ, & contriuit omne lignũ termini eor-
 um. Dixit, & uenit locusta & bruchus, cuius non
 erat numerus. Et comedit omne foenũ in terra eor-
 um, omnẽ fructum terræ eorum. Et percussit om-
 ne primogenitum in terra eorum, primitias omnis
 laboris eorum. Et eduxit eos cum argento & auro,
 & non erat in tribubus eorum infirmus. Lætata est
 Aegyptus in exitu eorum, quia incubuit timor eor-
 um super eos. Extẽdit nubem in protectionẽ eis,

& ignem ut luceret eis per noctem. Petierunt & uenit coturnix, & pane coeli saturauit eos. Interrupit petram et fluxerunt aquæ, abierunt in inaquosis flumina. Quoniã memor fuit uerbi sancti sui facti ad Abraham seruum suum. Et eduxit populum suum in exultatione, et electos suos in læticia. Et dedit eis regiones gentium, et labores populorum possederunt. Ut custodiant iustificationes eius, et legem eius exquirant. Hebr. et addunt, Halleluia.

Cor eius, scilicet regis & principis populorum, Exo. 1. Surrexit interea rex nouus, qui ignorabat Ioseph &c. Fe. Cor eorum, scilicet Aegyptiorum.

Posuit, scilicet deus in eis, Mose & Aaron uerba, per quæ signa fierent &c. Fe. Posuerunt (Moses, Aaron) in ipsis (Aegyptijs) uerba signorum eius (dei) & prodigia in terra Cham. Non exacerbauerunt sermones eius. Felix, Nō defecerunt à uerbis eius, uel non fuerunt increduli ad sermones eius. Nunc in Græcis legitur ὄτι προὐ. Quoniã exacerbauerunt sermones eius, quod de aduersarijs necessario intelliges, uerū si ad Hebræum conseras, corruptum uidetur. κυπόμυα est musca canina, Vocabulum uero Hebræum significat omne muscarū genus. Aucto populo nimis, ut scribitur Exo. 1. Tentatio ubi quid aliud potuit uideri q̄ impletam prophetiam, Multiplicabo semen tuū excundū est. sicut stellas cœli, & sicut arenam maris, & iam adesse tēpus, quo reliqua darentur? cū ecce subito exoritur nouus Pharaos, qui infantes iubet necari, & populum ita laboribus opprimi, ut spes omnis posteritatis periret. Verū hic misit Moysen & Aaron, & cœlum terramq; turbauit pro suis cōtra Aegyptios, ut totus mundus disceret, & omnis creatura testaretur, quanta curæ sint deo credētes. utcūq; adhuc infirmi, de quibus miraculis dictū psal. 77. Hic ne quid deesset cū argento & auro Aegyptiorū exire fecit, id quo licitum erat, quia ipse iusserat, ad cuius mandatū impietas fuisset non spoliare. Et hoc miraculū erat, q̄ Aegyptijs misere adfluctis, in tribubus Israëlitis, ne unus quidē infirmus fuit, aut senio confectus, cui non liceret egredi. Tanto uero timore terruit deus corda Aegyptiorū, qui paulo ante in omnibus

uidebantur superiores, ut gauderent etiam Israëlitas abire, imò, ut historia ait, etiam cogèrent & urgerent. Taceo reliquas tentationes & beneficia. Quæ omnia, inquit, fecit, quia recordatus est promissionis suæ, ut supra diximus, Eduxit ex Aegypto securos & induxit in terram Cananæorū, ubi possederunt labores aliorū, & terram lacte & melle manantem, quæ omnia iuste alijs abstulit, qui iustus est deus, & his per misericordiam dedit, ut custodiant non iustificationes humanas sed dei, & toto corde non hypocritarum more legem eius exquirant, ut credant uerbo eius, qui ueritatem sui uerbi in omnibus declarauit.

PSALMVS CV.

Titulus. Halleluia. Laus dei hic canitur. Laudate deum.

SV MMA. Populus dei laudat hic deum prædicans beatos qui credunt, & accusans peccatum suum & patrum, q. deo non crediderūt suo maximo malo, id quod ex sacra historia cognoscet. Itaq; fidem uides ubiq; prædicari, & infidelitatem damnari. In fine petit, ut cõgregetur libereturq; à gentibus, quod ut tunc sub captiuitate orabant, ita nobis quoq; nunc quæ maxime orandum, ut rursum, gentili errore relicto & gentili aduersariorum Euangelij manu oppressa, spiritu congregemur ad sanctificandum nomen domini. Amen.

Confitemini dño quoniã bonus, quoniã in seculū misericordia eius. Quis loquet̃ potentias dñi, auditas faciet oēs laudationes eius: Beati qui custodiūt iudiciū & faciūt iustitiã in oī tpe.

Misericordia
eterna.

Hac præfatione ingreditur, prouocans nos ad sanctificandū nomē domini, quia benignus & beneficus est, & misericors in eternū, cuius misericordia non cessat etiam ubi nos peccauerimus, ut iste psalmus docet. Imò in nostris miserijs habet misericordia dei, quo mūdo illucescat. Verū hic occupat spiritus, dicens. Cum iubeamur confiteri domino, siue laudare dominū, quis potest eloqui omnes potentias eius & uirtutes, quas fecit creando omnia, tenendo, disponendo, prouidendo, item, à peccatis, morte & inferis redimendo & glorificando: aut quis enarrabit omnia, unde ipse laudem mereatur, q. sepe iudicauerit impios, defendent suos, & singulis singula præstiterit subinde beneficia. Quis enarrabit quæ inenarrabilia sunt: unde et

go predicabimus eius misericordiam, cuius non est numerus? Beati, inquit, Beati qui etc.
 qui custodiunt iudicium, id est, quod iustum est in conspectu dei, siue timo-
 rem domini, & faciunt iustitiam iugiter, id est, corde credunt (hoc est enim
 opus dei, ut creditis in eum, quem ille misit) & ore confitentur, ut hic uides.
 Nam corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, Ro. 10. **Facere iudicium**
 Talis fides & confessio certe magnum opus dei est in nobis, & non opus est, **& iustitiam.**
 ut hic prescribas de reliquis operibus, Nam hæc fides, quæ cordis est iusti-
 tia, efficax erit, & operabitur per charitatem, Gal. 5. Est ergo custodire iu-
 dicitium & facere iustitiam, timere deum, & fidere eius misericordia. Alios
 qui dicitur, nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum & phari-
 sæorum, non intrabitis in regnum cælorum, Soli igitur confitentur domi-
 no, & commendant eius misericordiam, qui timent & fidunt, timent de iu-
 dicio, & fidunt eius bonitate. Hi natura spiritus ipsos possidentis ad omne
 bonum feruntur.

Hanc uero beatitudinem, qui loquitur in psalmo, ait, se didicisse ex pec **Discimus ex**
 catis nostris, flagellis dei atque iudicijs, ut uidebis. Si enim digni odio dei sunt deo;
 qui peccant & contemnunt, misericordia dignabitur timentes se, & de se
 bene sperantes, quemadmodum contra superiori psalmo talia se ex dei be-
 neficijs didicisse, aiebat. Ita omnia cooperantur electis in bonum.

**Memēto nostri domine in bona uoluntate erga po-
 pulum tuū, uisita nos in salutari tuo. Ut uideamus
 in bonitate electorum tuorum, ut lætemur in læti-
 tia gentes tuæ, ut laudemur cum hæreditate tua.**

Ex Heb. in singulari legitur, Memēto mei &c. visita me. Ut uideā, ut læ
 Qui timent deū & fidūt eius misericordia, sic orant, (ter, ut lauder, **Opera bona.**
 & pro se & pro alijs, ut uideas hic prima opera bona, quæ ad nos pertinet.
 Sic autem orando dant gloriā deo, suam agnoscentes, ut uidebis, impietate,
 ut uideas quæ sit laus dei non hypocritica. Memēto nostri domine, qui pec-
 cauimus, & memento non in meritis nostris, quæ pessima sunt, aut in furo-
 re iudicij tui, sed in beneplacito tuo, uel bona uoluntate tua, quā habes erga
 populū tuum, utcumq; in firmum, & peccatis grauatū. Non enim saluos nos
 facis, quia digni sumus, sed quia tu ita uis, visita nos non flagello, sed salute
 & saluatione tua, qui est Iesus Christus, ut uideamus bene succedere electis

tuis suppressis aduersarijs ueritatis & ueræ pietatis, ut letemur letificatâ gente, tua consolatione & leticia spiritus tui, ut laudemur & gloriemur in domino, nos, scilicet computati in sorte & hereditate electorum tuorum, quemadmodum psalmo superiore, Laudamini in nomine sancto eius &c.

Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Patres nostri in Aegypto nō intellexerūt mirabilia tua, non recordati sunt multitudinis misericordix tuæ. Et irritauerūt ascēdentes in mari rubro. Et saluauit eos propter nomē suum, ut notā faceret potentiam suā. Et increpuit mare rubrū & exiccatū est, et deduxit eos in abyssō tanq̄ in deserto. Et saluauit eos de manu odientis, et redemit eos de manu inimici. Cooperuit aqua tribulantes eos, unus ex eis non remansit. Et crediderūt sermōni eius, et cantauerunt laudationem eius.

Et irritauerūt ascēdētes in mari rubro, Ascēdentes, scilicet ex Aegyp̄to, Sic enim habet situs, ut ex Aegypto ad terram Canaan pergentes ascendere necesse sit. Ascēdentes, inquam, irritauerunt in mari rubro, id est, in loco maris rubri, de ea enim tentatione dicit, quæ accidit persequente Pharaone ad mare rubrum, ubi nondum mare sese diuiserat. Felix, Et rebelles fuerunt in mari, in mari rubro. Potest & legi ex Hebræo, Super mare, quod conuenit sententiæ, quam dixi, magis.

Iustus se accusat.

Qui dicūt, Peccauimus cū patribus nostris &c. non sunt ex numero Pharisæorum, qui dicunt, Non sum sicut ceteri hominum. Si fuisset in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum. Hypocritis tantū respicit in crassos quosdam peccati fructus, ut in homicidiâ, adulteriâ, furta, rapinas, & murmuraciones manifestas, quales in populo exeunte ex Aegypto fuisse legimus, & ubi tales in se non uidet, quod ad æterna opera attinet, fingit sibi sanctitatem, & mentitur iniquitas sibi, dicēs,
Non

Non mirum si patres nostri perierunt, qui uisis tantis miraculis, tamen non crediderunt Moyse seruo dei, non crediderunt postea prophetis, sed eos occiderunt, Et nostri hodie dicunt, Quam impij homines fuerunt Iudæi, qui occiderunt Christum, & Apostolos persecuti sunt, quam impie gentes quæ occiderunt martyres. Nos autem libenter audimus Moysen & prophetas & prædicatores, & ueneramur dei miracula, celebramus festa, sacrificamus & multa offerimus, neminem occidimus, ieiunamus, & quicquid præcipitur nobis, facimus &c. Et non uidet interim hypocrisis, & Moysen & prophetas, & Euangelium Christi non audit, sed pseudopphetas, pseudopostolos & pharisaicas traditiones, & alias adulationes, quas caro & sapientia humana libenter audit, quæ ex regno dei, quod non est de hoc mundo, & ut Paulus ait, non consistit in mundi huius elementis, faciunt nobis regnum plusquam mundanum, & ex dei iustitia iustitiam carnis, ex uerbo dei uerbum humanum, unde uenit omnis illa operum hypocrisis, quæ se pro pietate stultis oculis uenditat, cum intus in corde nulla sit in deum fiducia. Putant se libenter audire uerbum dei, sed ueniat uerum uerbum dei, quale fuit in prophetis, in Christo, in Apostolis, quale & nunc est in illis, qui per Euangelium Iesu Christi damnant traditiones humanas, tunc uidebimus qui sint uiri sanguinum. Iusti autem qui hic loquuntur, agnoscunt sua peccata, & uident se planè id esse, quod fuerunt impij patres, nisi misericordia dei sanctificet, præseruet & deducat. Quicquid unquam horrenda impietate actum est, & ego agere possum, si non me deus cõseruet. Quid ergo gloria mur de libero arbitrio? Testimonio sint nobis, quæ singuli fecimus in uita nostra, error in quo uiximus, infidelitas cordis, quæ in tentatione uentris, honoris, uitæ, sentimus, ut interim taceã de eo quod in peccatis nati sumus, ut nihil inuenias in natura nostra boni.

Quo ergo in loco habebimus illos, qui hodie & se & patres iustificant, quos tamè uel ex factis inquis, ut taceã de incredulitate, iudicare possent, & dicunt cum audiunt Euangelium, Ego uolo credere ut patres mei, cum tamen nesciant, quid uel ipsi credant, uel patres crediderint, non enim habent uerbum dei, quo suas certificent conscientias, Si nõ credidit pater tuus Euangelio, periit, Si credidit, fides eius non te saluabit, sed tua. Hic nõ audis gloriam parentiũ, sed, peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, impie fecimus.

Et crediderunt &c. Hanc fidem & hanc laudem fuisse hypocrisim in multis, & ferè in omnibus, si paucissimos excipias, sequentia statim decla-

rant. Sunt enim qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, Laudant ubi beneficia sentiunt, sub cruce murmurant.

Accelerauerunt, obliti sunt operum eius, non expectauerunt consilium eius. Et concupierunt concupiscentiam in deserto, & tentauerunt deum in iniquo solo. Et dedit eis petitiones eorum, misit saturitatem in animas eorum. Et irritauerunt Moysen in castris suis, Aaron sanctum domini. Aperta est terra et absorbit Dathan, & operuit super congregationem Abiron. Et exarsit ignis in synagoga eorum, flamma combussit peccatores. Et fecerunt uitulum in Choreb, et adorauerunt sculptile. Et mutauerunt gloriam eius in similitudinem uituli comedentis foenum. Et obliti sunt dei qui saluauerat eos, qui fecerat magna in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro. Et dixit ut disperderet eos, si non Moyses electus eius stetit in confectione in conspectu eius. Ut auerteret iram eius, ne disperderet eos.

*Festinat impij,
non credunt.*

Accelerauerunt uerbum est incredulorum, qui ubi statim non uident quod promittit, non credunt. Contra Esaie. 28. Qui crediderit non festinet, unde additur, Obliti sunt operum eius, quae ante fecerat, non expectauerunt ut faceret quod ipse decreuisset, impij nituntur consilium dei praevincere, a dei uoluntate & uerbis ad sua consilia deflectunt, & sequitur quod ipsis bonum uidetur. Constituamus, aiunt, nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Quis scit an deus sit in nobis, nec ne? Vana uerba inculcantur nobis, & debemus fidere deo, & nihil uidemus quod sit in rem nostram, omnia

ni nostra pessum cunt, nisi nobis consulamus. Vtinam non istis nugis nos commississemus. Hæc est blasphemia illorum, qui uolunt uideri populus dei, & cor infidelitatis plenum est, id quod penaria, persecutio, angustia docebit. Nam extra tentationem, & in abundantia credunt (ut uidetur) uerbis dei, & cantant laudem eius, ut supra dictum.

Et concupierunt & c. Suam concupiscentiam secuti sunt, non dei uerbum, noluerunt mortificari, ut sequerentur dei uoluntatem. Nu. 11. Et tentatores fuerunt in inaquoso, id est, ubi non erat aqua. Ec. In solitudine, ut supra psal. 94. Vbi tentauerunt & c. Sed hic ostendit deus se posse facere quod illi infideliter concupiscebant, & simul contemptoribus reddidit impietatis mercedem, psal. 77. Adhuc escæ & c. Nam hic ex Heb. legitur, Et misit maciem uel tenuitatem in corpus uel animam eorum, quod de percussione intelligas necesse est.

Et irritauerunt & c. Hæc historia absorptionis & combustionis impiorum tam horrenda exemplo est, quam non ueluti contemni deus, quos ipse suo uerbo miserit, & quæ sententia dei maneat illos, qui in ecclesia dei seditiones concitant, & sectas faciunt contra dei uerbum, nolentes ut audiantur illi soli, quibus deus suum uerbum in pectora dedit, uolentes autem ut humana commenta, & quod ex suo corde finxit Dathan & Abiron, suscipiamus & contemnamus, quos deus suo spiritu sanctificauit. Oratio uero, quæ legimus, Operuit & c. sic intelligitur. Operuit, id est, terra rursum clausit se super congregationem Abiron, id est, postquam absorbuerat hanc Satanæ synagogam, quæ erat cum Abyron. Felix, Et operuit congregationem Abiram.

Et fecerunt uitulum in Choreb, quæ est Sina, Exo. 32. Sic tandem prouinciam punctum impia corda, ut etiam uel mundo declarent, quam sint sine deo uero, qui tamen uolunt uel soli dici populus dei. Aurum adorant, arte demoniis iudicio dei permissi, in speciem uituli (qui fœnum edere solet) commutatum, id quod parauerant ipsi in Choreb, ubi uiderant paulo ante maiestatem dei in igne & c. Et mutant gloriam dei incomprehensibilis, inuisibilis, incorruptibilis, cuius maiestas & bonitas sempiternæq; diuinitas cernitur in omnibus creaturis, quam ipsi præterea singularibus & beneficijs & miraculis uiderant & audierant, hanc, inquam, gloriam mutant, non tam in uitulū, quæ in similitudinē uituli, & summā maiestatem iudicant esse uitulū, dicentes, Ipsi sunt dii tui Israël, qui eduxerunt te ex egypto, nec uitulū solū iudicant, sed & uitulū aurum, id est, surdū, mutum, & acutum, mortuum & c.

Sic & Paulus loquitur Ro. I. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem &c.

Nōne & hodie aurum adorant, qui nolunt ueritatem dei & Euangelium glorię eius prædicari, solum suis commodis consulentes: malunt potius illum deum, quàm deum uerum. non frustra Paulus toties repetit Auidritia est idolorum seruitus. Atq; hic cultus ut brutissimus indicetur, adoratio uituli est &c. Hoc peccatum postea factum est Hieroboam, & omnium sacerdotum eius totiusq; populi Israël, & post Hieroboam omnium regum Israël, nec in Iuda impij ab hoc cultu abstinuerūt, ut obstruent os qui nūc argumentantur, errorem magnum non potuisse diu durare aut deum tam diuturnum errorem non potuisse permittere. Iudicia dei sunt, de quibus non disputandum.

Mediator.

Et dicit, id est, sententiam contra eos tulit, ut disperderet eos, sed placatus est per dilectum suum Moysen, Exo. 32. qui stetit mediator inter deum & hominem, Deut. 5. in confectione, id est, ubi iudicium dei seuijt, & constringere uoluit impios, ut uas figuli, psal. 2. Sed mediator ille spiritum dare non potuit, id quod est Iesu Christi, qui deus est & homo, ideo unus & solus mediator est, & ut ita dicam, immediatus mediator inter deum & hominē
1. Timoth. 2.

Et contempserūt terram desiderabilem, nō crediderunt sermoni eius. Et murmurauerunt in tabernaculis suis, non exaudierūt uocem domini. Et eleuauit manum suam super eos, ut prosterneret eos in deserto. Et ut deiceret semen eorum in gentibus, & disperderet eos in regionib⁹. Et initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum. Et concitauerunt eum in adinventionibus suis, & multiplicata est in eis ruina. Et stetit Phinees & placauit, & cessauit quassatio. Et reputatum est ei in iustitiā in generationem & generationem usq; in seculum. Et

irritauerunt ad aquas contradictionis, & uexatus est Moyses propter eos. Quoniã irritauerunt spiritum eius, Et distinxit in labijs suis.

Placuit. Fe. Et executus est iustitiam. Et uexatus &c. Fe. Et malũ intualit Moysi propter eos, id quod notum est ex historia. Distinxit in labijs suis. Fe. Locutus est cum labijs suis, significat Moysen dicẽdo dubitasse, id quod ex uerbis non apparet, sed ex dei sententia, Nu. 20.

Quod contempserunt terram fluentem lacte & melle, non contempserunt creaturam, sed creatorem, id est dei promissionem, id quod additur, Negare deum, Non crediderunt sermoni eius. Vnde constat in fideles deũ negare, ut maxime clament deum esse, nam mendacem faciunt cum, quæ est summa in deũ contumelia, & dei negatio, qui est ipsa ueritas. Hinc isti, ut cumq; in prosperis uideantur laudare deũ, produnt se qui intus & in cute sint, ubi aliquid aduersi acciderit, nempe murmuratores, qui non audiant uocem domini, quibus non possit placere quod uult deus. Vide historiam Nu. 14. Et eleuauit manum &c. Non statim uidetur percutere deus, cũ tamen in conspectu eius, qui non credit, iam iam iudicatus sit, nisi liberet eũ diuina misericordia, iam perijt. Non autem statim percutit, ut interim impiorum crescat blasphemia, & piorum exerceatur fides, & tandem gloria dei hominibus maior commendetur.

Et initiati sunt, uel se congregauerunt, uel ex Heb. Adiuncti sunt Beelphegor. Ninus rex Assyriorum statuam erexit patri Belo defuncto, asylum, ut aiunt, noxijs, unde propter beneficiũ idololatria cœpisse dicitur. Statua autem Bel uel Beel siue Baal, id est maritus, appellata est, id circo hic de impijs eleganter dicitur, Adiuncti sunt Baalpeor quasi marito, id est, adultero, uero abiecto marito deo. Contra Paulus, Despõdi uel adiunxi uos uni marito, uirginem castam exhibere Christo &c. Inde fiunt compositiones Beelzebub, id est, uir muscarum, quæ aduolabant ob sordes immolaticij sanguinis, quo nomine diabolus iudæi appellabant, quia is sine dubio in statua colebatur, utcumq; impij fingeant hunc esse cultum dei. Et Baalpeor, id est, maritus uel Baal montis Peor, quem Phegor Græci dicunt. In eo enim monte Baal apud Moabitas colebatur. Est autem qui apud alias gentes Priapus appellatus est, simulachrum turpe, sed cultu gentili longe turpius, id quod fœdum fuerit uel scribere, sed ita meretur cæcitas.

humana, quæ contempto dei uerbo & opere ad alia deficit.

Fornicatio. Hoc scandalum curauit Balaam impius propheta, Numeri. 31. Apoc. 2. Antea uitulum aureum iam sceminas fornicationes adorant. Confer & huc Salomonis impietatem. Quæ crassa exempla nobis tantorum uirorum proposita sunt, ne hodie putemus melius rem geri apud illos, qui fornicationes prohibitas sequuntur, matrimonia, quæ res diuina sunt, contemnunt, imò damnât in tot clericis, monachis & monialibus. Tanta hodie scelera fiunt, propter istam dæmoniorum doctrinam, quæ matrimonia prohibet, ut fornicatio comparatione aliorum leuissima iudicetur, atque adeo commendetur, quam dei uerbû tentopere abominatur, & tamen ea ipsa est, quæ tam manifestis propter sceminas à deo separat erroribus etiam tales uiros, quibus hodie similes nō habet mundus. Osee. 4. Fornicatio & uini & ebrietas auferunt cor. Populus meus in ligno suo interrogauit &c.

Sacrificia mortuorum. Et comederunt sacrificia mortuorum, id est, idoli immolatorum, quem admodum fiebat, ut & uides in Epistolis Pauli. 1. Corinth. 8. & 10. &c. Non

intelligo hoc loco sacrificia pro mortuis, quibus hodie saginantur secundum adiuuentiones humanas. Adiuuentiones humanæ in cultu dei quàm indignè ferantur à deo, uel hoc loco uides, multiplicata est, inquit, in eis ruina uel pestis, id est ira dei multipliciter in eos desewit, psal. 90. Et dimisi eos secundum desideria &c. Deus non uult te sequi, iraditiones humanas, sed suum uerbum, quod ubi abieceris, excæcaris, ut nihil præter illas sancti possis iudicare.

Opus Phineis. Et stetit, id est, uirum se præstitit, & strenuo zelo egit Phinees pro deo, quod factum adeo placuit, ut cessarit uindicta dei in populum, & reputatum sit Phinei ad iustitiam sempiternam. Quid ergo dicimus. Opere ne placeant deum? Ita est, sed opus fidei fuit, nam zelus fuisse scribitur pro deo. Et præterea nullum opus coram deo bonum est aut acceptum, quod non ipse se imputat ad iustitiam, ut hic dicitur, qualia sunt omnia opera, quæ fiunt ex fide.

Petrâ Moysi. De aquis contradictionis diximus psalmo. 80. & de peccato Moysi psal. 98. ob quod sententiam tulit in eum dominus, ut non ingrederetur in terram promissam, quod peccatum grauius erat in illis, qui Moysi spiritum sua irritatione obruerunt, & in angustiam coegerunt, ut ad petram dubitantibus uerbis loqueretur, & non indubia ueritate illic coram populo glorificaret deum. Numeri. 20. Tanta est impietas resistentium uerbo dei, ut fieri non possit, quin alicubi impingamus. Hæc exempla docent, ne quid secus

si simus cum tantos impegisse uideamus. Rursum ne desperemus, si quid nobis contigerit, cum illos non abiectos sciamus.

Non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis. Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruiuerunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum. Et immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs. Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum et filiarum, quos immolauerunt sculptilibus Canaan. Et infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum, & fornicati sunt in adinventionibus suis. Et iratus est furore dominus in populum suum, et abominatus est hæreditatem suam. Et tradidit eos in manus inimicorum, & dominati sunt eis qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorum, et humiliati sunt sub manibus eorum, sæpe liberauit eos. Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo, et humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et uidit dominus cum tribulareretur, ut audiret precem eorum. Et recordatus est testamenti sui, et poenituit eum secundum multitudinem misericordiae suae. Et dedit eos in miserationem, coram omnibus qui captiuauerant eos.

Et contaminata est in operibus eorum. Fe. Et comquinati sunt in operibus suis. Precem. Fe. Lamentationem.

Præceperat dominum Num. 14. Deut. 7. Cananeam terram purgandam.

Suam non dei
sequi uoluntate
terris.

ne reliquæ gentium illic manerent. Hic peccatum fuit non occidere, quem
admodum & Sauli peccatum fuit. 1. Reg. 15. Seruabant gentes in seruos &
tributum, sue cupiditati potius quam pietati seruietes, Et inuenit hic hy-
pocrisis fucum quemadmodum solet, sed frustra. Tulerunt enim mercedem
cōtempti uerbi dei, Nam, ut uel liber Iudicum indicat, commixti gentibus,
quas non occiderant, ficerūt in terra à deo data abominandas impietates,
colentes deos gentium, immolantes filios & filias, id quod prohibuerat
deus, Deut. 12, quemadmodum hodie nostri filios & filias offerunt mona-
sticis Sodomis & Gomorrhis, dicentes, nos offerimus eos deo: & illi dice-
bant, nos facimus ut Abraham, qui immolauit filium suum. Atq; ita infecta
fuit illa terra dei sanguinibus, id est, effusionibus sanguinis innocētis, & ad-
inventionibus & traditionibus humanis, contra dei uerbū, ut prouocarent
iram diuinæ maiestatis, ut traditi iam pridem in reprobam mentem (ut sit
uerbi blasphematoribus) traderentur in manus inimicorum, in gladium &
captiuitatem. Hic melius fuisset illis non ingressos fuisse in terram sanctam,
quam sic eam contaminare, & ab ea expelli, quemadmodum Petrus de re-
uersis ad uomitum & sordes scribit.

Tenebantur illi eadem cæcitate, qua patres in deserto. Sepe liberauit
eos, & uidebant eius uirtutem, & tamē paulopost rursum sua consilia nō
dei secuti, deum misericordem contemnebant, & deum iustum ad iracundi-
am concitabant. Sed (quæ dei semper in homines fuit pietas) uidit tribula-
tionem & lamenta eorū, & ut non inuenit in eis iustitiam, ita neq; attendit
eorum iniustitiam, sed recordatus est testamenti & promissionis suæ & mi-
sericordiæ suæ æternæ, quemadmodū dictum psalmo superiore, & fecit cū
eis misericordiam, ita ut cogerebantur etiam inimici fateri hanc eis gratiam,
non nisi cœlitus obtigisse. Vides itaq; hoc loco in quātos & quā diuturnos
errores detrudat uerbum dei semel abiectum. Vides rursum, quanta sit in
nos dei misericordia, ut uel reliquias saluet.

Saluos fac nos domine deus noster, et congrega
nos ex gentibus. Vt confiteamur nomini sancto
tuo, et gloriemur in laude tui. Benedictus dominus
deus Israel a seculo et usq; in seculū, et dicet omnis
populus fiat fiat. In Hebr. eo. Amen. Halleluia.

Ita & nobis orandum, ut liberemur ab infidelibus (quemadmodum Paulus orauit) qui obstitunt uerbo dei, ut possimus predicare ubiq; gratiam dei, & ut sanctificemus nomē eius, & gloriemur & exultemus in laude eius, id est in ijs, unde ipse laudetur, non nostra iustitia magnificetur.

Benedictus dominus in eternum in omni populo, Amen.

PSALMVS CVI.

Titulus nullus in Hebræo.

SUMMA. Hic psalmus est de misericordia dei infinita, per Christū mūdo exhibita, id quod constat, Primū, quia redemptos à deo & congregatos ex omnibus mundi partibus iubet magnificare dei misericordiam, Deinde quia nulla uetus historia ostendit, quæ hic dicuntur contigisse illis, qui congregati sunt ex quatuor orbis partibus, sic enim habet psalmus. Ergo quid huic uel illi contigerit nihil moror, quemadmodū interpretatur Lyranus. Rectius uero hic sentit. Augustinus. Præterea abiectionem Iudæorū, & receptionem gentium, Esa. ca. 4. penè ijsdem uerbis describit, quibus hic psalmus, ubi dicit, Posuit flumina in desertum &c. Lege quoq; Esa. 42. & 43. ubi cæci gentiles dirigendi in uia, & adducendū semen Israël ex omnibus mūdi regionibus, & eiciendi cæci & surdi Iudæi foras, prædicūtur. Vnde in fine psalmus ostendit hic cōpletam dei misericordiā descriptam esse, dicens, Quis sapiens & custodiet hæc, & intelliget misericordias domini?

Confitemini dño quoniā bonus, quoniā in seculū misericordia eius. Dicāt qui redempti sunt a dño, quos redemit ex manu inimicorū, & ex regionibus congregauit eos. Ab oriente & occasu & aquilone & mari. Errauerūt in solitudine, in inaquoso, uia ciuitatis habitaculi nō inuenerūt. Esurientes & sitientes, anima eorū in ipsis defecit. Et clamauerūt ad dñm cum tribularentur, & ex necessitatibus eorū liberauit eos. Et deduxit eos in uiam rectam, ut irent in ciuitatem habitaculi.

Inimicorum. Fe. Tribulantis. Mari. Fe. Meridie. Nam mare pro merita die positum constat. In inaquoso. Fe. In inculta uia ciuitatem habitationis non inuenerunt. Quod legimus, Dicant, significat, Constitute domino.

Quinque in hoc psalmo monemur laudare misericordiam dei, quia quinque liberationes describuntur, quibus à grauibz salutis periculis deus liberauit. Prima tria pericula siue tres primas tentationes credo singulis accidere ad deum conuersis. Nam de ijs qui conuertuntur, tantum loquitur psalmus, id est, ut dicit, de redemptis à domino & redemptis ex manu inimici ex omnibus regionibus.

Prima liberatio, & breuis & sola ad deum uia.

Primum periculum, quando homines uiuunt sine lege, non agnoscetes peccatum suum & iudicium dei, & ideo ignorantes & contemnentes dei, quemadmodum Paulus dicit se quandoque uixisse sine lege, Rom. 7. Horum cum deus confundit conscientiam, & suo territat iudicio, deprehendunt se errare in solitudine, ubi nulla refectio, sed ne uia quidem est ad ciuitatem, in qua cum deo habitetur, & panis potusque queratur, Tunc desiderant inuenire salutem, sed ne uiam quidem sciunt, qua pergant in ciuitatem domini, ut illic habitent, de qua sepe diximus. Horum desiderio (quod uere clamor est, quia spiritus postulat pro sanctis etc.) misertus deus, mittit eis Euangelium, ut salutem & gratiam, quæ est societas pacis conscientiarum, gratis nullo meritorum respectu. Atque hi sunt gentiles, id est, peccatores, publicani & meretrices, qui magno desiderio uerbum sitiunt salutis, esurientes & sitiens in iustitiam, quæ se habere non uident, id quod Christi misericordia hodie nobis coram uidere dedit, Hi non possunt non laudare dei misericordiam.

Constitute domino misericordie eius, & mirabilia eius filiis hominum. Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem impleuit bonis. Sedentes in tenebris & umbra mortis, uinctos in mendicitate & ferro. Quonia exacerbauerunt eloquia dei, & consilium dei irritauerunt. Et humiliatum est in laboribus cor eorum, languerunt & non erat qui adiuuaret. Et clamauerunt ad dominum cum tri-

bularentur, & ex necessitatibus eorū liberauit eos.
Et eduxit eos ex tenebris et umbra mortis et uin-
cula eorum dirupit.

Confiteantur domino, id est, laudent dominū misericordie eius. Nō in-
fuita nostrae laudat dominū, sed eius misericordie. Ideo iustitiarū hypocri-
te, qui soli uidentur laudare, nō laudant, sed cordis sui somnia & idola se-
quuntur. Publicani uero & peccatores, qui conuersi senserūt eius misericordiā,
laudat & sanctificat nomē eius. Et mirabilia eius quae fecit pro salute homi-
nū, scz, cōfiteatur domino filijs hoīm, i. ad filios hoīm, uel apud filios hoīm.
Nisi intelligas, Mirabilia eius filijs hoīm, scz exhibita, cōfiteatur domino. Fe-
lix sic legit, Manifestent uel celebrēt (scilicet hoīes redempti) domino mise-
ricordiā eius, & mirabilia eius filijs hominū. Exacerbauerūt eloquia dei,
Fe. Defecerūt ab eloquijs dei, & consiliū altissimi blasphemauerūt.

Languerunt Fe. Corruerunt.

Gratie ergo agenda deo, q. ut dictum est, satiauit animam, quae se uacu-
am inuenit bonis, & preterea, q. etiā satiauit & impleuit bonis (quemad-
modum Maria canit) qui sedebant in tenebris & umbra mortis, Esaie. 9. in
paupertate, ubi omnia deficiebant, & ferro unde exire non licebat. Nam ut
infra dicitur, portae aereae erant & uectes ferrei. Qui quare in hac despera-
ta mala incidierint, sic declaratur. Quia, inquit, defecerūt ab eloquijs dei, &
consiliū altissimi blasphemauerunt. Habuerunt enim uerbum dei, sed ab-
tecerunt, quod primi illi non habuerunt.

Secundū ergo periculū est, quando cognoscentes legē, quærūt per legis
opera iustificari, quod impossibile est, ut dicitur Ro. 8. A& 13 & 15. Hi falso
putāt se habere lucē, cū reuera sedent in tenebris & umbra mortis, uim est
in paupertate & uinculis ferreis, ut uidet Ro. 7. quia Christum caput nō ha-
bent, uerā lucem, uitam, cibū, diuitias, liberationē, licet maxime sibi habere
uideantur. Hi sunt Iudei, id est, sanctuli, suis operibus nitentes, alios dānan-
tes &c. Qui etiā ubi audiūt sua opera nihil esse, ex sola in Christū fide per
deū iustificari gratis, cōtemnūt, irrident eloquia dei, & cōsiliū. & adinuen-
tiones humanas magnificantes, cōsiliū dei, id est, Euangeliū Christi ignoran-
tes blasphemant, donec conteratur siue frangatur cor eorū & hypocritica
ceruix laboribus & operibus superstitiosis, quae deus nō mādauit (ut hodie
uidemus, imō experti sumus) ex quibus tantū abest, ut pacē cōscientiarū cōs-

Misericordia
laudant deū.

Secunda libe-
ratio à iustitijs
carnis.

sequantur, ut magis quoque inde torqueantur & uexentur & infirmentur & corruant, dum nemo est qui adiuuet. Tunc grauati laboribus, non tam in corpore quam in conscientia, per diuinam clementiam respicientes, abiecta uana illa fiducia desiderant grauis huius uinculi liberationem (id quod est clare, ut supra dictum) & consequuntur & gratiam & pacem, secundum illud, iustificati ex fide, pacem habemus, & gloriamur etiam in tribulationibus, Ro. 5.

Confiteantur domino misericordiae eius, & mirabilia eius filijs hominum. Quia contriuit portas aereas & uectes ferreos confregit. Suscepit eos ex uia iniquitatis eorum, propter iniustitias enim suas humiliati sunt. Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt usque ad portas mortis. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & ex necessitatibus eorum liberauit eos. Misit uerbum suum & sanauit eos, & eripuit eos ex interitionibus eorum.

Suscepit &c. Felix, insipientes a uia transgressionis suae, & a delictis suis adflucti fuerunt.

Hic gratiae agenda deo apud quem possibile est, quod apud homines est impossibile, Matth. 19. Erubescant hypocritae, qui suis uerbis aliquid tribuunt siue iustitiae. Portae aerae hic sunt & uectes ferrei, induratio & excacatio, unde non potes emergere, nisi miserationibus & mirabilibus dei. Et ne dubites, additur, Suscepit eos (quemadmodum omnes suscipere solet, certe non iustos) ex uia iniquitatis eorum, qui aliam quam dei uiam secuti, iustitiam dei non cognouerunt. Voluerunt enim aliam uiam quam per Christum iustitiam, hoc est, suam iustitiam fidebant, quae est uia iniquitatis & iniustitia, propter quam a deo derelinquebantur studiis & consilijs suis, Qui enim suam iustitiam statuere uolunt, iustitiae dei non sunt subiecti, neque esse possunt, Ro. 10. In hanc tentationem (nam huc natura propensa est) solent quoque incidere a priori tentatione siue damnatione liberati, id est, qui mera gratia prius iustificati fuerunt, id quod accidit Galatis.

Sed uide quae mala nos agitent, ut non frustra moneat subinde scriptura

esse uigilandū, Tertium est periculum, quando uere iustificati, qui suis in- Tertia libera-
 stitiis (quæ uere essent coram deo iniustitiæ) non sequuntur, qui iugiter pa- tio à securita-
 scuntur uerbo dei, ut pergant ex fide in fidem, de uirtute in uirtutem, inci- te carnali.
 piunt te dere huius mannæ coelestis, ut Israëlita in deserto, quemadmodū
 Paulus scribit Corinthijs. Iam saturi estis, iam diuites estis, iam sine nobis re-
 gnatis &c. Hic non minus periculum mortis est, imò maius, ubi dedigna-
 tur cibum egrotus stomachus, quā ubi famelicus cibum non habet, illic enim
 ne oblati quidem cibi iuuabit. Et beati prædicantur esurientes, diuites
 uero dimittuntur inanes. Verum hic quoq; respicientes per gratiam, medi-
 cinam accipiunt salutis. Misso enim uerbo suo, liberat eos deus à morte. Fa-
 cit enim per spiritum suum, ut quod fastidiunt uerbum, sapiat rursus. Vnde
 hic uides nihil esse, q; habemus cibum uerbi dei scribendo, legendo, docen-
 do, prædicando, audiendo, nisi deus eundem mittat in corda nostra, & spira-
 ritu suo sapidum faciat.

Confiteantur domino misericordiae eius, & mirabi-
 lia eius filijs hominum. Et sacrificent ei sacrificium
 laudis, & annunciet opera eius in exultatione. Qui
 descendunt in mare in nauibus facientes operatio-
 nem in aquis multis. Ipsi uiderunt opera domini, &
 mirabilia eius in profundo. Dixit & stetit spiritus
 procellæ et exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt usq;
 ad coelos & descendunt usq; ad abyssos, anima eor-
 um in malis tabescebat. Turbati sunt, comoti sunt
 tanq; ebrius, & omnis sapientia eorum absorpta est.
 Et clamauerunt ad dñm cū tribulareretur, & ex neces-
 sitatibus eorum eduxit eos. Et imperauit procellæ,
 & stetit in auram, & siluerunt fluctus eius. Et lætati
 sunt q; siluerunt et eduxit eos in portū uolūtatis suæ.

Turbati sunt. Fe. Conterentur uel circūgyrabunt, quod apte dicitur de uertigine capitis ebriorum. Et imperauit procella, & stetit, scilicet procella in auram, id est, commutata est in blandiorem aërem. Fe. Locauit turbam in tranquillitatem. In portum uolūtatis suæ, id est, quo ipse deus uolebat. Fe. In regionem uoluntatis eorum, id est, quo ipsi uolebant & desiderabant. Hic est una dei & sanctorum uoluntas.

Laudare dominum: Laudare dominum in misericordijs & mirabilibus eius, est ei offerre sacrificium laudis (de quo alibi diximus) ut quicquid est iustitiæ & salutis ei arroses, nihil tibi, & annunciare opera eius non hominum, & hoc in exultatione, id est, gratiarum actione & leticia spiritus sancti. Id quod hic manifeste dicitur.

Quarta liberatio presidium: Quartum periculum uidetur non ad omnes pertinere, sed ad eos tantum, qui nauibus descendunt in mare, ut operentur in aquis multis, Tametsi non ignorem periculum nautarum & gubernatorum ad omnes quoque pertinere, qui in nauis sunt. Est autem illorum, quibus prædicatio uerbi committitur, & regimen ecclesiæ, ad piscandos homines in mari huius mundi, inter aquas multas, id est, populos, ut alibi dictum. Vbi alij sunt odor mortis, alij odor uitæ, illis scandalum & stulticia propter crucem prædicatam, his dei sapientia, propter uerba uitæ æternæ. Hic insurgit statim hypocrisis, & ficta pietas, quæ non fert sua cōdemnari. Insurgit stulta superstitio, quæ se per hoc obsequium putat præstare deo, insurgit manifesta impietas, & totum inferorū regnum à dextris & à sinistris, psal. 90. sicut Paulus de se scribit 2. Corinth. 10. ita ut sæpe desperent de uita, ut Paulus quoque 2. Corinth. 1. ne fidam in se. Hic excitatæ à deo procellæ, naues nunc in altum fluctibus efferrunt, nunc rursus in profundum demittunt, ita ut nullo humano consilio possit periculo occurrere, adeo omnia nonnunquam confunduntur, ut nulla spes sit promouendi Euangelij, imò permanendi illius, quod iam promotum est. Hic omnis sapientia nostra, & quicquid uerbi dei & fidei fuit in nobis, uidetur nos deserere. Non est hic uulgare periculum, ubi omnia uidentur desperationis plena. Dormit enim in nauicula Iesus, donec clamore excitetur, cuius solus est dominari potestati maris, & motum fluctuum eius mitigare. Cuius rei egregium habes exemplum Matth. 8. quæ historia adeo huc quadrat, ut hoc loco possit uideri esse prædicta.

In hac classe quoque sunt, si qui pii sunt principes, & alij, quibus publice committuntur functiones. Hi omnes grauem persecutionem, & mundi odium sustinebunt, si pietati Euangelicæ adhaerint, ut debent, si gladij iure

et potestate pro innocentibus contra noxios, nullo personarum respectu recte usi fuerint, quod est eorum officij. Sed rursus experientur sepe misericordem dei protegentis manum, ut tanto amplius magnificent dei misericordiam, quanto fluctus insurgentis maris fuerunt ante turbatiores, et periculum presentius.

Confiteantur domino misericordiae eius, & mirabilia eius filijs hominum. Exaltent eum in ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim. Terram fructiferam in saluginem, a malicia habitantium in ea. Posuit desertum in stagna aquarum, et terram in aquosam in exitus aquarum. Et collocavit illic esurientes, et constituerunt civitatem habitationis. Et seminaverunt agros et plantaverunt vineas, et fecerunt fructum natiuitatis. Et benedixit eis et multiplicati sunt nimis, et iumenta eorum non minuit. Et pauci facti sunt et vexati sunt a tribulatione malorum et dolore. Effusus est contemptus super principes eorum, et errare fecit eos in inuio et non in uia. Et adiuuit pauperem ex inopia, et posuit sicut oues familias.

In sitim. Fe. Siccitatem. Et fecerunt fructum natiuitatis, id est, gemitum et naturalem, quem natura spiritus produxit in hominibus, non natura humana, quae post Adae peccatum nihil boni potest aut habet. Fe. Et fecerunt fructum et fruges, ut uideas ex Heb. nihil esse necesse, ut nos torquamus de fructu natiuitatis.

Effusus est contemptus, unde in uulgatis codicibus legendum est contemptio non contentio. Fe. Effudit contemptum &c.

Quinta libera In congregatione populi, & in cathedra presbyterorum, id est, seniorum doctorem populi laudetur deus, ut eius opera & misericordie non humanae traditiones & ambitiosa lucra predicentur, Quia eius misericordie opus est, non solum ab errore in uiam ueritatis ad iustitiam manna & habitationem regni caelorum reducere, & a presenti periculo liberare, sed etiam in gratia iam presenti conseruare, ne qui gloriamur nos esse populum dei, & recte gloriamur, si habemus eius uerbum, rursus nobis derelicti abijciamur, ut iud. ei.

Quintum ergo periculum monet, ne & nos excidamus sicut iud. ei exciderunt, quemadmodum hoc legis Ro. 11. Laudatur enim hic misericordia dei, & gentes receptae sunt, iud. eis ad infidelitatem reiectis. Posuit, inquit, flumina, id est, ubi prius erant flumina illa spiritus sancti, gratia dei & doctrina prophetarum, posuit, inquam, in desertum, id est, fecit inhabitabilem terram & derelictam. Et exitus aquarum, id est, ubi prius fluebant aquae, posuit infertilitatem, id est, siccitatem, terram prius operibus ex fide sanctis fructiferam infertilitatem, Nihil enim illic mansit praeter hypocrisim & uanam superstitionem, Hoc factum est propter maliciam & infidelitatem inhabitantium in ea.

Contra, Posuit desertum, id est, desertam prius gentilitatem in stagna aquarum, id est, abunde illic fecit fluere gratiam Euangelicam, doctrinam fidei, intelligentiam scripturarum. Et terram prius sine aqua in exitus aquarum de qua re lege totum caput Esa. 35. Vnde dixit Christus iud. eis, Matth. 21. Auferetur a uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

Et additur, Et collocauit illic gratiam esurientes, id est, peccatores, reiectis saturis. Et constituerunt ciuitatem habitationis, id est, ecclesiam congregauerunt, & predicando edificauerunt, quemadmodum sequitur uerbis metaphoricis, quibus felicitas temporalis describi solet, Et seminauerunt semine uerbi dei agros cordium, & plantauerunt uineas, in quibus pater agricolae est, Christus uitis, credentes palmites, sicut Paulus se ficisse scribit. 1. Corinth. 3. Et fecerunt fidei fructum, alij trigessimum, alij sexagesimum, alij centesimum. Et benedixit eis, cuius benedictione res & corporales & spirituales proueniunt, & multiplicati sunt nimis, Et iumenta eorum, id est, animales homines, qui fidem simulant, & non intelligunt ea quae dei sunt, non magis quam equus & mulus, illa, inquam, non minuit, siquidem oportet & zizania crescere usque ad messem.

Et pauci

Et pauci facti sunt &c. Hoc non intelligi de persecutione martyrum, quia aucta non imminuta est ecclesia, clarum est ex eo quod statim precessit, Etumenta eorum non minuit, id est, multi facti sunt animales qui in eos erant & qui nomine eorum censebantur. Cœpit enim ecclesia deficere, ubi passus uerbi dei cœpit deficere, ubi licet multa prædicata sint, disputata, scripta, non tamen merum dei uerbum, sed immixta est zizaniam, animalis illa & mundi sapientia, philosophia, quæ admissa semel confirmauit, quod apostoli Christi maxime damnauerunt, nempe doctrinam pseudapostolorum quæ docet ex operibus legis iustificari contra Euangelium gloriæ magni dei, quod est uere negare Christum esse filium dei & mortuum fuisse resurrexisse pro nobis. Et tamen tactatum est admixtione philosophiæ decorari rem Christianam, sed fructus iam sero prodidit arborem. Illic cœperunt omnia furere sectis, contentionibus, deinde humanis constitutionibus, sed leuiter primū (quemadmodū solet demonum meridianum) donec omnia repleta sint superstitionibus & doctrinis humanis extincta fide & charitate, & misere uexata cōscientiæ hominū, & erectæ impietates. Eo enim prodituram quandoq; mūdi sapientiam & carnis prudentiam omnes ferè apostoli prædixerunt, Et Christus, Abundabit, inquit, iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quid est iniquitas nisi infidelitas, cum iustitia nihil sit nisi fides? Hoc est, Erit tempus quando extincta arbore, id est, iustitia illa fidei, peribit quoq; infidelitatis frigore fructus eius, id est, charitas, quæ ut iam nusquā uidetur, ita ne dubita fidem perisse. Vides itaq; quæ fuerit tribulatio mala & dolor.

Sed unde quæ hæc omnia mala uenerunt? Effudit, inquit, deus contemptum super principes eorum. Principes populi dei sunt Episcopi & doctores quos deus elegit ad prædicandum Euangelium, sicut dicitur psal. 44. Constitues eos principes &c. Principes enim in scripturis sapientes & potentes uocantur. Super quos, quia relictæ Euangelio alia quæsierunt, effudit deus contemptum, id est, contempsit eos & reliquit sibi, & errare fecit in inuio & non in uia, quia neglecto Euangelio uera uia suas traditiones statuerunt. Quod iam dudum extra uiam errarunt iam penè totus mundus clamat. Et præterea principes seculi omnes ferè sanguinem sitiunt, & iniustitia, dolus, auaricia & hypocrisis ubiq; regnant. Non enim potest aliud fieri in regno infidelitatis.

Vbi nunc sunt qui dicunt patres nostros per tantū tempus errare non potuisse? At aiunt, Ergo nullus interim saluatus est? Absit, Deus nouit qui

sunt sui, qui docet, & mittens uerbum suum sanat suos electos, & docet in cordibus ubi legem suam scribit secundū Hieremiam, etsi infidelitas & impietas in hypocrisis regnet. Ita credo aliquos seruatos in medio etiam Babylonis, & in medijs Sodomis, ut Loth, & in medio fornacis ardentis, ut tres pueros, secundū Danielem. Quandoquidem sic dicit dominus, Ezech. 34. Ecce ego ipse requirā oues meas &c. Et in Ioanne, Erunt omnes theodidaxoi, id quod hic magnæ consolationis uerbo additur. Et adiuit siue exaltauit pauperem, id est, miserum & afflictum populum ab inopia siue afflictione conscientie, docendo suo spiritu & reuelando rursum Euanġeliū gloriæ & gratiæ suæ, & posuit sicut oues familias siue progenies suas, hoc est, pastorem se eis exhibuit. Qui uersus nobis hodie scribendus est aureis literis &c.

Videbunt recti et lætabuntur, et omnis iniquitas obturabit os suū. Quis sapiens et custodiet hæc et intelliget misericordias domini.

Finis psalmi ostendit non uulgarem hic esse prophetiam. Videbunt, inquit, hæc omnia recti, id est, iusti iustitia fidei, hoc est, credentes, & lætabuntur, Amen. Et omnis iniquitas, id est, iniustitia siue infidelitas oppilabit os suum, id est, ne uerbo quidē poterit his contrariare. Id quod hodie (Christo gratia) uidemus, melius forte uisuri sunt posteri. Sapiens uero, id est, spiritu dei doctus non animalis homo custodiet in corde suo ista dei beneficia, & soli sapientes, id est, fideles, intelliget dei misericordias hic descriptas. Hoc quoq; epiphonema, Quis sapiens &c. in fine Osee adicit.

PSALMVS CVII.

Titulus. Cantium Psalmi Dauid.

SUMMA. Psalmum esse Christi, deinde & nostrum, ex psal. 56. & 59. intelliges. Ex his enim duobus compositus est.

Paratū cor meū deus, paratū cor meū, cantabo et psallam in gloria mea. Exurge gloria mea, exurge Psalteriū et cithara, exurgam dilucū

lo. Confitebor tibi in populis dñe, psallam tibi in gentibus. Quoniam magna est super cœlos misericordia tua, & usq; ad nubes ueritas tua. Exaltare super cœlos deus, et sup omnē terrā gloria tua. Ut liberētur dilecti tui, saluū fac dextera tua et exaudi me. Deus locutus est in sancto suo, Lætabor & parabor Sicima, & conuallē tabernaculorū dimetiar. Meus est Galaad et meus est Manasses, et Ephraim susceptio capitis mei. Iuda rex meus, Moab lēbes spei meæ. In Idumæam extendam calciamentū meū, mihi alienigenæ subditi sunt. Quis abducat me in ciuitatē munitiōnis? aut quis deducet me usq; in Idumæam? Nonne tu deus qui repulisti nos, & non egredieris deus in uirtutibus nostris? Da nobis auxiliū ex tribulatione, et uana salus hominis. In deo faciemus uirtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

*Paratū cor meum, non repetitur in Hebræo. Cantabo & psallam in gloria mea, id est, in gaudio spiritus & gloria qua gloriabor in domino. Felix, Cantabo & psallam etiam ô gloria mea. Exurge nablum & cithara, exci-
tabo auroram. Deus locutus &c. Fe. Deus locutus est in sanctitate sua, exul-
tabo, diuidam Sichem, & uallem Suchoih metiar. Spei. Fe. Lotionis.*

Mihi &c. Fe. Super Philisteam iubilabo. Nonne &c. Fe. Nonne deus oblitus es nostri? & non egredieris cum exercitibus nostris. Et uana salus hominis. Fe. Quoniam uanitas salus ab homine.

*Peccatū in spi-
ritum sanctum
supra psal. 68*

SVMMA. Psalmus esse Christi & membrorum eius, contra blasphemantes Christi gratiam, in primis Iudaeos comprehendentes ad crucifigendum Iesum, quorū dux fuit Iudas, notum est ex Act. I. Præterea constat omnem maledictionem hanc quæ hic describitur uenisse super eos, ut non dubium sit idem iudicium uenturū super eos qui similiter contra Christum delinquant, id est, manifestam Euangelij gloriæ dei persequuntur ueritatem, blasphemantes infideliter quod ipsa ueritate cōuincere nō possunt aut bona conscientia impugnare. Quod si ignorātes adhuc quasi deo obsequium præstent, faciunt, deus quandoq; pro bona uoluntate sua miserebitur eis. Si uero sua querentes (quod de multis timemus) prudentes & scientes faciunt, quemadmodū Iudæi multi, imprimis pharisei & principes populi, iudicium quod hic scribitur eos manet, id est, cæcitas mētis, ut palpent etiam in meridie, sicut lex dicit, & fiant contra dominū semper &c. quia dicunt à diabolo esse quod uerum esse in suis cordibus negare non possunt. Atq; hæc est blasphemia irremissibilis in spiritū sanctum sic manifestam & odiosam & persequi ueritatē tanquā impiam & quæ à diabolo sit rem. Sic enim habes Marci 3. Qui blasphemauerit in spiritum sanctum non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti, quoniam dicebant, spiritum immundum habet. Verum hoc iudicium ut est horrendissimū ita & oculis finium nobis est, nec datur nobis ferre sententiā nisi de quibus iam latam legimus. Idcirco non debemus cessare, orare pro eis, dabit proculdubio nobis quosdam deus ex illis, qui occulto eius iudicio nondum hoc blasphemie iudicio damnati sunt, tametsi quod ad uerba & opera attinet corā oculis nostris uideri possint incidisse. Ego autē, inquit, orabam &c. Christus ergo in psalmo loquitur, quem nunc audiamus.

Deus laudem meā ne tacueris, quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Locuti sunt contra me lingua dolosa, et sermonibus odij circūdederunt me et oppugnaverunt me gratis. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi,

ego autē orabam. Et posuerūt contra me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.

Fe. Deus laudis meae ne taceas. Id est, Tu deus à quo est omnis laus mea ne dissimules iniuriam quae mihi irrogatur.

Quia pater propter tuum uerbum quod praedico blasphemia iactatur in me, & dicor seductor populi & hereticus, & hic omni dolo & furo agunt, ut talis credar qualem ipsi faciunt, cum tamen nihil male de eis meritus sim, imò bene, nam eos Euāgelio tuo sanare uolui, & praeterea pro persequentibus orabam, tantū aberat, ut eis male uellem.

Constituē super eum peccatorem, & diabolus stet a dextris eius. Cum iudicatur exeat condēnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani, & uxor eius uidua. Commoti emigrent filij eius & mendicent, ei ciātur ex habitationibus suis. Scrutetur foenerator omnē substantiam eius, & diripiant alieni labores eius. Nō sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiant filij eius in interitum, in generatione una deleatur nomen eius. In memoriam redeat in conspectu domini iniquitas patrum eius, & peccatū matris eius non deleatur. Fiant contra dominū semper, & disperdatur ex terra memoria eius. Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam, & persecutus est hominē pauperem & inopem et compunctū corde ut occi-

deret Et dilexit maledictionē & ueniet ei, & nolu-
it benedictionē & elongabitur ab eo. Et induit ma-
ledictionē sicut uestimentū, & introiuit sicut aqua
in interiora eius & sicut oleum in ossa eius. Fiat ei
sicut uestimentum quo induitur, et sicut Zona qua
semper præcingitur. Hoc opus a domino eorū qui
criminātur me, et qui loquūtur maligna aduersum
animam meam.

Commati. Fe. Instabiles uagentur &c. id est, incertis habitent sedibus.
Eijciantur ex habitationibus suis. Fe. Inquirant ex deustationibus suis, id
est, ubi omnia que ipsorum sunt uastata fuerint, inquirunt præ paupertate,
si forte illic sit aliquid residui. Scrutetur foenerator. Fe. Perdat exactor.
Aduitor. Fe. Attrahens uel prestans misericordiā. Fiant filij eius in interi-
tum Fe. Sit nouissimū eius interitus, in generatione altera deleatur nomen
eorū. Fiant contra dominū semper. Fe. Sint in conspectu domini semper,
(scilicet peccata patris & matris uel ipsi filij ad puniendū) & perimat (sci-
licet dominus) de terra memoriam eorum.

De maledicti-
onibus pphce-
ticis.

Horreda sunt hæc que nobis scripta sunt ut uideatur iudiciū dei in eos
qui persecūtur Christū & blasphemāt Euangeliū & Euangelij professores
condēnant, ut tūc Iudæi. Væ illis si quandoq; spūs dei in sanctis, imò in
deo pro sanctis cōtra eos ita precatus fuerit, qui ad tempus multa patientia
utitur, ut alibi diximus. Nō raro istas maledictiones in prophetis uides. Spi-
ritus enim dei profert sententiā damnationis in prophetis, ubi ad amaritu-
dinem cōcitantur prophete, quia blasphematur uerbū dei quod prædicat,
qui hæctenus, ut supra dictū, pro persecutibus orare solebant. Sic & Chri-
stus orauit pro transgressoribus, & orare docuit, qui tamē dixit, Væ uobis
scribæ & pharisei, hypocrite &c. Dum ergo istas diras legis & execrati-
ones, prophetas esse scito quibus iudicium dei prædicatur in uerbi dei blas-
phematores & prædicatorum eius condemnatores. Sic enim hic concludit
Christus, Hoc est opus quod fiet eis à domino, qui falso accusant me & male
dicta & blasphemias iactant aduersus animā, id est, uitam meā, hoc est ad-

Hoc opus à do-
mino &c.

uersan me. Illi uero imprimis sunt ex numero horã maledictorum, qui his uerbis abuti solent cõtra fures & nescio quos alios, & nihil norunt nisi maledicta iactare maledictionis filij, qui secundũ nomen quod habet, deberet benedictionem omnium gentium, quæ nobis per Christum contigit, hoc est Euangelium, prædicare. Abutuntur his scripturis, & iudicio dei fit ut suam contra se proferant sententiam hie descriptam.

Peccator est impius, qui constituitur super eum populum (nam de uno A dextris homine nõ loquitur, ut uides in cõtextu) est diabolus, qui hic à dextris eius impij stare dicitur, id est, esse susceptor eius, quemadmodũ sepe legis deum stare à dextris pij & pauperis, & ut infra uides in fine psalmi.

Cum iudicatur &c. Quidam conuertuntur à deo ubi iudicium dei senserint & lex eis reuelata fuerit, impij autẽ desperant, Cuius exemplum est Iudas ille episcopus & apostolus, qui argentum Christo prætulit & diabolus erat corã deo, qui apostolus uidebatur hominibus, Ioan. 6. Cuius & exemplum sunt omnes impij Iudæi, qui ne iudicati quidem à deo respiscere potuerunt, sed desperantes excæcati perdurant.

Oratio fit eis in peccatũ, dum nõ agnoscunt errorem etiam depreccatur Oratio peccati. iudiciũ & poenã & damna rerũ &c. quibus hoc cæcitatũ ad dicitur, ut incipiant orare deum contra Euangelij sacri professores, scilicet ut deus impie agat contra suam ueritatẽ, contra seipsum, quibus alibi dicit, Existimasti inique q̃ ero tui similis &c. Quid magis miserum illis quibus & ipsa oratio reputatur in peccatũ, quia non est oratio fidei: Vnde in psal. 17. Clamauerunt nec erat qui saluaret, ad dominum nec exaudivit eos &c.

Fiant dies eius pauci, id est, pereat quãprimũ regnum & uita eius, & lo Episcopatum eius & officij nomen quod occupat accipiat alter. Sic Mathias in locũ Iudæ eius &c. subrogatus est, gentes in locum Iudeorũ. Sic & hodie fiat ut qui peccatores habentur subrogentur in locum sanctulorum, qui nihil aliud sunt quã Euangelij blasphematores. Et certe ita iam coram deo factum est, Amen. Christus dicit, Auferetur à uobis regnum dei &c.

Fiant filij eius orphani &c. id est, patres & mariti occidantur & filij eijciantur è suo regno, & fenerator, id est, qui aliena bona libenter rapit, qui exactor dicitur ex Hebræo (quales tunc erant Romani & Romanorum milites) auferat quicquid possidet & quicquid suis sibi laboribus uidebatur congregasse. Nemo illius & posterorum eius misereatur id quod & nostræ gentes in miseros Iudæos faciunt sed male. Deus quidẽ eos damnauit, sed nos male facimus eos persequendo, quemadmodũ & olim se condemnauit.

runt omnes gentes, quæ Iudæos persecutæ sunt non deo obsequendo sed certe cum mala conscientia, licet deus ita uoluit per ipsas fieri, ut legis in Esaiâ, Hieremiâ, Ezechiele &c.

Fiant nati eius in interitum &c. id est, breui pereat memoria eorū, ut nullus in terra sint æstimationis, ut qui ante regnare uidebantur iam ne ciuitatem quidem, ne pagum quidem unum in toto mundo possideant. Quod timet impius ueniet super eum. Sic enim timuerunt, Ne forte ueniant Romani &c. & hodie, Si prædicatio Euangelij ita perrexerit, perdemus omnia nostra, non sat habebunt filij nostri, fratres & consanguinei. Ita impietas in sua comoda respiciens retinere uult uerbum quod uelociter currit ubi deus illud miserit.

Iniquitas
parentum.

In memoriam &c. Timeant hoc qui se credituros dicunt quemadmodum sui patres crediderunt. Deus uindicat iniquitatem patrum in filios (ut dicit lex) in tertiam & quartam generationem, ubi similem inuenerit iniquitatem. Qui uero deficiunt ab infidelitate patrum, iam eorum filij non sunt, sed filij dei. Christus Iudæis dixit, Vos implete mensuram patrum uestrorum &c. Et peccatum matris eius non deleatur, repetita est sententia, nisi de immunda conceptione & natiuitate intelligas & certe non male, quemadmodum Christus dixit Iudæis, Nisi credideritis quod ego sum, in peccato uestro moriemini.

Fiant contra dominum semper, hæc est nouissima excusatio ut in expiabile fiat peccatum coram deo, quemadmodum supra diximus. Et ista omnia male dicta uenerunt super eos, quæ etiã contra conscientiam ut bestie ferociores irruerint absque misericordia in Christum & Christianum, nihil male meritum sed bene uolentem saluti omnium, quem iam deus pauperem, inopem, & corde tristem fecerat, nempe expositum ad crucem, quemadmodum alibi queritur, Quonia quem tu percussisti persecuti sunt &c. Hic dicunt illi leones & catuli leonum, Deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite, quia non est qui eripiat &c.

Et dilexit &c. Benedictionem Euangelij qua mundantur credentes ab omni peccato & fierent filij dei reges ueri & sacerdotes &c. noluerunt, habebunt ergo confusionem coram mundo & maledictionem æternam coram deo quæ quaesierunt. Maledictione circumdabuntur ut uestimento, & interius replebuntur ea ut aqua quæ bibitur, & ut oleum quod peruat in ossa & corporis membra. Hoc opus à domino &c. Ita faciet pro sua ueritate deus, ne securi sint aduersarij dum uident imbecillitatem illorum quos persequuntur, non ipsi sed deus pro eis pugnabit &c.

Et tu

Et tu domine fac mecū propter nomen tuum, quia benigna est misericordia tua. Libera me quia pauper & inops sum ego, & cor meum conturbatum est intra me. Sicut umbra cū declinat ablatus sum, excussus sum sicut locustæ. Genua mea languerūt præ ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum, et ego factus sum opprobrium illis. Viderunt me, mouerūt capita sua. Adiuua me domine deus meus, & salua me secundū misericordiam tuam. Et sciant quod manus tua hæc, & tu fecisti eam. Maledicent ipsi, & tu benedices qui insurgunt in me confundantur, seruus autem tuus lætabitur. Induantur qui criminantur me pudore, & induantur sicut diuiciose confusione sua. Confitebor domino nimis in ore meo, et in medio multorum laudabo eum. Quoniā astitit a dextris pauperis, ut saluam faceret ex persequentibus animam meam.

Immutata est propter oleum. Fe. Exaruit à pinguedine uel oleo. Hebræum significat maciem contraxisse, quia aberat pinguedo siue oleum. Idcirco quod nos legimus sic intelligere potes licet coactius. Caro mea immutata est propter oleum non quod comederam sed quod non habebam. Significat enim se nihil pingue edisse, dum in angustia mentis etiam neglectus cibus fecit deficere corpus.

Descripto iudicio aduersariorum, misericordiā dei pro se & suis similiter tribulatis inuocat, ut ex malis liberatus glorificetur, cōfusus aduersarijs. Hic nulla merita humana uides, sed solam dei benignitatem, que nos libe-

rat respiciens in suam misericordiam & in nostram inopiam.

Sicut umbra &c. Sic abiectus sum ut amplius nō sit mihi locus in mōdo, quemadmodū umbra perit cum declinat ad uesperam &c. Et abiectus sum uelut seductor, uelut pestis locustarū, quæ uento raptæ ex agris ubi uastant omnia proijciuntur in mare, quā pestem locustarum Germani non norunt, sed in libris sacris & prophetis sæpe legis. Ita Christiani habentur non solum inuiles ut umbra, sed etiam nocentes, ut locustæ &c.

Genua &c. Id est, corpus meum deficiebat dum nō libuit edere propter dolorem animi quo cruciabar ad blasphemiam eorum, ad cecitatem eorū, & persecutione eorum grauabar. viderunt &c. Psal. 21. Adiuua ergo & ita cum gloria adiuua ut sentiant aduersarij nostri tuam manum & potentiam esse quæ sæuiat in eos, quæ glorificet nos & q̄ tu fecisti eam manum suæ potentiam.

Excommunicatio in Euāgelij professores.

Maledicent &c. Habent hic quid ualeat ipsorum excommunicatio & ficta fulmina contra Euāgelij professores. Cessate cæci, uestra maledicta, uestræ diræ (nihil enī aliud nostis) sunt nostræ benedictiones, quæ ne turbare quidem nos debent, tantū abest ut noceant. Beati estis, inquit, cum maledixerint uobis homines, & dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me, Gaudete &c. Et præterea quicquid mentiuntur & detrahunt nobis qui male uolunt Euāgelio, suo tempore conuertetur nobis in gloriam, Expectemus tantū patienter dei benignitatem.

Confitebor &c. Id est, liberatus gratias agam & prædicabo misericordiam tuam in populis, ut innotescat ubiq; Euāgelium gloriæ tuæ, qui de iis cæcis persecutores & glorificas Christum tuū, qui de ponis potentes de sede & exaltas humiles, qui laudem meam non taces, etiā si ignominiam contra me iacet uel totus mundus, ut tandem obstruatur os loquentium iniqua, Amen.

PSALMVS CIX.

Titulus. Dauid Psalmus.

Psalmum esse de Christo, notum est ex Matth. 21. ubi nemo pharisæorū potuit respondere Christo ne uerbo quidem, quæ ratione Dauid uocaret Christum suum dominum, cum tamen filius Dauidis in prophetis scribatur quemadmodū & ipsi confitebantur. Citatur quoq; hinc. 1. Cor. 15. Oportet, inquit, regnare Christū donec pater ponat omnes inimicos eius sub pedes eius. Et in Epistola ad Heb. certe non humana interpretatione exponitur uersus, Iurauit dominus & non pœnitebit eum &c.

SUMMA. Christi ergo regnum mox à glorificatione, ut declarat hinc Petrus, Act. 2. hic describitur, quin & sacerdotium æternum quod spirituale sit necesse est, utroq; Christus & salus est credentium & damnatio persecutorum, ut enim regnum defendit sanctos, ita & sacerdotium pro eis intercedit, neuirum uero fit cum commodo blasphemantium, qui irruentes in ueritatem impingunt in Christum petram scandali & lapidem offensionis &c. Ad hanc autem gloriam Christum per calicem passionis peruenisse ultimus uersus declarat, secundū illud, Oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam.

Christus Sacerdos, Rex, Iudex.

Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam uirtutis emittet tibi dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principatus in die uirtutis tuæ in splendoribus sanctorum tuorum, ex utero ante luciferum genui te.

Christus filius est Dauidis secundū carnem, Rom. 1. & Dominus Dauidis non solum secundū diuinitatem, sed etiā secundū regiam dignitatē & sacerdotiū. Sine dubio enim filius hic patris dominus est, quando pater rex tantū carnalis est & ideo mortalis. Filius uero rex spiritualis & ideo æternus, quemadmodū Esa. 9. dicitur. & repetitur ab angelo, Luc. 1. Super solium Dauid & super regnū illius sedebit, ut confirmet illud non mundana potentia, aut diuitijs, aut carnis iustitia & sapientia, sed iudicio & iustitia uera amodo & usq; in sempiternū. Infirmū erat regnū Dauidis qd' oportebat per filiū Christi confirmari, & præterea maledictū erat nisi ei benediceretur per hūc filiū Dauidis sacerdotē & uerū Melchizedec, qui bene dixit Abrahæ & omni semini eius, id est, oibus Abrahæ fidē per uniuersum orbē secutus, quē admodū promissum erat, In semine tuo benedicentur cunctæ cognationes terræ. Ad hæc Dauid regnabat in terris. Christus autē regnat in dextera dei patris, ut hic dicitur, accepta omni potestate & in caelo & in terra, ut sit rex regum & dominus dominantium. Cur ergo non dominus Dauidis est, sine quo Dauidis regnum nullū est, & sine quo Dauidi non

Christus dominus Dauid.

est salus, & in quæ respiciunt promissiones Dauidi facta unde ipse ipse regnum exaltaretur in æternum?

Hic non semetipsum glorificauit, ut erubescat opinio potentie, sapientie & iustitie nostræ, imò & omnis ambitio humana quæ se præferre alijs studeat & mortificationi reluctatur, sed is glorificauit eum, qui dixit ad eum, Sede à dextris meis, id est, rex esto ut ego super omnia & in caelo & in terra, Matth. ult. de quo diximus & Psal. 8. & 71. Iubetur uero sedere nõ ad caput ne uideatur esse supra deum, quia Christi caput deus. 1. Corin. 11. Neque ad sinistram, ne uideretur eius gloria minor gloria dei, sed ad dexteram, id est, in potioribus bonis patris, ut æqualitas significetur. A dextris ergo regnat, cuius regnũ est spirituale, nam sinistra temporalia sunt, ut alibi diximus, licet & ipsa ei subiecta sint. Sic interpretatur Paulus, propter quod & deus illum exaltauit & c. & omnis lingua confiteatur, quod dominus Iesus est in gloria dei patris.

Hoc regnum est, quod Christus in nobis uincit mundum, peccatum, Satanã, inferos. Rex enim Christus non esset si uinceretur in suis, quibus & ipse dixit, Confidite, ego uici mundum. Non potest superari Christus in nobis, quæ admodum legis ad Ro. 8. Nam eius regnum est in electis omnibus, atque adeo hoc regnum est ipsorum electorum, Ephe. 2. quo ipsi quoque in Christo & cum Christo regnant, & reges sunt & triumphatores sunt super omnem mundi potentiam, peccatum, mortem & inferos. Inter quæ mala uiuimus & pugnamus, imò regnamus (quæ admodum hic Christo dicitur, Dominare in medio inimicorum tuorum) ne securus unquam sis de te, in Christo autem securus, Omnes enim qui pie uolunt uiuere, in Christo persecutionem patientur. Frustra optamus ut ab iniquis uel ab iniquitate & peccatorum turba non impetamur. Sufficit nobis gratia dei quæ absorbet peccatum omne, si non uult à nobis auferre stimulum carnis nostræ angelum Satanæ, qui foris & intus oppugnat. Dominamur enim per Christum, sed in medio adhuc inimicorum, Donec pater deus ponat omnes inimicos nostros & quicquid pietati in Adã aduersatur scabellum pedum nostrorum in resurrectione nouissima, tunc primum uidebimus omnia Christo & Christianis subiecta, quæ & nunc sunt subiecta, sed nondum uidentur, tunc insultantes dicemus, Absorpta est mors in uictoria. Vbi est mors uictoria tua? ubi est mors aculeus tuus? Nunc autem interim uerum est quod in Canticis sponsus dicit, Sicut liliū inter spinas sic amica mea inter filias. malos ergo iuuato docendo, increpando, bonam conuersationem ostendendo, non offendendo scandalis, item pro eis oran-

Regni Christi

Liliū inter spinas.

do, non statim abiiciendo, ita tamen, ut alij fiant, non tu impietati consenti-
as, ut uere per Christi spiritum regnare possis qui peccatores uenit ut saluos
faceret. Quod si contempserint beneuolentem, erit quando contemnere
non poterunt, quando scabellum pedum tuorum erunt, id est, despectissimi,
qui hic ad caput sedere uidebantur. Tu tantum caue, ne uindices, dominus Ne uindices.
uindicabit, qui dicit, Ego ponam (ut tu hic mihi uindictam permittas) ini-
micos tuos scabellum pedum tuorum.

Virgam uirtutis &c. Christus fide regnat usq; ad iudicium, deinde in
aeternum absq; fide reuelato deo, ut uideatur absq; enigmate facie ad faci-
em, quando clare uidebitur Christi regnum esse regnum dei, id quod nunc
interim spiritu fidei creditur, hoc scilicet est quod supra audiuimus. **Nunc per fidē**
de à dextris meis, donec &c. & 1. Corint. 15. Cum tradiderit regnum &c.
Verum non obmittit quoq; psalmus dicere, unde coeperit hoc regnum &
mysterium à seculis absconditum, primum reuelari, Virgam, inquit, id est,
sceptrum uirtutis, id est, potentiae & exercitus, siue regni tui, emittet domi-
nus, non tu (ut dei opus uideatur solius, etiam ubi Christus describitur, ut
pude fiant iustitiarum) Ex Sion, Inde enim coepit euulgari Euangeliū, quod **Ex Sion.**
est sceptrum Christi, quo occiditur impius & impietatis regnum. Esaie. 11.
2. Thessalon. 2. de quo psal. 44. Virga directionis uirga regni tui. Secundū
illud Esa. De Sion exhibit lex, & uerbū domini de Hierusalem. Vide psal. 2.
Quod sceptrum nisi dominus emittat, extrusus operarijs in messem suā, fru-
stra omnia tentamus, & sine fructu manebit negociū nostrū. Vbi uero emi-
serit, bene speremus, nam frustra emitti non potest uerbum dei. Esa. 55.

De potentia uero & gloria huius regni, in quo per liberam charitatem **Tecū princis**
& spontaneum cor subiectus est populus, dum interim inimici subiecti esse **patus &c.**
uolunt, etiam hoc additur, Tecum, o Christe, erit principatus (sic enim hic
apxī debere reddi precedentia omnia postulant) in die uirtutis tuæ, id est
in tēpore fortitudinis & regni tui. Nam in tempore infirmitatis tuæ, hoc
est in uita mortali seruus potius eris & uideberis nouissimus uirorum quā
princeps. Atq; hunc principatum & potentiam regni Christi esse in credē-
tibus, clare subditur. In splendoribus, inquit, sanctorum, id est, in illumina-
tione & gloria cognitionis dei in omnibus credentibus.

Ex Heb. autem sic, Populi tui spontanei offerent in die fortitudinis tuæ, **Spontanei.**
in splendoribus uel decoribus sanctitatis. Vel, Populus tuus erit oblationes
liberales &c. Vel, Populus tuus cum oblationibus liberalibus &c. Quod
nos legimus, idem erit sic, Principatus. i. populus regni tui erit tecū, id est,

- spontaneus, non contra te &c. Quo quid aliud significatur quã populũ? Christi non leges populũ futurũ, qui cogatur benefacere, hoc est, hypocri- si legem simulare, sed populũ spontaneũ bonæ uoluntatis, i. qui spiritu dei actus, seipsum offerat deo, & alijs libera sub datur oĩaq; faciat charitates?
- Ex utero &c.** Quid uero sibi uult, quod dominus addit ad Christum suum, dicēs, Ex utero ante luciferũ genui te? Libet hoc loco libere sine aliquo periculo euas- gari per uarias interpretaciones, ut dicam quæ mihi uel sola hoc loco uide- atur requiri, Vulgo hoc exponũt de Christi diuinitate. Ex utero, id est, ex se- cerno. creto diuinitatis meæ genui te ante luciferum, id est, ante angelicam natu- ram, quasi lucifer significet angelum, id quod putant ex Esaiæ cap. 14. cum tamen illic lucifer stella significetur, cui comparatur rex Babylonis in glo- ria regni sui, nec hic aliud sit in Græco, quã *ἑωσπόρος*, quæ est stella ma- tutina. Isti tamen in hac sententia possunt iuari, ut intelligatur Christus, quĩ in tempore natus sit & à resurrectione regnauerit in dextera patris, non tamen esse nouus deus, sed ex substantia patris, unus cum patre deus na- tus ante luciferum, id est, ante lucis huius uisibilis creationem, proculdubio ab æterno. Nihil enim noui in diuinitatis accidit natura. Nec abhorret à scri- ptura, q. uterus metaphoricè deo tribuitur, ut est & Esai. 46. Qui portami- ni à meo utero, qui gestamini à mea uulua.
- Genui ex uirgine.** Verum quid prohibet etiam isto modo de Christi humanitate interpreta- tari? Tu quem Dauid uocat dominum suum, qui rex es in dextera mea, expe- ctans, ut inimici tibi subijciantur, in quorum medio dominaris, qui populũ habes spontaneum, qui ista omnia à me accepisti, ut deo inferior, nempe ho- mo, Tu, inquam, uerus homo natus es, ut sic uterus siue uulua siue matrix in primaria accipiatur significatione. Ego, inquit, non uir aliquis aut uiri se- men, genui te meo spiritu ex utero materno, ex uulua uirginea, ante lucife- rum, id est, ante mundi constitutionem (id quod pertinet ad diuinam præ- destinationem) uel, ante luciferum, id est, ante ortũ diei, in nocte enim Chrĩ- stus ex utero natus scribitur, Luc. 2. Quo significatum est, in medijs tene- bris uenisse lumẽ Euãgelicũ, secundũ illud Esaiæ, Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnã &c. Quod impletũ cecinit Zacharias pater Ioannis, Illuminare, inquit, ijs qui in tenebris & umbra mortis sedent &c.
- Genui adop- tione.** Audisti natiuitatẽ diuinitatis Christi ex patre ab æterno, audisti & eius natiuitatem secundũ humanitatem ex matre sine humano semine in tem- pore, Cur non addimus etiam tertiam Christi generationem, quæ est adop- tionis per gratiam, quam uel solam hic malim interpretari, non in Christo

solum, sed & in toto corpore eius quæ est ecclesia. Hæc non tam generatio est quæ regeneratio, quæ incipit in baptismo nostro, sed perficitur in resurrectione futura. Fit enim hæc ex spiritu sancto natiuitas, sed toti spiritus fieri nõ possumus, donec caro & sanguis, id est totius Adam, aboleatur. Tunc enim non solum anima spiritualis erit, sed hoc quoq; corpus animale resurget spirituale.

Hanc quoq; Christus regeneratione nobis suo baptismo ostendit, non q; ipse indigeret ad diluenda peccata sua, qui etiã secundũ carnem de spiritu sancto ex uirgine conceptus erat, sed ad diluenda peccata nostra, oia propter nos fecit. Vnde illic auditur uox quasi de iam nato filio, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Vt non dubitemus nos quoq; in baptismo spiritus & aquæ adoptari in regnum & hereditate lucis & nos esse dilectos in Christo dilecto. Et sicut baptismus Christi perfici nõ potuit nisi absorpta mortalitate quæ propter nos adsumperat, sicut nec noster. Ille enim noster erat. Vnde ait Lucæ. 12. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coactor usq; dum perficiatur? Iccirco Christus resurrectione completa audit à patre, ut citat Paulus hinc Act. 13. Filius meus es tu, ego hodie genui te, ut diximus Psalmo. 2.

De hac ergo Christi completa glorificatione hic Psalmus loquitur, quæ admodũ uides ipsum contextũ id quoq; requirere. Sed ut hæc regeneratio nature nostre est incomprehensibilis, ita quoq; uide ne carnalem uterum imagineris, ne dicas cum Nicodemus, Nunquid potest homo iterum in uterũ matris introire & nasci? Mirabili dei potentia & fecunditate Christus post quæ interijt regeneratus est glorificato etiam corpore ad uitam immortalẽ, sicut ubiq; serẽ Paulus prædicat. Atq; hoc est quod idem Paulus ait, Rom. 1. Qui declaratus est filius dei in potentia secundũ spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Et Col. 1. Primogenitus ex mortuis dicitur.

Dicit ergo, Ex utero, id est ex fecunditate mea qua omnia produco, genui te, scilicet ad immortalẽ uitam. Itaq; iam secundũ hominem quoq; es filius dei immortalis ex utero meo genitus. Non enim decet ut ex utero meo immortalĩ mortalem filium producam. Genui, inquam, ante luciferũ, id est, ante constitutionem mundi secundũ prædestinationem. Vel ante luciferũ, id est, ante ortum diem antequã lucifer illucescere solet, ut intelligamus hoc ipsum de tempore resurrectionis Christi, appropinquante post mortẽ eius tertia die secundũ Euangelium.

Vides itaq; q; Christus quãdo audit, Sede à dextris meis, audit quoq; Ex

utero ante luciferū genui te. Sic & nos in Christo per baptismū incepimus fieri filij dei. Dedit, inquit, eis potestatem filios dei fieri ijs qui credunt in nomine eius, qui non &c. sed perficiemur in resurrectione nouissima, quā do absorpta mortalitate omne quod in nobis deo aduersum est erit à nobis alienissimum, nihilq; erit in nobis siue in corpore, siue anima, quod non pertineat ad diuinam generationem, atq; ideo immortalem. Sic. I. Ioan. 3. Charissimi nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus &c. Et Rom. 8. Expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat &c. Nos quoq; ipsi primitias spiritus habentes intra nos gemimus adoptionem filiorū dei expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Sicut enim Christus uere rex erat, sed adhuc in mortali corpore rex non uidebatur. Itaq; & nos uere in Christo reges sumus & domini omnium, post mortem uiuificati, conresuscitati, cōsedētes in dextera patris, ut dicitur Ephe. 2. Sed hæc nondum apparent nisi fidei, ideo addit illic, Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis.

Fides domini dei. Atq; hic uides quā magnum spiritus dei in nobis operantis negocium sit, ut credamus hæc ita habere, quæ nemo credentium satis credere potest. Ut erubescant increduli, qui fidem putant rem esse facilem & penè contemptam. Sic enim dicitur Ephe. 1. Qui credimus secundū operationem potentie uirtutis eius quā deus operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis & constituens ad dexteram in cœlestibus &c.

Ex Heb. Hoc autē quod legimus, Ex utero ante luciferum genui te, uarie legunt ex Hebræo. Lyranus sic, Ex matrice auroræ tibi ros adolescentiæ tuæ. Vbi licet intelligere matricem auroræ profundum diluculum, in quo Christus innouatus resurrexit. Felix autem sic, Ex utero ortus est tibi ros generatio nis tuæ. Vbi intelligere licet, Ex utero meo, quemadmodum & septuaginta dixerunt, Ego genui te. Vel sic, Ex uulua proiectus est, uel egressus est tibi ros iuuentutis tuæ. Ros est fecundatio cœlestis, secundū illud de resurrectione. 1. Corinth. 15. qualis cœlestis tales & cœlestes. Vel sic, Ex matre uel ex matrice diluculo uelut aurora surrexit tibi. Vel sic, Ex matrice diluculo super auroram tibi ros natiuitatis tuæ. Super auroram, significat, uel ante auroram, uel plusquā aurora, ut uel tempus uel gloriam resurrectionis significet.

Iurauit dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedec.

Hactenus Christum regem in Psalmo uidimus, nunc uero sacerdotē & Christus rex pontificem quoq; nostrum uideamus. Rex est defensor suorū. Sacerdos pla & sacerdos. cator est in conspectu dei. Vtrūq; nobis Christus est. Quod si uel leuiter intelligeremus, tota nos in deū projiceremus fiducia, Non amabis, non timebis deū, atq; adeo contēnes nisi intuearis eius bonitatē, nisi & eius maiestatem.

Hic glorificabis eū. At cū cœperis amans & timens glorificare eū, ipse te seruabit, ut nunq; tradaris in passiones ignominia, quæ cōtingunt deū non glorificantibus utcūq; cognitum, Ro. 1. Atq; hic habes Christum qui sacerdos nō esset nisi auferret nostrā peccata. Rex non esset, si uinceretur in tuis.

Porro intellectus sacerdotij huius & regni plane est Euangeliū. Sacerdotium enim significat per solā misericordiam nos iustificari & nullā plane esse iustitiam propriam in nobis. Sicut enim quotannis interpellabat sacerdos legis, ita non continue non interpellat pro nobis Christus. Regnum autē est aduersus peccati, mortis & inferorum insultum & quicquid impugnat defensio, ita ut uiuamus & regnemus, alioqui reges non essemus.

Ius primogenituræ est nunc sacerdotium Christianum, in quo habemus ius ad eundem ad deum & interpellandi pro nobis & pro fratribus etiam inimicis, sed per Iesum Christum qui est primogenitus in multis fratribus, per quem habemus accessum ad deum, qui est mediator inter deum & hominem deus & homo. Et licet utrunq; habeamus & regnum & sacerdotium, tamen sacerdotium illud Christi (quo nullam maiorem habemus consolationem) præferimus, per quod nostra omnia patri deo sunt accepta. Itaq; quod olim dictum est, Exod. 19. Domui Iacob & omnibus filiis Israël, id est, credentibus, Vos eritis mihi in regnum sacerdotale & gentem sanctam, nunc Christianis dicitur omnibus, non rasis illis & unctis, à Petro. 1. Petri. 2. omnibus, inquam, ut ait, qui aliquando non populus dei erant, nunc autē sunt populus dei, qui aliquando non misericordiam consecuti, nunc autem misericordiam consecuti. Vos, inquit, genus estis electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ad prædicandum uirtutes eius qui è te nebris uos uocauit in admirabile lumē suum, ad offerendū hostias nō uisibiles sed spirituales in spiritu ubi uult deus, qui spiritus est, adorari quæ hostiæ sunt acceptæ deo per Iesum Christum. Nōne Petrus uerū sacerdotium agnouit in omnibus credentibus, quibus dedit prædicare uirtutes dei quas in ipsis operatus est deus, ut prædicent quod intus sentiunt, & offerre hostias ueras in spiritu, quas deus uideat nō homo? Nemo tibi prædicabit Euāgelium qui illud non habet in pectore, qui non rasis sit à deo, id est circūcisus

corde per spiritum sanctū, Exo. 30. & Ro. 2. & Phil. 3. & unctus eodem spiritu, ut unctio eū doceat de omnibus. 1. Ioā. 2. Euangelium enim non est litera, sed spiritus, quemadmodū in Hieremia, ca. 31. Dominus pr̄dixit, Dabo legem meam in uisceribus eorū & in corde eorū scribam eam, & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit &c. Erunt enim omnes deo dī dōcti, id est, docti spiritu dēi, Io. 6. De unctioe Christiani regni & sacerdotij diximus Psal. 44. & Psal. 104.

Iurauit.

Iurauit igitur dominus & nō pœnitebit eum &c. De regia Christi potestate supra dictū est, Dixit dominus domino meo &c. de sacerdotio autē dicitur, iurauit dominus &c. Vt hic iuramentū uideas nō solū promissionē, quanq̄ & de regno alibi iuret quoq; deus, De fructu uentris tui ponā super sedē tuam. Quæ duo nos omnino confirmant, Heb. 6. Difficillime enim credit nostra imbecillitas Christum esse sacerdotem qui sese patri pro nobis offerat orator & saluator, ut dicitur Heb. 7. & 1. Ioan. 2. qui sit propiciatorum nostrum, Ro. 3. Thronus gratiæ, Heb. 4. sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio nostra. 1. Cor. 1. breuiter, ut supra diximus, mediator noster. Itarco diuina clementia iurat, ut nihil de eius bonitate diffidamus.

Non pœnitebit.

Et non pœnitebit eum, id est, nunq̄ hoc ipsum mutabit, ne qui d hic uereantur conscientie peccatis uexatæ hoc sacerdotium Christi aliquando cessaturum. Sic autē uti solet scriptura uerbo pœnitendi cū deum uel pœnitere uel non pœnitere scribit, ut uides Gen. 6. Penituit eum &c. id est, mutauit factum & abolere uoluit quod ante fecerat.

Eternus sacerdos.

Sequuntur uerba iuramenti dei. Tu Christe es sacerdos, non ad tempus, ut qui moriuntur sacerdotes legis ex Leuitico genere, quos tunc oportebat plures esse, quia per mortem carnis non potuerunt permanere, sed es sacerdos in æternum. Vnde & Christus in æternum saluare potest, accedens per semetipsum ad deum, semper uiuens, ad interpellandū pro nobis, ut dicitur Heb. 7. Introiuit enim hic pontifex noster unicus & æternus in sancta sanctorum non manufacta, ut nunc uultui dei appareat pro nobis, qui unica oblatione corporis & sanguinis sui semel in cruce sanctificauit in æternum eos qui sanctificantur. Non enim nunc est alia oblatio pro peccatis in qua speres tete saluandum, nec alius sacerdos constituitur qui offerat hunc sacerdotem & pontificem æternum, ut hæc clarissime scribuntur Heb. 7. 9. & 10. Hæc ignorant qui hodie turpiter sine cognitione dei (qui

Inuocatio sanctorū.

non cognoscitur nisi per Christum) de inuocatione sanctorū digladiantur. Quos interrogare possum cum Paulo. 1. Cor. 1. Nunquid Paulus crucifixus

est pro uobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? Christiani, id est, uncti à Christo dicuntur, Hoc est qui spiritu dei persusi charitatē habent in cordibus, Rom. 5. qui consortes Christi sunt, Psal. 44. nam baptizantur igni & spiritu sancto, quæ est unctio per quam scimus omnia quæ scire oportet, de qua. 2. Corin. 1. Qui unxit nos, deus est, qui ob signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Isti sunt qui dicunt Apoc. 1. & 5. Iesus Christus est testis fidelis, primogenitus mortuorum & princeps regum terræ, qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos reges & sacerdotes deo & patri suo, & regnabimus super terram. Quicūq; ergo te ab hoc nomine & ab hoc consortio diuidis, & incipis gloriari in nomine sanctorum, facis Christum diuisum, ut ait. 1. Cor. 1. Paulus, & Christum perdis qui diuisus esse non potest.

Non ergo nunc offertur patri Christus à nobis in missa, id quod nulla *Missæ.* scriptura aicit, sed manducatur à nobis quicūq; eum desideramus in sacramento panis & uini, secundū Christi institutionē in memoriam mortis eius, id est, illius oblationis sue sacrificij semel facti in cruce. Memoriale ergo Christi est ista manducatio, & testamentum quod nobis uisibile reliquit edendum & bibendum per fidem, in remissionem peccatorum & fidei confirmationem quoties uoluerimus, ut uisibili signo intra uiscera nostra recepto admoneremur adhuc eum semper esse nobiscum, qui uisibili specie abiit in cœlum, sicut dicit Matth. ei ultimo, Ecce ego uobiscum sum usq; ad consumptionem seculi.

Secundū ordinem Melchizedec uel secundū morem Melchizedec, nō *Melchizedec.* secundū ordinem uel morem Aaron, hoc est non Leuiticū & carnale erit hoc sacerdotiū, cui necesse sit alios subrogare sacerdotes, uel propter quod necesse sit plures fieri sacerdotes, ut in lege quando moriebantur sacerdotes & mortales homines erant, quando necesse erat alijs morientibus alios sufficere in locum defunctorum, ut non dicam q; ne Leuiticum quidem hoc esse potest, cum tu Christus es ex Iuda secundum carnem, ex qua tribu nemo unquā sacerdotio secundū legem functus est. Non, inquam, tale erit sacerdotium tuum, abrogabitur enim sacerdotium quod nunc successionē uicaria seruare homines qui mori possunt, sed, Tu es sacerdos in æternū quem admodum Melchizedec, cuius sacerdotij functionem nullus ante ipsum habuisse legitur, nullusq; successisse, fuisse enim legitur, cœpisse aut desisse non legitur, & solus erat, ut hunc unum sacerdotem Christum atq; eundē

æternum præsignaret, qui etiam ut sacerdos accepit decimas ab Abrahamâ ut ab inferiore &c. Habes quid spiritus hoc loco uelit, nempe Christum facere æternum sacerdotem, nihil enim hic aliud dicit, licet plura indicet dñs meminit Meschisedec.

Historia. Videamus ergo de Melchizedec historiam, quæ scribitur Genesis. 14. At uero Melchizedec rex Salem protulit panem & uinum. Et ipse erat sacerdos dei altissimi, & benedixit ei, & ait, Benedictus &c. Et eidem dedit ipse Abraham decimam ex omni spolio.

Vides illic Melchizedec regem Salem, & sacerdotem dei, regem ad homines & sacerdotem ad deum. Rex protulit Abrahamæ à cæde quinque regum reuertenti panem & uinum ut reficeretur. Sacerdos benedixit & salutem nunciauit eidem Abrahamæ coram deo altissimo atque deo uice dei, & isto nunc accepit quoque ab Abraham decimas. Quod protulit panem & uinum regium erat munus, non sacerdotale sacrificium, & corporibus consuluit. Quod uero benedixit sacerdotale erat officium regia maiestate longe excellentius.

Rex iustitiæ. Sic & Christus, quem in hoc Psalmo spiritus dei Melchizedeco assimilât, rex est ad nos, & sacerdos ad deum sed propter nos, nempe inter deum & hominem deus & homo mediator. Huius autem regnum non est de hoc mundo aut in elementis huius mundi, ut iustitiarum nostri fingunt, sed est Melchizedec, id est rex iustitiæ per quem iustificantur credentes ut crescant ex fide in fidem, ut ista iustitia regnent & extrudant omnem iniustitiam totumque regnum Satanæ, donec ponantur omnes inimici eorum scabellum pedum ipsorum. Est quoque rex Salem, id est, pacis, pax enim indiuidua comes est iustitiæ, quemadmodum Rom. 5. dicitur, Iustificati ex fide pacem habemus, pacem, inquam, non huius mundi, sed conscientiarum, quam Paulus optat triumphare in cordibus nostris. Quod autem Melchizedec solus legi-

Rex pacis. tur fuisse & rex & sacerdos, absque initio & absque fine, absque patre & absque matre, cuius generatio inuestigari non possit, quod ad scripturam attinet, supra diximus, & id imprimis hic Psalmus uidetur postulare, qui facit Christum primum regem, deinde sacerdotem æternum, ut erat Melchizedec.

Acternus. Hic Christus protulit nobis manna cœleste, panem scilicet sui sacri Euangelij, quemadmodum Moyses interpretatur, Deut. 8. Dedit tibi cibum manna &c. quæ panem edere est edere Christum incarnatum, qui spiritu editur non dentibus, Io. 6. Non Moyses dedit uobis panem de cœlo &c. Protulit nobis

Panem & uinum.

Hic Christus protulit nobis manna cœleste, panem scilicet sui sacri Euangelij, quemadmodum Moyses interpretatur, Deut. 8. Dedit tibi cibum manna &c. quæ panem edere est edere Christum incarnatum, qui spiritu editur non dentibus, Io. 6. Non Moyses dedit uobis panem de cœlo &c. Protulit nobis

Et uinum, quod est idem uerbum spiritus sancti quo inebriantur corda, et in sapientissimam illam stulticiam abducuntur, quod sui obliti, dei tantum sint memores qui biberint. Sic et in Psal. 22. Parasiti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti oleo caput meum, et calix meus inebrians. Et Prouer. 9. Sapientia misit nuncijs ad insipientes locuta est, uenite comedite panem meum, et bibite uinum quod miscui uobis. Relinquit stulticiam et uiuetis, et ambulate per uias prudentiae. Et canticorum. 5. Comedi fauam cum melle meo, et bibi uinum meum cum lacte meo. Comedite amici et bibite, et inebriamini charissimi. Isto pane et uino uerbi dei iugiter nobis opus est, qui iugiter fatigamur a regibus gentium et exercitu tenentiarum, ut non deficiamus, ut lasi reficiamur, ut integros liceat redire in pugnam atque adeo uictoriam et triumphum. Quem cibum non accipimus nisi per hunc nostrum regem, qui ait, Patrem nemo nouit nisi filius et cui uoluerit filius reuelare. De quo Petrus, Verba, inquit, uitae aeternae habes domine, ad quem ibimus?

Verum non ignorauit qui corda condidit quam infirmi simus fide, ideo signa externa semper addidit quibus confirmaretur fides nostra in promissiones et uerba dei. Et ideo nobis quoque externa sacramenta dedit quasi sigilla, quibus sua uerba, quae sunt uelut scriptura, sed in corde scripta, imbecillitate fidei nostrae confirmaret. Sigilla sine scriptura nihil sunt, scripturis addita fide uerbis scriptis faciunt. Verba non sunt propter sigilla, sed sigilla propter uerba. In uerbis tota uoluntas declaratur, sed tamen fidei imbecillitas sigillum quoque postulat. Haec dicimus contra illos qui pro sacramentis eucharistiae, ut uocamus, uerbum dei negligunt et continent. Non facies Turcam aliquem Christianum, ut sexcenties in os ei intrudas sacramentum panis et uini, sicut etiam multos ex nostris non uides inde fieri meliores, ut si dant deo deumque timeant. Facies autem Christianum si praedicis ei Euangelium salutis, modo deus hoc ipsum illic fortunet.

Protulit igitur et hic nobis, qui edere solemus panem et uinum bibere uerbi dei, Melchizedec noster, id est, Christus rex noster, rex iustitiae, rex pacis, panem et uinum in sacramento corporis et sanguinis sui, quod ipse uocat testamentum aeternum, memoriale sui, remissionem peccatorum si in fide sumas quantumcumque infirma, modo non sit nulla, modo non habeas cum Iuda aliam causam sumendi quam ut libereris a peccato et rea conscientia. Protulit, inquam, quemadmodum Melchizedec protulit panem et uinum, nempe ad

edendum & bibendū, non ad sacrificandū, dicens, Accipite & māducate, hoc est corpus meū. Accipite & bibite, Hic est sanguis meus. Hoc facite, id est edite & bibite, quoties uolueritis, tantū in mei memoriā, ut sit memoria sacrificij mei unici & æterni, quod ego sacerdos æternus nūc semel sacrificare pro uobis patri uolo in remissionem peccatorum uestrorū. Id quod dixit Paulus, Mortem domini annuntiabitis donec ueniat. Nostri hodie mortem domini non annuntiant, non prædicant Euangeliū, quod est remissio peccatorum per Christi satisfactionem, sed omnia agunt in silentio contra Christi institutionem & apostolicam doctrinā, aperte nimis significantes Euangelium iam silere dum ex sacramentis mundinationem fecimus.

Neque uero ignoro quid canant nostri, nempe q̄ Melchizedec panem & uinum obtulit ut sacerdos, id est, sacrificauit deo panem & uinum, dicens, Sacerdos in æternum Christus dominus secundū ordinem Melchizedec panem & uinum obtulit. Quod cum ex scriptura non canant, necessesse est, ut sit ex humano capite fictum & mentitum. Modestius ista dicerem, nisi ipsi uellent se ex scripturis illa sumpsisse, quod est proprie mendacium, quod uel maxime damnat scriptura. Esto ueniam daremus ijs qui latinis codicibus seducti sunt in quibus legitur, Erat enim sacerdos dei altissimi, quare quæso ex uerbo protulit uel participio proferens, quod latini recte legunt, fecerunt nobis obtulit uel offerens? Et ubi hoc fecerunt non interpretati sunt, Obtulit hominibus, quæ sententia uera fuisset, sed dixerunt, Obtulit deo, id est, sacrificauit, quæ sententia illic non est. Debent tamen illis errorem qui textū corruperūt scribentes, Erat enim, pro, Et erat, id quod uel puer primum literis Hebraicis initiauis uidet, ne quis me obscura diuerticula querere causetur. Vt uel in hoc uno uideas, quā non liceat feliciter agere in scripturis sine linguarum peritia. Et licet hoc donum linguarum non det spiritus sanctus omnibus, tamen debent ad hoc foueri, qui doceant & discant ne omnino sit in nullis, ut qui non habent, aliorū opera utantur, Non obscurum est hodie qui homines sint, qui clamant laicos nō oportere legere literas sacras, & heresim gignere linguarum peritiam &c. Nihil igitur moror quid interpretentur ex eo quod ipsi finxerunt, sed attendo quod ipse textus habet scripturæ. Nam quod in latinis nunc codicibus legitur, Erat enim sacerdos dei altissimi, quasi ad hoc fuerit sacerdos ut proferret panem & uinum, non est sic in Hebræo, ut diximus. Quod si nobis non credis crede uel Hieronymo tuo, qui in Hebraicis questionibus sic

legit & legendū ait, Et Melchizedec rex Salem protulit panem & uinū,
& ipse sacerdos dei excelsi & benedixit ei. Sed quid attinet multis dicere
cum scriptura clarissime dicat regem protulisse panem & uinum non sa-
cerdotem, sacerdotem autē benedixisse: quæ supradiximus.

Et erat sacerdos dei altissimi & benedixit Abraham, dicens, *Benedictus* *Benedictio.*
&c. Vides sacerdotalē officium describi in eo q̄ benedixit, id est, bona pre-
catus est in conspectu domini Abraham, & eidem Abraham salutē nunciavit,
quā Abraham fide accepit, ut à deo missam per os illius quē non dubitabat
sacerdotē esse dei altissimi. Benedictionē pertinere ad Christum testantur
omnes de Christo promissiones, quemadmodū in hac aperte uides, Gen. 22:
In semine tuo benedicetur cunctæ cognationes terræ. Semen hoc Abraham,
interpretante Paulo, est Christus. Hic Abraham qui tantus erat ut haberet
dei promissiones & appellaretur à deo pater multarum gentium, inferior
declaratur Melchizedeco. Sine ulla enim contradictione (ut ait Epist. ad
Heb.) quod minus est à meliore benedicatur. Ergo omnes à Melchizedeco
sacerdote in Abraham benedicti sunt, qui erant ex Abraham egressuri usq̄
ad Christū, nam ille per Melchizedec benedictorē (ut hic c̄. i. sp̄s sanctus)
significabatur. Ergo & Leui qui tūc adhuc erat in lumbis siue carne Abra-
hæ per Melchizedec benedictus est. Vnde uidere licet sacerdotiū leuiticū
longe infrius esse sacerdotio Christi quod per Melchizedec i sacerdotiū si-
gnificabatur, nā per hoc oportuit illi benedici, atq̄ adeo Abraham & toti ge-
neri & omnibus per uniuersum orbem gentibus secundū dei promissionē.

Quia uero Christus est sacerdos i æternū & benedicit ut Melchizedec,
consequitur protinus Christū in æternū benedicere & saluare ubi eius uer-
bum spiritu suscipitur, atq̄ adeo æternam esse benedictionē qui unica ob-
latione in cruce semel sanctificauit in æternū sanctificatos, & non iterum
sacrificatur ille sacerdos qui seipsum sacrificauit deo semel pro nobis hosti-
am & oblationem gratam in odorem suauitatis. Imperfectum facis Christi
sacrificium si repetendum duxeris quasi illud prius & unicum nō sufficiat,
ut imperfecta erant sacrificia ueteris legis quæ necesse erat secundū dies,
mensēs & annos repetere, ut docet Epistola ad Hebræos, & res ipsa de-
clarat. Veteres qui fuerunt temporibus Apostolorum uicini non agnouisse sa-
crificium in sacramento panis & uini, manifeste uel ex illa Epistola patet,
quæ ubi querit huius nostri sacerdotis sacrificium ne una syllaba quidem
meminit panis & uini, cum tamē omnia quæ ad sacerdotium Melchizedec
pertinent sanctissima curiositate peruestigari, meminit uero sæpe sacrificiū

unici, perfecti, semel oblato & ad totum fr̄e usq; inculcat, ne quid aliud illic intelligeres.

De hac Christi benedictione eterna meminit & Psalmus. 20. sicut & de regia gloria & potestate, dicens, Pr̄uenisti eum in benedictionibus dulcedinis & c. Quoniã dabis eum in benedictionem in seculum seculi & c. Si ergo benedicendæ sunt cunctæ cognationes terræ in semine Abraham, id est, per hunc benedictorem Christum, necesse est omnes cognationes terræ esse sub maledicto & neminem ad benedictionem uenire, nisi per hunc unicum Christum. Magnificato ergo nunc liberum hominis arbitrium, uires & iustitiam humanam ut uolueris, si per hunc æternum sacerdotem in regnum benedictionis inductus non fueris, sub æterna maledictione in Adam accepta in æternũ manebis. Atq; hæc hæctenus de Melchizedec atq; deo Christo & rege & sacerdote, nunc quoq; iudicem in Psalmo uideamus.

Dominus a dextris tuis confregit in die iræ suæ reges. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conuassabit capita in terra multorum. De torrente in uia bibit, propterea exaltabit caput.

Implebit ruinas. Felix, Congregauit cadauera, uel impleuit cadaueribus, uel impleuit ualles, percussit caput super terram multam.

Iudex
Christus.

Hic iudicem uidemus suos protegentẽ, & inimicos, de quibus supra dictum est, horrendo damnantem, id quod experti sunt Iud. ei & multi alij ueritatē repugnantes, complebitur autẽ in nouissimo die. Vnde ait propheta Dauid ad deũ, Ille dominus qui est à dextris tuis percussit in die iræ suæ reges, qui in die gratiæ eum suscipere regem & sacerdotem noluerunt. Iudex erit inter gentes. Impleuit cadaueribus, id est, ubiq; occidit aduersarios, percussit capita, id est, reges, uel caput, id est principem qui erat super terram multam uel multorum subditorum, id est diabolus & mundi potentes Euangeliij hostes & totum Antichristi regnum.

Per crucem
ad gloriã.

Sed quæso unde hæc omnia Christo, regnum scilicet sacerdotium & iudicium? De torrente, inquit, id est, de calice passionis in hac uia, id est mortali uita bibit, propterea ita sublimabitur. Et ita per multas tribulationes oportet introire in regnũ. Quid hoc aliud est quã quod Paulus dicit, Phil. 2. Humiliauit semetipsum & c.

Psalmus

SYMMA. Opera dei & creationis & redemptionis (ut quoq; Psalmo 91. & psalmo. 103.) hic magnificantur, id est, quicquid unquã fecit deus, & præterea promissiones dei, ex quibus solis, si credimus, saluamur, hic prædicantur esse & ueraces & iustæ, id est, quas impossibile est non impleri, ut sit summa. Quicquid facit deus, uere facit & iuste, quicquid promittit, uere promittit & iuste, non sicut homines qui & factis & uerbo & fallunt & falluntur. Verũ omnia opera eius & promissiones salutifera solum sunt timentibus eum, id est, qui intelligentes sequuntur id quod credunt.

Confitebor tibi domine in toto corde meo in consilio iustorum & cõgregatione. Magna opera domini, exquisita in omnes uoluntates eius. Confessio & magnificentia opus eius, & iustitia eius manet in seculum seculi.

In consilio. Felix, In secreto. Exquisita &c. Id est diligenter ab ipso deo facta quemadmodũ ipse uoluit. Sola bona uoluntate fecit sua opera nobis. Felix, Exquisita ab omnibus cupientibus ea, id est, diligenter obseruata ab omnibus quibus placet quicquid deus facit. Impij enim solent nõ magnificare, sed accusare opera dei, & sua iactare. Sic quoq; leges apte ex Hebræo, Exquirenda omnibus desiderijs eorum, id est, talia sunt opera domini quæ digna sunt, ut exquirantur omni desiderio cordis eorum, scilicet iustorum.

Impij hypocrite prædicationem operum dei contemnunt & sua uolunt prædicari. Idcirco prædicabo domine tua opera magna in consilio & cõgregatione iustorum, id est, credentium, qui sua opera nihil esse scientes tua percipiunt ad salutem. Tuum opus est confessio, id est, laus & magnificentia. Hoc est, quicquid tu facis, laude dignum est & magnificentum, opera nostra sunt uanitas. Et iustitia tua qua tu iustificas homines aeterna est, iustitia humana coram tuo iudicio consistere non potest. Alijs non male, quod dicitur, Confessio &c. sic placet interpretari, q̄ confessio nostra & magnifi-

centia qua magnificamus deum sit opus dei, id est, q. non possumus confiteri deo, id est, laudare deum & magnificare, nisi hoc ipsum in nobis ipse efficiat. Simpliciter uero quod diximus, dicit se predicaturū opera dei quæ magna sunt & laude digna siue in cœlo siue in terra, siue extra nos siue intra nos. Et infra dicit, Opera manuum eius ueritas & iudicium.

Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator dominus, escam dedit timentibus se. Memor erit in seculum testamenti sui, uirtutem operū suorum annuntiabit populo suo. Ut det illis hæreditatem gentium, opera manuū eius ueritas & iudicium. Fidelia omnia mandata eius confirmata in seculum seculi, facta in ueritate & æquitate. Redemptionem misit dominus populo suo, mandauit in æternum testamentum suum. Sanctum & terribile nomen eius, initium sapientiæ timor domini. Intellectus autē bonus omnibus facientibus eum, laudatio eius manet in seculum seculi.

*Intellectus
bonus.*

Intellectus bonus omnibus facientibus ea, scilicet mā data, id est, quicquid deus ad nos suo uerbo demandauit, quorū alia præcipiunt facienda & nō facienda, alia tantū promittunt quæ nihil exigunt nisi fidem, quæ ubi fuerit etiam illa complet, & quicquid defuerit propter eam non imputatur, id quod sic Paulus dicit, Ro. 8. Nihil ergo nunc damnationis est ijs qui sunt in Christo Iesu, qui non secundū carnem ambulāt &c. Hanc fidem uocat hic intellectum bonum, id est, qui sapit secundū dei uerbum, & ab omni doctrina humana habet conscientiam liberam. Nemo ergo facit ea, id est amplectitur quæ deus mandat, quæ deus promittit, quæ deus operatur, nisi habeat intellectū bonum, id est fidem, sine fide enim est impossibile placere deo, & quicquid nō est ex fide, peccatum est, cuius boni intellectus, id est fidei, laudatio

quã dei iustitia est non humana, manet in seculum seculi.

Testamentum & mã data uocat hic Psalmus imprimis dei promissiones, quibus si credis etiam reliqua que uetat & precipit non tibi displicebunt. *Mandata pro promissionibus.* Sic & Psal. 104. Memor sũt in seculum testamenti sui, uerbi quod mandauit in mille generationes, Quod disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac. Et statuit illud Iacob in preceptum, & Israëli in testamentum æternum, dicens, tibi dabo terram Chanaan &c. Promissiones nãq; dei hoc mã datum includunt ut credas, quod est omnium mandatorum summum, sine quo omnia alia sunt nihil. Hoc est enim primũ in lege mandatum, Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti, quo nõ habito quicquid pro impletione mandatorũ feceris hypocrisis est & impietas.

Istud igitur Halleluia in hoc psalmo commendat nobis uerba, opera & *Memoriale dei.* redemptionem dei, ut timeamus cum & credamus in eum. Ait ergo, Memoriam, id est, memoriale fecit mirabilium suorum ante factorum &c. Exponunt de sacramento eucharistiæ, quod reliquit Christus in memoriam omnium que gessit pro nobis in homine assumpto præcipue mortis, dicens, Hoc facite in mei comemorationem, quia sequitur, Escam dedit timẽtibus se, alijs enim hanc escam non dedit, qui si accipiunt, ad damnationem sui accipiunt quod ipsis non datum est. Et quod additur ad idem spectat, Memor erit in seculũ testamenti sui, id est, huius, ut uocamus, eucharistiæ, de qua dixit, Hic calix nouum testamẽtum est in meo sanguine &c. Vera sunt hæc omnia & certe placent, si non in externum solum sacramentũ oculos defigamus, sed in fidem sacramenti, id est, in ipsam memorialis huius & testamenti rem.

Verum nos hæc latius exponemus, id quod Psalmus requirit qui de omnibus dei operibus loquitur & omnibus dei mandatis, siue, ut dixi, uerbis & promissionibus & de redemptione sempiterna. Vt alia opera creatio- nis & prouidentie diuinæ in patribus antiquis taceam, mirabilia opera redemptionis ex Aegypto solet scriptura prædicare, cuius memoriale erat festum azymorum, festum tabernaculorũ, item, lex illa data in monte Sina, item, tota terra Chanaan que scribitur fluere lacte & melle. Vnde hic dicit, Escam dedit timentibus se, omnia enim necessaria corporis adiunguntur *Escam dedit,* ijs qui quærunt ante omnia regnũ dei & iustitiam eius, sicut & in alio psalmo dicitur, Nihil deest timẽtibus eũ, Diuites egerũt &c. Hoc quoq; memoriali uoluit cognosci deus inter gentes, nisi inferorum tenebræ ubiq; omnia occupassent. Sic enim Paulus loquitur, Act. 14. Deus in præteritis generati-

onibus dimisit omnes gentes ingredi uias suas. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, beneficiens de caelo, dans pluuias & tempora fructifera, implens cibo & leticia corda eorum.

Præterea deus timentes se suo pascit uerbo & Euangelio, secundū illud, Esurientes impleuit bonis &c. Et non in solo pane uiuit homo &c. Contra uero deserit cōtemnentes. ut Amos. 8. Emmittam famem &c. Nunquā enim qui non timent deum intelligent opera dei, testamentum gratiæ, promissiones & Euāgelium pacis. Ista opera dei & uerba fide suscepta siue comesta, sunt nobis memoriale perpetuum, q̄ deus bene faueat nobis utiq; diuersum nature appareat. Nam eius promissiones habemus quibus credimus & credentes saluamur. Non enim immemor potest esse sui testamēti. id est, se deris nobiscum imiti. Nam quo pacto fiet ut possit semetipsum negare deus? Ipse enim est hoc ipsum uerbum quod promittēdo locutus est nobis. Quod uerbum deniq; pro nobis caro factum est, summum sacramentum, certissimum signum & pignus nostræ salutis, quomodo enim non cum illo nobis omnia donauit?

Hoc summum sacramentum, id est, uerbum caro factum, esca est timentibus deū, id est, credētibz & suis peccata agnoscētibz, qui isto pane solo se credunt refici. Quod sacramentū qui non timent deum nunq̄ edere possunt, ut ista clare uides 1o. 6. Est autē sacramentū hoc edere, credere Christum pro te carnem & sanguinem factū & utrūq; in rem tuæ salutis expēdisse. Si ita edis habes uitam æternam. Sacramentum uero externum panis & uini siue corporis & sanguinis Christi, huius tantū signum est, quod sine hoc indigne sumpseris ad iudicium. Quapropter cenſeo nūquā uel docendum uel scribendū esse de externo eucharistiæ sacramento, sine isto de quo diximus (quod receptum quidem est ab oculis nostris in cœlum, sed tamen semper sua uirtute præſens est timētibus deum) ne scilicet sacramentū sine fide amplecti uideamur.

Habes itaq; quodnam sit memoriale dei quo declarauit uerbi sui ueritatem hominibus, ad quod & pertinent omnia opera dei in caelo & in terra, & præterea quæ erga singulos nos exhibet, & maxime quæ fecit per Christum ille misericors dominus & qui compatitur nostris infirmitatibus, per quæ omnia nos admonet sui, imō si nos obliuiscimur admonet seipsum ut sit misericors, quemadmodum sequitur, Memor erit in seculum testamenti sui. Sic & Psalmus. 104. Memor fuit in seculum testamenti sui &c.

Et rursum, Memor fuit uerbi sancti sui &c. Et Maria cecinit, Suscepit Isra-
el puerum suum recordatus misericordiae suae. Sicut locutus est &c.

Virtutem operum suorum annūciabit populo suo, Nihil prodest impijs
uidere opera domini, quae uidentes non uident, sicut olim in Aegypto, in
mari rubro, in deserto, in terra Chanaan, sicut & quae uiderunt Iudaei in
Christo incarnato, sicut & quotidiana quibus prouidet & cibū dat nobis,
ut alia taceamus, quemadmodū Psal. 27. scriptum est. Non intellexerunt in
opera domini & in opera manū eius. Populo autē suo, id est, credentibus
dominus annūciabit, id est, suo uerbo de clarabit & reuelabit non solum
opera sua, sed etiā uirtutem operum suorum, ut sentiant in corde quid ope-
ra dei possint & quid sibi uelint, ut ex mirabilibus operibus discant fidere
& timere qui praeterea omnem salutem in eis operatur. Hi non norunt ope-
ra humana, sed dei magnificare. Atq; ut ait, Annūciabit, id est, ad hoc illos
sic docebit suo spiritu, ut det illis, id est suo populo, hereditatem gentium,
non iam terram Chanaan, quae tunc possidebatur quando Psalmus scribe-
batur, sed gentes conuertendas eodem uerbo, quod dominus annūciabit
populo suo, ad fidem, quemadmodū in alio Psalmo spirituale semen Iacob
loquitur, subiecit populos nobis & gētes sub pedibus nostris. Eligit nobis
hereditatē suam &c. Est autē proprie hereditas gentiū in spiritu benedi-
ctio illa de qua promissum est, In semine tuo benedicentur cunctae cognati-
ones terrae.

Virtutem
operum.

Opera manū eius ueritas & iudicium, id est, quicquid facit uere facit
nullus enim fucus, nulla hypocrisis, nulla fallacia est in opere dei, sed quē ad-
modū ipse ueritas est ita uere facit, & promissa uere praestat. Iudiciū quo-
q; est quicquid facit, dum iustus est in omnibus uis suis & sanctus in omni-
bus operibus suis, qui populum suum saluat, aduersarios pietatis iuste con-
demnat. Ita populus dei sentit de omnibus dei operibus, nēpe, esse ueritatē
& iudicium. Impij omnia quae dei sunt non accusare non possunt utcumq;
hypocrisi dissimulent, maxime cum res ex uoto non successerint. Simile iu-
dicium habent pij de mandatis dei omnibus quae ad nos mandauit siue pro-
miserit, scilicet quae uera esse credunt, siue, ut hic dicitur, fidelia, id est, suo tem-
pore praestanda, confirmata in aeternum, id est, quae mendacia fieri nō pos-
sunt, quae facta sunt & promissa in ueritate dei & aequitate, uere promissa
sunt & iuste, quia deus ita uoluit, & ideo non potest nō uentre beneficium
promissum. Iamco additur de fide promissionum seruata, Redemptionem
miserit dominus populo suo, id est, credentibus, quos ut olim ex Aegypto, ita

Fidelia &c.

et semper usque ad consummationem mundi liberat ex peccato, morte et inferis per Iesum Christum dominum nostrum, quia mandauit testamentum et pactum nobis promissum in aeternum, ut credamus nunquam irritum fore.

Sanctum ergo et terribile uel uenerandum nomen eius ne contemnamus eius iudicia, quia initium sapientiae, id est uerae cognitionis dei, est timor domini, quo trepidus ad eius opera et moueris ad eius uerba. Hic additur, Intellectus bonus, id est ipsa sapientia quae est fides, cuius initium est timor domini. Duo enim haec commendant nos deo, et per haec confitemur domino in toto corde, quemadmodum Psalmus in principio promisit, scilicet timor et fides, illa ne quid nobis arrogemus, haec ne quid de dei promissis et benignitate diffidamus. Porro intellectus bonus est omnibus facientibus eum, id est, qui confitentur et sequuntur id quod intelligunt siue credunt. Vide quae supra diximus.

PSALMVS CXI.

Titulus. Halleluia.

SYMMA. Timor domini commendatus est Psalmo superiore, Hic uirtutis mentis deum beatitudo et in rebus externis et in spiritu describitur.

BEatus uir qui timet dominum, in mandatis eius uolet nimis. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. Gloria & diuitiae in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. Exortum est in tenebris lumen rectis, misericors & miserator & iustus. Iucundus uir qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio, quia in aeternum non commouebitur. In memoria aeterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Paratum cor eius sperare in dominum, confirma

tum est cor eius, nō timebit, donec despiciat inimicos suos. Disperlit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi, cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator uidebit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet, desiderium peccatorū peribit.

Gloria. Felix, Vbertas uel copia. Iucundus uir. Felix, Beatus uir. Peccator uidebit. Felix, Ampius uidebit. Desiderium peccatorū. Fe. Desiderium impiorum.

Longe alia felicitas & beatitudo in scripturis prædicatur quā mundus Timens do-
 somniat, ut diximus Psalmo. i. Nam beatus uir hic dicitur, qui timet domi- minum.
 num, qui conscientia dei pauet ad uerba eius, ad opera & iudicia eius, nihil
 consultat, nihil molitur, nihil audet uel loqui uel agere, quod norit esse
 contra dei præceptum & uoluntatem quā cognoscit in uerbo eius, semper
 uidet dominum præsentem, omnia tentat, loquitur, facit ut in conspectu
 eius, non **terrore** impiorum, aut sui **lucri cupiditate**, aut **fauoris hominum**
honorisue ambitione recedit à iusto, **semper etiam si uitam ei auferas** sentit
 cum discipulis Christi, Oportet plus obedire deo quā hominibus. Hinc pro-
 ficat ut nulla re fidat quā solo deo, ut maxime etiam huius uitæ bonis abun-
 det, quemadmodū Abraham, ut proximo etiam inimico bene uelit, **bene faci-**
at &c. Hoc est quod additur, In mandatis eius uolet nimis. **Voluntatem**
habet in lege domini, quemadmodū Psalmo primo diximus, Non sic hy-
 pocrite iustitiarij, qui cum habeant deos alienos in conspectu dei, quæren-
 tes in suis iustitijs salutem, facile recedunt uel terrore uel suo lucro uel ho-
 minum fauore & dignitatis ambitione ab eo quod uidebantur approba-
 re &c. Habes itaq; hoc uno uersu arborem bonam descriptam, id est, bea-
 tum uirum, qui timet dominum & in mandatis eius uolet nimis, qua descri-
 ptione ut non possunt comprehendi iustitiarij, ita neq; qui carnali libertate
 sese hodie Euangelicos gloriantur & impura uita scandalo sunt Euange-
 lio gloriæ dei. Crux enim hic describitur & abnegatio sui, quā mundus
 infelicitatem, scriptura autem certam beatitudinem coram deo esse pronū-
 ciat. Videamus nunc huius arboris fructum.

Potens in terra erit semen, id est, filij eius, generatio rectorū, id est, timē Filij timentis
 deum, benedicetur à domino, id est, multiplicabitur ut in bonis cor- deum.

- poris sat habeat & in bonis spiritus abundet, Timens deū erudit filios suos & familiam, ut Episcopus, in domo sua (quemadmodū lege preceptum est) in omni pietate, castitate, sobrietate, breuiter in timore dei. Sunt ergo uere filij timentis deum, qui & ipsi timent deum, ubi non tam una caro quā una pietas respicitur, ut filij etiam sint non solum quos genueris mūdo, sed etiā quos per uerbum genueris deo. Hi potentes erunt in terra & benedicentur, quemadmodum & Christus dicit, Beati mites quoniā ipsi possidebunt terram. Et Maria, Deposuit potētes de sede & exaltauit humiles. Primiū
- Potentia.** non est inopia timentibus deum, Psal. 33. & 36. Deus enim eis benedicit ut quantūcumq; modicum satis sit, & leta conscientia eo utantur, scientes q; omnis creatura ipsorum sit, & omnem creaturam ipsis seruire in salutem, ut diximus Psal. 8. Non est potentia in terrenis bonis quæ huic possit comparari, aut diuitiæ quæ similes esse possint, Deinde eorum uitā & conuersationem nemo recte culpāre potest, & bonū consiliū uel ab illis solis petitur ne quid tentetur contra deum. Quæ gloria quibus quæso regibus contingit? Præterea si in spiritum respicias potentes sunt per Christum aduersum mundum, Satanaam, peccatum, mortem, ut nulla creatura sit quæ possit eos separare à deo. Et licet corā oculis carnis hæc potentia per formas crucis obscuretur, tamen uidebitur clare ubi impij de terra perditī fuerint, ut aliās diximus. Ideo additur, Iustitia eius quia dei est manet in seculum seculi, uicūq; à mundo ad tempus damnatur. Non sic iustitia hypocritarū, quæ ubi iudiciū dei senserit cōsistere nequit, & iudicata (quod hodie uidemus) uerbo dei confunditur.
- Lumen.** Exortum est &c. Id est, ubi alij in tenebris & errore pereunt, rectis, id est timentibus deum, exoritur lumen deus, qui est misericors & miserator & iustus. Nisi intelligas beatum illum uirum exoriri lumen alijs, quos deus uult rectificare & liberare à tenebris errorū, qui uir est misericors & miserator & iustus, nam, ut sequitur, miseretur pauperis, ad sicuti, errantis, & cōmodat illi suam operam. & infra, Disperdit dedit pauperibus, non misis & uiguly mortuorū, non pinguibus & crassis uentribus, & ociosis clericis. Iustitia eius manet in seculum seculi. Nam iste fructus iustitiæ agnosceretur in extremo iudicio, quādo dicetur, Esuriui & dedistis mihi māducare &c. Sic & Christus ad discipulos dixit, Vos estis lux mundi. Sicut cōmodamus indigenti panem corporis, ita quoq; erranti lucem quā dedit nobis deus:
- Sermones.** Disponet sermōnes suos in iudicio, id est, quia uoluntas spontanea est in mandatis dei, diriget quoq; omnes sermōnes suos in iudicio ut nihil loquatur nisi

tur nisi iudicium, id est, quod iustum & rectum est secundū uerbum dei. Et ideo ubi, quemadmodū dictum est, ita fuerit pium cor, pia opera, pij sermo- nes, non commouebitur ille beatus uir in æternum, id est, fixus in deo stabit. Non commo- dum impetunt eum omnes insidiæ Satanæ & mundi persecutiones. Nam in uebitur. memoria æterna erit cor am deo, deus nūquā eius obliuiscetur qui fidit eo, & si quādoq; ad tēpus oblitus uideatur. Ab auditione mala, id est, quando audierit sibi aliquid mali intentari non timebit, habet enim cor quod para- tum est sperare in dominum, ut cūq; acciderit, donec despiciat, id est, deor- sum uideat, ut scabellum pedum, inimicos suos, qui propter iustitiam eum persequuntur. Significat autē hæc oratio, ut alibi indicauius, donec uideat ultionem in inimicos suos, id quod fiet tandem, si non aliās, in extremo iu- dicio. Tunc cornu, id est, potentia eius (Psal. 17.) exaltabitur à deo in glo- ria. Quā gloriā & exaltationem uidebit impius & inuidebit, irascetur, tabescet doloribus suis. Sapientiæ. 5. Stabunt iusti &c.

Desiderium impiorum, id est, omnis conatus & studium eorū, omnis ex cogitata religio & adinuetiones, pecuniæ studiū, potentiæ & iustitiæ som- nium, conatus extinguendi Euangelij, peribit, ubi gloria apparuerit timen- tium deum. Epiphonema non contemnendum, ut nihil mouearis si quādoq; uideantur impij consequi quæ uolunt. Sic & prouer. 11. Desiderium iustorū tantū bonum, & expectatio impiorum furor. Vide & ista Psal. 36.

PSALMVS CXII.

Titulus. Halleluia.

S YMMMA. Laus deo ubiq; canitur & in cælo & in terra q; suos mira- biliter exaltat.

LAudate pueri dominū, laudate nomen do- mini. Sit nomen domini benedictū, amodo & usq; in seculum. A solis ortu usq; ad occasum lau- dabile nomen domini. Excelsus super omnes gen- tes dominus, super cælos gloria eius. Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat, & humili

lia respicit in caelo & in terra. Suscítans a terra inopem, et e stercore erigens pauperem. Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo matrem de filiis lactantem. In Heb. additur, Halleluia.

Pueri. Felix, serui. Quis sicut & c. Felix, Quis sicut dominus deus noster qui se exaltat ut habitet, qui se humiliat ut respiciat in caelo & in terra, id est, cum habitet in altissimis uel super omnia, tamen demittit se ut uideat quae sint in caelo & in terra.

*Peccatores
laudat deum.*

Pueri uel serui & humiles qui non sentiunt se nisi peccatores prouocantur hic spiritu dei, ut sanctificent nomen domini in omni tempore, in omni loco, in omnibus gentibus, quod is sit qui iam magnificetur a gentibus, id est peccatoribus, qui in Christo suo uenit, ut peccatores saluos faceret. Cuius licet gloria sit super caelos, id est super omnia, tamen ex eius misericordia comunicatur etiam infimis siue in caelo siue in terra, ut gloria dei etiam predicetur in terris. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei. Haec est autem gloria dei, de qua ipse solus gloriari potest, quod omnia fecerit, nos nihil, quam gloria hypocrite iustitiarum nosse non possunt, nempe quod non iustos, non diuites, non potentes & fertiles querit qui eius misericordia non indigent, sed in terra iacentes & in luto, afflictas conscientias, misericordis & peccatis pressos quos erigit, ut glorificet cum principibus populi, id est, ut faciat ex eis principes & potentes contra peccatum, mortem & inferos, et faciat doctores populi, Apostolos & predicatores, qui contemptissimi uidebantur, imò reges & sacerdotes aeternos in regno caelorum, qui erant a deo alieni in regno tenebrarum. Vt faciat gentilitatem, quae erat ante sterilis, & deo non pepererat filios per fidem & fructum salutis per charitatem, habitare in domo dei & ecclesia sanctorum, & exultare de filiis iam deo multiplicatis, quemadmodum Esaias propheta, ca. 54. ex quo citat Paulus, Gal. 4. Atque hic uides nihil aliud quam gratiam dei commendari in peccatoribus, qui soli deo gloriam arrogant iustificationis, & exultationis & c.

PSALMVS CXIII.

Titulus nullus in Heb.

SUMMA. Hic est hymnus exultationis de beneficijs liberationis ex Aegypto & introductionis in terram promissam, quae omnia in figura contingebant illis. Vnde benedictio dei hic praedicatur non solum super illū populū sed & super filios eius. Nos sumus semē Abrahāe & Israël per fidē. Vnde additur, Non mortui olim in deserto, item, non occisi per Romanos Iudaei, item non alij qui interierunt in sua infidelitate, item, non illi qui in peccatis suis mortui sunt, licet uiuant uita animali, laudabunt te domine &c.

IN exitu Israelis ex Aegypto, domus Iacob ex populo barbaro. Facta est Iudaea sanctificatio eius, Israel potestas eius. Mare uidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum. Montes exultauerunt ut arietes, & colles sicut agni ouium. Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis, quod conuersus es retrorsum? Montes, quod exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium? A facie domini mota est terra, a facie dei Iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarū, & rupem in fontes aquarum.

Facta est Iudaea. Felix. Factus est Iudas in sanctitatem eius, Israel potestas eius, id est, Tunc Iudam sanctificauit a quo propter regnum postea Facta est Iudaea &c. illic a deo constitutum omnes Iudaei dicuntur. Tunc Israelcm, id est, omnem illū populū, fortē fecit super omnes inimicos eius. Sanctificatio dei & fortitudo dei tunc erat in illo populo. Ita simplex sententia uidetur mihi hoc loco haberi, nam & sequentia indicant omnia deum fecisse. Non satis aptū mihi uidetur, quod ad sanctificationem templi referunt, & ad regnum decem tribuum magna potentia praeditum.

Historiā liberationis ex Aegypto subinde inculcat nobis scriptura, ut discamus Historiam liberationis ex Aegypto. certi quod oporteat moueri caelū & terrā, regna perire, mare & Iudaea &c.

exi axri, mōtes & omnes creaturas interire, antequā unus periret qui deo fedit, Mare, inquit, uidit uenientem Israëlem & fugit, id est, celsit & transitum præbuit, Jordanis in exordium sui fontis retrogressus est & fluere desijt, ut sicco transiret Israëli uestigio. Iosue. 3. Montes saltauerūt ut arietes, & colles sicut agni ouium, quod intelligunt de scopulis torrentis Arnon, Num. 21. qui quasi exultantes & salientes demiserunt se in torrentem & transmiserunt Israëlem. Hæc omnia (ne quid hic sibi homines arrogent) facta sunt propter præsentiam domini qui est deus Iacob. Qui præter naturam creaturam facit seruire fidelibus, ut etiā ubi opus est, petra durissima liquidam euomat aquam, Exo. 17. Nu. 20.

Alius Psalmus in Hebræo.

Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua & ueritate tua, nequando dicant gentes, ubi est deus eorū? Deus autē noster in cælo & in terra, omnia quæcūq; uoluit, fecit. Simulachra gentium argentum & aurū, opera manuū hominum. Os habent & nō loquentur, oculos habent & non uidebunt. Aures habent & non audient, nares habent & non olfacient. Manus habent & non palpabunt, pedes habēt & non ambulabunt, non clamabūt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnis qui confidunt in eis. Domus Israel sperauit in dominum, adiutor & p̄tector eorū est. Domus Aaron sperauit in dñm, adiutor & p̄tector eorū est. Qui timent dñm sperauerunt in dominū, adiutor & p̄tector eorū est.

Et in terra, non est in Hebræo, sed in Græco.

Natura propensa est in hypocrisim, ut sibi aliquid iustitiæ arroget, id quod est impium. Idcirco precandum, ut tale cor det, ut omnia illi firamus accepta, qui omnia facit, & gloriam non nobis, sed nomini suo det de misericordia, id est, beneficijs nobis prestatis, & ueritate sua, id est, promissionibus seruatis, ne fiat, ut ob ingratitudinē à deo derelicti, blasphement gētes deum nostrum, quasi non habeamus deum, qui ex earū manibus nos possit liberare, cū tamen deus noster sit in cælo, & faciat omnia quæ uult, & illarum idola mortua, nihil possint. Pereant surdi & excecati, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis, Domus autem Israël & Aaron, id est, Hebræi & leuiticum genus, & præterea omnes qui timent dominū, siue Iudæi siue gentes sperant in dominum uerum adiutorem & protectorem.

Quod impijs gentibus erāt imagines masculinæ & femininæ, & alia, Idola. hoc sunt nostris iustitiarum obseruationes traditionum humanarum, in quibus obseruatis sperant salutem, in non obseruatis desperant, Alius confidit in platta & cappa &c. Alius etiā in eo quod cedit, & in uentrem mittit & cacat, ut stercorariam habeat iustitiam, nisi Christo ita loquenti, non credas. Qui uero iustitiam nō sectantur, alia habēt idola, nempe auaritiam, ambitionem, fauores &c. à quibus tamen & illi non sunt alieni. Talia regnant hodie, & adhuc miramur gentium stulticiam gentibus gentiliores.

Alius psalmus in Hebræo.

Dominus memor fuit nostri, benedixit nobis. Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron. Benedixit timētibus dominum, paruīs cum magnīs. Adiciat dominus super uos, super uos & super filios uestros. Benedicti uos a domino, qui fecit cælum & terram. Cælum cæli domino, terram autē dedit filijs hominum. Non mortui laudabūt te domine, neq; omnes qui descendunt in infernū. Sed nos qui uiuimus benedicem⁹ dño, amodo & usq; in seculū.

In Heb. additur. Halleluia. Qui uiuimus, non est in Heb. tamen non est præter sententiam.

Dominus me-
mor benedicit

Ne quid uero nobis tribuamus, sed nomini domini tribuamus gloriã, hic gratia dei planè cõmẽdatur, Dominus, inquã, memor fuit nostri, recordatus scilicet neq; pctõrũ nostrorũ neq; meritorũ, sed misericordie suæ, & ueritatis suæ, ut diximus psal. 104. Et benedixit nobis. i. auxit nos suis donis, & in rebus externis & in illuminatiõẽ mētis siue iustificatiõẽ. Alioqui et in illis & in his mansissemus in nostra maledictione & impietate, quẽ admodũ manent quotquot à deo nõ benedicuntur per Iesum Christũ, qui est semẽ illud Abrahæ, in quo benedicendæ sunt cunctæ cognationes terræ.

Cœlũ cœli do-
mino.

Adjiciat &c. Bona imprecatio sp̃s est. Adjiciat siue addat adhuc dominus benedictionem suã super uos ò Israël & Aaron, & præterea quotquot timetis deũ, super uos, inquã, & super filios uestros, de quibus supra psal. 11. Benedicti sitis uos à domino, qui fecit oĩa, gubernat oĩa, cõtinet oĩa quẽ non norũt gentes & iustitiarij hypocritæ confidentes idolis suis mortuis & inuilibus. Fecit, inquã, cœlũ & terrã, sed cœlũ est domino cœli, id est, cœlũ sibi seruaui, qui dominus cœli est, terrã autẽ dedit filijs hominum. Gen. 1. Dominamini piscibus maris &c. Quam uero iniuste possideant terram, id est, creaturam sub cœlo impij, diximus psal. 8. Hinc clare consequitur, qd deus qui dedit homini terram, ut disponat de equis & asinis, ut aret & paret, quæ ad uictũ attinent, ut gubernet familiam suam & ciuitates, ut iudicet de rebus externis etiam gladio, & faciat, quicquid in manus uenerit modo non contra deum, qui dedit terrã, qd, inquã, ille deus non dederit tibi, ut disponas secundũ tuum iudiciũ de cœlis, de regno cœlorum, de rebus sp̃ritus, quæ ad iustitiam pertinent, unde speres salutem, quẽ etiam uides è cœlis pluere, emittere solem, tonare, ut uult. Nam hic dicit, nõ facias quod tibi rectum uidetur, sed omnia secundum uerbum meum. Væ ergo traditionibus humanis, quæ suis somnijs iustitiam dei & regnum cœlorum comparant, ignorantes de quibus affirmant.

Non mortui &c. uide supra in summa, & præterea in psal. 6.

PSALMVS CXIII.

Titulus nullus in Heb.

SVMMA. Liberatus ex horrenda tentatione horroris mortis & inferorum (de qua alibi diximus) hic gratias agit liberatori. Ex hac autem tentatione retrahit sola recordatio beneficij misericordie, nobis per deum præstitæ. Conuerte, inquã, anima mea &c.

Dilexi, quoniã exaudiet dominus uocẽ orationis meæ. Quia inclinauit aurẽ suam mihi, & in diebus meis inuocabo. Circũdederũt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Tribulationẽ & dolorem inueni, & nomẽ domini inuocabo. O dñe libera animam meam, misericors dñs & iustus, & deus noster miseretur. Custodiẽs paruulos dominus, humiliatº sum & liberauit me. Cõuerte anima mea in requiem tuã, quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam ex morte, oculos meos a lachrymis, & pedes meos a lapsu. Placebo coram domino in regione uiuentium.

*Verba hęc sunt fidei tentationes mortis & inferorũ experta, quæ gra-
tia agit q̄ non sit derelicta, ubi maxime derelictam se uidebat & nullam. Experta fides
Similia Christus passus est, ut diximus Psalmo. 21. Dilexi, inquit, id est, concupiui
dominum auxiliatorem, quoniã non dubium q̄ exaudiet inuocantem. Id quod potest & sic reddi ex Hebræo, Concupiui ut exaudiat dominus etc. Quod autem exaudiet didici etiã ex prioribus tentationibus, quia
inclinauit aurem suam mihi, ideo semper inuocabo. Subdit uero in qua necessitate fuerit, dicens, Circũdederunt etc. Psal. 17. Sed ego inuocabo sic, O
domine libera animam meam, id est me, misericors qui necessitatibus nostris cõdoles, & iustus qui defendis oppressos, & proculdubio deus noster
sic inuocantibus misericordiam præstat. Qui custodit paruulos, id est, suæ sapientie non innitentes & omnia deo ut patri committentes dum etiam
omnibus premuntur malis. Ego humiliatus sum, id est, detectus & multis malis adstrictus (nõ enim hic uirtutem significat uocabulum humilitatis) & liberauit me. Reuertere anima mea consolatione spiritus accepta ad pacem cordis, quia dominus benefecit tibi, tuis uiribus nihil hic referre potes acceptum. Quia eripuit te ex morte in qua in æternum mansisses desperata,*

oculos meos à lachrymis ne amplius fleant damnationem, pedes meos à lapsu ne porro ruant in mortem & inferos. Placebo coram domino tam receptus in gratiam etiã dum adhuc hic uiuo in terris, quemadmodũ alibi satis diximus de terra uiuentium &c.

PSALMVS CXV.

Hic Psalmus cum Psalmo præcedenti unus est apud Hebræos.

SV MMA. Vera fides loquitur quod sentit, iccirco magnos patitur insultus, ut hic uideamus quã nihil simus & dei benignitatem nos seruantis agnoscamus, ut nos illi permittamus, quicquid propinare uoluerit, ut ita seruis testemur coram tota ecclesia fidem quã corde tenemus.

Credidi, propterea locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Ego autẽ dixi in stupore meo, omnis homo mendax. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicẽ salutaris accipiam, & nomẽ domini inuocabo. Vota mea domino reddam coram omni populo eius, preciosa in conspectu domini mors sanctorũ eius. O domine ego seruus tuus, ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ. Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomẽ domini inuocabo. Vota mea domino reddam coram omni populo eius, in atrijs domus domini, in medio tui Hierusalem, *In Heb. additur. Halleluia.*

Christianus affectus & uita quæ est in cruce hic describitur, Credidi, inquit, corde & propterea confessus sum & prædicaui illud quod credidi, secundũ illud, Corde creditur ad iustitiã, ore autẽ confessio fit ad salutẽ. Hypocritæ uero loquuntur quod nõ credunt, i. quod ignorãt, licet maxime de

fide gloriantur. Verum hæc fides & confessio magnos patitur insultus, & crucem cogitur ferre persecutionibus & horrendis tentationibus ad desperationem etiã usq; uel uitæ corporis, uel salutis animæ, ut Psalmus quoq; superior dixit. In qua ecstasi siue, ut est in Heb. præcipitatione, uidet homo uanitatem esse & mendacium & hypocrisim & stulticiam, quicquid est hu mani conatus, etiam cum caro in speciem optima & sanctissima molitur, secundũ illud Esaiæ, Omnis caro scænum &c. ut solus deus maneat uerax, quemadmodũ ait Pãulus. Tunc apparet mendacium esse, quicquid humanæ cogitationes nobis sinxerunt de libero arbitrio, & de uiribus humanis & iustitijs carnis. Quæ tentatio uilis est nouis spiritibus, ut discant non confidere in se.

Liberatus uero dicit, Quid retribuam domino liberatori & benefactori cum nihil habeam, nihilq; ex me possim? Calicem salutis uel saluationũ, id est, quicquid dominus mihi propinauerit, accipiam, sicut de calice dictũ est Psal. 15. Hoc est, totum me illi permittam, & eum inuocabo, ne amarum bibendo calicem deficiam. Sic de sua passione Christus dixit ad Petrũ, Calicẽ quẽ dedit mihi pater, nõ uis ut bibam illum? Vocat autẽ calicẽ saluationum, quia per crucem itur ad gloriam, dum certi sumus q; nihil nobis accidit mali, nisi bona uoluntate patris, qui per hoc operatur gloriam nostram, vota mea, siue, ut ita dicam, deuotionem meam, id est, fidem meam, quam corde teneo, testabor confitendo & prædicando & persecutionem patiendo ad gloriam domini, coram omni populo dei, ut glorificetur deus, & exemplo meo confortetur populus, ne sim scandalo uerbo dei, si tacere cœpero, uel si coram hominibus nega uero, quod credidi. Nihil refert, si etiam calicem bibendo, & uota hæc reddendo, in mortem quotidie tradar, & damnentur omnia mea, nam mors & mortificatio sanctorum dei, est preciosa in conspectu domini, ut cunq; nostra crux à mundo derideatur, & turpissima uideatur. Nihil ergo est, ut hoc loco tuum calicem & patenam somnias, aut tus uota monastica, ut & Psal. 21. diximus. De fide hic agitur & fidei confessione, & cruce quam deus nobis imponit, ut cum Christo occidamur, sicut & sancti propheta &c. Quam crucem mundus pro maledicto habet, sed deus ei benedicit, ut sit preciosa coram eo mors sanctorum eius, id est, illorum qui credunt in eum.

Ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ. Vide Psal. 85. De hostia siue sacrificio confessionis uel laudis, Psal. 21. & alibi. Quod uero dicit, In atrijs &c. nihil aliud est, quàm quod dixit, Coram omni populo eius. In atrijs domus

Calix salutis.

domini, id est, in ecclesia sanctorum, ubi dominus habitat, in medio tui Hierusalem, o ciuitas sancta, id est, ecclesia dei uiuentis, in qua sancti inhabitant &c. secundū illud, Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est, Et qui me confessus fuerit coram hominibus &c.

PSALMVS CXVI.

Et hic Psalmus apud Heb. precedenti annectitur.

SUMMA. Psalmum hūc interpretatur Paulus, Ro. 15. docens, q̄ gentes ex sola misericordia honorant deum. Iudæi autē etiā ex promissionibus.

Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Quoniā confirmata est super nos misericordia eius, et ueritas domini manet in æternum. In Hebræo additur, Halleluia.

Hic singula singulis redde. Laudate dominum omnes gentes, quoniam confirmata est super nos misericordia eius. Gentes enim quæ non habebant oracula dei (ut Iudæi) ex sola misericordia acceperunt salutem. Iudæi etiā exigere potuerunt salutem, quia tenebant promissiones & eloquia dei, ut dicitur Rom. 3. Vnde hic, Laudate, inquit, eum omnes populi, id est, Iudæi, (qui tūc populi solū appellabātur, cæteris ut immūdis relictis, uide Psal. 2. quia ueritas promissionū & testamenti dei manet in æternum, Vides tamē q̄ neq; gentes, neq; Iudæi de meritis suis gloriantur, illis ex sola misericordia præstitit gratiam, his etiā promisit, sed non propter ipsorum merita, imò ex eadem misericordia &c.

PSALMVS CXVII.

Titulus nullus in Heb.

Psalmum esse de Christo notum est ex Matth. 21. ubi ipse Christus citat, Lapidem quem reprobauerunt &c. Et Petrus quando dicit, Act. 2. Dextera igitur dei exaltatus &c. & 5. Hunc principem & saluatore deus exaltauit dextera sua &c. uidetur respexisse ad uersum, qui est in hoc Psalmo, Dextera domini fecit uirtutē, Dextera domini exaltauit me &c. Præterea in hoc psalmo est felix illa acclamatio puerorum, in die palmarum triumphatori nostro acclamantium, Obsecro domine salua nunc, Obsecro domine bene prosperare nunc, benedictus qui uenit in nomine domini.

SUMMA. Christus ergo cum sua ecclesia liberata à morte, gloriatur de die resurrectionis, qui est æternus, siue de nouitate uitæ ad æternitatem, dicens, Confitemini &c.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc domus Israel quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc domus Aaron quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicant nunc omnes qui timent dominum quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. De angustia inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudinem. Dominus mihi adiutor, & non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Melius est confidere in dominum, quam confidere in hominem. Melius est confidere in dominum, quam sperare in principes. Omnes gentes circumierunt me, & in nomine domini uindicauit in eas. Circumdantes circumdederunt me, & in nomine domini uindicauit eas. Circumdederunt me sicut apes fauam, et exarserunt sicut ignis in spinis, et in nomine domini uindicauit in eas. Impulsus euersus sum ut caderem, et dominus suscepit me. Fortitudo mea et laus mea dominus, et factus est mihi in salutem. Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum.

Dextera domini fecit uirtutē, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit uirtutem. Nō moriar sed uiuam, & narrabo opera domini. Castigās castigauit me dominus, sed morti nō tradidit me. Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor domino. Hæc porta domini, iusti intrabūt in eam. Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.

Quoniam bonus, in Hebr. eo tantū est in primo uersu, & non in sequentibus, vindicauit in eas. Felix, Perimam illas. Fauum, non est in Heb. ut sit similitudo ab apibus impetentibus hominem. Et exarserunt. Fe. Extinctæ sunt sicut ignis spinarū. Subito incenditur & crepat ignis spinarum, quasi omnia consumpturus sit, & subito rursus extinguitur, nam ubi folia carpserit in ipsas spinas succi plenas nihil potest.

Impulsus euerfus sum. Felix, Impellens impulit me (scilicet aduersarius populus gentium.)

Misericordia
cōmendat nobis
deum.

Opinio iustitiæ & meritorum humanorum blasphemia est in deum, sola autem miseria humana experta dei benignitatem commendat & magnificat dei bonitatem & misericordiam. Eleganter uero dicit, De angustia inuocauit dominum, & exaudiuit me in latitudinem, id est, ut ex angustia educeret me in latitudinem. Vide psal. 17.

Fiducia humana
& timor
uana sunt.

Dominus mihi adiutor &c. Sicut omnis fiducia in homines uana est, ita quoq; omnis timor humanus uanus est. Homines enim ut adiuuare non possunt, ita neq; nocere, Omnes gentes, id est, quotquot sunt ignorantes dei, impetunt quidem, ut Iud. ei Christum, sed tandem uirtute coguntur iacere sub pedibus nostris, ubi deus uoluerit sese prodere suo in eas iudicio, aut ubi glorificauerit nos cum Christo, ut dictum Psal. 109. Vnde hic ait, Christi consortium. fortitudo mea, per quē uinco & uindico, & laus mea siue canticum meum, quem laudo, & cui gratias ago, est dominus, qui factus est mihi salus & liberatio æterna. Idcirco uox gratiarum actionis & liberationis auditur, ubi iusti habitant, qui predicant Euangelium, id est, dei misericordiam & bonitatem, quemadmodū Psal. cæpit, Confitemini, dicat nūc &c.

Quia dextera domini exercuit suā potentia, dextera domini glorificauit me, quem manus impiorū subuertere & occidere uoluit. Atq; ita prædicatur gratia, dum dominus omnia fecisse dicitur, & liberalisse & glorificasse, ubi oīa erant desperata. Impy uero de dextera sua gloriantur, sed ea repleta est iniquitatibus & muneribus, Psal. 25. & sanguine, Esa. 1. Non ergo moriar, quemadmodum aduersarij uoluerunt, sed uiuam, & prædicabo alijs, non opera hominū, Psal. 16. sed opera dei, ut dictum, quemadmodū Psal. 9. dicitur, Qui exaltas me de portis mortis, ut annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Castigans quidem castigauit me dominus, non hostili manu, sed paterno flagello, licet per Satanam & iniquos, sed morti non tradidit me. Sic flagellat omnem filium, quem recipit, & oportet pati, ut ita intremus cum Christo in gloriam, Heb. 12.

Aperite mihi portas iustitiæ. Ista oratio significat, ac si dicas, *Aperiatur Regnum iustitiæ aperiatu*
 mihi port. e iustitiæ. Det deus gratiam, ut iustitia dei manifesta fiat mundo, *tiæ aperiatu*
 qui adhuc tenetur intra portas & ciuitates mortis & tenebrarū. Est autē *nunc.*
 iustitia dei per fidem, qua sola iustificamur & exaltamur e portis mortis.
 Ingressus, inquit, in eas confitebor domino, prædicabo & confitebor gratiam dei & sanctificabo ita nomen eius. Vnde addit. Hæc porta siue hæc ciuitas est domini, iusti, id est, soli credentes intrabunt in eam, ut illic crescāt in regno lucis & claritatis filij dei. Illic laudabo te in ecclesia magna, Psal. 21. & 39. quonia bonitate & misericordia exhibuisti mihi, qua prædicatio est Euangelij sancti. Id quod dictū est quoq; Psal. 110. Cōfitebor tibi domine in toto corde meo, in cōsilio iustorū & cōgregatiōe magna opa domini etc.

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli. A domino factū est istud, & est mirabile in oculis nostris. Hæc est dies quā fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. O domine salua nunc, o domine bene prosperare nūc, benedictus qui uenit in noīe domini. Benediximus uobis ex domo domini, deus dominus & illuxit nobis. Constituite diem solennē in condensis usq;

ad cornua altaris. Deus meus es tu & confitebor tibi, deus meus es tu & exaltabo te. Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutē. Confitemini domino quoniā bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

versus, Confitebor tibi quoniā &c. hoc loco in Heb. non est, sed supra.

- Fabulæ.** Hic declaratur, quæ sit leticia Christi & populi dei in hoc psalmo, nēpe de Christo glorificato, & regno cælorum erecto. Omitto uero hic fabulam & mendacium de lapide reprobato, quando edificabatur templum Salomonis, quæ omnino similis est farinæ cum eo mendacto, quod impudētes homines finxerūt stupidis, stultis & excæcatis auditoribus, de reprobato primum ligno sanctæ crucis, quæ mēdacia & similia oportuit nos suscipere, quia dilectionem ueritatis, non suscepimus, ut salui fieremus. 2. Thess. 2. Primum, uideamus quid hoc loco uelint uocabula, Lapidē & edificantes. Aedificantes in scripturis dicuntur doctores, qui doctrina bona debēt edificare populum, sicut destructores uere sunt, qui prauis doctrinis homines corrumpunt. Esai. 49. Venerunt structores tui, destruētes te & dissipantes a te exibunt. Sic. 1. Corinth. 3. Dei edificatio estis, unusquisq; uideat quo modo superædificet, & 10. Omnia mihi licent, sed nō omnia edificant, &
- Lapis.** 14. Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem &c. Lapis autem de quo hic dicitur, est Christus, quem Paulus petram uocat. 1. Cor. 10. Esai. 48. lapidem offensionis, petram scandalī, Daniel lapidem abscissum de monte sine manibus, qui impleuerit totum mundum.

Reprobauerunt. Hunc lapidem reprobauerunt edificantes, id est, legis doctores & pharisæi, qui quāuis erant destructores (quid enim edificaret abiecto isto lapide) tamen nomine edificantium, id est, honorū doctorum sese uenditabant. Reprobauerunt, quia iustitiam non per Messiam, sed per opera docuerunt, cū tamen de illo dictū esset, In semine tuo benedicetur cum tæ cognationes terre. & Esai. 53. In cognitione sui iustificabit ipse iustus seruos meos multos, & iniquitates corū ipse portabit Sic & hodie qui uolūt esse edificantes, ædificāt super arcuā nō super istū lapidē uari stulti, dum docēt iustitias humanas, negantes ipso factō & doctrina Christum esse iustitiam nostram, sanctificationem, sapientiā, redemptionē, quæ uana nomina ei relinquunt.

illiusq; adeo reprobum duxerunt hunc lapidem, ut tandem adegerint in crucem. Nostri quoq; ultimo dignos supplicio iudicant, qui contra phariseas traditiones docuerint in solo isto lapide edificandum, quem secundū Esaiam dominus ponit in fundamentis Sion, & prater quem, ut ait Paulus, nemo aliud fundamentū ponere potest. Sed deus ita sua misericordia & iudicio ordinavit, ut qui crediderit in hunc lapidem, non confundatur, & qui non crediderint, impingant, offendantur & cadant, Esa. 8.

Hic factus est in caput anguli, lapis angularis, coniungens duos parietes, faciens utraq; id est, Iudæos & gentes unum, ablato inimicitiarum pariete, lege mandatorum, quæ erat in decretis, qui paries separabat Iudæos à gentibus, ut hoc ablato, in quo uane gloriabantur Iudæi, uiderent & agnoscerent se esse æque ac gentes peccatores, ut hic lapis condat siue ædificet duos in semetipsum, in unum nouum hominem, ut facta pace reconciliet ambos in uno corpore deo per crucem, id est, per istam impiorum doctorum reprobationem (quod admirandum est dei consilium.) Nam nunc per ipsum Christum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem, ut sacerdotes deo per Christum sacerdotem accepti, ut hæc legis Ephe. 2. Vnde consequitur, q̄ nos gentes non sumus amplius abalienati, ut ante à republica Iacob siue Israël, à semine Abraham, à testamentis & promissionibus dei, à populo Sion & Hierusalem, sed prope facti sumus per sanguinem crucis Christi, & ciues sanctorum & domestici dei, super ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum, sanctum in domino, ut totum templum portetur ab isto uno lapide, qui in fundamento est, & lapis angularis est, non est enim in alio salus, & nos ut lapides uiui super ædificati mutuo nos uiuemus & portemus super istud solidum stabileq; & æternum fundamentum. Vides itaq; quanta gloria Christi quanta dignitas & Iudæorum & gentium secuta est post illam ædificantium reprobationem. Sinamus ergo & hodie illos reprobare hunc lapidem, qui est solus dei iustitia, uidebimus dei mirabilia, non est manus domini abbreviata.

Sic & Petrus hunc locum exponit, dum dicit ad ædificantes illos qui populi principes erant, & qui seniores & scribæ in Hierusalē & sacerdotes, Act. 4. Hic est lapis qui reprobatus est à uobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in alio aliquo salus, Nec enim aliud no-

men est sub cælo datū hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, Desinat ergo furere, qui nolunt nos ex sola in Christū fide iustificari, non nostra doctrina est, sed prophetarū, Christi, Apostolorum, cui spiritus dat testimonium in cordibus credentium, dum interim iustitiam illi in omnibus incerti aberrant à uero, Vide ista pr. eclare in Epistola Petri prima, cap. 2.

A domino factum est istud, ut reprobatus ille lapis fieret caput anguli, potentia certe dei hic in Christo declarata est resurgente, Ro. 1. Ephe. 1. & misericordia atq; bonitas in nobis liberatis ex regno mortis & tenebrarum & introductis in regnum lucis & claritatis filij sui Et est mirabile in oculis nostris, quia caro talia capere non potest, & spiritus non desinit admirari, sunt enim talia in quæ, ut ait Petrus, desiderant etiam angeli prospicere.

Hæc est dies
&c.

Hæc est dies, scilicet, postquam hic lapis ante reprobatus factus est in caput anguli, quam fecit dominus. Magna huius diei prerogatiua, q. facta à deo scribitur, qui fecit omnes dies, sed hanc singulariter fecit, ut sit æterna, & nunquam ut alij dies declinet in noctem. Ita enim fecisse hanc diem dicitur, quemadmodum supra dixit, A domino factum est istud. Est autem tempus gratiæ, tempus nouæ uitæ, tempus resurrectionis, tempus auxilij dei & exauditionis, tempus exultationis & lætitiæ æternæ, quia filij dei & heredes facti sumus, præcipitata morte & peccato in sempiternum, & ablato opprobrio nostro & lachrymis, ut dicitur Esaiæ. 25. De quo tempore & Esaiæ. 49. In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxilia tus sum tui. Et in Psalmo, Hodie si uocem eius audieritis &c. Hinc nunc illud prosperum Hoschiana siue Osanna, id est, salua obsecro, spiritus Christi clamat pro nobis, & nos cum pueris illis per Christum deo acclamamus, dicentes, O domine salua nunc, ô domine bene prosperare, & prosper nobis esto nunc. Nunc enim est, ut interpretatur Paulus, tempus acceptum & dies salutis, reuelato Euangelio, quod erat ab æterno absconditum. Benedictus sit qui non in nomine suo, sed domini uenit, ut benedictionem afferat omnibus gentibus.

Benediximus
uobis.

Et nos benedicti à benedicto, benediximus, id est, salutem per Euangelium nunciauimus ex domo dei, ex regno lucis, in quo nunc habitamus, benediximus, in quâ, uobis, quibus dicitur in Psalmo, Cōfitemini domino, quoniã &c. Deus dominus & illuxit nobis, id est, reuelauit se nobis per Christum suum, in hac die & tempore lucis. Idcirco facite diem solēnem, diem hanc, quam

quam fecit dominus, festiuam reddite, sabbatum illud sempiternum deo agite, quod soli norunt credentes. In condensis, id est, frondibus & coronis, quemadmodum in scenophegijs olim fiebat. Qua figura significatur leticia & gaudiū spiritus, de quo dixerat, Exultemus & letemur in ea. Et hoc usq; ad cornua altaris, id est, non iam extra templum, ut scenophegia fiebant, sed in templo atq; adeo per totum templum, ut ubiq; per totum dei templum, quæ est ecclesia sanctorum & (ut supra dixerat) domus domini, ubi est benedictio, & unde benedicimus alijs, sit festa sempiternaq; leticia.

Prophete libenter alludunt ad res externas & iucundis figuris ludunt, dum spiritualia describunt, Idcirco & hic quando dicitur, Usq; ad cornua altaris, significatur, per totum templum, quasi dicatur de templo Hierosolymorum, & de altari, cuius anguli supremi cornua uocabantur, Exo. 38. cum tamen de illo non dicatur, nisi etiam ex lapide & capite anguli externas res facere uelis. Felix autem ex Iudæicis commentarijs (ut indicauit mihi noster Aurogallus) sic legit, Vincite agnum funibus usq; ad cornua altaris, & respexit in oblationem agni, quæ in festis fiebat in templo, quod utcumq; posset trahi ad Christum, nisi non bene quadraret, ut dicatur iste agnus uinciri funibus post glorificationem. Et Chaldaica translatio habet, interprete eodem Aurogallo, Vincite uinculis agnos ad diem festiū, ubi agnos additum est, quod non est in Hebræo textu, Ut uel hoc uno loco uideas, quàm non deceat relinquere, quod uerbum dei manifeste dicit, & adherere commentarijs humanis, propter sententiã, quæ tibi magis arridet. In Hebræo proprie uocabulum, quod ponitur, significat diem solennem siue festiuitatem. Id quod hic cõuenit quoq; quando & supra legis. Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus & c. Siue ergo nunc legas, Vincite diem solennem condensis, ut alludatur ad frondes, siue, Vincite diem solennem funibus, ut alludatur ad suspensa tapeta uel suspensas frondes, illa sententia manebit, quã diximus, nisi forte quid melius hic uideas, Nam ut certus sis de quo festo dicat, addit, Deus meus es tu & c. nempe de confessione & glorificatione dei, quia bonus & misericors est in æternum, Amen.

PSALMVS CXVIII.

Titulus nullus in Hebræo.

Hebræi habent uigintiduas literas, & in hoc psalmo sunt uigintiduo octonarij, quorum siguli per omnes uersus ab una literarum incipiunt, ut

Octonarij. scias hic cōtine. i. quicquid usquā est sacrarū literarum siue scripturarum, quod ad hominis atinet perfectionem. Deinde & octonarium numerū ad resurrectionem referre licet, q̄ Christus octaua die resurrexerit, & dies resurrectionis siue tempus illud gratiæ, de quo diximus psalmo superiore, non pertineat ad hos septem mundi dies, qui uergunt in noctem, & quandoq; cessabunt esse dies. Nam illorum hic sunt uoces, qui cum Christo resuscitati, discunt in nouitate uitæ, non secundū mundi elementa coram deo ambulare.

Per duo intelligitur psalmus

Intellectus à deo psal. 31.

Hic psalmus cuiusq; potius meditationi relinquendus est quàm exponendus superuacaneis uerbis. Sunt tamen duo per quæ intelligitur. Alterum, ut scias hic rogari deum, ut uelit nos ducere, docere & retinere in uia sua, præcepto, lege & uerbis. Alterum, ut scias quoq; deum hic rogari, ut ubi de salute nostra agitur, custodiat nos à doctrinis hominum & traditionibus. Idcirco semper hic habet Emphasim pronomen Tuus aut simile, ut lex tua, uia tua, testimonia tua, iustificationes tuæ &c. ut antithesi semper cogites te abominari leges, uiam, testimonia, iustitias, iudicia humana, quæ cum diuinis ex diametro pugnant. Caro enim non intelligit quæ dei sunt. Et uideamus nos crassissime esse seductos sub specie quasi sanctitatis, dum secuti sumus iudicium carnis, id est, sensum humanum siue rationalem hominē. Quicquid humana prudentia fit in re salutis, id tibi semper suspectum esto. Vult enim deus, ut se sequamur, non nostra consilia, quemadmodum Abraham secutus est eū, nesciens quo iret. Vnde hic subinde dicitur, Doce me iustificationes tuas. Viam uero dirigantur uia meæ ad custodiendās iustificationes tuas. Viam iustificationum tuarum instrue me &c. ut interim erubescant, qui putant se omnia scire, & omnium uolunt esse magistri, & à nullo moneri, cum uideamus sanctos sic semper orare, quasi nihil scierint, semper peccatores fuerint, semper errauerint, id quod in fine sic dicitur, Erraui sicut ouis &c. facile aberras imò peris lupis obiectus, nisi assidue te ducat pastor, & doceat magister deus per Iesum Christum dominum nostrum.

De uerbis perfectionis.

Porro si quandoq; hic uerba perfectæ conuersionis inuenis, ut est illud, Seruauī mandata tua & testimonia tua, quia oēs uia meæ in conspectu tuo, uide ne immutes uerba spiritus, uerum cogita quid deo debeas, & ingemisce, q̄ in te non inuenis, quod dicis. Atq; ita dum non potes uere hoc tibi coram deo asserere, uere tamē poteris in his uerbis offerre deo sacrificiū contriti cordis. Non tamē uideo, cur qui fide iustificatus est, ista non uere dicat, nisi nihil damnationis sit ijs qui sunt in Christo Iesu. Verū hæc suis locis.

In hoc psalmo istæ uoces intersperse sunt, & lucent ut sidera in cœlo. Lex uia &c. lo, lex domini, uia, testimonia, mandata, iustificationes, iudicia, iustitia, sermones, eloquia, uerba, mirabilia, ueritas, ordinatio, quæ omnia firè in idè tendunt. Significant enim dei bene placita, & quicquid deus uel comminatur uel promittit. facile fuerit quodq; suo loco discernere quid uelit.

Primi tres uersus quasi titulus sunt totius psalmi. A quarto autem uersu usq; in finem totius psalmi, pius & spiritualis homo ad deum loquitur.

Aleph N

BEati immaculati in uia qui ambulāt in lege domini. Beati qui scrutātur testimonia eius, in toto corde exquirent eum. Non enim qui operantur iniquitatem, in uis eius ambulauerunt. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Utinam dirigantur uix meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar, cum respexero in omnia mandata tua. Confitebor tibi in directione cordis in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ. Iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas usquequaq;.

Scrutantur, id est, diligenter obseruant. *Ec. Custodiunt. Non enim &c. Beatitudo fit in deum.* Felix, Non enim operati sunt iniquitatem &c. quæ alia sententia est quam nostra. D. Martinus tamen transtulit, ut nos legimus.

Beatitudinem tribus primis uersibus longe aliter quam sapientes mundi, ut psalmo primo diximus, describit. In reliquo uero psalmo postulat, ut hanc beatitudinem apprehendat, & ad finem usq; sequatur, ne cum operarijs iniquitatis, extra dei uiam aberrat, & abijciatur, Beati, inquit, nō abundantes rebus, honore, uoluptate, fauore hominum, corporis sanitate, sed

immaculati in uia, id est, cōuersione, qua pergūt & coram deo & coram hoibus. Ista beatitudo est fides, quæ purificat corda, ut diximus psalmo. 14. Est enim uocabulū Hebræū *Themimim*, qd' nos legimus immaculati, quasi dicas, integri siue perfecte sani, Credentibus enim nihil deest, Habent enim iam per Christum omnia, & sanam doctrinam fidei sequentes, nihil admittunt humanorum figmentorum, unde ista integritas minuatur. Qui autem

Testimonia. sic sunt immaculati siue integri fide, illi ambulant in lege domini, Scrutantur uel custodiūt testimonia, id est, mandata dei, quæ ipse qui ueritas est proprio ore testatus est. In toto corde non ore solum aut hypocrisis operum exquirunt eum, Non operantur iniquitatem (ut Felix habet) quia operantur omnia ex fide, In uis dei ambulant. Ista omnia potest fides, sine qua impossibile est facere legem, quæ cor requirit & cordis affectum, Contra, qui operantur iniquitatem (ut nos legimus) non ambulauerunt in uis eius, Arbor enim ex fructu hic cognosci debet. Neq; hic solum de fructu loquor, qui ab alijs dijudicari possit, sed etiam & multo amplius de eo qui latet, qui est amor sui, contemptus dei, & omnium quæ dei sunt, utcumq; pietatem simul let, nisi q; hic affectus, ubi spiritus dei nō innouauit cor, adeo profundus est, ut à carne deprehēdi non possit hypocrisis. Prauum enim est cor hominis, dixit Hieremias, & inscrutabile nisi per deum. De operarijs iniquitatis diximus alibi sepe. Rata est sententia, Quicquid non est ex fide, peccatū est, hoc est, ubi non est illa fidei integritas siue sanitas, de qua diximus, illic non potest non regnare peccatum.

Tu mandasti &c. Vis o domine & præcipis tua mādata custodiri nimis uel multum, sed ego non possum hic respondere tuæ uoluntati, Hypocritæ autem suis uiribus non solum hæc se putant posse implere, sed etiam multa alia addere, quæ præcepta non sunt, & non uident cordis sui prauitatem. Idcirco non cessabo desiderare in conspectu tuo. Utinam dirigantur & recta incedant uia meæ, id est, affectus cordis mei & omnis conuersatio mea, & non seducantur aliena doctrina, alienis mandatis, alienis iustificationibus, id est, fictis & mendacibus, ut possim custodire iustificationes tuas, id est tuam uoluntatem siue mandata, quæ non seruātur, nisi à iustificatis per te, proprie autem iustificationes dei sunt uerba promissionū eius, quibus creditis, à deo iustificamur, quemadmodū mendacijs creditis, damnamur, uide ita accipi nonnunq; mandata, psal. 104. Qui sic orat, certe sentit, quid deus exigit à nobis, & agnoscit suam ex se damnationem, non tamen ignorat unde petat salutem, ut spiritu accepto satisfaciat legi siue diuine uoluntati

Iustificatiōes.

ii. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiam &c.

Tunc non confundar in conspectu tuo, & sanctorum angelorum & pi-
orum hominum, atq; adeo etiam tandem in conspectu impiorum, ueritas enim
in aeternam latere non potest, cum respexero in omnia, quae tu praecipisti, con-
temptis mendacis humanarum traditionum, quae qui ad salutem, ut sentia-
unt, sequuntur, non confundi non poterunt, ubi tuo iudicio & spiritu ire
tuae in eos sufflaueris, Esa. 40. Tunc confitebor tibi & glorificabo te, dire-
ctis à te uis meis, rectificato per te corde meo, non hypocritico corde, quan-
do tu docueris me iustificationes tuas, siue iudicia iustitiae tuae, id est, ea quae
tuo iudicio siue aestimationi diuinae domini probantur, quae certe sunt iudi-
cia iustitiae, iusta & iustificantia, quae nemo potest intelligere, nisi deo reue-
lante & docente, ut simus deos. *Iudicia iustitiae dei.*
Nisi enim intelligas dei uoluntatem,
ut scias quid ab ipso rectum iudicetur, unde iustificeris, non poteris confite-
ri ei recto corde, iudicia humana in re salutis, id est, quae ipsis hominibus re-
cta iudicantur ad salutem, non sunt iudicia iustitiae, sed iniquitatis & infi-
delitatis, quibus seducaris & erres. Nō enim uult deus, ut hominum, sed ut
sua sequamur iudicia.

Iustificationes tuas custodiam, si tu me non dereliqueris ab omni parte,
quid enim sine te potero facere. Confundantur hic qui liberum arbitrium
iactant & uires humanas. Dereliquit etiam deus sanctos suos in poenis, in-
tentationibus, in persecutionibus, ut uidetur, sed non dereliquit eos nimis
uel usquequaq; probat enim eos, ut aurum in igne, non abijcit, Dereliquit
autem nimis, quos in tentatione siue extra tentationem tradit suis affecti-
bus, ut uel terrore uel cupiditate deum abijciant, sicut de illis dicitur alibi.
Et dimisi eos secundum desideria cordis sui, ibunt in aduersionibus suis. Id
quod hic orat, ne fiat, fiet autem ijs qui sibi fisci, nihil tale uerentur.

Beth. 2

IN quo corriget adolescentior uiam suam: in cu-
stodiendo sermones tuos. In toto corde meo exqui-
siui te, ne repellas me a mandatis tuis. In corde meo
abscondi eloquia tua ut nō peccē tibi. Benedictus
es domine, doce me iustificationes tuas. In labijs

meis enunciaui omnia iudicia oris tui. In uia testimoni-
 orum tuorum delectatus sum sicut in omni-
 bus diuitijs. In mandatis tuis exercebor & consi-
 derabo uias tuas. In iustificationibus tuis medita-
 bor, non obliuiscar sermones tuos.

Ne repellas me. Felix, Ne facias me errare. Meditabor uel delectabor se-
 cundū Felicem.

Emendatio ado-
 lescentis.

Sensus & cogitatio humani cordis in mala prona sunt ab adolescentia
 sua. Nihil ergo boni inuenies in natura. Quomodo ergo emendabit adoles-
 cens uiam suam? Respondet. Tunc corriget uiam suam, quando susceperit
 sermones tuos. Heu quanta miseria, si incidit in traditiones humanas, dñ
 uult emendare uitam, qua sentit se in cōscientia grauari, nisi rursus Euan-
 gelica ueritate retrahat eum diuina misericordia.

In toto corde
 meo &c.

In toto corde meo &c. Qui in carcere est, aut submersionis periculo,
 toto corde clamat & desiderat liberari, neq; aliquis deum toto corde ex-
 quirat siue inuocat, nisi ita suam sentiat necessitatē, siue pro se siue pro alijs.
 Ne ergo putaueris esse gloriationem indignam coram deo, dicere, In toto
 corde meo exquisiui te. Ipsum periculum te docebit in his uerbis nihil esse
 hypocriseos. Quod igitur periculum hic? Ipsa uerba satis declarant. Nul-
 lum sentiunt grauius periculū sancti, quā q; uident uerba dei, quae suscep-
 runt impugnari iugiter à prudentia carnis suae, nondum plene mortifica-
 ta, à mundo, à Satana, omnibus impietatis argumentis in occulto, & praes-
 terea blandicijs, & cruce in manifesto, quotquot enim pie uolunt uiuere in
 Christo, persecutionem patientur, & hic timent, ne perdant quod diligunt
 super aurum & topazium, super mel & fauum, Sciunt tamen fide se perde-
 re non posse, deo seruante, sed rursus timent sibi, dum sciunt multos dei
 iudicio decidisse, qui sibi aliquid uidebantur. Dicunt ergo, In toto corde
 meo exquisiui te, ne repellas me à mandatis tuis, ne derelictus à te abijcatur
 in operationem erroris, ut credam mendacijs hominum, te enim non repel-
 lente, uentus & uanitas sunt omnes aduersariorum impugnationes, blan-
 ditie, minae, & species illa fictae pietatis & sapientiae.

In corde meo, non in libro aut scientia siue memoria, solum ad hoc, ut
 gloriarer in conspectu tuo, quasi aliquid essem praes ceteris, si hypocrisim

operum sequeretur, ut phariseus ille in Luca, uel ut coram hominibus iactare
possem me aliquid scire, & legisse doctorem, sed ad hoc in corde meo ab
scondi uerba oris tui, ex quibus tua uoluntas cognoscitur, ut non peccem
contra te, ut non admittam quod tuis uerbis aduersetur, utcumq; ego pec-
cem contra humanas traditiones propter uerbum tuum, quod preferendū
est etiam omnibus angelis.

Verum hic semel moneo rudem lectorem, cum damnamus traditiones **Traditiones**
humanas, illas nos damnare, quas damnat omnis scriptura, nempe phari- **damnate.**
saicas & Antichristianas, id est, omnes illas, quæ sine uerbo dei uolunt li-
gare conscientias hominum, quæ secundū Paulum sunt doctrinæ dæmo-
niorum &c.

Benedictus sis tu domine &c. Abscondi quidem eloquia tua in corde
meo, suscepi quidem uerbum tuum, sed nisi tu, qui es omnis benedictionis
auctor, benedixeris mihi, non augebitur hoc uerbum siue hæc eloquia tua in
me, non intelligam, imò amittam, quandoquidem hanc gloriam tibi seruas,
ut sis unus magister noster in cælo, id est, in ihs quæ salutis & spiritualia
sunt. Caro & sanguis hic nihil reuelat. Quod si ita orat, qui habet manda-
ta dei, & qui abscondit ea in corde suo, id est, cui lex iam facta est spiritua-
lis, quæ nostra præsumptio est, ut non oremus à deo intelligentiam, ut scia-
mus quæ sit uoluntas dei bona, placens & perfecta?

In labijs &c. Ista omnia sequuntur sponte & libero spiritu, ubi deus do-
cuerit, & absconditum in corde fuerit uerbum dei. Enunciaui, inquit, la-
bijs meis confitendo & prædicando siue docēdo omnia iudicia tuo ore nō
bis reuelata, non tacui timore hominum, aut cōmodo meo tua uerba, tuā uo-
luntatē, id est, ea quæ tuo iudicio siue, ut ita dicam, æstimationi probantur.
Nō igitur dicit hic de iudicijs dei occultis, quæ ut nemo capit, ita nemo enū-
ciare potest, sed de iudicijs oris dei, id est, de uerbis, quæ ipse nobis reuela-
uit, quæ æque nesciremus, nisi ipse reuelasset, ne ergo sperato te cogniturū
uoluntatē dei, nisi in uerbo eius. Et addit. In uia testimoniorū tuorū, id est,
quādo sequebar testimonia tua, gauisus sum et delectatus, quasi in oibus diui-
ijs, psal. 1. Sed in lege domini &c. psal. 13. Desiderabilia &c. In uia traditio-
nū humanarū nihil inuenies, nisi uexationē cōsciētiarū. Sed quid de cruce?
Respōdet Christus. In mūdo pressurā, in me pacē habebitis. Sequitur, In mū-
datis tuis exercebor uel loquar, uel certe interpretabor & explicabo, ut ip-
sa uerbi tui explicatione intelligat gloria mūdi & adinuētio hūana sese cō-
fundi, & cōsiderabo uias tuas, ut perstem, ut cōfitear & doceā, ut uerū se-

cum dū illud quod à te didici. Hic certe crux restat, si ita uolueris explicare uerba dei, & respicere nō in uias hominū, sed tātū in uias dei. Et præterea addit, In iustificationibus uel statutis tuis meditabor uel delectabor (uide meditari psalmo. 1.) non obliuiscar sermones tuos, id est, à corde meo non recedent uerba tua, quæ sunt unæ mihi delicia. Hæc omnia, ut dixi, sunt illic ubi spiritus fuerit magister, qui trahit corda piorum ad omne bonum, & omnem dei uoluntatem.

Gimel. 

Retribue seruo tuo, uiuam & custodiam sermones tuos. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia ex lege tua. Incola ego sum in terra, nō abscondas a me mādāta tua. Concupiuit anima mea desiderare iudicia tua in omni tempore. Increpasti superbos, maledicti qui declinant a mandatis tuis. Amputa a me opprobrium & contemptum, quia testimonia tua exquisiui. Etenim sederūt principes & aduersum me loquebantur, sed seruus tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Nam testimonia tua meditatio mea est, & consilia mea iustificationes tuæ.

Retribue. Captatores illi meritorum in scripturas irruunt, ut immundi porci, & statim ubi audiunt uerbum retribue, inserunt, ergo est meritum humanum. Contra quos dicimus, Quid habes quod non accepisti? & si meritum humanum est, non est gratia dei, Ro. 4. Quis dirimet istam pugnam? Primū quod meritum hic iactari dices, ubi omnia petūtur à deo, ut uides? Deinde, Retribuere in his orationibus, quæ ad deū dicuntur, & de deo, ubi retribuit pijs, nihil aliud significat quàm reddere cōsolationem pro afflictione, imò simpliciter prestare beneficia, ut psal. 115. Pro omnibus quæ retribuit mihi, & psalmo

psal. 102. Noli obliuisci omnes retributiones eius, & psal. 50. Redde mihi leticiam salutaris tui. quoniam & pro peccatis dicitur reddere beneficium, ut gratia manifeste commendetur, ut est Esa. 40. Suscepit de manu domini duplicitiam pro omnibus peccatis suis. Quod autem sancti meritum habent, sed non suum, & quod retribuetur unicuique iuxta opera sua, si quis hoc iam uelit, forte alibi diximus.

Retribue igitur, inquit, id est, tuis beneficijs, tua gratia, tua consolatione me affice, ut conforter ego, & confundantur ueritatis aduersarij, & tunc uiuam & custodiam uerbum tuum, id quod mihi non licet sine tua retributione, id est, gratia. Reuelala oculis meos, qui alioqui, quod ex me est, sum in tenebris, ignorans dei & diuine uoluntatis, & a te illuminatus considerabo & intelligam mirabilia, quae sunt in lege tua, uel ex lege tua, id est, ex uerbo uoluntatis tuae. Mirabilia certe sunt omnes dei uoluntates rationi humanae incomprehensa, Mirabiliter enim deducit per crucem ad gloriam, per mortem ad uitam. Vult enim ut stultificata nostra sapientia, ipsum quasi clausis oculis, ut Abraham fecit, sequamur, & tantum miremur, quod sic agit nobiscum, mirabilia profecto hic uidebimus. Alioqui nostra consilia & prouidentiae nobis semper cedunt in malum. Quanto uero amplius inclaruerit tibi haec admiranda spiritus sic ducentis doctrina, tanto magis admiraberis, & satiare non poteris. Contra humana doctrina quanto amplius uidentur, tanto magis uilescit, & tandem inuenitur esse doctrina demoniorum, ubi hypocrisis detecta fuerit.

Mirabilia legis dei.

Incola &c. psal. 38. Aduena ego sum &c. Ut maxime multa in terris quidam sancti uideantur possidere, tamen nihil coram deo iudicant suam esse hereditatem praeter uerbum dei, pro quo solo orant, ut assequantur & in aeternum possideant a deo reuelatum. Sic infra. Hereditate acquisiui testimonia tua in aeternum, quia exultatio cordis mei sunt. Ait ergo, Incola ego sum in terra, non angelus sum, sed fragilis homo, indoctus, pauper, despectus, qui hodie hic sum, cras ab eo, non abscondas a me mandata tua, quae sine te reuelante nemo intelligit, quae sola mecum hinc abeunt, ut hereditas aeterna.

Concupiuit anima mea desiderare, id est, non satiata est desiderio, sed desiderium aliud aliud trahit, ad iudicia tua, id est, ad ea quae tuo iudicio probantur, siue quae tibi placent, ut uel hoc loco uideas, quid iudicia signifi-
Felix Confracta est anima mea praedestiderio erga iudicia tua in omni tempore. sic & infra. Defecit in salutare tuum anima mea &c. Sic dum persecutionem sustinet anima, tamen desiderio tenetur uerborum dei, sciens

illud, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam &c. Tua enim iudicia sunt pro illis, qui timent te contra superbos id est, contemptores legis tue & saturos illos sanctulos, quos increpasti, id est, iudiciū eis comminatus es. Et maledicti sunt, qui declinant à uis tuis. Quis ergo piorum non malit promissiones tuas & benedictionem obsequentium tibi?

Principes. Ausfer à me opprobrium & contemptum, quæ patior propter uerbum tuum, quod derelinquere nolo. Etenim sederunt in consilio suo & iudicio principes, id est, mundi sapientes, potentes & iusti secundum speciem, scriptura enim principes uocat primarios uiros & apud homines honoratos. Et aduersum me loquebantur (quàm aperte describit, qui sint pietatis aduersarij) Sed interim fidelis, dum sic condemnatur, exercetur, uel potius interpretatur siue explicat iustificationes dei, non cessat à uerbo propalando, ut superiori octonario diximus, Quia ait, Testimonia tua sunt meditatio mea siue delectatio mea, cum quibus conuersor, quibus adhæreo, & ea sunt consilia mea uel consiliarij mei, sine quorum consilio nihil facio, dum alij, quibus odio est euangelica ueritas, consultant cum principibus ad me perdendum. Felix, Etiam testimonia tua delectationes meæ, uiri consilij mei.

Daleth ¶

ADhæsit pauimento anima mea, uiuifica me secundum uerbum tuum. Vias meas enunciaui & exaudisti me, doce me iustificationes tuas. Viam iustificationū tuarū instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis. Dormitauit anima mea præ tristitia, cōfirma me in uerbis tuis. Viam iniquitatis amoue a me, & lege tua miserere mei. Viā ueritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus. Adhæsi testimonijs tuis dñe, noli me confundere. Viam mandatorum tuorū cucurri, cum dilatasti cor meum.

Hic uidere licet quid patiatur pietas, & quàm non respiciat in sua merita, sed potius agnoscat peccata sua, & petat doceri & iustificari & teneri, ne succumbat infidelitati, dicens, Adhæsit pulueri anima mea, premor & iaceo in terris, urgeor ad mortem, uiuifica me secundum uerbum tuum, doctrinas mortis ego sequi nolo. *Uias meas enunciaui, id est peccata mea coram te confessus sum, nihil aliud coram te scio me quàm peccatorem. aliter defertur sentiunt impij & iustitiarum illi. Et exaudisti me, qui cor contritum & humiliatum non despicias. Doce me iustificationes tuas, ne sequar hominum iustificationes emunitas, Et tunc exercebor uel potius (ut dixi supra) explicabo mirabilia tua, de quibus supra, Dormitauit, languida facta est, uel liquifacta est, id est, coepit deficere præ anxietate anima mea, tanta est iniuria, & temeritas & blasphemia aduersariorum, et hic mihi pereundum est, nisi adsis. Confirma me, ut perstem in uerbis tuis, & nõ deficiam ad mendacia eorum. Viam iniquitatis uel potius falsitatis siue mendacij, id est, doctrinæ, quæ nõ est uerbum tuum, amoue à me, & secundum legem tuam miserere mihi, id quod significat ex Heb. quasi dicas, per misericordiam tuam dona mihi legem tuam. Viam ueritatis uel fidei elegi, iudicia tua (ut cūq; iudicijs & opinionibus carnis & mundi urgebar) non sum oblitus, sed etiam deficiens rogavi te, ut in eis permanerem.*

Adhæsi in tentatione non humanis sed tuis testimonijs, domine, precor, ne me cadere permittas, ut confundar, ne dicam aut faciam, unde confundar, id quod illi in primis cupiunt, Extra uero tentationem siue in tempore consolationis cum dilatasti cor meum (psal. 4.) cucurri uiam mandatorum tuorum, cum gaudio sequebar te spiritu tuo tractus. Hoc est, Dum bene mihi erat per te, ad te currebam, non deficiebam, ut quidam propter felicitatem, id quod mihi nunc in tentatione difficile est, & si nõ adsis, impossibile, Ego adhæreo ad huc per te testimonijs tuis utcumq; tu noli me confundere. *Ecce autem sic, Viam mandatorum tuorum percurram, cum dilatabis cor meum, id est, ubi rursum me latificaueris curram qui nunc adhæreo &c.*

He **¶**

DOce me domine uiam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper. Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam, & custodiam eam in toto cor

de meo. Deduc me in semita mandatorũ tuorum, quia ipsam uolui. Inclina cor meum in testimonia tua, & non in lucrum. Auerte oculos meos ne uideant uanitatẽ, in uia tua uiuifica me. Statue seruo tuo eloquium tuum in timorem tui. Amputa opprobrium meũ quod suspicatus sum, quia iudicia tua iucunda. Ecce concupiui mandata tua, in iustitia tua uiuifica me.

Docce me domine, ut sequar iustificationes tuas, & tunc exquiram eas semper, uel ut in Hebræo est usq; in finem, quod non potero nisi à te doctus. Tu da mihi intellectum, psal. i. & scrutabor uel custodiam legem tuam, & custodiam eam toto corde, alioqui sine te doctore & illuminatore litera manet litera. Deduc me in semita mandatorum tuorum, ut non errem per mandata hominum, id quod fiet, nisi tu me deduxeris, ut pastor ouem, quia ipsam uolui & dilexi, te scilicet iam operante tuo in me spiritu, ut habeam uoluntatem in lege tua, psalmo. i. Verum in hoc non confido, quasi iam habeam omnia, aut quasi ex me persistere possim, ne forte uincant me cupiditates humane. Tu inclina cor meum ad testimonia tua, & non in auaritiam uel lucrum, fac ne queram mea, quod certe sine tuo spiritu faciam, & facit omnis homo, utcunq; hypocrisis quædam ad tempus dissimulemus, abscondamus etiam nobis. Die noctũq; nobis precandum, ut non fauore hominum aut terrore aduersariorum, aut nostro commodo quocunq; deficiamus à ueritate, aut contra ueri conscientiam hominibus adulemur, alioqui non persistes.

Auerte oculos meos ne uideant uanitatẽ, Inter uana hic uersamur, tantum precemur deum, ut concupiscentiam mali auertat à nobis, ne uideamus mulierem alienam, aurum, domum, rem quamcunq;, ad concupiscentiam eam. Hic uidebis quàm nullus sis, nisi deus auertat tibi oculos, ne concupiscas. & præterea hic perpetua manebit pugna carnis & spiritus. dum illa contra deum concupiscit, hoc per gratiam resistente. Imprimis uero maxime insista est species illa & hypocrisis pietatis & sapientie humane

nae, per quam actum est de salute tua, nisi deus auertat oculos, ut eos in so-
lum dei uerbū de figas, & dicas, In uia tua uiuifica me, certus sum q̄ in alic-
na uia non mori non possum, uicunq; mihi mentiendo salutem promittat.
Ad hoc ualet quod additur. Statue mihi seruo tuo uerbum tuum, ut te time-
am, id est, non fiam securus tui & contemptor, Ita confirma me per uerbū
tuum, ut uerbo doctus tui timorem nō abijciam, quem abijcere docent do-
ctrine humane, quæ timere docent & trepidare ad ista figmenta hominum
sub specie timoris dei, quod damnat deus, Esa. 29. Timuerūt, inquit, me do-
ctrinis & mandato hominum, ideo &c.

Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum uel timui, Timeo ne
scandalizatus aut mihi derelictus cadam, hoc tu deus quæso prohibe. Cadēt
certe qui sic non timent, quia, inquit, iudicia tua iucunda, iucū dum fuerit in
eis manere, quæ dulciora sunt super mel & fauum. Ecce concupiui manda-
ta tua, ut tandem possim per te assequi, qui hanc uoluntatē dedisti. Hæc est
iustitiæ esuries. Vnde ait, In iustitia tua, non mea aut humana uiuifica me, ne
regno mortis apprehendar. Hæc iustitia fides est, qua iustus uiuit &c. Iustiti-
æ humane sunt ex doctrinis demoniorum.

Vau 7

ET ueniat super me misericordia tua dñe, saluta-
re tuum secundū uerbum tuū. Et respondeo expro-
brantibus mihi uerbū, quia speraui in sermonibus
tuis. Et ne auferas ex ore meo uerbum ueritatis us-
quequaq; quia in iudicijs tuis speraui. Et custodi-
am legem tuam semper in seculum & in seculum se-
culi. Et ambulabam in latitudine, quia mādata tua
exquisiui. Et loquebar in testimonijs tuis coram re-
gibus, & nō cōfundebar. Et meditabar in mādatīs
tuis quæ dilexi nimis. Et leuaui manus meas ad mā-
data tua q̄ dilexi, & exercebar ī iustificatiōib⁹ tuis.

Verba à quinto uersu, ambulabam, loquebar, confundebam, meditabar, leuauit, exercebar, potius in futuro ex Heb. legeris.

Tua misericordia ueniat super me, sine qua nihil sum, sine qua nulla opera accepta sunt, tuum salutare siue tua salus ueniat super me, nam nulla opera, nullæ uires me saluare possunt, sed sola tua salus, quæ est secundum uerbum tuum, quo præscripsisti & promissisti nobis salutem. Et cum exprobrantibus mihi non contendam, non regeram maledicta maledictis, permittam eis quod possunt, respondebo autem eis uerbum, dicam eis, ut res habet, ueritatem coram eis non negabo, non committam, ut tacendo uerbum negare uidear, seruato tamè præcepto, ne margaritas ad porcos abijciam. Quia speraui in sermonibus tuis, in tuis promissionibus, ut non timeam confiteri uerbum propter exprobrantes. Hoc tantum obsecro, ne hoc uerbum confessionis tuæ, ex ore meo pereat nimis, agnosco fragilitatem meam, & qui sum ex me, si me deseras, ago ne dum fragilitate mea trepido & non satis audeo, ne omnino mutus fiam, aut contraria dicam, aut certe non permittam, ut mea culpa perdam uerbum quod dedisti, secundum illud, omni habenti dabitur, qui autem non habet, & quod uidetur habere, aufertur ab eo. Quia inquit, in iudicijs, id est, uerbis tuis, ut supra dictum, speraui, quæ si auferas mihi, nulla spes est reliqua.

Si uero istam, quam dixi, gratiam mihi præstiteris, custodiam legem tuam iugiter & in æternum, & ambulabo siue conuersabor in latitudine, id est, spiritus libertate & libera conscientia sine mentis disceptatione, quam latitudinem hypocritæ non norunt, & quicumque ueritati aduersantur, dum in creaturis & mundi elementis, ut Paulus uocat, iustitias & peccata collocant, dum deum non timent, timent uero, ubi non est timendum, scilicet in mandatis hominum &c. Ambulabo in latitudine, quia mandata tua amplectus sum. Vbi enim spiritus domini, ibi libertas, ubi uero spiritus erroris, sunt & doctrine demoniorum, ibi nihil nisi adfluctio spiritus, & uexatio conscientiarum. Et loquar testimonia tua coram regibus, id est, magnis, potentibus & sapientibus, & non confundar, adeo, scilicet, manifestum est uerbum tuum, ut conuinci non possit, non esse uerum, tametsi eius confusionem totus querat mundus. Et meditabor siue delectabor &c. Et leuabo manus meas ad mandata tua, ut exequar ea, ut strenue pergam in eis, ne fiam ut stultus ille in prouerbis, qui manum abscondit sub ascella, Et exercebor uel explicabo potius iustificationes tuas, ut supra dictum.


Zain

MEmēto uerbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. Hæc me consolata est in humilitate mea, quia eloquium tuū uiuificauit me. Superbi inique agebant usquequaq; a lege autem tua nō declinaui. Memor fui iudiciorum tuorū a seculo domine, & consolatus sum. Tristicia tenuit me pro peccatoribus derelinentibus legem tuā. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco incolatus mei. Memor fui in nocte nominis tui domine, & custodiui legem tuam. Hæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui.

Merita domine apud me non sunt, memento tantū promissionis mihi factæ, quā nisi haberem, iam desperassem, hæc spes unica me consolata est in humilitate, id est, affectione & tentatione mea, quando mors & desperatio uoluerunt me absorbere, quia eloquiū, id est, uerbū promissionis tuæ à me creditū illic uiuificauit me, & respirare me fecit. Superbi & contēptores legis tuæ, superbientes sua potētia, sapiētia, iustitia, inique agebant cōtra me, siue illuserūt ab omni parte, curantes omni studio, ut specie bona me extrudāt à uia recta, & aīos aliorū a meo uerbo alienēt, ego autē persisti ī uia tua.

Memor fui iudiciorum tuorum, id est, uerborum tuorum, & eorum, quæ tu iusta iudicas ab æterno, non enim sunt transitoria tua uerba, qui promittis nobis salutem ante tempora æterna, ut dicitur, Tit. 1. licet nobis in tempore, quando uis, reueles eandem promissionem, ut credentes per eam saluemur. Non deprehendi unquā aliquem esse à te derelictum, qui iudicijs tuis adhesit, & hæc recordatio fuit cōsolatio mea. Sed rursum tristitia obsedit me propter impios derelinentes legem tuam, & querentes suam statuere iustitiam, qui usquequaq; inique agunt, & illudunt ueritati. Hic uidet quod Christus dicit, in mundo pressuram, in me pacem habebitū.

Cantabiles uel cantica erant mihi iustificationes tuæ, in loco isto, in quo aduena sum & peregrinus, & obnoxius iniuriæ iniquorum, ut Abraham, Isaac & Iacob fuerunt. Cum enim omnia aduersentur, nihil solacij & consolationis est mihi præter tuum uerbum, quod canto, in quo gaudeo, & me oblector. Etiam nocte quando homines crapula & uino sepulti, dormiunt obliui tui, quando absq; pudore peccare solent alij, uel certe nocte, id est, in tentatione & persecutione, quãdo potestas erat tenebrarum, memor sui nominis tui, id est, te inuocaui, ut auxilio esses, & non recessi à lege tua, Contra faciunt, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis retrocedunt. Hæc lex facta est mihi, uel facta est meis, ut hæreditate possideam, ut infra, Hæreditate acquisiui testimonia &c. quia iustificationes tuas per gratiam exquisiui uel custodiui. Licebit & ita legere. Hoc factum est mihi, id est, ista gratia, ut non obliuiscerer tui mihi contigit, nam alia gratia iam præuenierat me qua exquisiui uel custodiui mandata tua. Non cadit in nocte, qui uerbum dei custodit & exquirat, ut diximus psal. 90.


Cheth 

Portio mea es tu domine, dixi ut custodiam legem tuam. Deprecatus sum faciem tuã in toto corde meo, miserere mei secūdū eloquiū tuū. Cogitaui uias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Paratus sum & nō sum turbatus, ut custodiam mandata tua. Funes peccatorū circūplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus. Media nocte surgebã ad cōfitendū tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Particeps sum ego omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Misericordia tua domine plena est terra, iustificationes tuas doce me.

Non habeo aliam partem siue hæreditatē, in qua confidam præter quã

te domine (psal. 15.) Idcirco dixi, id est in animo mihi per gratiam tuam sta-
tui custodire legē tuam. Abundēt alij alijs rebus, & superbiant, ut possint,
iactent diuitias, potentiam, sapientiam, iustitiam, merita &c. Verum unde
istud habeam, non ignoro. Idcirco, Deprecatus sum faciē tuam, uel in con-
spectu tuo &c. te enim nō dante, nihil accipio, nihil cresco, imō perdo quod
habeo. Misere mei sicut promisisti, Cogitavi uias meas, quas malas depre-
hendi, quemadmodum sunt omnia stu- lia humana, ubi salutem quærun-
t sine uerbo dei, & conuertit pedes meos à uis meis in testimonia tua, ut ambu-
larem in eis. Græci nunc legunt, Cogitavi uias tuas, sed hebr. eum clare in-
dicat, nō sic Græcos transfuisse. Ideoq; iam paratus sum, & nō sum turba-
tus, propter aduersarios, aut regnum Satanæ oppugnans, Vel, ut Felix ha-
bet, Festinaui, & non distuli custodire præcepta tua. Non distuli, ut illi qui
putant se poenitentiam agere posse, quando sibi præstituerunt, deum diligere
posse, quando ipsi uoluerint, ut maxime interim in mala uoluntate ad tem-
pus durarint, qui error est hominum deum ignorantium, Non differre autē
est fide & fidei confessione pergere.

Funes peccatorū circumplexi sunt me, uel, ut Felix, Congregationes im-
piorum deprædatae sunt me, id est, multa mala mihi intulerunt, & specie sa-
pientiæ & pietatis hypocrisis & blasphemia in uerbum dei, multorum cor-
da auerterunt à me, non tamen ideo deserui legem tuā, Etiam media nocte
(ut supra) surgebam, uel surgam ad te inuocandum & laudandum pro-
pter iudicia iustitiæ tuæ (ut supra) quæ nobis credentibus per misericordiā
& paternā liberationem reuelasti. Particeps ego &c. id est, uideo mihi con-
tingere propter iustitiam, quod sanctis omnibus contingit, quæ est in tribu-
latione consolatio mea. Nam si compatimur & conregnabimus. Misericor-
dia tua domine plena est terra, de qua gaudemus, sed ab omnibus ferē con-
temnimur quod dolemus, Vt cunq; sit, Tu iustificationes tuas doce me.

Teth 

Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine secun-
dum uerbum tuū. Bonitatem & disciplinam & sci-
entiam doce me, quia mandatis tuis credidi. Prius
q̄ humiliaris ego deliqui, propterea eloquium tu-
um custodiui. Bonus es tu, & in bonitate tua doce

me iustificationes tuas. Multiplicata est sup me iniquitas superb orū, ego autē in toto corde meo scrutabor mādata tua. Coagulatū est sicut lac cor eorū, ego uero legem tuā meditatus sum. Bonū mihi & humiliasti me, ut discam iustificatiōes tuas. Bonū mihi lex oris tui super chiliadas auri & argenti.

Gratias tibi ago q̄ beneficia pręstitisti seruo tuo iustificando à peccatis, redimendo à periculis, secundū uerbum tuum, id est, promissionem tuam, non secundū merita mea. Vt autē in gratia quā exhibuisti persistere possim, tu doce me quod bonum est, & disciplinam, id est, illud in quo erudiar, ut intelligam tuam castigationem & crucem esse salutarem, & scientiam, ut sciam quid desit mihi. D. Martinus sic transfert, Bonam ordinationem & intelligentiam doce me. Neccessaria certe oratio, quā illi non orant, qui sua prudentia sese apte omnia ordinare putant & intelligere, idcirco post paululum cadunt omnia, quę deo uelut ignorante ordinata sunt, quę si iustitiam promittunt & salutem, cū magno hominū pernicie ad tempus persistunt. Orandū ergo, ne erroribus nostris nos permittamur, quos nisi cruce docti fuerimus, nō intelligimus, interim integra nobis omnia putamus, dū nostrā sequimur uolūtate. Hoc est quod additur, Priusquā humiliarer, id est, deiciarer in cognitionē peccati, & deinde in crucē, ego deliqui & nihil timui, securus dei & ignorās, Nunc autē doctus, humilitione eloquiū tuū custodiui, iam agnosco, q̄ necessariū sit tuum uerbū &c. Idcirco qui bonus es & benignus doce me iustificationes tuas. Multiplicata est &c. Fe. Applicu-erunt mihi mendacium superbi, id est, suas mēdaces doctrinas obtruserunt mihi contēptiores legis tuę, ego autē in toto corde meo scrutabor uel custodiam mādata tua, ut tua ueritate illorū mendacia extrudam. Obstinati sunt, cor eorū incrassatū est uelut coagulum lactis, uel uelut adeps, nulla persusione uerbi tui dissoluuntur, adeo placent ipsis, quę adinuenerunt sibi. Ego uero in lege tua delectatus sum. Bene iam mihi q̄ humiliasti me, adeo neccessariam & utilem iam dūco crucem & castigationē tuam, unde iam cognosco meipsum peccatorē, & te deum saluatorem, Vt, inquit, ex humilitione tua, quā me deiecisti & permisisti, ut tentarer, discā iustificationes tuas. Certe iam melior est mihi lex oris tui, quā omnes mundi diuitiæ.

Iod

MANUS tuæ fecerunt me & plasmauerunt me,
da mihi intellectū, ut discam mandata tua. Qui ti-
ment te, uidebunt me & lætabuntur, quia in uerba
tua speraui. Cognoui dñe quia iustitia iudicia tua,
& ueritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua
ut cōsoletur me, secundū eloquium tuū seruo tuo.
Veniant mihi miserationes tuæ & uiuam, quia lex
tua meditatio mea est. Confundantur superbi quia
iniuste iniquitatē fecerunt in me, ego autē exerce-
bor in mandatis tuis. Cōuertantur ad me timentes
te, & qui nouerūt testimonia tua. Fiat cor meū im-
maculatū in iustificationib⁹ tuis, ut nō confundar.

*Tua creatura sum, tu me intus & in cute nosti, quān nihil sim, nisi mihi
dederis intellectuū tuorum uerborum. Qui timent te, angeli, scilicet, sancti,
qui gaudent super uno peccatore pœnitentiam agente, & homines pij qui
per charitatem non gaudent super iniquitate, imò congaudent ueritati, ui-
debunt salutē meā & gaudebūt q̄ tentatus peristi in spe uerborū tuorū. Ad
uersarij autē mei uellent me peris̄se. Iam uel tentatione & cruce doctus, co-
gnoui q̄ iudicia tua sunt iustitia, id est, q̄ per uerba tua & tuam bonā erga
nos uoluntatē, siue per ea que tu iudicas bona, nos iustificas, modo creda-
mus, & ut credamus nos iudicijs tuis & castigatiōe erudis. Et ueritate tua,
id est, per uerbum tuū humiliasti me, ut nunc non superbe sentiam de me. Po-
tes & legere, Et fide tua humiliasti me, id est, cognitione tua, sed idem est.*

*Quia uerbo humiliasti me, tua misericordia rursus consoletur me, se-
cundū eloquiū seruo tuo factum, id est, sicut promisti mihi seruo tuo. Tuis
miserationibus uiuam, nō meis operibus, ut eripiar à morte & desperatiō-
ne, quia lex siue uerbum tuū meditatio siue delectatio mea est. Hac una an-
chora seruabor. Confundātur contēptores legis tuæ, & q̄primū deprehen-*

dantur corū mendacia, & prodatur uerbi tui iustitia, quia ex solo odio persecuti sunt me, & mendacia iactauerunt in me, & uerbi mei confessionem, Ego autem nihil minus exercebor uel explicabo (ut supra) mandata tua. Illis autem confisis conuertantur rursus ad me timētes te, & qui nouerunt uerbum tuum, quos illi mendacijs suis auerterant à me. Verum ex me nihil sum, & persistere immaculato & integro corde non possum, nisi per te. Ergo obsecro, fiat cor meum immaculatum siue integrum in iustificationū, id est uerborum tuorum, fide, ut non confundar cadens in conspectu aduersariorum meorum ab ipsa uerbi tui fide & ueritate.

Caph D

DEfecit in salutare tuum anima mea, & in uerba tua speraui. Defecerūt oculi mei in eloquiū tuū, dicētes, quādo cōsolaberis me? Quia factus sum sicut uter in pruina, iustificationes tuas nō sum oblitus. Quot sunt dies serui tui, quādo facies de persequētibus me iudicium? Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua domine. Omnia mandata tua ueritas, iniuste persecuti sunt me adiuua me. Paulominus cōsummauerunt me in terra, ego autē non dereliqui mādata tua. Secundū misericordiam tuā uiuifica me, & custodiam testimonia oris tui.

Anima mea defecit in salutare tuum, id est, elanguit prae nimio desiderio salutis & liberationis tuae, quae admodum alibi, Concupiscit & defecit anima mea in atria domini. Et nō defecit q̄ statim non adfuit salutare, uel salus tua, sed speraui in promissionē tuā. Elāguerūt & oculi mei, desiderātes uidere promissionē, & dicētes, quādo tandē ō domine cōsolaberis me? persecutio nē patior, & non cessat regnū Satan.e impugnare uerbū tuū, & amaritudi-
dine & tristitia p̄pter impietate persecutionis factus sum, sicut uter uini aut


olei ex corio factus, in pruina, uel potius fumo, id est inutilis factus sum coram mundo, non fruor mundi gaudijs &c. sed iustificationes tuas non sum oblitus, quæ sunt oblectatio mea & consolatio, ubi mihi redditur lux tuæ presentie. Quamdiu ô deus seruus tuus ista sustinebit: quando iudicabis pro me contra iniquos, qui narrauerunt mihi fabulationes & mendacia traditionum humanarum, ut abducerent me à tua ueritate, uel, ut est in Hebr. foderunt mihi superbi foueas, id est, in mendacia sua astu & insidijs me precipitem dare studebant. Quæ, inquit, fabulationes uel foueæ, uel potius narrationes non conueniebant cum lege siue uerbo tuo. Omnia enim mandata tua sunt ueritas, & non fabulationes & foueæ siue deceptiones. Contra ueritas tua sunt persecuti me, adiuua me, ut non tam meam quàm tuam defendas causam. Ad nihilum ferè redegerunt me super terram, supra, factus sum sicut uter in fumo, sed ego non dereliqui mandata tua, quod unum illi requirebant, nempe ut negarem & deficerem à uerbo tuo. Verum non est hoc meæ uirtutis. Tu uiuifica me liberando me à morte, qua nunc teneor, ne peccarem ad uoluntatē persequentium, secundū misericordiā tuam, non secundū merita mea, & tunc custodiam uiuificatus à te testimonia tua &c.

Lamed §

IN æternum domine uerbum tuum permanet in cœlo. In generationem & generationē ueritas tua, fundasti terram & permanet. Ordinatione tua permanet dies, quoniam omnia seruiunt tibi. Nisi lex tua esset meditatio mea, tunc periissem in humilitate mea. In æternum non obliuiscar iustificationū tuarū, quia in eis uiuificasti me. Tuus sum ego, saluum me fac, quoniam iustificationes tuas exquisiui. Me expectauerunt peccatores ut perderent me, testimonia tua intellexi. Omnis consummationis uidi finem, latum mandatum tuum nimis.

Summa octonarij huius est. Verbo domini subsistunt omnia & obediunt siue coelestia siue terrestria, quo ergo alio uerbo ego possum saluari, quam quo creantur & portantur omnia, Heb. 1. In æternum & perpetuo, inquit, uerbum tuum, id est, uis & potentia uerbi tui permanet, & agit in coelestibus rebus, quo primū condite sunt. A mundi constitutione, usq; ad eius consummationem permanet ueritas & fides tui uerbi, quo omnia cōdidisti. Inuisibilia enim dei per ea quæ facta sunt uisibilia conspiciuntur. Fundasti terrā tuo uerbo super aquas (psal. 23.) & permanet. Tua ordinatione & institutione siue lege permanet dies, quæ creasti & ordinasti, ut semper post noctem recurrat. Verum ex Heb. sic legitur, Iudicijs tuis permanent hodie, id est, cælum & terra & ueritas uerbi tui, quo condita sunt & gubernantur, usq; nūc etiam permanere uidemus iudicijs tuis, id est, secundū ordinationem & bonā uoluntatē sapientie tue. Quoniā omnia tuo uerbo obediunt. Quid ergo impij querunt aliud uerbum? Ego solū illo uerbo seruoabor, quo ego cōditus sum, & omnia, quod nisi esset meditatio uel delectationes meæ, iam in humilitate, id est ad afflictione periissem & desperassem. Huius nunq̄ obliuiscar, nisi uelim obliuisci salutis meæ, quia per ipsum uiuificasti me & uitæ restituisisti & iustificasti me, ubi oīa erant desperata. Tua creatura sum, & preterea seruus tuus, qui tuo uerbo fido, saluum me fac, quoniā esuriui ad tuas iustificationes. Impij insidiabantur mihi, & expectabant lapsum & mortem meā, sed per uerba tua quæ intellexi, tutus fui & tutus ero, ne seductar & cedam quibusuis malis.

Omnis consummationis &c. Omnium quæ possunt finire intellexi finem, id est, q̄ aliquando transibunt & peribūt, ut omnia humana siue amara siue dulcia. Non semper ergo durabunt aduersariorum impietates, nec semper piorum cruces. Verbum autem tuum latum nimis, quia durabit in æternum, pertingens à fine usq; ad finem fortiter & disponens omnia sua uiter. Sap. 8. Relinquam ergo quod transit, ne transeam cum eo, & stabo in eo, quod durat in æternum.

Mem 

QVam dilexi legem tuā dñe, tota die meditatio mea est. Sup inimicos meos sapientē me fecisti mādato tuo, quia in æternū meū est. Sup oēs docētes


me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est.
 Super seniores intellexi, quia mandata tua exquisi-
 ui. Ab omni uia mala prohibui pedes meos, ut cu-
 stodiã uerba tua. A iudicijs tuis nõ declinaui, quia
 tu legẽ posuisti mihi. Quam dulcĩa faucibus meis
 eloquia tua, super mel ori meo. A mandatis tuis in-
 tellexi, propterea odiui omnem uiam iniquitatis.

Multũ dilexi legem tuã, tota die, id est iugiter, meditatio uel explicatio
 mea est. i. conor, ut eam producã alys in lucem. Sentio enim beneficiũ uerbi
 tui, quod in eternũ meũ est, quod statui nunq̃ dimittendũ. Nã per illud sa-
 piens & intelligẽs factus sum plusquã inimici mei, plusquã oēs qui uo-
 lebãt me docere, plusquã seniores siue πρεσβύτεροι. Inimici enim uerbũ
 dei nõ habent, quod est solum sapientia uera, & qui me docent legẽ, in ore
 habent, & uerba proponũt, non sententiã quam nõ intelligũt, literã habẽt
 nõ spũm à deo, & seniũ, experiẽtiã & sapientiã sibi arrogãt, sed nisi habe-
 at uerbũ dei, & eo regatur, est corã deo mera fatuitas. Verbum aut̃ domini
 siue legem dei in corde scriptam sapientes facere illos, qui paruuli sunt, &
 adhuc ignorãtes, sabinde testatur liber Prouerb. Salomonis, Et uidere licet
 quã insaniant alij libidinibus, alij auaricia, alij inuidia, alij cædibus, quã
 seuiãt quidã excæcati contra Euangelũ, quã stolidi siue superstitionibus
 & traditionibus humanis, quã nihil intelligãt rerũ diuinarũ, quã inep-
 ti sint, ut & pueri & anus eos merito rideant, cũ tamen ipsi interim tumcãt
 sua potentia, diuitijs, sapientia, iustitia, & nihil intelligentes, cupiant ut nos,
 relicto dei uerbo, id est dei sapientia, credamus, quemadmodũ ipsi credunt,
 sed ita oportet fieri, quemadmodum Christus dixit, Matth. 11. Confiteor tibi
 pater cœli & terræ, q̃ abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & re-
 uelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic placitũ fuit ante te &c.

Sed quemadmodum scriptura damnat cæcitatem, ita quoq; illorũ teme-
 ritatem, qui se uidere iactant, & non minus alij cæci sunt, imò cooperatur
 ut homines in errore persistere uelint, in quorum numero sunt, qui hodie
 reuelato Euangelio libertate carnis, contemptu dei & scandalis infir-

mōrum, de Euangelio cum magno Euangelij scandalo gloriantur, contra totam dei legem, que uult, ut timeas deū, & rationem habeas proximi tui. De scandalo pharisaico hic non loquor. Norunt hi quod, ut Paulus ait, scientia inflat, charitas autem edificat & promouet Euangelium, ne scilicet nostra libertate perdamus animam fratris, pro qua Christus mortuus est. Tales nondum sciunt quemadmodum scire oportet. Libertas Christiana libertas conscientiarum est, que illic est, ubi spiritus domini est, alij nesciunt, de quibus affirmant. Vide ergo hoc loco, qui sit affectus illius, qui mandato & uerbo dei eruditus est super alios, ut diximus. Ab omni, inquit, uia mala prohibui pedes meos, etiam à specie mali, ut Paulus ait, ut custodiam mandata tua. A iudicijs, id est, uoluntate tua non declinaui, ut irem extra uiam iustitię tuę, quia tu legem in corde dedisti mihi, ut me spiritus trahat, ne uelim malum. Hęc est mea uoluptas super omnes mundi delicias. Ex uerbo tuo doctus sum, non ut gloriar & magnus uidear & sequar meam uoluntatem (quemadmodum nunc quidam) sed ut odio habeam omnem uiam iniquitatis, ut timeam deū, & fidem ei soli, meam carnem castigem & sensum damnem, & proximi curam habeam.

Neq; uero in hoc psalmo negligendū, quod D. Martinus annotauit, Sciendū, scilicet, q; subinde hic qui orat, gloriatur se mandata dei exquisiuisse toto corde, dilexisse, custodisse &c. etiamen contra subinde orat, ut custodire, cognoscere, diligere & facere ea possit & uelit. Que sibi contraria uidentur. Verum sic accipito. Quando se comparat aduersarijs, qui ipsum ob ueritatem persequuntur, tunc merito & recte gloriatur suam uiam esse bonam & iustam, sed obsecrat, ut in hac uia dei maneat, & coram deo in ea crescat coram quo nemo satis iustus est.

Nun 

LVerna pedibus meis lex tua, & lumen semitis meis, iuravi & statui custodire iudicia iustitię tuę. Humiliatus sum usquequaq; domine, uiuifica me secundū uerbum tuum. Voluntaria oris meis bene placita fac domine, & iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non
sum.

sum oblitus. Posuerunt peccatores laqueum mihi.
& ex mandatis tuis non erravi. Hæreditate acqui-
siui testimonia tua in æternũ, quia exultatio cordis
mei sunt. Inclinaui cor meum ad faciendas iustifica-
tiones tuas in æternum propter retributionem.

Sine lege & uerbo tuo omnia sunt in tenebris & errore, tuum uerbum
autem sequens errare non possum. 2. Petri. 1. Idcirco iuravi & statui ut ma-
neam in tuo uerbo, perpetua lege & uoto me obstrinxi ad tuum uerbũ, si ad
uerba & doctrinas hominũ deflexero periturus & infidelis fiam, & si iura-
mento me ad traditiones humanas obstrinxero iam magis in conspectu tuo
periturus sum & infidelis, etiam seruando quod iurauit, nam iuravi seruare
& seruo ea que tu damnas, Esa. 29. Matt. 15. & sum similis Herodi, qui ne
periturus fieret, occidit sanctissimum Ioannem. Sed ò domine dum istud lu-
men sequor omnes tenebrarũ me petunt insidiæ, & humiliatus sum usque-
quaq;. Tu uiuifica me secundũ promissionem tuam.

Voluntaria oris mei, non significant solũ orationem spontaneã & gra-
tiarũ actionem corã deo, sed potius ea que sponte offero ore meo tibi, dum
libere doceo & confiteor coram hominibus, quod credo in gloriam tuam
non in cõmodum meum, dum non nego tuam ueritatem, fac ut hæc placeant
non solũ tibi, sed etiam illis qui audiunt in gloriam tuam. Hæc est uera laus
dei & sanctificatio nominis eius, que non laudatur ab hominibus & pecu-
niam meretur, quemadmodũ nostri pharisæi interpretantur laudem dei,
sed omni iniuriæ patet. Que propterea dicitur uoluntaria, non solũ q; uo-
luntario & libero spiritu fiat, sed etiam q; liberos spiritus, & conscientias
faciat traditionibus humanis non obstrictas. Et iudicia tua doce me, ut intus
fide teneam que uoluntaria ore meo prodam.

Anima mea in manibus meis semper. Græci nũc legunt, In manibus tuis,
sed corrupte, sententia quidem bona sed que non est in hoc loco. Hoc autẽ
significatur, iugiter in periculo uitæ uersor & uideor mihi relictus inter
aduersarios, quasi iam anima mea, id est, uita mea sit in manibus meis & nõ
in manu tua ex qua nemo rapere potest, Et cum ita mecũ agatur, ut à te reli-
ctus uidear uel mihi, tamen legem tuã non sum oblitus, Impij insidias mihi
parauerũt sua doctrina & hypocrisi ut deficerẽ, deceptus, à tuo uerbo, ego

autem mansi in uia tuorū mandatorū, quæ in eternū hereditabo contēptā
omni alia hereditate (ut supra) quia sola cor meum letificare & pacifica-
re possunt, dum mandata hominū nihil aliud sunt quā conscientiarū uexa-
tiones. Et iccirco, Inclinavi cor meū ut sequar uerbū tuum in eternū & c.

Propter retributionem, quod ex græcis legitur, intellige retributionem
non quam meritis meis reddes ô deus, sed quam red des quia promissisti. Alio
qui uides q̄ totus Psalmus declarat meritum humanū esse nihil coram deo.
Ut non dicam q̄ hoc ex Heb. est male redditum. Nam ex Heb. legitur, vsq̄
in calcem uel usq̄ in finem. Indicat etiā Felix legi quoq̄ posse, vsq̄ in præ-
mium, & hic idem esset, vsq̄ in retributionem, id est, donec appareat quid
pietas acceptura sit & quid impietas mereatur coram deo, dum reddideris
unicuiq̄ iuxta opera sua.

Samech **D**


INiquos odio habui, legem autem tuam dilexi.
Adiutor meus & susceptor meus es tu, in uerba tua
speraui. Declinate a me maligni, & scrutabor man-
data dei mei. Suscipe me secundū eloquium tuū &
uiuifica me, & non confundas me ab expectatione
mea. Adiuua me & saluus ero, & meditabor in ius-
tificationibus tuis semper. Spreuisti omnes defici-
entes a iustificationibus tuis, quia iniusta est cogi-
tatio eorū. Transgredientes reputaui omnes pecca-
tores terræ, ideo dilexi testimonia tua. Confige timo-
re tui carnes meas, a iudicijs enim tuis timui.

Quare iniquos odio habeat subditur. Legem autem, inquit, tuam dilexi,
unde notum est propter iniquitatē odio haberi à pijs iniquos, q̄ persequuntur
legem & ueritatem dei, quos certe amant pij ad hoc, ut conuertantur.

Quis enim piorum non uellet omnes impios esse pios? Adiutor & susce-

ator meus es tu, uel ex Heb. Latibulum meum & scutum meum es tu, quod cognosco ex uerbis tuis in qua fiducia meam collocaui. Declinate ergo à me maligni, qui uultis me auertere à uia dei, & scrutabor uel custodiam mandata dei mei, non audiam uestra consilia & mandata. Suscipe me ò domine, sine quo hic nihil possum, secundū promissionem tuam, & uiuam (ut est in Heb.) non desperabo, non succumbam morti, & agito ne patiar cōsuis repulsam qui expecto quod promissisti. Adiuua me & tutus ero ab aduersarijs, & meditabor siue delectabor in iustificationibus tuis semper, quod non possum nisi tu adiuueris & effeceris.

Spreuisti &c. Hi uersus indicant pios ex abiectioe impiorum fieri per dūm sapientiores, quemadmodū in Prouerbijs dicitur, Pestilente flagellato sapientior erit paruulus. Spreuisti, inquit, uel (ex Heb.) conculcasti descendentem tuum uerbū, scilicet cum sal infatuatum, quod nō erit posthac utile nisi ut eiectum conculcetur ab hominibus, id quod hodie uidere licet, quia iniusta est cogitatio eorum, uel (ex Heb.) quia falsitas est cogitatio eorum, cogitant nihil aliud quā ut statuunt alias iustitias & iustificationes postquā à iustificationibus & statutis dei recesserunt. Vt cūq; habeantur apud homines sancti, ego uerbo dei doctus impios illos in terra reputau transgressores mandatorum dei in Hebr. eo autem ad deum dicitur, Velut scoriam (uel purgamenta domus) eiecisti omnes impios in terra, eiecisti è regno tuo qui uel soli regnare uidentur. Ideo his scilicet iudicijs tuis doctus, dilexi testimonia tua. Bonum est mihi stare à te, ne prosperitas impiorum quæ ad tempus uidetur auertat me à te. Aufer queso à me carnis securitatem & confige carnes meas tui timore, id est, effice ut te timeam secundū uerbum tuum, ut supra, Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tui. In Hebr. eo autē sic dicitur, Horripilauit præ terrore tuo caro mea, id est, tremui ad iudicia tua & impios sic horrendè abycis etiam illos qui sancti uidebantur. A iudicijs enim tuis timui. Iudicijs, inquit, uel de quibus iam dixit, uel uerbis dei, ut sepe supra secundū illud Esa. ult. Ad quem respiciam nisi ad pauperculum & contritum spiritu & trementem sermones meos?

Ain 

FEci iudicium & iustitiam, non tradas me calūniantibus me. Suscipe seruum tuū in bonum, non

calumniuentur me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuū, & in eloquium iustitiæ tuæ. Fac cum seruo tuo secundū misericordiam tuā, & iustificati ones tuas doce me. Seruus tuus sum ego, da mihi intellectū & sciam testimonia tua. Tempus facienti est domino, dissipauerunt legem tuam. Ideo dilexi mandata tua super aurū & topazion. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar, omnē uiam iniquam odio habui.

Iudicium facere est damnare damnāda. Iustitiam facere est laudare laudanda. Hoc feci, inquit, & propterea impetor calumnijs aduersariorū, nō tradas me illis, id est, fac ne assequantur suis mendacijs quod querunt. Suscipe seruum tuum ad bonum, id est, defende me ad gloriam tuam & salutē meam & aliorum. Ex Heb. sic, Sponde pro seruo tuo in bonū, id est, in loco meo sta, esto uas pro me, ne illi superbi qui iustum non audiunt, sed suas opinionones uiolenter ueras credi uolunt, suis mendacijs me uincant, ego nō sum par illis, tua in me ueritas per te uincat & confundat illos. Si enim deus pro nobis quis contra nos? aut quis accusabit electos dei?

Oculi mei elanguerunt desiderantes uidere salutem tuam quā promissisti in uerbo tuo quo credito iustificas, adeo presserunt me calumniae superborū. Tu misericordiam exhibe seruo tuo, id est, qui propter tuū nuncium quod ei mandasti affligitur, & iustificationes tuas doce me, ne unquā ab eis decidam. Tu da intellectum testimoniorū tuorū, sine te non intelligam neque tenebo. Iam tempus est domino deo ut faciat, ut non amplius dissimulet ad impiorū calumnias & piorum miserias, quia dissipauerunt legem tuā, statuentes leges & traditiones alias, hic non tam nostra o deus causa agitur quā tua. Ideo quia calumnias audio & dissipationem legis tuæ uideo, non deficio ut multi scandalizati, sed dilexi mandata tua super aurum & lapidem preciosum multum, quæ lucra uideo ab alijs queri, & direxi uiam meā ad omnia mā data, omnēmq; uia iniquitatis siue falsitatis, id est quæ nō

est secundū uerbum tuum, odio habui. Hinc intellige quod supra dixit, Iniquos odio habui.

Phe **D**

Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Declaratio sermonū tuorum illuminabit & intellectū dabit paruulīs. Os meum aperui & attraxi spiritū, quia mandata tua desiderabam. Aspice in me & miserere mei secundū iudiciū diligentiū nomen tuū. Gressus meos dirige secundū eloquium tuū, & non dominetur mei omnis iniquitas. Redime me a calūnijs hominū, & custodiā mandata tua. Faciem tuā illumina super seruū tuū, & doce me iustificationes tuas. Exitus aquarū deduxerūt oculi mei, quia nō custodierūt legem tuā.

Mirabilia certe sunt testimonia tua domine (ut supra in litera Gimel) ideo scrutata est uel custodiuit ea anima mea. Declaratio uel (ex Heb.) ostium sermonum tuorum, id est, quando primū aperiantur, ut palam fiat nobis quid contineat, illuminat paruulos, & tunc primum quā maxime excæcat malignos, Matth. 11. Os meū aperui & attraxi spiritum, id est, flatum & auram uitalem, id est, cupienter desiderauī uerbum tuum, ut comederem & intrā uiscera traicerem istum panem uitæ. Aspice in me in istis miserijs ubi impetit me omnis iniquitas, & misericordiā siue beneficium liberationis presta, secundū iudiciū, id est, secundū quod bonum uidetur & operatur ab illis qui diligunt gloriam tuam, non secundū iudiciū illorū qui non timēt, nam hi uellent me perditū, Gressus meos dirige secundū tua uerba, ut in tua non mea uia ambulem, & nulla iniquitas uel angustia dominetur mei, quæ dominatur illis & uexat illorum conscientias qui etiam in speciem optime uiuunt sine fide uerbi dei.

Redime me à calumnijs & blaffhemijs hominum, ut non cadam in op̄a
 probrium & scandalum patiat̄ur uerbum tuum, & tunc custodiam man-
 data tua. Tuam faciem illumina, id est, tuam præsentiam cum lumine conso-
 lationis & illuminationis tue exhibe super me in his tenebris calumniarũ
 & mendaciorũ contra me (ut psalmo. 4.) & isto lumine faciei tue doce me
 iustificaciones tuas. Oculi mei, interim dum non ades, dum audio calumnias
 & uideo extolli hypocrisim, coguntur in lachrymas, quia non custodierunt
 scilicet illi calumniantes, legem tuam, imò, ut supra dictum, dissipauerũt le-
 gem tuam, Vide ne intelligas, Non custodierunt, scilicet oculi, nam & infra
 legis, Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt uerba tua inimici mei.
 Hoc est pij cordis signum, flere scilicet ubi agitur contra legem quã tanto
 pere amat &c.

Zadick 

Iustus es domine, & recta iudicia tua. Madaſti
 iustitiam, testimonia tua & ueritatem nimis. Tabe-
 fecit me zelus meus, quia obliti sunt uerba tua ini-
 mici mei. Ignitum eloquium tuum uehementer, &
 seruus tuus dilexit illud. Iunior ego sum & cõtem-
 ptus, iustificaciones tuas non sum oblitus. Iustitia
 tua iustitia in æternum, & lex tua ueritas. Tribu-
 lationes & angustia inuenerunt me, mandata tua
 meditatio mea est. Iustitia testimonia tua in æter-
 num, intellectum da mihi & uiuam.

Iustus es domine siue hos suscipiens, siue illos abiciens, qui non potes
 uelle nisi quod iustum est, ut maxime iudicio carnis diuersum uideatur.
 Hinc & non iusta non esse possunt omnia uerba tua que nobis cõmistiſti ser-
 uanda & credenda, quemadmodũ hoc toto octonario subinde inculcatur.
 Recta, inquit, iudicia tua, id est, uerba tua, nisi intelligas, Rectum iudicium

tuum quo saluus & damnas, sed in idem redit. Item, Ignium uel igne exa-
minaturn, ut argentum eloquium tuum, id est, iustum & purum, quod non
permittit se misceri doctrinis humanis, v. sal. II. Eloquia domini eloquia ca-
sta &c. Item, Iustitia tua est iustitia eterna, iustitia hominum quia iniusta est
coram deo perit, est autem iustitia dei qua ipse iustificat &c. Et lex tua ueri-
tas est, leges humanae in rebus spiritus, sunt mendacia & doctrinae demo-
niorum. Item, Iustitia sunt testimonia tua in eternum, id est, sunt eterna ius-
titia. Haec omnia exponunt primum uersum. Impij autem sic contra uerba
& ueritatem dei pugnant quasi sint iniusta, imò hoc ipsum palam fatentur,
& dicunt esse heresim, seductionem, blasphemiam in deum, prohibitio-
nem bonorum operum, quia docent non seruare statuta maiorum, id est ho-
minum ad inuentiones, quae illis multo uidentur ad lucrum & ambitionem
commodiores quam dei uerba, atq; adeo damnant deum quasi iustum qui ta-
les hereses (ut blasphemii dicunt) nobis dedit & nimis mandauit ut serua-
remus, quemadmodum hic dicitur, Tu nimis mandasti iustitiam tuam, testimo-
nia tua & ueritatem tuam, ut quisquis tua uerba non seruarit uel ad alienam
iustitiam & fiduciam deflexerit, saluus esse non possit.

Tabescit &c. id est, dolore & angustia animi perij in me metipso qui-
deco eos qui me in angustiam cogunt oblitos tuorum uerborum, id est, nul-
lo agi timore tui. Illi seniores habentur & honorati ex quibus uel solis con-
silia petantur & bonae ordinationes, ego autem iunior habeor ad nulla con-
silia & bonum regimen aptus, & qui non possim docere, qui fortius debeam
audire seniores, sicut hodie nobis dicunt, uos uultis sapere super seniores
(ut supra in litera Mem) hoc est, ut ait, Contemptus sum & homo nihili
apud eos, tamen in isto contemptu non sum oblitus iustificationes tuas, ut
deficiendo apud eos magnus haberer. Etiam in tribulatione & angustia
mandata tua sunt meditatio uel delectatio mea &c.

Coph **ᾗ**

CLamaui in toto corde meo exaudi me domi-
ne, iustificationes tuas requiram. Clamaui ad te sal-
uum me fac, & custodiam testimonia tua. Praeueni

in immaturitate & clamaui, in uerba tua speraui.
 Præuenerūt oculi mei ad diluculum, ut meditarer
 eloquia tua. Vocem meam audi secundū misericor
 diam tuā domine, secundū iudiciū tuum uiuifica
 me. Appropinquauerunt persequentes me iniqui/
 tati, a lege autem tua longe recesserunt. Prope tu es
 domine, & omnes uix tuæ ueritas. Initio cognoui
 ex testimonijs tuis, & in æternū fundasti ea.

*In periculo est qui sic orat, ne propter iniquitatem persequentium & con
 traria docentium perdat dei uerbum, quod diligit super omnes mundi de
 licias & diuitias, Hoc est, q. clamat toto corde, quod desiderium solū exau
 dit dominus, ut diximus Psal. 9. q. præuenit in immaturitate, id est, surgit
 ante alios in intempesta nocte ad clamandum toto corde, quando omnia
 quiescunt, q. præuenit etiam uigilando ante diluculū, ut meditetur siue po
 tius explicet & declaret postea alijs eloquia dei, ut clare intelligatur dan
 nare omnia quæ sunt hominū & cōmendare solius dei misericordiam &
 iudiciū. Et ita addit, Vocem meam audi ut me salues ab isto periculo secun
 dum misericordiam tuā, non secundū iustitiam meam quā non agnosco. Im
 pij suam iustitiam agnoscunt, dei misericordiā ignorant. Secundū iudiciū
 tuū, id est, secundū quod tibi bonum uidetur qui misericors es, & nō secun
 dum quod bonū uidetur hoībus qui uolunt me perditū, uiuifica me &c.*

*Appropinquauerunt &c. Id est, quanto amplius accedunt ad suas leges
 querentes deum nunc hic nunc alibi, nunc in his operibus, nūc in alijs sine
 fide uerbi dei, id quod est iniquitas maxima & negatio dei altissimi, scilicet
 osculari manum suam, Iob. 31. tanto magis recedunt & elongantur à legē
 tua atq; adeo salute. Impij uerbum dei in pijs persequuntur, & quanto ama
 plius suis excogitatis iustitijs suas conscientias iuuare contenderint tanto
 amplius suis peccatis immerguntur & exc. ecantur.*

*Prope tu es domine, nihil opus est, ut alibi queraris quā in uerbo tuo
 quod tu prope existens nos doces, secundū illud Ro. 10. ex Moysē, Prope est
 uerbum tuum in ore tuo & in corde tuo, hoc est uerbum fidei quod prædi
 camus &c. Nihil ergo solliciti simus siue pro uentre siue pro salute, siue scien
 ant*

antē hostes siue quiescant, dominus prope est, Philip. 4. Et omnes uie tue siue promissiones & uerba tua sunt ueritas, te ergo presente, pastore, duce, promissore, quomodo errabimus? aut quomodo non errabūt qui à lege tua longe recesserunt? Ego initio uel primū hoc per te didici ex uerbis tuis, aut (si malis) de uerbis tuis siue testimonijs, q̄ stabilisti ea in æternum, quia ueritas sunt & ueritas domini manet in æternum, mendacia & adinventiones humane quandoq; confundentur ut pereant. Initiū ergo doctrine pietatis est ut scias uerbum domini manere in æternum, qua sententia nobis indicatur fidem esse fundamentū salutis. Qui scit uerbū domini manere in æternum nullo scandalo aut pietatis specie retrocedit & c.

Res ¶

Vide humilitatem meā & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus. Iudica iudiciū meū & redime me, propter eloquium tuū uiuifica me. Longe a peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierūt. Misericordiæ tuæ multæ domine, secundum iudiciū tuum uiuifica me. Multi sunt qui persequuntur me & tribulant me, a testimonijs tuis non declinaui. Vidī desipientes & tabescebā, quia eloquia tua non custodierunt. Vide q̄ mandata tua dilexi domine, in misericordia tua uiuifica me. Principium uerborū tuorū ueritas, in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

Vide domine afflictionem meā, non persistere possum in fide uerbi tui, adeo impugnatur ista fides intus & foris, nisi tu me eripias, qui uides quid patiar, quia legem tuam non sum oblitus, non fuit in animo deficere ad leges & uoluntatem impiorū. Iudica pro me dū illi iudicant contra me, minus tuam ueritatem non intelligit, sed damnat, iudicium ergo hic solius dei

est, ut declaret & iudicet inter ueritatē & hypocrisim, ut hæc confundatur dum illa palam fit. Propter eloquium tuū, id est, promissionem tuā cui credo, uiuifica me &c. Longe est salus ab impijs (supra in litera Coph) nō quia peccauerunt (quis enim non agnoscit se peccatorem?) sed quia iustificationes siue uerba tua, quibus creditis iustificantur impij & peccatores, non exquisierūt. Nemo recte recusat. Nam misericordie tuæ multæ domine, propter quas & rogo, ut secundū iudicium tuum uiuifices me. Multi quidem sunt blasphemi & persecutores mei sed propterea à testimonijs tuis non recessi. Vidi desipientes siue (ex Heb.) prætergredientes, id est, contemnentes & nihil curantes quæ dei sunt, quæ tamen maxime ad eos pertinebant. Duplices sunt hic hostes ueritatis, quidam persequuntur, quidam prætergrediuntur. Et tabescibā, id est, dolui & dolore in meipso perij & afflictus sum supra, Tabescit me &c. Item, Exitus aquarum &c.

Vide q̄ mandata tua dilexi domine & q̄ nullo terrore uolui deficere ab his ad mandata & uoluntates hominum. In misericordia tua redime me à morte, siue lapsu & desperatione. Principium uerborū tuorum est ueritas, id est, primū quod de uerbis tuis scire oportet est ut uera credantur, quemadmodum & sunt, supra, Initio cognoui &c. uel principium eorum est ueritas, nam ex te deo ueraci & qui es ueritas, ceu fonte fluunt. Contra initium uerborum siue doctrinarum humanarum in re salutis est falsitas & mendacium, quippe figmentum humani cordis. Potes & legere, Caput, id est summa uerborū tuorum est ueritas. Caput autem humane doctrine utcūq̄ sanctissima appareat est falsitas. Et quia ueritas sunt permanent in eternum supra in litera Coph.

Schín

PRINCIPES persecuti sunt me gratis, & a uerbis tuis formidauit cor meū. Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatē odio habui & abominatus sum, legem autem tuā dilexi. Septies in die laudaui te super iudicia iustitiæ tuæ. Pax multa diligentibus legem tuā, & non

est eis scandalū. Expectabam salutare tuū domine
& mādata tua dilexi. Custodiuit anima mea testi-
monia tua & dilexit ea uehementer. Seruauī man-
data tua & testimonia tua, quia omnes uīx meæ in
conspectu tuo domine.

Principes qui dicantur supra diximus in litera Gimel, unde hic uidetur
quod Christus dicit, Quod hominibus altum est, abominatio est apud deū,
Principes, inquit, id est iudices, reges, seniores, plebis doctores, & honora-
ti propter sapientiā & sanctitatem, persecuti sunt me gratis, id est, sine mea
culpa, sed cor meum non tam illos formidauit quam uerba tua, oportuit hic
plus obedire deo quā hominibus. Vt cumq; uero illi persequantur & in iri-
finitiam adigant, ego gaudebo de uerbis tuis, sicut qui deuictis hostibus occu-
pat spolia multa, dilexi enim ea super aurum & topazion. Sic & Esai. 9.
dicitur de gratia Christiana, Letabuntur corā te sicut qui letātur in messe,
sicut exultant uictores capta præda sua quando diuidunt spolia.

Iniquitatem &c. supra, Iniquos odio habui &c. Ex Hebræo, Falsitatem
odio habui, id est, mendacia subuertentium dei ueritatem, ut de alijs men-
dacijs taceam quos etiā mundus iudicat. Legem autē tuam ad eo dilexi ut
septies, id est, sepe in die gratias egerim tibi q; dederis nobis iudicia iustitiæ
tuæ, id est, q; reuelaris nobis uerbum tuum quo credito iustificamur. Ita Sep-
ties accipitur in scripturis siue numerus septenarius, ut in Prouerbij, Sep-
ties cadet iustus, id est, sepe. Psal. II. Purgatum septuplum, id est, multipli-
citer. Non hic de septem horis canonicis dicitur quas tu legis non ut gratias
agas deo de dato suo uerbo, q; nobis reuelarit suam uoluntatem, sed ut
satis facias tuo beneficio ecclesiastico, quia ita fateris, Beneficium datur pro-
pter officium, & officium præstandum propter beneficium uel propter or-
dinem ecclesiasticum. Hic autē dicit, Septies in die laudauit te propter iudi-
cia iustitiæ tuæ, sed ô domine multi hodie horas illas canonicas legunt uel
per murmurant qui nesciunt quid dicant, & primi sunt ex illis qui iudicia
iustitiæ tuæ persequantur.

Dilexi legem tuā, & septies gratias in die egi pro ea data. Nā pax mul-
ta est diligentibus eam, qui diligunt legē certe spiritū dei habent iustificati
per fidē, alioqui diligere nō possent, ut alibi diximus, uel psal. I. ergo pacē

habent, Ro. 5. Pacem, inquam, etiam in tribulatione, ut ibidem dicitur. Contra, Non est pax impijs dicit dominus. Et non est illis scandalū, id est, in nullo scandalizantur ut recedant à uero. Nam patienter ferunt mala aliorū, portant peccata fratrum, multa interpretantur in bonum, etiam manifesta peccata & lapsus hominum ipsis in bonum cooperantur. Contra impijs et iustitarijs illis hypocritis omnia etiam optima cooperantur in malum, qui etiam ex ueritate dei scandalizantur & in omni eo quod ipsorum institutis aduersum est, sicut hodie uidemus. De quibus dicit Christus, Sinite illos, cæci sunt & duces cæcorum. Scandalizantur & infirmi qui nondum diligere satis possunt legem dei, horum rationem iubet nos habere Christus & apostoli.

Expectabam in tentatione salutem siue liberationem tuam domine, & mandata tua dilexi, id est, in tentatione à uerbis tuis nō defeci, sed ipsa uita mihi chariora fuerūt. Custodiuit anima mea testimonia tua & dilexit ea uehementer, nullis minis aut blandicijs, nulla cruce aut persecutione ea deseruit ut deficeret ad testimonia & doctrinas humanas. Seruauit ea, quia sciebam me omnia agere te presente & aspiciente. Hoc impij non credunt.

Tau **Ἦ**

APpropinquet deprecatio mea corā te dñe, iuxta eloquium tuū da mihi intellectū. Intret postulatio mea corā te domine, secundū eloquium tuum eripe me. Eructabunt labia mea hymnū cum docueris me iustificationes tuas. Pronunciabit lingua mea eloquia tua, quia omnia mandata tua iustitia, Fiat manus tua ut saluet me, qm̄ mādata tua elegi. Concupiui salutare tuū domine, & lex tua meditatio mea est. Viuet aīa mea & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt mē. Erraui sicut ouis quæ perijt, quære seruū tuū, quia mādata tua nō sum oblitus.

Audi domine hymnum & orationem meam, & da mihi intellectum secundum uerbum tuum, ut sapiens sim secundum te, & secundum eloquium, id est, promissionem tuam eripe me, ne consentiam iudicio & consilio malignorum. Tunc eructabunt & ex corde producent labia mea laudem tuam & predicationem gratiae tuae, cum docueris me iustificatiões tuas, quia nisi tu docueris alijs eructare non possum, Tunc etiã pronunciat bit lingua mea uel (ex Heb.) respondebit interrogantibus eloquia tua, quia omnia mandata tua uel promissiones tuae sunt iustitia, id est, non solum iusta, sed etiam, si eis credimus, iustificantiã, de quibus non mihi erubescendum si interrogauerit si dicere oportebit.

Veniat mihi manus & auxilium tuum, ut liberet me, quia à mandatis tuis recedere nolo, desideravi salutem & auxilium tuum, & lex tua est delectatio mea etiam in tentatione & persecutione. Viuet anima mea, certus sum & non succumbam aduersarijs, & non tradar in desperationem & mortem, & non dominabuntur mei impie doctrinae, & perstabo manu tua & saluari tuo adiutus Melius autem legeris, Viuat anima mea ò domine per te, & Tunc laudabit te, gratias aget & predicabit laudem tuam & eloquia iustitiae tuae, contra omnes errorum doctrinas, ut tui cognitio & laus alijs diuulgetur. Et iudicia tua, id est, tua uerba mihi reuelata adiuuabunt & ad hoc me confortabunt. Iudicia, inquam, quibus illuminas & seruas credentes, destruis & excacas impios aduersarios.

Sed nunc uideamus quàm nihil iustitiae sibi arroget qui hic loquitur, sed det omnem gloriam deo. Erraui, inquit, quod ex me est, & in uia iustitiae ego me continere non possum, sicut ouis quae perijt, quae sine duce & pastore redire non potest, & quanto amplius sistinarit tanto longius recedet à grege & lupis reddetur obnoxia, tu quare seruum tuum, ouem scilicet sine te pastore perditam, quia mandata tua non sum oblitus, quae tamen sequi & tenere sine te non possum.

Aduerte quod ait D. Martinus, hunc Psalmum pertinere ad primũ dei preceptum, quod docet honorare siue colere deũ. Hic statim oriuntur duo diuersi populi. Pij sciunt deum coli fide, & in nulla re fidere oportere, sed ab omnibus elementis mundi uacuum esse foris & intus, ut soli deo maneat gloria in spiritu nostro. Hypocrite hoc ignorant, & multis operibus putant se colere deum, unde augent leges & statuta, quae impediunt fidem siue fiduciam in deum. Inde fit ut omnia quae tentant sine dei uerbo fiant contra omnia dei uerba, eloquia, legem, mandata, testimonia, ut nemo huius

hydræ capita numerare queat, quia in suis legibus & operibus adiuventio-
num suarum perpetuo herent &c.

PSALMVS CXIX.

Titulus. Canticum graduum.

Istum titulum habent hic quindecim Psalmi, de quibus multa fabulantur sine scriptura, ut declarent, quos nesciunt, quindecim gradus. Ego autem simpliciter sentio his gradibus non omnibus ordine quasi prescripto (ut quidam hic sese torquent) sed singulis ascendi ad deum, si fueris ita affectus ut uerba sonant. De numero quoque nihil laborandum, quandoquidem plures psalmi ita potuissent inscribi, potuissent & pauciores.

S V M M A. Verum in hoc primo Psalmo gradus est sine quo non ascenditur. Nemo enim uiam agnoscat salutis nisi in uarias tentationes & adfectiones inciderit. Qui enim uere amplectitur salutis doctrinam & confitetur, predicat & tuetur (id quod Christianorum est) continuo habebit contra se labia iniqua & linguam dolosam, quo malo nihil grauius in hoc incognito quo habitamus inter impias gentes & contradictores.

AD dominum cum tribularer clamaui & exau-
diuit me. Domine libera animam meam a labiis iniustis & a lingua dolosa. Quid detur tibi & quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Heu me quia incolatus meus prolongatus est, habitauim cum habitaculis Cedar, multum incola fuit anima mea. Cum ijs qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis.

Quid detur &c. secum loquitur, q. d. O anima mea quod maius incognitum posset tibi accidere ad istud quod pateris à lingua dolosa? Felix. Quid dabit tibi & quid addet tibi lingua fraudis? id est, quod id amplius tibi nocere

posset quã iam nocuit lingua dolosa? Desolatorijs. Fe. Iuniperorum, Qui dicuntur nimis diu fouere ignem.

Heu me &c. Felix, Hei mihi quia incola fui Hethruriae, habitavi cum tentorijs scytharum. Secutus est hic Felix Iudaeorum interpretationem, qui ista legunt forte contra Europæos & Asiaticos, id est, contra Romanum imperium & alias gentes in quibus nunc sunt dispersi & coguntur male audire. Indicat tamen idem Felix sic ex Heb. posse legi, Væ mihi quia incola fui diutius, habitavi cum tentorijs Chedar. Id quod planè nihil aliud est quàm quod nos legimus. Verum quascũq; gentes hic interpretatus fueris eadem sententia manebit, nempe q̄ populus dei inter gentes, id est, impios male audit, ut interim taceam de lingua dolosa.

Multum incola &c. Hoc initium est uersus in Heb. Fe. sic, Quã plurimũ habitauit ipsa anima cum odio habente pacem. Ego pax, & cum loquar, ipsi ad bellum.

Describit in psalmo tentationem quam patitur iugiter in hoc mundo qui cor de conceptam dei profitetur ueritatem, id quod Christianum oportet. Nam ore fit confessio ad salutem, & Qui negauerit me coram hominibus &c. In qua tentatione se nihil remedij habere ait, quã ut clamet ad deum, quem non dubitat exauditurum, alioqui quis non deficeret à uerbo dei, ut dictum psalmo superiore? Est autem hæc tentatio dum uerbum dei confiteris & sequeris, alienus à doctrina & conuersatione impiorum inter quos uiuis, & statim furijs Satanæ agitata insurgunt cõtra te labia iniqua & lingua dolosa, illa blasphemant, damnant &c. ista doctrinis diuersis sub specie sanctitatis seducere nititur. Ab utraq; parte uolentia est cõtra nostris uiribus resistere non licet, nisi deus exaudiat clamantes.

Quid quæso tribulationis addi potest ubi sic impugnatur salus per linguam dolosam? (de uiris sanguinum & dolosis sæpe diximus) Quandoquidem diabolus hic potens acuta & ignita iacula habet linguas uenenatas hominum auerentium à ueritate, Ephe. 6. Hæc iacula nisi scuto fidei non repelles, & hostes tam potentes non repelles nisi contrarijs telis, scilicet Christi uerbis qui est fortior, de quibus psal. 44. Sagittæ tuæ acutæ. Alioqui tela potentis Satanæ ignea secũ adferunt carbones uastatorios, id est, omnia exurentes & uastantes ut nihil fidei sit reliquum.

Heu me &c. Magna ad afflictio pijs spiritus est, sic despectũ & exulem habitans cũ habitaculis Chedar, id est, cũ Hismaëlitis (fuit enim Chedar filius

Hismaël perse-
quitur Isaac
non contra.

Hismaëlis, ut est in Genesi hoc est cū Saracenis, ut se nunc uolunt illi Agda-
reni & Hismaëlitæ appellari, quemadmodū alibi diximus. Notus est locus
ex Galatis, q̄ Hismaël persequitur Isaac promissionis diuinæ filium. Inter
illos ergo se exulem nimium diu fuisse & esse dicit, & omni iniuriæ expo-
situm, qui gentiles sunt, qui carnales sunt, tantū de carnalibus obseruan-
tibus (sicut Hismaël de carne Abraham) glorientes, blasphemantes sanam do-
ctrinam sine causa, ne cum pacificis quidem pacem habentes, quos nemo
persequitur fidelis, qui neminem non possunt non odisse fidelem, id quod
hodie coram uidemus, uiderunt olim sancti, uisuri sunt & posteri, mundus
manebit mūdus, non speremus ex hominibus meliora. Propter uerbū enim
seruiunt. Cum, inquit, loquebar illis &c.

PSALMVS CXX.

Titulus. Canticum graduum.

SUMMA. Hec est unica consolatio ad afflictū animi supra descripti. Si-
cut Iosaphat dixit. 2. Para. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc so-
lum habemus residui ut oculos nostros dirigamus ad te.

Leuauī oculos meos in montes, unde ueniet
auxilium mihi. Auxilium meum a dño qui
fecit cœlum & terram. Non det in cōmotionem pe-
dem tuum, neq̄ dormitet qui custodit te. Ecce non
dormitabit neq̄ dormiet qui custodit Israel. Do-
minus custodiet te, dñs protectio tua super manū
dexteram tuam. Per diem sol non uret te, neq̄ luna
per noctem. Dominus custodiet te ab omni malo,
custodiet animā tuā dominus. Dominus custodiet
introitū tuū & exitū tuū, amodo & usq̄ in seculū.

Montes dicit cœlos. Sic infra in alio psalmo, Ad te leuauī oculos meos
qui habitas in cœlis. Non det, neq̄ dormitet, ego ex Heb. ista mallem legi in

futuro, Non dabit, neq; dormitabit, quãuis figura orationis bene precantis sibi coram deo non male conueniat.

Eidei uerba sumi, Oculos meos direxi ad caelos, petens ut diuina in tentatione mihi adsit clementia, quæ certe aderit suo tempore, & efficax erit, nempe illius qui fecit caelum & terrã. Qui deus ô anima mea (sic enim seipsum consolatur qui fiduciam habet in dominum) non permittet ut labatur pes tuus à uia ueritatis utcũq; impugneris à regno Satanæ & impijs hypocritis. Neq; is qui custodit te dormitabit, ut maxime ad tẽpus dormire & dissimulare nobis in tentatione uideatur, quẽ admodũ alibi diximus, Exurge quare obdormis domine, Ecce qui custodit Israël, id est, populũ credentẽ sibi, non uel ad modicũ claudet oculos tantũ abest ut dormiat, non solet is obliuisci populi sui, sed diligenter intueri omnia & adiuuare, maxime tũc quãdo deseruisse uidetur. Ille ipse qui sic custodit populum suum die ac nocte, custodiet quoq; te, & proteget te umbra sua (ut est in Heb.) super manũ tuam dexteram, ut pugnans dextera tua contra aduersarios non lædaris, non uulneretur dextera tua.

Per diem &c. Id est, affulgente luce consolationis dei non extolleris, nõ eris securus & negligens dei. Rursumq; adueniente tentationis nocte non deijceris, non cades à tua in deum fiducia. Alioqui quomodo luna uret? Aut certe nõ arrogabis tibi iustitiam in die cum sol clare fulget, cum extra crucem gaudes beneficia dei sentiens, neq; arrogabis tibi iustitiam in nocte quando luna clare lucet, cũ in cruce gaudes & fortiter stare uideris. Vtrũ enim est impium, sibi scilicet tribuere & suis meritis & uiribus quod solius dei est. Sic Iob dicit, ca. 31. Si uidi solem cum fulgeret & lunã incedentem clare, & letatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manũ meam ore meo, quæ est iniquitas maxima & negatio cõtra deum altissimũ. Ab hoc malo sancti securi esse non possunt, nisi deo seruante. Qui stat, ut dicat ne cadat. Felix pro uret, legit, percutiet.

Sol, luna
non uret.

Introitum uero dicit & exitum, id est, siue dõmi siue foris fueris, hoc est ubicũq; fueris, siue in stabulo siue in pascuis pastor tuus te ouem non deseret. Sicut Ioannis. 10. dicit Christus, Per me si quis introierit in regnũ celorum siue stabulum ouium, quæ est ecclesia sanctorum, saluabitur, & ingredietur per fidem, & egredietur per charitatem, & pascua inueniet, augetur enim incrementa frugum iustitiæ &c.

Titulus. Canticum graduum.

SYMMA. Sub typo ciuitatis Hierusalē, ubi erat templū, quo ter ascen-
debāt tribus domini siue Iud. ei festiuo gaudio singulis annis, sicut legis præ-
ceptum, Deut. 16. ubi quoq; requirebatur iudiciū & lex si quid difficile &
ambiguum in reliquis urbibus iudicari non potuit, ut legis Deu. 17. Sub ty-
po illo, inquā, describit ecclesiam, ut sepe aliās. Propterea non tam ciuita-
tem dicit q̄ ciuitatis similitudinem, ut figuram in dicit. Hierusalem, inquit,
Hierusalē quæ quæ edificatur ut ciuitas, cuius participatio simul uel quæ cōiuncta est ipsi
edificatur. simul. Hoc est, Non illa Hierusalem quæ in se diuisa est, quæ occidit prophe-
tas & lapidat apostolos, sed quæ mutua charitate sibi ut mēbra unius cor-
poris connectitur, quæ cum deo unum est, in qua festa leticia cōscientie de
remisso peccato & donata dei hereditate, in qua rectum iudicium est. Nam
spiritualis homo dijudicat omnia. Extra quā omnia sunt erroribus plena.
Animalis enim homo nō percipit &c. Hæc est domus & aula regia Dauid
in qua regnat Christus, Luc. 1. & Esa. 9. Hic est pax illa quæ non habebit
finem, quam (ut hic uides) sibi mutuo ciues huius Hierusalem & precantur
& prædicant.

Lætatus sum inter eos qui dixerunt mihi,
In domum domini ibimus. Stantes erant pe-
des nostri in atrijs tuis Hierusalē. Hierusalem quæ
ædificatur ut ciuitas, cuius participatio simul. Illuc
enim ascenderūt tribus, tribus domini, testimoniū
Israel, ad confitendū nomini domini. Quia illic sei-
derūt sedes in iudicium, sedes super domū Dauid.
Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalē, & abundan-
tia diligentibus te. Fiat pax in uirtute tua, & abun-
dantia in turribus tuis. Propter fratres meos & pro-
ximos meos loquebar pacē de te. Propter domum

domini dei nostri quæsiui bona tibi.

In atrijs. Fe. In portis. Cuius participatio uel consortium simul. Felix,
 Quæ coniuncta est ipsi simul. In uirtute. Fe. In antemurali. Turribus.
 Felix, Palatijs.

Elegantissima hæc est descriptio mutuæ charitatis in ecclesia sanctorū,
 ubi gaudemus non solum de nostro sed etiam aliorum profectu, ut omnes
 illuminemur iudicio & instructione uerbi dei, & pax dei exaltet in cordi-
 bus nostris, Amen. Sic ergo ait fidele cor, siue fidelis populus. Letatus sum
 inter eos quos audiui aspirare ad dominum, ut relicto tenebrarū regno in-
 grederentur in domum domini, in templū sanctum eius, ubi dominus habita-
 tat lux sanctorū, qui dixerunt ad me, In domū domini ibimus. Stantes erāt
 pedes, id est, affectus nostri in portis uel in ingressibus tuis o Hierusalem ci-
 uitas dei, Psal. 86. Properauimus in Hierusalem, properarunt & alij, sed cu-
 pinus nos & alios progredi usq; in domū dei, id est templū, Psal. 41. ut fi-
 de crescentes propius accedamus ad sancta sanctorum. Non enim putamus
 nos comprehendisse. Philip. 3. Et non progredi in uia dei est retrocedere.

Charitas
sanctorū.

Hierusalem, inquam, quæ edificatur uerbo dei (ut de edificatione dixi-
 mus Psal. 117.) & construitur ex lapidibus uiuis, doctis & illuminatis à do-
 mino, Esa. 54. Ephē. 2. 1. Pet. 2. Aedificatur, inquam, ut ciuitas aliqua in ter-
 ris ex lapidibus uarijs & fortibus muris & turribus &c. cuius participatio
 simul, ubi dum gaudet unum membrum congrudent omnia, dum dolet, con-
 dolent omnia, seruiunt sibi mutuo, mutuas ferunt necessitates & infirmi-
 tates, alterum alterius est non suum. Quicquid discors est, quicquid ferre
 non potest alios, quicquid iuuare non uult, non pertinet ad istam Hierusa-
 lem, ut cunq; gloriatur se pertinere.

Vnde edificatur ut ciuitas? qui sit ut participatio eius sit simul? Illic enī,
 inquit, ascenderūt scilicet fide (non aliter ascenditur ad eam ciuitatem &
 templum) tribus, nō quæcūq; sed tribus domini, quæ sunt ex numero filio-
 rum dei, sunt ex electis dei, regeneratæ spiritu, quæ tribus sunt testimonium
 Israël, testificantur enim & fide & operibus coram deo & coram homi-
 nibus se esse uerum semen Israël, quia ascenderunt illuc ad confitendū no-
 mini domini, ut sanctificarent nomen dei, gratias agerent saluatori cōfite-
 do & prædicando gloriam & iustitiam dei. Lapidēs ergo huius ciuitatis
 sunt tribus domini, & opus in hac ciuitate est sanctificatio noīs dei. Quia
 in ista ciuitate sederūt sedes ad discernendum iudicium, illic iudices super

Rectū iudiciū.

sedes sederunt. sedes, inquam, siue iudices super domũ David, id est, super familiam Christi, ut supra dictum, qui ex semine David natus, rex est à deo constitutus super Sion &c. Psal. 2. Illic enim solum rectum est iudicium per uerbum & spiritum dei. Vnde Christus dixit discipulis, Vos qui reliquistis omnia & secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & uos super sedes iudicantes duodecim tribus israhel. An nescitis (ait Paulus) & angelos iudicabimus. Et nobis dicitur, Probate spiritus, num ex deo sint. Item, ne simus sicut paruuli fluctuantes & circumferamur omni uento doctrinae, in nequitia & astutia hominum, ad circumuentionem erroris. Hæc est igitur bene ædificata ciuitas, ubi concordia ciuium est & rectum iudicium, in quam properatur ad nihil aliud quam ad confitendum nomini domini.

Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem. Græci uinc legunt τῆς ἡπόως σαλῆς, quasi ciuitas Hierusalē sit roganda propter ea accipienda quæ patris sunt, quæ sententia longe ab ijs quæ sequuntur. In genitiuo ergo uel datiuo accipe Hierusalem, Et facile fuit librarijs forte τῆν ponere pro τῆσ̄ uel τῆ. Et sententia est, Vos tribus domini qui ascenditis & ascendistis in Hierusalem, rogate, bene precamini, optate coram deo quæ spectant ad pacem & ad profectum huius ciuitatis Hierusalem, uos mutuis precibus in hoc regno iuuate, & desiderate ex deo gratiam per quem ædificia ista surgunt & cōsummātur. Et sic dicite (coniunctio enim, &, recte ex Heb. omittitur.) Abundantia siue prosperitas sit omnibus ò Hierusalem qui diligunt te, maledictio & infelicitas omnibus qui persequuntur & uastant te. Fiat pax dei in robore & muris tuis & abundātia in palatijs siue turribus tuis, ut pax sit intra te, & robur spiritus abundantiaq; gratiarum & uerbi dei augeatur ijs qui tibi ministerio uerbi præsumt, ut hic aduersarius exercitus nihil aliud uideat quã propugnacula fortissima & chorostrorum.

Propter fratres meos & proximos meos loquebar uel potius loquar, id est, prædicabo pacem de te, uel loquar pacem in te. Hæc est charitatis natura, ut propter proximum non possis tacere Euangelium pacis quod habet illa Hierusalem. Idem sequitur alijs uerbis, Quæsiui uel quæram tibi bonitatem & salutem propter domum domini dei nostri, id est, templum sanctum dei quod est in te, in quo deus habitat. Hoc est propter electos qui sunt fratres mei & templum spiritus sancti. Ita charitas hic non quæ sua sunt querit, sed quæ aliorum.

PSALMVS CXXII.

Titulus. Canticum graduum.

SUMMA. Serui & ancillæ dum suam agnoscunt culpam uel dum iniuriam patiuntur ab alijs potentioribus & ditioribus, non aliud norunt refugium quã dominum & dominam, quorũ manus inuocant ut uel parcant delinquentibus uel defendant iniuriam sustinentes. Ita nos solum dominũ habemus refugium &c. psal. 144. Oculi omnium in te sperant domine & tu das escam illis in tempore opportuno. Aperis tu &c.

AD te leuauĩ oculos meos qui habitas in cœlis. Ecce sicut oculi seruorũ ad manus domi norum suorũ. Sicut oculi ancillæ ad manus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominũ deum nostrum donec misereatur nostri. Miserere nostri domine miserere nostri, quia multũ repleti sumus despectu one. Multũ repleta est anima nostra opprobrium abundantibus & despectio superbis.

Qui in hac necessitate est ut uideat animã suam repletam despectione, id est, ut dicit, factam opprobrium abundantibus diuitibus, potentibus, saturis sanctis & hypocritis & despectionem contemptoribus uerbi & iudicij dei, is norit quid hæc sibi uelint. Experieris hanc tentationem si mordicus tenueris & confessus fueris dei uerbum.

PSALMVS CXXIII.

Titulus. Canticum graduum David.

SUMMA. Graui tentatione & periculo mortis & inferorum defuncti hæc dicimus, Extincti corpore & damnati in æternũ fuissetis, aut illa tentatio nos obruisset nisi dominus nos liberasset.

Nisi dñs fuisset in nobis (dicat nunc Israel) nisi dñs fuisset in nobis. Cum insurgerēt

homines contra nos, utiq; uiuos deglutissent nos.
 Cum irasceretur furor eorū contra nos, utiq; aqua
 demersisset nos. Torrentē pertransiuit aīa nostra,
 utiq; pertransisset anima nostra aquā intolerabilē.
 Benedictus dñs qui non dedit nos in prædam den-
 tibus eorū. Anima nostra sicut passer erepta est ex
 laqueo uenantiū. Laqueus contritus est & nos libe-
 rati sumus. Adiutorium nostrū in nomine domini
 qui fecit cœlum & terram.

Torrentē pertransiuit aīa nostra, id est, peruasimus per torrentē aquā,
 uel per mare rubrū, uel per Iordanē. Vtiq; pertransisset aīa nostra per aquā
 alioqui intolerabilē, scz auxilio dei, tātū enim liceret & licuisset per deū.
 Sed hec inepte uersa sunt ad psalmi sententiā. Felix apte sic, Torrēs trans-
 issit super animā nostrā (id est super nos) tūc transisset sup animā nostrā
 aque elate. Hoc est, Nisi dominus fuisset in nobis in aquis perissemus &c.

Figura ueteris
 liberationis.

Infideles olim (ut & semper solēt) dixerūt, Est nē dominus in nobis, an-
 noni Fideles autē certo sciunt dominū adesse, & liberati ē tentatione eius
 prædicant misericordiā. Quā uero prophete alludāt ad historias ueteres
 uel iste psalmus declarat. Id qd' sic accipe, Populus ille Israēliticus qui tum
 populus dei censebatur ista semper potuit cantare sic, Nostrum genus in to-
 tum perisisset ut ne unus quidē ex nobis superesset, quando persequabatur
 nos Pharaο cum suis, & nos per mare rubrum super capita nostra eleuatū
 transiimus, mortem ob oculos uidentes, nisi dominus fuisset in nobis, qui
 liberauit nos ē durissimis inimicorum uinculis & seruitute.

Pharaο est Satanas cū impijs hominibus, qui nolūt liberū abire populū
 dei, sed potius manere in Aegyptiorū tenebris, id est, dei ignorantia, quæ ad
 modū & hodie uidemus. Aquæ sunt tentationes & persecutiones (ut alibi
 dictum) quibus eruditur & illuminatur populus dei, ut discat non in se, sed
 in solo deo sperare. Hic diabolus & Antichristianum regnum putat popu-
 lum dei in angustia deprehēsum periturū, sed ipse cum suo perit exercitu,
 id est, cū potentibus illis, sapientibus & iustitiarijs hypocritis impijsq; con-

temptoribus, & populus dei tentatione purificatus & suam infirmitatem expertus, auxilio dei victor pervadit ad regnum.

Expertus ergo q̄ in tentatione nihil humanæ vires, nihil humana valent consilia, cum gratiarum actione & prædicatione misericordiæ dei, quam & alijs vult cognitam, dicit, Nisi dominus fuisset in nobis &c. Benedictus dominus qui non permisit nos aquis submergi, aut dentibus impiorū leonum vorari, aut laqueo iniquitatis & insidiarum eorū teneri, ut neq; aperta vis neq; insidiæ latentes sub pietatis specie potuerint nos à deo separare, tantū valuit ille in nobis cuius nomen inuocauimus, nec mirum, ipse enim fecit cœlum & terram, ut habeat omnia in manu sua & nos & nostra, & nemo potest rapere ex manibus eius.

PSALMVS CXXIIII.

Titulus. Canticum graduum.

SVMMA. Hæc est rata in deum fiducia, credere scilicet q̄ nunquam dominus derelinquet sperantes in se, ut per aduersarios cadant à deo.

Qui confidunt in dñm, sicut mons Sion nō cōmouebitur in æternū, qui habitat in Hierusalem. Montes sunt circū eam, & dñs est circum populū suum, amodo & usq; in seculū. Quia nō dimittet dñs uirgam peccatorū, super sortem iustorū ut non extendant iusti ad iniquitates manus suas. Benefac domine bonis & rectis corde. Declinantes aut̄ in obligatiōes abducat dominus cū operantibus iniquitatem, pax super Israel,

Qui confidūt in domino erunt stabiles sicut mons Sion est stabilis, nō dimouebitur à fiducia dei qui habitat in noua Hierusalē. In cuius circūitu sunt mōtes, id est, inaccessa hostibus loca, hoc est protectiones dei, sicut Psal. 147. Quoniam confortauit seras portarum tuarū &c. Atq; has protectiones dei

licet intelligere angelorū custodias. Heb. 1. Administratorij sunt & c. 4. Regum. 6. Et ecce mons plenus equorū & curruum igneorum in circūitu. Hebraei. Vt cūq; ista accipias, domini auxilium significatur, id quod additur. Et dominus, inquit, in circūitu populi sui uel est circum populū suum. Sic & Psal. 33. Iste pauper clamauit & c. Castrametabitur angelus domini circum timentes eum & c.

Verum hæc ex Hebr. eo clarius leguntur sic, Qui confidunt in domino sicut mons Sion, nō cōmouebitur, in eternū habitabit, Hierusalem montes in circūitu eius, & dominus & c. In primo uersu per Hebraismū ponitur, Commouebitur & habitabit, pro cōmouebuntur & habitabunt. Et sunt hic simplices similitudines. Sicut mons Sion nō potest cōmoueri, ita qui in domino confidunt. Et sicut montes sunt in circūitu Hierusalem, unde dicuntur montana Iud. e. e. Luce. 1. ita dominus in circūitu populi sui. Quia, inquit, non dimittet & c. Quæ est dei consolatio in cruce nostra, scilicet q; quāuis uirga peccatorum uel uirga impietatis uenerit super nos, & uerserit nos uel manifesta uolentia uel astu dæmonij meridiani, ut relinquamus dei uerbum & fiduciam in deū & abnegemus dei ueritatem, tamen dominus non eouerserit nos ut extendamus manus nostras ad iniquitatem, id est, ut sociemur operarijs iniquitatis. Et idem optat hic spiritus in Psalmo pro nobis, dicens, Benefac, id est, tua benignitate & beneficijs adesto bonis & rectis corde, id est, tibi fidentibus ne cadant à te. Suis igitur dominus aderit. Qui autem declinant à uia recta nolentes audire uerbum dei, in obligationes impietatis, quibus implicantur & excecantur ut explicari nequeant, illos abducet dominus & à se abijciet cū omnibus operarijs iniquitatis, quando dicet, Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Pax sit super Israël dei, Gal. 6. Contra, Non est pax impijs dicit dominus.

PSALMVS CXXV.

Titulus. Canticum graduum.

SVMMA. Post captiuitatē Aegyptiacam & ante captiuitatem Babylonicam hic Psalmus scriptus est, posset ergo uideri prædixisse de reductione Iuda ex captiuitate Babylonis, ut legis in Esdra, nisi quid dignius hic Psalmus nobis ostentaret. De liberatione ergo agitur qua liberati sumus per Christum ex captiuitate peccati, mortis, legis, de qua alibi diximus, Captiuam uitate. duxit captiuitatem & c. Hæc est illa Babylonica captiuitas ex qua hodie admirando dei beneficio liberamur per uerbum Euangelicum, quod iam nobis

bis illucescit in tenebris istis horrendissimis, ita ut stupore teneamur admirantes unde tam subito in speratum lumen ad fulgeat, & ita orbem illustret ut rursum renouetur illud. Populus qui ambulabat in tenebris uidet lucem magnam &c. Et Luc. e. 1. Illuminare ijs qui in tenebris &c. Verū solutis ab ista captiuitate restat crux, sed hæc ducit ad gloriam, id quod finis psalmi habet.

CVM conuerterit dñs captiuitatē Sion, facti sumus sicut consolati. Tunc repletū est gaudio os nostrū, & lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes, magnificauit dñs facere cū eis. Magnificauit dñs facere nobiscum, facti sumus lætantes. Conuerte dñe captiuitatē nostram, sicut torrentes in austro. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant iacentes semina sua. Venientes autē uenient cū exultatione, portantes manipulos suos.

Quod legimus, Sicut consolati, ex Heb. legitur, Sicut somniantes. Istam enim tam in speratam captiuitatis nostræ solutionē & que hodie nobis dominus ostendit, quis satis credere potest? Somniantes nobis uidemur præ admiratione, quasi nō uere ista agantur. Sunt enim maiora captiuitatis nostræ omnia erant desperata. Sicut Petrus putabat se uisum uidere qui tamē uere liberabatur è carcere, Act. 12. Huc gaudio & exultatione confessionis diuine misericordie & prædicationis uerbi Euangelici impletur os nostrum, ut cūq; seuiat contra mundus & regnum Satane.

Sicut somniantes.

Tunc dicent &c. Gratia liberationis Christi tanta est, ut etiam prædicetur in gentibus, & dicatur à publicanis & peccatoribus. Hunc populū diligit deus. De hac captiuitatis solutione lege, Es. 52. Hæc libertas cœpta quidem est, sed nondum (quantū ad nos attinet) perfecta, dum adhuc sumus in mortali carne, quapropter iugiter orandum, Conuerte domine captiuitatē nostram sicut conuertis torrentes austro flante. Torrentes niuibus pleni

Sicut torrētes
in austro.

Et gelu constricti austro tepido soluuntur & rursum fluūt. Sic frigore infidelitatis (quia charitatis fructum edere non potuimus) hactenus detenti, petimus, ut rursum calore spiritus solutis nobis fluant aquae gratiarū spiritus sancti, psal. 147. Emitte uerbum suum & liquefaciet ea, stabit spiritus eius & fluent aquae. Cant. 4. Surge aquilo & ueni austro, perfla hortū meū & fluant aromata illius.

Hanc tamen non esse carnis libertatē (quemadmodū carnales somniāt) sequentia clare indicant. Qui, inquit, seminant &c. Via crucis & mortificationis carnis est istis qui seminant semen uerbi dei, id est, qui praedicant & confitentur dei doctrinam, ut uel hinc colligas quodnam opus sit huius solute captiuitatis, praedicatio scilicet & confessio uerbi dei ut & alij liberentur. Verum hunc fletum persecutionis & laboriosam seminationem, messis sequitur & felicissima & aeterna, hic in gaudio conscientiae & post hanc uitā in aeterna dei fruitione &c.

PSALMVS CXXVI.

Titulus. Canticum graduum Salomonis.

SUMMA. Nostrum arbitrium, nostrae uires, nostra prouidentia, consilia & studia uana sunt, quae ubi experimur, contempto sabbato iustorum & electorum dei, nihil inuenimus nisi panem doloris, id est, uexationem conscientiarum.

Nisi dñs aedificauerit domū, in uanum laborauerunt aedificātes. Nisi dñs custodierit ciuitatem, in uanum uigilauit custodiēs. In uanum est uobis ante lucem surgere, surgite postquā sederitis qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce haereditas domini filij, merces fructus uentris. Sicut sagittae in manu potentis, ita filij excussorum. Beatus qui implebit desiderium suum ex ipsis, nō confundentur cū loquentur inimicis suis in portis.

Cum tam clare sint in scripturis sententia, miror tamen contraria docere illos, qui scripturæ se faciunt profissores, nisi q̄ manifestos se faciunt q̄ nihil intelligunt scripturarū, qui tam clara cæcis oculis non uident. Tu ita rem accipe. Scriptura duplicem describit populum. Alterum ueterem, qui sunt iustitiarū, suis operibus & iustitiæ & humanæ prouidentia & sapientia fidentes, qui rationem secuti non uerbum dei, specie sanctitatis & sapientia & decipiunt & decipiuntur. Quibus nulla ratione persuadere potes sabbatū illud spirituale esse domino deo sanctificandū, ut cessemus ab operibus nostris, ut operetur in nobis sua opera deus, ut dei nō nostra in omnibus (sicut oramus) fiat uoluntas, ut mortificata carne nostra, id est, uoluntate humana, uel (ut dominus dicit) abnegatis nobis ipsis, non spiritu nostro & spiritu huius mundi, sed spiritu dei ducamur. Qui tamen usq̄ adeo nihil promouent, ut etiam hæc ipsorum prouidentia ipsis sæpe cedat in malum, & diuersum longe eueniat quā ipsi cogitauerunt, quod ut in omnibus periculosum est, ita in re salutis etiam damnosum.

Duplex populus
nouis &
uetus:

Huic ueteri populo, qui nihil minus cogitat quā se esse ueterem, dicitur, Vanæ sunt omnes uires, prouidentia & conatus uestri, nisi dominus edifecauerit, nisi dominus uigilauerit & custodierit. Vanū & penitus nihil est, & magno negotio ad operas surgitis & peruenitis ante diem (sicut illi qui ne noctis qui dem totius sibi quietem permittunt, ut sua lucra auari sectentur) qui adhuc non uultis sedere, id est, quiescere & sabbatum agere, hoc est domino omnem sollicitudinem & curam committere & uentris & salutis, ignorantes q̄ omnia in manu dei sunt, qui implet omne animal benedictione in tempore opportuno, sed manducatis potius panem dolorum, id est, uexatis uestras conscientias doctrinis operum quæ nunq̄ poterunt uos reddere de salute certos. Hæc oīa iam dudū experiri sumus cū muliere duodecim annos profluuium sanguinis patiente, quæ scribitur multa passa à medicis & omnē in eos expendisse facultatē & tamē semp̄ peius habuisse. Felix hæc clarius sic, Vanum est uobis diluculo proueniētibus surgere, retardantibus sedere, comedentibus panem dolorum.

Alterū populū describit scriptura nouum, qui sunt dilecti dei & noui hoīes. i. filij dei iā renati, quos deus ipse possidet æterna hereditate qui spū dei agūtur, qui (ut nō hoc dissimulemus) sunt hereditas Christi, & quos à patre loco mercedis accepit, sicut ait Esa. 8. Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus in signū & portentū Israël &c. Et pater ad filiū psal. 2. Postula à me &c. Et iterū Christus, Io. 17. Quos dedisti mihi ego custo. &c.

Sabbatū opere-
ribus plenū.

De quo populo hic ait, Cum dederit dilectis suis somnū (id quod perit-
net ex Hebr. ad uersum precedentem) uel, ut Felix legit, Sic dabit dilecto
suo somnum. Poteris & legere, Certe dabit & c. id est, requiem & quietem
dabit dilectis suis, ut cessent à laboribus suis, quæ admodū & ipse dominus
in sabbato requieuit ab omni opere quod patrarat. uide Hebr. 4. Et tamen
in Ioanne dicit, Pater meus usq; modo operatur & ego operor. Sic & spiri-
tualis homo inueniet hic sabbatū negociosissimum. Semper enim agēte deo
fructus producet spirituales. Non enim torpens est in homine ille spiritus
dei, sed uiuax & efficax flamma est diuinitatis in templo suo multa agen-
tis. Hæc ergo non prohibent bona opera, sed nihil potius aliud uolunt quā
bona opera, id est, fructus fidei intus in pectore uiuentis. Taccant ergo qui
multa de operibus garrunt quæ non intelligunt. Sine hoc enim spiritu non
poteris nisi mala opera facere, & quantumcumq; in speciem sanctum opus fa-
erit tamen peccatum est, nisi Paulus non recte dixerit, Quicquid non est ex
fide, peccatum est. Sabbatum est ut nulla tua opera facias, quæ sunt peccatū
& ad ueterem hominē pertinent, facias uero opera dei, quæ sunt imprimis
fides, ut est Ioan. 6. Deinde fidei fructus, id est, opera non simulate charita-
tis, quæ non tam tu quā ipse Christi spiritus iam in te operatur, quando quie-
dem sine me, inquit, nihil potestis facere.

Addit ergo, Ecce hereditas domini sunt filij, id est, non ille uetus popu-
lus qui est populus operum, non filij sed serui, filij, inquam, sunt, id est, res-
cens nati ex spiritu qui non sinit eos ueteres fieri, qui toti pendunt ex pa-
tre deo. Merces, scilicet domini est fructus uentris, id est, renati illi ex uero
dei & noui filij, nō populus legis, sed gratiæ. Et est repetita sententiā. Quod
enim dixerat hereditatem iam mercedem dicit, & quod filios iam fructū
uentris, & mox filios adolescentiarū siue iuuentutis, ex Hebr. eo. Vt ex his
omnibus intelligas non ueteres homines esse & populū legis, sed novos ho-
mines & populum gratiæ, filios non seruos.

Hi filij sunt sicut sagittæ in manu potentis principis uel militis alicui-
us. Non enim sequuntur doctrinam uanam panem dolorum, circūacti om-
ni uento doctrinæ, sed habentes uerbum uitæ fortes & uegeti sua & con-
uersatione & doctrina uulnerant corda inimicorum regis Christi, ut dicitur
psalmo. 44. alios ut confundantur de sua nequitia qua niuntur suba-
uerrere ueritatem, alios ut cognita resipiscant ueritate, sicut. 2. Corinth. 22
Deo, inquit, gratia, qui semper per nos triumphum agit in Christo Iesu, &
odorem &c.

Hanc esse non aliam quã uerbi dei pugnam, clare additur. Non confundentur, inquit, id est, non superabuntur quasi mendaces, cū loquentur, id est, uerbo agent cū inimicis suis, id est, uerbi aduersarijs, in porta, id est, loco publico, uel in iudicio corã multis, sicut diximus de porta psal. 9. Vel in porta, id est, ubi aduersarij inuaserint ciuitatē nostrę salutis, ut sit metaphora ab hostibus, qui nituntur per portas irrumperere &c. Tam scilicet potentes sunt iste sagitte siue filij iuuentutis, quos nos legimus filios excussorū (id est, quod quoq; ex Heb. licet, annotante Felice) id est, filios siue posteros illorū qui excussi sunt, id est, abiecti à deo, Pro populo enim ueteri, filij, id est, noui illi subrogati sunt, qui sunt Apostoli & Christiani omnes, e quorū numero etiam fuerunt illi, qui olim ante Christi natiuitatē spiritu Christi illuminati erant, sed hæc gratia nondū erat palam reuelata, ut Paulus sæpe scribit, uel ad Ephe. Sic Matt. 8. Multi ab oriente &c. filij autē regni &c. & 21. Auferetur à uobis regnum dei, & dabitur &c.

Beatus ergo homo, qui impleuit desiderium suū, uel ex Heb. pharetram suam (ut perfitet metaphora) ex ipsis, id est, ex uerbo & doctrina corū, ut possit & ipse esse filius iuuentutis, & potens esse in opere dei & sermone &c.

PSALMVS CXXVII.

Titulus. Canticum graduum.

SUMMA. Timētis deū beatitudo in laboribus manuum, in uxore & liberis, in spiritali aternāq; apud deum gratia, hic describitur.

BEati omnes qui timent dominū, qui ambulānt in uijs eius. Labores manuum tuarū quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Vxor tua sicut uitis abundans, in lateribus domus tuę. Filij tui sicut nouellę plantę oliuarum, in circuitu męsę tuę. Ecce sic benedicetur homo, qui timet dominū. Benedicat tibi dominus ex Sion, & uideas bona Hierusalē omnibus diebus uitę tuę. Et uideas filios filiorum tuorū, pacem super Israel.

Gratia timen-
tis deum.

Qui timet dominum & ambulat in uis eius, primum beatus est & fecurus per deū uitæ æternæ. Deinde ne hæc corporalia quidē desunt, ppter quæ, quia sic deo placet, laborat quidē suis manibus, ceterū curā & sollicitudinē deo relinquit. Mā ducabit ergo adijciente deo, ex labore manū, dū alij uel frustra laborāt, uel certe cū magna animi molestia partis utūtur. Soli enim qui timent deum contenti sunt presentibus, & quiete animi fruuntur, quātūcūq; dederit deus, quia soli agnoscūt se benedictione domini res

Præterea domus illius hāc benedictionē accipit à deo, ut illic (habere. uxor pudica oīa necessaria cōgerat, oēs domus parietes repleat, ne domus tua sit uacua, & filios fructifera gignat patri dilectos, & ad eundē dominum timorē instituēdos, quibus & ipsis prouidet deus, ut possint pasci de mensa patris, quā circūstant, ut nouellæ plantæ oliuarū, benedicente eis domino. Magna est dei prouidentia, q. natis pueris, mox sufficit lac in ubere matris, ut certe simus, q. qui sic in ipso exordio uitæ prouidet, in reliqua uita nō sit deserturus. Infidelis autē dicit, Pauper sum, si duco uxore, unde uiuā? magis uero miser ero, si suscepero ex ea filios. Quasi uero deus ignoret te habere uxore & filios, quos ipse creauit. Primū, inquit, querite regnū dei, & hæc oīa adijcentur uobis. Huc pertinet quod Tobias dixit, Filij mi, pauperē quīdem uitā gerimus, habebis multa bona, si timueris deum. Et psal. 33. Time te dominū oēs sancti eius, quoniā nihil deest timentibus eum &c. psal. 111. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorū benedicetur. Gloria & diuitiæ &c. Has diuitias nō interpretare luxū & superfluitatē, sed sufficientiā cū pietate. I. Timot. 6. Quando quidē & impij luxuriant sæpe mūdānis bonis, ut dictum psal. 16. quos nō imitandos sic legis psal. 36. Ne æmuleris eū qui prosperatur in uia sua, hominē facientē iniustitias &c. De sufficientia autē & benedictione domini, ut eū bona letiq; conscientia creaturis uti liceat, quemadmodū dicitur I. Timo. 4. ibidem subditur. Melius est modicum iusto &c. Non confundentur in tempore malo &c. Iunior sui &c.

Sequitur benedictio dei siue multiplicatio gratiæ super eū, qui timet dominū, quam spūs ei imprecatur corā deo. Multiplicet, inquit, te in bonis & spūs & corporis dominus, qui habitat in Sion, id est, in loco sancto suo. Alaudit enim ad id, q. tūc deus in Sion colebatur, & presens secundū promissionē credebatur, quæ nūc est ecclesia sanctorū, ut & tūc uere erat. Et uidetis profectū ciuiū Hierusalē. i. gratiā populi dei semp, qua augefecit fide uerbi dei, & oībus aduersarijs superior euadit, Et uidetis longēius filios filiorū tuorū, ut & auus gaudet de nepotibus, quæ ac tu timētibus deū, nem

pe à te institutis, ita augeat dominus domū & familiā tuā. Episcopū te habeat uxor, filij, nepotes & tota familia, ut tua domus planē nihil aliud sit q̄ ecclesia uera dei. Hęc ignorāt, qui dei condēnarūt matrimonia, secuti spūs erroris, & doctrinas dāmoniorū, sed acceperunt mercedem suam, traditi in reprobam mentē &c. Benedictionē domini impietas ignorat, propterea nō potest nō contēnere ea quę dei sunt, & aliam sibi sanctitatē adinuenire quā deus ignorat, sed satis, ut exitus declarat, infelicitē. Pręterea, inquit, (quod prę oībus corporalibus beneficijs optandū est) uideas pacem super Israhē, id est, gratiā & misericordiam super populū dei, unde pax conscisentijs est eterna.

Hęc quę diximus, ita habet psalmi huius intelligentia, quę si uolueris alio cogere inuitis uerbis, ut quosdā uideo desipere, uide quid effeceris. Spiritum aium se querere, quasi spiritus sit fingere, & scripturas ad alienum sensum uolentes torquere. Spiritum psalmi uere habebis, si potes credere, hęc omnia ita nobis deum prouidere.

At dicis, Non omnes habēt uxores, filios, nepotes &c. Respondeo. Non dico quā infelicitē, multi nō habeant uxores. Hoc loco dicimus de timētibz deum, qui si habent uxores, si filios &c. deus eis benedicit, si uero non habent, non tamen sine benedictione aut prouidentia dei sunt, & quicquid habent, pro diuitijs computant. Sunt enim grati semper deo, & cōtenti sua sorte. Hinc in illis, quę ad uictum attinent, magis pace fruuntur, quā qui in gentibus torquentur diuitijs. Luca. 12. Non in abundantia cuiusquā est uita eius ex ijs quę possidet &c. Has corporales dei promissiones contempnere non debemus, credit enim iustificam, ut alie &c.

PSALMVS CXXVIII.

Titulus. Canticum graduum.

SVMMA. Populus dei & quisq; fidelis gratias agit deo, q. à iuuentute, id est, ex quo primū cognouerit deum, oppugnatus ab aduersarijs dei, ut excideret à gratia uerbi, non tamen sit expugnatus.

Sæpe oppugnaverūt me a iuuentute mea, dicat nunc Israhel. Sæpe oppugnaverūt me a iuuentute mea, & non potuerūt in me. Supra dorsum meū fabricauerūt pctōres, prolongauerūt iniquita

tem suam. Dñs iustus concidit ceruices peccatorū,
cōfundantur & cōuertantur retrorsum, omnes qui
oderunt Sion. Fiant sicut foenum tectorū, quod pri-
usq̄ euellatur exaruit. Quo non impleuit manum
suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colli-
git. Et non dixerūt qui præteribant, benedictio do-
mini sup uos, benediximus uobis in noīe domini.

*Supra dorsum &c. Fe. Supra dorsum meū arauerūt arantes, prolonga-
uerūt sulcum suū, id est, longo uulnere profciderūt dorsum meū, miris mo-
dis me oppresserunt. Sequitur, Dominus iustus concidit ceruices, id est, su-
perbias peccatorum. Fe. Dominus iustus concidit iugum impiorum, scilicet
quo nos premebant, perijt spes eorū, non sunt assecuti quod querebant.*

*Sine cruce non uiuimus, sed quæ admodū dictum est Paulo, sufficit nobis
gratia dei, nā uirtus in infirmitate perficitur. Stamus tenente deo, & resur-
gimus erigente deo. Diligētibus enim deū omnia cooperantur in bonū. Im-
precatur uero spūs confusione illis, qui oderūt gratiā populi dei, & flores
re uolūt quasi ueraces, iusti, sancti, quorū flos, inquit, fructus & opera, quan-
tūcumq; uirida, fiant sicut foenum tectorum, quod quia radicem non habet,
aret, anteq̄ euellatur (qui enim nō credit, iam iudicatus est) & nullo usui est
sed irridentur etiā ut stulti, si qui colligere tentauerint, quasi utile futurum,
nemo ex prætereūt. bus dicit illis, qui sic colligunt, Benedictio domini sit su-
per uos, nos benediximus uobis in hoc labore in nomine domini, id est, quæ
uulgo dicunt, nō diximus uobis, Prosciat &c. Ita fit illis, qui multa facere
uolunt, multam iustitiam iactant, quasi aliquid sint, tamen sine radice fidei.
Sine me, inquit, nihil potestis facere, qui tandē ubi palām factum fuerit sal-
esse insuatum, cieceti conculcantur ab hominibus &c.*

PSALMVS CXXIX.

Titulus. Canticum graduum.

SUMMA. Dum alij secure uiuunt, solum cor contritum & humilitatē
se sentit esse in profundis. Hic te fortis fides, qua adh. res dei promissioni
adiuuabit.

adiuabit clamantem. Qui enim promisit remissionem penitenti, item au-
xilium tentato, fallere quia ueritas est non potest.

DE profundis clamaui ad te domine, domi-
ne exaudi uocem meam. Fiant aures tuæ
attendentes ad uocē deprecationis meæ. Si iniqui-
tates obseruaueris domine, domine quis sustine-
bit? Quia apud te propiciatio est, & propter nomē
tuū expectaui te domine. Expectauit anima mea
in uerbo eius, sperauit anima mea in dominum. A
custodia matutina usq; ad noctem, a custodia ma-
tutina speret Israel in dominū. Quia apud dominū
misericordia, & copiosa apud deum redemptio. Et
ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatib⁹ eius.

Quia apud etc. Felix, Quia apud te propiciatio, ut timearis (id est, ut
uenerandum sit nomen tuum, dum nos peccatores agnoscimus & te redem-
ptorem) Expectaui dominum, expectauit anima mea, & in uerbo eius spe-
raui. Anima mea in domino (scilicet expectauit uel sperauit) supra obseruā-
tes mane (id est, plusquā illi qui mane obseruant aliquam rem expectantes,
quam cupiunt maxime, ne scilicet ab alijs præripiatur) obseruātes mane.
Speret Israel in domino, quoniā apud dominum misericordia etc.

Nihil est quod hic in uerbis laboremus, tantum hoc attende q; qui talia
orat iudicio dei premitur. Si, inquit, iniquitates obseruaueris domine & cu-
riosus fueris in dex cordis nostri, qui stabit corā iudicio tuo? quis permane-
bit? Deinde q; à fide non deficit, dicit enim, Quia apud te etc. tua miseri-
cordia nō deficiet, tua promissio non potest esse mēdax etc. Non itaq; hæc
hypocritica est oratio, nec seruiet pro defunctis.

A custodia etc. ad est, à primo diluculo usq; ad finē diei, Hoc est tota die
sue iugiter. De custodijs siue uigilijs diximus psalmo. 89.

Titulus. Canticum graduum Dauid.

SVMMA. Cor vere pium & sese coram deo agnoscēs nihil esse nisi peccatum, hic describitur.

Domine nō est exaltatum cor meum, neq̄ elati sunt oculi mei. Neq̄ ambulauī in magnis, neq̄ in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam sed exaltaui animam meā. Sicut ab lactatus est ad matrem suam, ita retribues in animam meam. Speret Israel in dominum amodo & usq̄ in seculum.

*Vera animi
mansuetudo.* Si non &c. Fe. Si nō posui & humiliavi (uel feci silere) animam meam. Impij primū de donis dei tument, deinde etiā magna sibi arrogant quae ipsis data non sunt. Pij uero tantū abest ut aliena sibi arrogant, ut ne in donis quidem acceptis superbiant, Hec primo uersu, illa secundo notantur. Titillantur quidem in corde sensu gloriæ, delectati honore exhibito, sed hic perdurato corde non persistunt, imò protinus ad se reuersi agnoscunt peccatum suum, de nulla sua iustitia aut sapientia apud sese gloriosi. Nullam enim iustitiam in se inueniunt, nihil agnoscunt se esse nisi peccatum. Hi uere dicere possunt, Domine utcūq; mihi sepe accidat sensus uanæ gloriæ, tamen reuersus ad cor, nihil nisi insipientiam & peccatum in conspectu tuo uere agnosco.

Talis homo non se aliquid aestimat, non cōtendit, non se alijs præfert, nō alios, sed se iudicat, omnes ex æquo diligit. Rom. 12. Non plus sapere quam oportet sed sapere ad sobrietatem secundū mensuram dei, prout unicuiq; dedit deus. Ephe. 4. Subiecti inuicem in timore dei.

Sequitur q; deus non dignatur sua gratia qui superbiunt. Si, inquit, non posui & humiliavi animam meam, sicut ab lactatus puer est ad matrem suam, quæ negat ei lac, ita retribues in animam meam, scilicet denegando ei gratiam. Hoc est, Non erit mihi bonum si me exaltauero, quæ sunt uerba si dei timentis deum. Deus etiam pios, si (quia homines sunt) alicubi se exalta

uerint, tentationibus & aduersis in multis deprimunt, ut negato consolationis
 laete de se desperantes grandescant in deo, sicut accidit Dauidi. 2. Reg. 24.
 in numeratione populi, ubi dicitur, Percussit Dauidem cor eius postquam nu-
 meratus est populus. Et dixit Dauid ad dominum, Peccaui ualde in hoc fa-
 cto, sed precor domine, ut transferas iniquitatem serui tui, quia stulte egi ni-
 mis. Ibi tum dimissum quidem est peccatum, sed ultio secuta est & retribu-
 tio horrenda, & protinus misericordia & cessatio à plaga. Idcirco utcumq;
 tibi mater, id est, diuina misericordia lac neget & te abijcere uideatur, ta-
 men sperato amodo & usq; in seculum, certus q; tibi ad salutem lac dene-
 getur, cui ad salutem antea dabatur. Non te deseret mater, modo matrem
 agnoueris &c.

PSALMVS CXXXI.

Titulus. Canticum graduum.

SVMMA. Populus dei uarie adflictus precatur dominum deum, ut me-
 mineret pietatis Dauidis olim tam pij regis, ut ueniat Christus ex semine ei-
 us, propter promissionem Dauidi factam & in super iuramentum additum
 (quæ duo impossibile est ut fallant nos, ut dictum Plal. 109. & alibi) ut sta-
 tuat regnum Sion sive solum Dauidis in æternum.

Vides igitur post Dauid hunc psalmum & factum & cantatum, ut disca-
 mus & nos plena fide in nostris tenebris & adflictione desiderare Christum
 liberatorem, dicentes, Adueniat regnum tuum. Sicut enim illi habebant pro-
 missionem q; uenturus esset Christus ex semine Dauid ut confirmaretur re-
 gnum Iuda in æternum, sic & nos promissionem habemus q; nobis semper
 adfuturus est. Matth. ult. Ecce ego uobiscum &c.

Salomonis igitur uidetur psalmus, qui posita in templo à se edificato
 arca domini, dicit 2. Para. 6. Aperiantur quæso oculi tui, & intente sint au-
 res tuæ ad orationem quæ fit in loco isto. Nunc igitur consurge domine
 deus in requiem tuam tu & arca fortitudinis tuæ. Sacerdotes tui domine
 deus induantur salutem, & sancti tui letentur in bonis, Domine deus
 meus ne auertas faciem Christi tui. Memento misericordiarum Dauid ser-
 ui tui.

Memento domine Dauid & omnis mansue-
 tudinis eius. Qui iurauit domino uotum

uouit deo Iacob. Si introiero in tabernaculum domus meae, si ascendero in lectum strati mei. Si dederō somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis. Donec inueniam locū domino, tabernaculum deo Iacob. Ecce audiuimus eū in Ephratha, inuenimus eum in campis syluae. Introiuimus in tabernaculum eius, adorabimus ad locum ubi steterunt pedes eius. Exurge domine in requiem tuam tu & arca sanctificationis tuae. Sacerdotes tui induent iustitiam, & sancti tui exultabunt. Propter Dauid seruum tuum non auertas faciem Christi tui.

Qui iurauit nunc ω pro o in græcis uidetur, librariorum errore. Et requiem temporibus meis, id est, capiti meo, adiectum est in græco superflue, nam in Heb. non est. Ecce audiuimus eum, & ωshv id est eam, græci nunc legunt, sed nullo sensu, nihil enim præcessit ad quos referas. Nec placet q. Lyranus refert eam ad arcam, de qua post dicitur, multo minus q. Ephratha pro Ephraim accipit. Et præcedentia exigunt ut de loco tabernaculi reuelato ista intelligas, ut dicemus. Adorabimus ad locū ubi steterunt pedes eius, id est, uersus arcam, ubi dominus sedere inter cherubim secundū promissionem dicebatur. Fe. Adorabimus scabellum pedum eius. Vide Psal. 98.

Sanctificationis. Fe. fortitudinis.

De cōmemoratione nominis sanctorū diximus Psalmo. 79. illorū autē cōmemorationem uides, qui habebant promissionem, ut Abraham, Isaac, Iacob ac Dauid. ut qui orant non propter sanctos aut sanctorum iustitiam urgent deum sed propter promissionem illis factam. Id quod in sequētibz clarius uidebis. Iurauit, inquit, dominus Dauid ueritatem &c.

Qui iurauit &c. Quod Dauid desiderauerit edificare templum legis, 2. Reg. 7. Quod uero se isto iuramento & uoto astrinxerit, hic solum legis,

Atq; ex hoc loco dicit Stephanus Act. 7. Dauid inuenit gratiã in cõspectu domini, & petijt ut inueniret tabernaculũ deo Iacob. Salomon autẽ edificauit illi templũ &c. Vouit Dauid se nõ dormiturũ aut quieturũ in domo sua donec reuelaretur ei locus templi futuri, nimirum excitante in ipso hoc desiderium deo.

Eæ audiuiimus eũ, id est, locũ tabernaculi siue tẽpli dei &c. Locus Dauidi reuelatus est in ipso tẽpli loco, quãdo cessante plaga illic obtulit &c. dicens, Hæc est domus dei &c. 1. Para. 22. Erat autẽ locus Hierusalẽ in area Areuna siue hornan Iebusæi in monte Moria. 2. Reg. ult. 1. Para. 21. 2. Par. 5. Is est locus immolationis Isaac, Gen. 22. Vbi quod nos legimus visionis, in Heb. est, Moria. Hic autẽ significatur Dauidẽ in Bethlehẽ Salomoni & alijs de loco tabernaculi prophetaſse siue de loco tẽpli dei. Nõ q; locus esset futurus in Bethlehem, sed q; illic Dauid de loco prophetarit, id quod alibi nõ legit. Oia tamẽ legis reuelata Dauidi, qualiter edificandũ esset tẽplũ & oia in eo disponẽda, sicut ipse ait. 1. Para. 28. Oia uenerunt scripta in manu domini ad me, ut intelligerẽ uniuersa opera exemplaris. Sic olim Moyses oia fecit in priori tabernaculo secundũ exemplar quod monstratum est illi in monte, Exo. 25. Act. 7. Heb. 8. Significabatur enim aliud templũ edificandũ per Christum quod non transferretur ut tabernaculũ Moysi, non destrueretur, ut templum Salomonis, sed stabile staret in æternũ, de quo proprie intelligitur, quod legis in pphetia Nathan. 2. Reg. 7. Vnde & Esa. 60. Gloria libani ad te ueniet, abies, buxus & pinus simul, ad ornandũ locum sanctificatiõis meæ, & locum pedum meorũ glorificabo &c.

Ephrata esse Bethlehem notũ est ex Gen. 35. Hanc autẽ fuisse patriã Dauid cõstat ex 1. Reg. 16. Hinc Luca. 2. Bethlehem bis dicitur ciuitas Dauid, nisi q; arx quoq; Ston dicta est ciuitas Dauid postq; ipse cepit eam. 2. Reg. 5. Inuenimus cum, scilicet locũ templi dei, in campis syluæ, id est, in sorte tribus Beniamin ubi erant multæ arbores, sicut exponunt hoc loco cõmentarij Hebraici. Nam Hierusalem ubi edificatũ est templũ est in Beniamin, ut uidet Iosue. 18. quasi dicat, Sic reuelatũ est nobis, ut in Iuda, ubi est Bethlehẽ, & in Beniamin ubi est Hierusalẽ, sit domini sanctificatio. Quæ duæ tribus simul dictæ sunt regnum Iuda.

Introibimus, scilicet parato loco in tabernaculum siue templum eius, & adorabimus ad propiciatorium sanctum dei. Tu domine ueni in requiem tuam, id est, in templum in quo promisisti te habitaturũ nobiscũ, tu, inquam, ueni & arca in qua habitat tua sanctificatio, & de cuius propiciatorio lo-

queris uerbum, per quod credentes sanctificamur, item quo adorātes fide per te sanctificamur, dum exaudimur. Tunc ubi tu accesseris ita ad nos, sacerdotes tui circumdabuntur tua iustitia, ut iustificati per te uerbum salutis recte predicent, & sancti tui, id est quotquot tibi credunt, exultabunt tuae presentia & uerbo tuo exhilarati. Haec iustitia ministrorum uerbi tui, & leticia sanctorum tuorum, nisi tu exurgens uenias, nulla erit.

De Christo &
Christi templo.

Verū prophet. e ubi de spiriualibus loquuntur libenter alludunt ad uisibilia, & hunc psalmū cantatum constat in templo ad multos annos, quando certe non precatum est ut arca uentret in templum. In aliud ergo templum dum de uisibili scribitur, respicitur, ut supra dictum. Potes ergo accipere q̄ David, qui promissione & iuramento dei, ut in hoc Psalmo dicitur, certificatus erat de Christo ex se nascituro, desiderauerit scire locum & habitationem cōuersationis Christi regis, uel idem desiderauerit Salomon, & reuelatū sit a deo, q̄ eius locus primū futurus esset in Bethlehem ubi nasceretur, secundū aliam quoq; prophetiam, & deinde in campis syluae, id est, inter gentes, ad quas spiritu uenit postquā est glorificatus. Sic alibi, Tunc exultabunt omnia ligna syluarū & c. Vt fideles hic glorientur se ingressuros in ecclesiam sanctam Christi, quae est uerum dei templū, & adoratur os ad propiciatoriū Christum, per quem pater remissionē tribuit peccatorū, Est enim thronus gratiae, Heb. 4. Ro. 3. Et orent. Vt deus ipse in hanc requiem sui templi ueniat cū arca, id est, humanitate Christi in qua est sanctificatio eius, id est, ois plenitudo diuinitatis corporaliter, qua sanctificamur. Tūc sacerdotes, inquit, tui & sancti tui, id est, credētes qui sunt genus regium sacerdotale induēt iustitiam, nō uestes Aaron, non pompas illas externas, internam uestem oportet esse ubi spirituale est non carnale siue uisibile sacerdotium, & exultabunt tuae, scilicet iustitia, quae est per fidē, letificati.

Fiducia promissionū dei oratur.

Propter David & c. Non propter merita aut sanctitatem David, sed propter promissionē illi factā (ut sequentia habent) te rogamus, ut non auertas a nobis faciē Christi tui, sed mittas cū nobis uidentū fide, ut carnem eius uidentes agnoscamus eum. Esa. enim. 53. scribitur, absconditus uultus eius propter formas crucis. Vide. 3. Reg. 11. quā sepe dicat dominus se non ablaturū omnem misericordiam propter David seruū suum. Et omnibus promittitur, Esa. 55. Et feriam uobiscum pactum sempiternū, misericordias David fideles. Ecce testem populis dedi eum ducem ac preceptorē gentibus. Ecce gentem quā nescibas & c. Huius promissionis fiducia hic orat populus, & arget deum promissione facta, sicut diximus Psal. 88.

Iurauit dominus Dauid ueritatem & nō frustrabi-
tur eū, de fructu uentris tui ponā super sedem tuā.
Si custodierint filij tui testamentum meum et testi-
monia mea hæc quæ docebo eos. Et filij eorū usq̃
in seculū sedebunt super sedem tuā. Quoniam ele-
git dominus Sion, elegit eam in habitationē sibi.
Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo
quoniā elegi eam. Venationem eius benedicēs be-
nedicam, pauperes eius saturabo panibus. Sacer-
dotes eius induam salute, et sancti eius exultatiōe
exultabunt. Illic producam cornu dauid, parauit lu-
cernā Christo meo. Inimicos eius induā confusio-
ne, super ipsum autē effloreat sanctificatio mea.

Venationem, græce θήρα. Qui uiduam interpretati sunt errore unius
literæ seducti sunt χήρα pro θήρα accipientes. Fe. uictum uel cibum
uiaticum.

Producam. Felix, Germinare faciam. Super ipsum &c. Fe. Super ipsum
autē floreat diadema eius, id est, corona regni eius.

Iurauit &c. Act. 7. lege. 2. Reg. 7. & Psal. 88. Hic iuramentum de regno Regnū Dauid.
Christi legis sicut Psalmo. 109. de Christi sacerdotio, qui factus est ex semine
Dauidis secundū carnem Ro. 1. Vide Psal. 109. & Esa. 9. Si custodierint &c.
Putant quidā filios Dauidis cecidisse à regno terreno, quia non seruata est
conditio, sed certe manet dei uerbum, dum oēs in Christo semine Dauidis cre-
dentes regnāt in eternū, & seruant testamentū dei & testimonia eius quæ
ipse spū suo eos docet. Quoniā elegit dominus Sion, id est, ecclesiam & re-
gnum Dauidis, ut habitet & requiescat illic in eternū. Atq; hic uides Sion
esse electā à deo, nō suis meritis saluatā. Cuius uenationē siue cibum uiaticū
uel uictum, id est, panem uitæ uerbum dei, deus sua benedictione efficacem

faciet & multiplicabit. Cuius pauperes, id est, qui in ea adstrictis cōscientiis esuriem & sitient iustitiam, saturabit deus panibus siue pane illo uitæ. Cuius sacerdotium regale induet salute æterna, id est, Christo, & sancti, id est, fideles eius gaudebunt de remisso peccato & donata uita æterna.

Illic, id est, in ea Sion producet deus cornu, id est, potentiã Dauid. Tūc enim primū erit potens regnū Dauidis, ad quā prior potentia, ut cūq; magna, nulla fuit, sicut & Luca. 1. dicitur, Et erexit cornu salutis nobis in domino Dauid pueri sui. Illic parauit lucernā & gloriam, id est, Evangelicā lucem suo Christo, nam regnū lucis est, depulsis tenebris regni tenebrarū. Cuius inimici omnes, id est, aduersarij Euangelij induentur confusione, dū qui in regno sunt sancti uestientur iustitia & salute, ut supra dictum. Super ipsum autē gloria regni dei fulgebit in æternum.

Itaq; ab illo loco quo dicitur, Iurauit dominus &c. usq; in finem psalmi habes manifestam dei promissionem & iuramentum de æterno templo, sacerdotio, & regno in Dauidis semine Christo.

PSALMVS CXXXII.

Titulus. Canticum graduum Dauid.

SUMMA. Paucis uerbis hic spiritus expressit gratiam cōmunionis mēbrorū Christi, addens, Quoniã illic ubi fratres habitant in unum mandauit dominus &c.

ECce q̄ bonū & q̄ iucundū habitare fratres in unū. Sicut unguentū in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Quod descendit in oram uestimenti eius, Sicut ros hermon qui descendit in montes Sion. Quoniã illic mandauit dominus benedictionē & uitam usq; in seculum.

Unguentū. Fe. Unguentū optimū. De hac gratia lege totā epistolam Charitas. Ioannis. Quid quæso iucūdius illa pmissione. Matt. 18. Vbi duo uel tres &c. Si duo ex uobis cōsenserint &c. Nihil ergo gloriētur de Evangelica gratia q̄ charitate sunt uacui. Quid enī gloriaris de capite q̄ mēbris nō coheres? Oleū Aaron. Duabus uero rebus cōparat hanc gratiã fraternæ unitatis, oleo scilicet

sanctificationis & rori fertilissimo, qui fecundat terram. De oleo sanctifi-
cationis, quod est sanctū domino legis Exo. 30. quo cōsecratus est Aaron
cū filijs in sacerdotiū, & omnia quæ erant in tēplo. Vnde hic dicitur, ungu-
uentum optimum effusum super caput Aaron (Exo. 29. & Leuit. 8.) quod
primum in barbam, deinde & in reliquum corpus usq; ad simbriam inferio-
rem uestimenti eius fluxerit. Hic significabatur Christus, à quo capite ungu-
uentum illud spiritus sancti, quo (ut habet lex) caro hominis non ungitur,
effluxit primū in barbam. i. in illos qui propius ori eius adhaeserūt, ut Apo-
stolos & alios, quos per se sine hoīs ministerio docet, à quibus docētibus, hoc
est, demittentibus illud unguentū, fluit in reliqua Christi mēbra usq; ad sim-
briam. i. mēbra nouissima. Heb. 2. Salus cū initiū accepisset enarrari per do-
minū, ab eis qui audierūt in nos cōfirmata est, cōtestante deo signis & por-
tentis & uarijs uirtutibus & spiritus sancti distributionibus, secundū suā uo-
luntatē. Tali unguento cōparatur hæc uanitas, siquidē, ut dicitur Ro. 5. Cha-
ritas dei diffusa est in cordibus nostris per spūm sanctū, qui datus est nobis.
Ioelis. 2. Effundam, inquit, de spū meo super omnem carnem.

Hermon autē est mons trans Iordanem, ut est Iosue. 12. à quo loca quoq; Ros Hermon
uicina Hermonijm dicuntur, ut alibi diximus. dicitur enim Iosue. 13. Omnē
montem Hermon &c. Et ultra Iordanem loca esse pascuis uberrima, uide-
re licet uel Num. 32. Ros ergo qui illic cadit, dicitur optimus, Et idem ros,
ut ita dicam, non numero sed specie, id est, æque fecundus, cadit super mon-
tes Sion, siue super montana Iud. e. e. Hæc uero, quid opus est pluribus age-
re, cum tota terra scribatur fluere lacte & melle? Huic rori gratia hæc fra-
terna comparatur, quia ros ille spiritus sancti è caelis demissus, hic omnia
fecundat, Deus enim charitas est &c. Sic de rore caeli loquitur Esaias. Ro-
rate caeli desuper &c. De fecunditate ergo spiritus hic additur, Quoniā
illic mandauit dominus benedictionem, & secundum corpus & secundum
spiritum, & præterea uitam æternam.

PSALMVS CXXXIII.

Titulus. Canticum graduum.

SUMMA. Excubias leuitarum in templo siue tabernaculo domini, legis
Num. 18. Et uerba hic sonant quasi ipsis dicatur, ut noctu orent & benedi-
cant domino, & bene precantes populo coram deo, dicant. Benedicat tibi
ō popule dei dominus ex Sion &c. Sed ut fiat psalmus noster, dicimus om-
nes seruos esse dei, qui fide constanti stant in ecclesia Christi, & stant etiā

Qui stant

in noctibus, id est, adueniente tentatione inferorum, mundi & carnis. Beati serui illi, quibus dicitur, ut leuantes in oratione puras manus benedicant domino, & bene precentur populo dei, in quo adhuc multi infirmi sunt, dicentes, Benedicat &c.

Ecce nūc benedicite dño oēs serui domini. Qui statis in domo dñi, in atrijs domus dei nostri in noctib^o. Extollite manus uestras in sancta, & benedicite domino. Benedicat tibi dominus ex Sion, qui fecit cœlū et terrā.

In sancta, id est, uersus sancta sanctorum, que nunc sunt alia. i. nō manu facta, Heb. 9. ubi est illud propiciatoriū Christus, sine quo nulla propiciatio. Felix. Ad sanctitatē. Sed idem est. Reliqua ex supra dictis sunt nota.

PSALMVS CXXXIII.

Titulus. Halleluia.

SV MMA. Laus dei qui operatur mirabilia nunc & olim operatus est, in cœlo sursum & in terra deorsum.

Laudate nomen dñi, laudate serui dñm. Qui statis in domo dñi, in atrijs dom^o dei nostri. Laudate dominū quoniā bon^o est domin^o, psallite nomini ei^o quoniā bonū est. Quoniā Iacob elegit sibi domin^o, Israel in possessionē sibi. Quoniā ego cognoui q̄ magn^o est dñs, & dñs noster præ oib^o dijs. Oīa quæcūq; uoluit dñs fecit in cœlo & in terra, in mari & in oibus abyssis. Educēs nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiā fecit. Qui producit uētos ex thezauris suis, qui percussit primogenita

Aegypti ab hoīe usq; ad pec⁹. Emisit signa & prodigia in medio tui Aegypte, in Pharaonē & in oēs seruos eius. Et percussit gētes multas, & occidit reges fortes. Seon regē Amorrhæorū, & Og regē Basan, et oīa regna Canaan. Et dedit terram eorū hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo.

Pietas laudat & magnificat opera dei, impietas sua opera, qua de re alibi diximus. Laudatur ergo hic dominus à pio corde, primū q; in se bonus est **Opera dei laudanda.** pius & misericors, & q; bonū & iucundū est eius nomē. i. inuocatio & gloria eius in omni tribulatiōe. Et q; nos elegit in peculiū sibi, nō nostris meritis uenimus ad eū, & cognouimus ipso docēte, hūc unū esse solū uerū deū. Deinde q; is est qui oīa facit in cælo & in terra, secundū suā uolūtātē. Et præterea singularia beneficia præstat electis cōtra Satanæ & impietatis regnū, sicut Hebræis præstitit cōtra Pharaonē & gētes alias quas expulit è terris, & pro eis habitare fecit illos, Hic uolūtās & opera nostra nihil sunt, ubi dominus facit oīa in salutē nostrā, Hinc oēs fiduciæ alienæ quæ sunt dii gentium & hypocritarū dānantur, tantū uult spūs, ut laudemus & benedicamus siue gratias agamus domino. Quoniā Iacob & c. Exo. 19. Quod de nobis repetit Petrus. 1. Pet. 2. & psal. 46. Elegit nobis hæreditatē suā & c. Regnabit deus super gentes & c. Et Christus, Ego, inquit, uos elegi de mundo, ut eatis & fructū afferatis, & fructus uester maneat.

Quia ego cognoui & c. fides describitur, quæ secundū primū præceptū uerū deū agnoscit timēdo, credēdo, fidēdo, & nō habet in cōspectu dei deos alienos. Sed unde cognouit? Ex operibus, quæ admodū sequitur, Ro. 1. Inuitos educēs nubes & c. id qd fieri uidemus, dū uaporē humidū (sibilia & c.

in sublime tollit, cuius densitas solē obumbrat, ut pluiuas depluat secundū **Nubes.** suā uoluntātē, nō secundū philosophicā rationē, id qd uel. 3. Reg. 18. uideri licet, ubi oratiōe prophetæ ascēdit è mari nubecula, & sequitur grādus pluiua, postq; nō pluerat annis tres & mēsisibus sex. Quod aut additur, fulgura in pluiuā fecit, significat deum ideo fulguribus territare mundum, ut postea **Fulgura.** pluat, sicut ferē fit. Ipso factō indicans legem & Euangeliū, dum territat et beneficia præstat. Felix legit, fulgura in pluiua fecit, id est, pluit, et simul **Ventis** fulgura ostendit. Et addit, qui producit uentos de thesauris suis, id est, ex

occultis suis quò nemo accedit. Sic Christus Ioh. 3. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis & nescis unde ueniat aut quo uadat. Taceant ergo philosophica somnia de origine uentorum. Opera dei uidemus, peruestigare nò possumus, quã sententiã si indigne accipis, dic mihi, ô philosophe, quã sit substantia animæ tuæ, qua te reliqua cõprehendere putas.

Et dedit terram &c. Sic & in fine mundi impij de terra perdentur, ut iniusti possessores, & declarabitur omnia esse iustorum, sicut diximus psal. 3. Omnia, ait Paulus, in figura contingebant illis.

Domine nomen tuum in æternum, memoriale tuum in generatione & generationem. Quoniam iudicabit dominus populum suũ, & in seruis suis consolationem accipiet. Simulachra gentium argentũ & aurum, opera manuum hominũ. Os habent & non loquentur, oculos habent & non uidebũt. Aures habent & non audient, neq; enim est spiritus in ore eorum. Similes eis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus Israel benedicite dño, domus Aaron bñdicite dño. Domus Leui bñdicite dño, q; timetis dñm benedicite dño. Benedictus dñs ex Sion, qui habitat in hierusalẽ. Halleluia.

Domine nomen tuum in æternum, nomina & gloria hominum & facta peribunt, nomina idolorũ, id est, uana in creaturas & opera humana fiducia tandem non stabunt. Nomen & fama dei æterna est, creaturis & operibus semper nos dei admonentibus. De memoriali dei, supra psal. 110.

Quoniam iudicabit dominus populum suum, id est, iudex erit in populo suo. Fe. Quoniã ulciscetur dominus populũ suũ. Ut uideas iudiciũ esse pro populo iniuriã passo, nò cõtra populũ. Sed quid de peccatoribus? In seruis, iniustorum, suis consolationẽ accipiet uel pœnitebit eũ, id est, miserebitur tandem eorum, & liberabit eos, & à peccatis & à manu aduersariorum.

Simulachra &c. psal. 113. Benedictus &c. id est, laus & gratiarum actio sit domino ex ecclesia sanctorum, quæ habitat in Hierusalem, id est, in eadem ecclesia, ut in templo sancto suo.

PSALMVS CXXXV.

Titulus nullus in Hebræo.

SVMMA. 2. Para. 20. & alibi sepe docetur, ut cantent, quoniam in seculum misericordia eius. Id quod magnæ consolationis uerbum est. Te enim etiã cadente, non cadit dei misericordia, alioqui non esset æterna. Semper ergo illa manet, ne unq̃ desperes, atq; hanc ipsam deus operibus declarauit ab exordio mundi usq; huc, nec declarare cessat in singulis nobis. Sic autẽ hic opera dei prædicantur & misericordia, ut psalmo superiore.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini deo deorum, quoniam in æternũ misericordia eius. Confitemini dño dominorum, quoniã in æternũ misericordia eius. Qui fecit mirabilia magna solus, quoniam in æternum misericordia eius. Qui fecit cœlos in intellectu, quoniam in æternum misericordia eius. Qui firmavit terrã super aquas, quoniã in æternũ misericordia eius. Qui fecit luminaria magna solus, quoniã in æternũ misericordia eius. Solẽ in potestatẽ diei, quoniã in æternũ misericordia eius. Lunã & stellã in potestatẽ noctis, quoniã in æternũ misericordia eius. Qui percussit Aegyptum cũ primogenitis eorũ, quoniã in æternũ misericordia eius. Qui eduxit Israel ex medio eorũ, quoniam in æternũ misericordia eius. In manu forti &

brachio excelso, qm̄ in æternum misericordia eius. Qui diuisit mare rubrū in diuisiones, qm̄ in æternū misericordia eius. Qui perduxit Israel per mediū eius, quoniā in æternū misericordia eius. Et excussit Pharaonē & uirtutē eius in mare rubrū, qm̄ in æternū misericordia eius. Qui pduxit populū suū in deserto, qm̄ in æternū misericordia eius. Qui percussit reges magnos, qm̄ in æternū misericordia eius. Et occidit reges fortes, qm̄ in æternū misericordia eius. Seon regem amorrhæorū, qm̄ in æternum misericordia eius. Et Og regē Basan, qm̄ in æternū misericordia eius. Et dedit terram eorū hæreditatem, quoniā in æternū misericordia eius. Hæreditatē Israel seruo suo, quoniā in æternū misericordia eius. Quoniā in humilitate nostra memor fuit nostri dominus, quoniā in æternū misericordia eius. Et redemit nos ex inimicis nostris, quoniam in æternū misericordia eius. Qui dat escam omni carnī, quoniā in æternū misericordia eius. Confitemini deo cœli, quoniam in æternū misericordia eius.

Misericordia
dei.

Bonus est, ut sua natura inuitet nos ad se. Deus deorū est, ut nō alia re aut tua iustitia confidas sed in illo solo, secundum primum preceptum. Dominus dominorum est, ut præter eum nihil timeas, Luc. 12. Ipse facit mirabilia solus, ne tu cogites, te tuam salutem tuis operibus consequi posse, qui sine deo, ne uentrem quidem hodie satiare potes &c. Omnia quocumq; te

detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Si non proposuero Hierusalem in principio læticiæ meæ.

In salicibus uel super salices in medio Babylonis suspēdimus organa nostra. Fe. citharas nostras. Quo significatur eos nō habuisse illic hospitium, sed sub diuo mansisse, & res eorum suspensas ad salices, quæ illic sunt, quia multis fluminibus abundat Babylon. In terra aliena, cū præceptū habeamus in Hierusalē laudandi dominū, nō in Babylone. Obluioni detur dextera mea. i. pereat auxiliū meū, ut nō sit mihi deus adiutor, obliuiscatur mihi misereri deus. Adhæreat lingua mea faucibus meis. i. mutus fiam, et pereant uerba oris mei &c. si nō proposuero et prætulero Hierusalē ante initium ois læticiæ meæ. i. si nō Hierusalē mihi charior fuerit q̄ omnis læticia, quā in Babylone assequi liceret. Fe. Si nō extulero Hierusalē sup̄ caput læticiæ meæ.

Captiuitas
nostra.

Sic nostra quoq; hodie captiuitate (de qua diximus psal. 73.) si uere pie uere uoluerimus, lugētes, q̄ deus sic nos ob peccatā infidelitatis nostræ dereliquerit, irridemur ab impijs, qui canticū domini. i. uerbū dei habēt ludibrio, qd̄ quādoq; uolūt audire, ut blasphemēt, sed præceptū habemus, ne proiciamus margaritas ad porcos, item, ne oblitī cœlestis Hierusalē uoluptatibus Babylonis. i. huius mundi obruamur, ubi quisq; querit sua, non quæ dei sunt. Sunt enim qui etiā amant huius captiuitatis impietate, tantū abest, ut cupiant liberari. Sicut quidā impij iudæi, qui quia terrena incœperant possidere in Babylonis & Assyriorū regno, in Mœdis & in Persis, non cupiebant in Hierusalem reuerti, etiam libertate à Cyro rege Persarum donati. Idcirco dicitur. i. Esdra. 1. Et omnis cuius suscitauit deus spiritum &c.

Memento dñe filiorū Edom, in die Hierusalē. Qui dicūt, exinanite, exinanite usq; ad fundamēta eius. Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionē tuā quā retribuisti nobis. Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram.

In die Hierusalem, id est, in tempore captiuitatis Hierusalem. Exinanite uel uastate &c. imitatio est Idumæorum cohortantium Babylonios, ne quid salui relinquatur in Hierusalem, Filia

Filia Babylonis est ipsa Babylon, commodius uero diceretur filia Babylon, sicut & Esa. 47. Filia dicitur, quæ patrem deū agnoscere deberet, sed abiicitur, dum filia Sion suscipitur.

Beatus, id est, benedictus sit ille populus, quæ ad hoc miserit deus, ut uicem tibi reddat, deus adiuet manus eius, ut ita pereas sententiis hostibus, ut ne paruis quidem, quibus in bello parci solet, parcatur, ut non sit tibi spes reliqua, omnibus occisis, quo amplius exurgas & crescas in regnū. Sic & nobis orandum, ut impietatis AntiChristianæ regnum, quod nos misere pressit, cū magnis suis & minoribus scandalis, per reuelatū Euangelium intereat, ut ne parui quidem supersint, quibus rursus crescat & multiplicetur contra nos, sed fiat quod psal. 9. scribitur. Queretur peccatum illius, & non inuenietur, peribitis gentes de terra illius, nō apponat ultra se magnificare homo super terram, Amen.

PSALMVS CXXXVII.

Titulus. Dauid.

SUMMA. Hæc est uox hominis uere credentis. Confitetur enim, id est, laudat deū in toto corde. Hæc est fides, Et psallit deo in conspectu siue præsentia angelorū, siue (ut Felix habet) deorum, id est, iudicum, principū & regū (ut alibi ostensum) de quibus infra dicitur. Hæc est constantis fidei confessio, & intrepida uerbi crediti prædicatio. Talis offert deo iugiter sacrificium laudis pro gratia Euangelica toti orbi terrarū reuelata per Christū, nam de ea hic prophetatur, & oratur ut oēs reges & regna mūdi, quæ audierunt uerbū, posito supercilio carnis, agnoscam gloriā dei, quis hoc non uidet esse uere charitatis? Id quod hodie maxime necessarium est, ut pro regibus & in sublimitate mundi constitutis, oremus. Talis homo certus est, quod in nulla tentatione deserturus sit cum deo. Si, inquit, ambulauero &c. Scit enim deum oīa quæ eius sunt curare, nō merito, sed gratia et misericordia.

Fides.

Confessio.

Charitas.

Confitebor tibi domine in toto corde meo, & in cōspectu angelorū psallam tibi. Adorabo ad templū sanctum tuū, et confitebor nomini tuo. Super misericordia tua et ueritate tua, quoniam magnificasti super omne nomen sanctū tuum.

Primus uersus in Græco ita integer est, quemadmodū scripsi. Quod uero uulgo legunt, Quoniā audisti omnia uerba oris mei, in Græcis quidem est, sed in secundo uersu, sic, Quoniā audisti omnia uerba oris mei, adorabo ad templū &c. Quam orationē, cum omnino in Hebræo nō sit, ut nō sit uerisimile primos interpretes eam in Græcū transtulisse, & inepte præter sententiā adiecta sit, penitus reieci, indicans tamen locū eius, ut habeat sibi, quæ uoluerit, quod propheta non scripsit, ut uideas constare spiritus sancti sententiam, quæ hic gratis agit deo, de reuelato orbi Euangelio, id est, ut dicit de misericordia & ueritate dei nobis exhibita, q̄ gratis saluauit secundū suam promissionem (ut alibi diximus) Quoniam, inquit, magnificasti nomē sanctum tuum super omne uel super omnia, psal. 8. Quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.

Euangelium est gloria dñi.

Felix, Quoniam magnificasti super omne nomen tuum eloquium tuum, id est, habes quidem, o deus, multa nomina & famam de multis inter homines, ut q̄ sis creator, gubernator, prouisor, iudex, saluator, & quicquid de te dici potest, sed hæc nomina nihil essent apud nos, nullum enim credere mus esse uerum dei nomen, nisi magnificasses eloquium & uerbum tuum, ministerio quidem hominū, id est, Apostolorum, & aliorū, sed spiritu Christi tui, super omne nomen tuum. Per quod eloquium tuum, id est, Euangelium sanctū, reuelata est nobis, & exhibita misericordia & ueritas tua, atq̄ adeo glorificatum iam apud homines, quod cumq̄ nomen de te dici potest. Per stulticiam enim prædicationis uoluit cognosca deus &c. 1. Cor. 1.

In quacūq̄ die inuocauero te uelociter exaudi me, multiplicabis in anima mea uirtutē. Confiteantur tibi domine omnes reges terræ, quia audierūt omnia uerba oris tui. Et cantent in uis domini, quod magna est gloria domini. Quod excelsus dominus & humilia respicit, & alta a longe cognoscit.

Fe. In qua die inuocauit te, respondisti mihi Respondisti mihi pro Exaudi disti me, quemadmodū Felix solct ex Hebræo. In uis. Nunc Græci legūt. & dicit, id est canticis, pro dicit, id est, uis. Et humilia &c. Fe. Et humilia uel depressum respiciet, & excelsum a longe cognoscet.

Ista gratia tua, o domine, nobis exhibita, certi sumus, q. semper exaudis
 nos inuocantes, Dabis in anima mea fortitudinem, & eandem augebis, ut pos-
 sim tibi confiteri in toto corde meo, & psallere tibi in conspectu decorum.
 Obsecro ut omnia regna mundi confiteantur tibi, & sanctificent nomen Orare pro
 tuum, quia audierunt eloquia oris tui, excusationem non habent, Euangeli. regibus.
 um audierunt, Rom. 10. Ferè fit, ut reges & principes & honorati in populo
 lo persequantur & contemnant Euangelium, ubi audierint, id quod hodie
 videmus, qui increpantur psalmo. 2. Et nunc reges intelligite &c. id
 circo Christiana charitas postulat, ut pro eis imprimis oremus, ut respicis-
 tentes a diaboli laqueis, confiteantur deo siue laudent deum in cordibus,
 omnem gloriam ei resignantes, id quod est credere, & cantent in uis do- Confitentur
 mini, non amplius iam in uis suis. Sapientia enim humana multos stulti- domino reges
 fecit & excæcat hodie, ut sequantur suas uias, & quicquid ipsis sanctum, & cantent, q
 iustum, pium uideatur, hoc ita uolunt haberi, & credi ab omnibus, adeo stul- magna est glo-
 ti & cæci, ut & reliquos omnes stultos & cæcos putent, quos uolunt nis- ria domini
 hil aliud credere, quàm quod stultis ipsorum cogitationibus rectum uide- &c.
 tur, non quod rectum uideatur uerbo dei. Nos autem hic precamur a deo,
 ut reges terre audito uerbo oris dei, cedant, & cantent in uis domini, id
 est, confiteantur etiam coram mundo uis domini, id est, quicquid ex uer-
 bis dei que audierunt, cognouerint deo placere per Iesum Christum domi-
 num nostrum. Sunt enim hodie multi Nicodemi, qui quis probant Euange-
 lium, timore tamen humano non confitentur, & dissimulantes impune sinunt
 opprimi dei ueritatem: Diligunt enim magis gloriam hominum, quàm dei,
 quod quàm impium sit, quis piorum non uidet? Pro eis ergo orandū, ut ac-
 cepta spūs uirtute, cantent in uis domini. Cantent uero quod sequitur, scet
 licet, q. magna est gloria domini (de qua psal. 18.) non tam magna gloria re-
 gum, quos coram deo oportet se peccatores agnoscere, & omnem gloriam
 sapientiæ, potētie & iustitiæ arrogare deo. Et cantent q. excelsus est domi-
 nus non reges & magistratus, utcumq; ministri iustitiæ in externis & ciui-
 libus rebus a deo sint ordinati, & q. humilia, id est, abiecta mundo & con-
 tempta respicit dominus, ut exaltet & glorificet, ne hic aliquid ucreantur
 ignominie, si Euangelium confiteantur, ne fugiant crucem, id est, aliorum
 contemptum & odium & persecutionem, quia etiam ipsos reges ut alios,
 ubi sic contempti uidentur, dominus respicit, ut suo tempore glorificet,
 etiam coram mundo, coram regibus, coram regno inferorum, coram se &
 angelis suis, tantum committant hanc causam deo, Et cantet q. alta, id est,

superbos & contemptores cognoscit, ne putent se latere posse, quem nihil latet, sed cognoscit à longe, hoc est ad damnationem, non ad salutem cognoscit. Longe enim à peccatoribus salus, sicut contra, iuxta est dominus ihs, qui tribulato sunt corde &c. Atq; ita optamus, ut reges & praesides, contemptis sua gloria, gloriam cantent solius dei, qui dicit, Gloriam meam alteri non dabo. Nam omnes peccauerunt, & egent gloria dei &c.

Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me, super iram inimicorum meorū extendisti manum tuam, & saluū me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me, domine misericordia tua in seculum, opera manū tuarum ne despicias.

Fides tuta est. Commodius ex Heb. leges, *Extendes & faciet.* Vbi talis est dei laus & canticū, ut diximus, crux non deerit, sed fides tuta est, dicens, Si etiā fuero in medio umbræ mortis (psal. 22.) uiuificabis me, confortabis, liberabis, ne desperem, ne tradar in mortem & cōfusionē, quam aduersarij ueritatis mihi querunt, Tu contra iracundiam & furorem eorum extendes manū tuā, ut non opus sit mihi de uindicta cogitare, qui interim potius deo pro me rogare, *Tua dextera liberabit & glorificabit me. Tu retribues hostibus pro me, ego non ulciscar.* Verum hoc obsecro, *Tua misericordia est æterna,* quæ es ne despicias opera manū tuarum, id est, nos homines, quos tua manu fecisti, siue nos, quos iam tuis uerbis illuminasti, siue reges & principes, pro quibus cum ipsorum regnis, & subiectis hominibus oramus, siue etiam inimicos nostros adhuc contra gloriā Euangelij tui iracundos, ut quos creasti omnes facias ad tuam cognitionem peruenire, ut cōsueantur tibi, & carent tibi, etiam in conspectu deorum.

*Oratio christi
fidelitatis.*

PSALMVS CXXXVIII.

Titulus. *πνευματικὸς* David Psalmus.

SUMMA. Psalmus nobis describit diuinam prouidentiam erga nos à utero matris nostræ, q. nos & nostra sunt in manu dei, & q. sancto mirabiliter glorificat & multiplicat, præterea q. impij pereunt, quia hanc fidem dei erga nos prouidentie non habent.

Domine probasti me & cognouisti me, tu
 cognouisti sessionē meam & resurrectionē
 meam. Tu intellexisti cogitationēs meas de longe,
 semitā meam & funiculum meū inuestigasti. Et om
 nes uias meas præuidisti, quia nō est sermo in lin
 gua mea. Ecce dñe tu cognouisti oīa nouissima &
 antiqua, tu formasti me & posuisti super me manū
 tuā. Mirabilis facta est scientia tua ex me, cōforta
 ta est, nō potero ad eam. Quo ibo a spiritu tuo: &
 quo a facie tua fugiā? Si ascendero in coelū tu illi
 es, si descēdero in infernū ades. Si assumpsero pen
 nas meas diluculo, & habitauero in extremis ma
 ris. Etiam illic manus tua deducet me, et tenebit me
 dextera tua. Et dixi, forsitan tenebræ conculcabūt
 me, etiā nox illuminatio mea ī delicijs meis. Quia
 tenebræ non obscurabuntur a te, & nox sicut dies
 illuminabitur, sicut tenebræ illius ita & lumen hu
 jus. Quia tu possedisti renes meos, suscepisti me ex
 utero matris meæ. Confitebor tibi quia terribiliter
 magnificatus es, mirabilia opera tua, & anima mea
 cognoscit nimis. Non est occultatū os meum a te
 quod fecisti in occulto, & substātia mea in infimis
 terræ. Imperfectū meū uiderūt oculi tui, & in libro

tuo oēs scribētur, dies formabūtur, & nemo in eis.

Funiculum posuit pro hereditate, sicut Moyses in Cantico dixit, Iacob funiculus hereditatis eius, funibus enim metiebatur agros siue possessiones singulorū, ut est in lib. 10 sue, quæ admodū psal. 15. diximus. Fe. Accubitū meū circūdedisti, id est, non solū semitam meā, sed etiā accubitū meum circūdedisti, id est, siue ambulabā siue quiescebam, siue peregrinabar siue domi erā in possessione mea, tu aderas circūquaq; oīa mea & uidens & dirigens.

Præuidisti. Fe. Explorasti. Quia non est sermo, nūc in Græcis inuenitur δὸς ἄος pro ἄος, sed male. Fe. sic. Quia nō est sermo in lingua mea, eam domine cognouisti totum ipsam. Retro & ante formasti me, & posuisti super Ec. id est, a deo obseruasti me, ut dum adhuc non loquor aut loqui possum tu noris omnia quæ dicturus sim. Habes enim ut alia, ita & linguam meam in manu tua. Retro & ante formasti me, id est, quicquid meū est, tu formasti, ergo & nosti quid sit in me Ec.

Etiā nox illuminatio mea, scilicet, te presente semper, ut uideas me, quæ nihil latet, ne in tenebris quidē & absconditis. In delicijs meis, id est, mihi in bonum & gaudium. Fe. Et nox lux pro me, id est, in commodū meum.

Quid tenebræ Ec. Fe. Etiā tenebræ nō habebunt tenebras apud te, & nox sicut dies illuminabit (scilicet oculis dei) similes sunt tenebræ luci. Ita quod nos legimus, rectissime uisum est, sicut tenebræ illius, scilicet noctis, id est, & lumen huius, scilicet diei, apud deū non est differētia noctis & diei Ec.

Suscipisti Ec. Fe. Operuisti me, uel orditus es me in utero matris mee. Quis non afficietur sensu bonitatis dei, si respectare cœperit in uterum matrem, in quo ille adfuit, ut effingeret nos? Ad quod etiam respiciunt, quæ sequuntur. Confitebor tibi Ec. Fe. Celebrabo te, quoniam terribiliter & mirifice formatus sum, id est, terrorem & stuporem & admirationem nobis incutit, quando recordamur, quæ tanta maiestas ad lutum nostrum effingendum, descenderit in uterum matris nostræ, & tamē tam pulchrum uasculum fecerit, ut ipsi nos non satis nos comprehendamus, quid & qualis simus. Quod nos legimus, Terribiliter magnificatus es, eodem tendit, nempe quæ deus ex suis operibus erga nos (nisi cæci simus) mirabilis & stupendus nobis apparet.

Quod, scilicet os, fecisti in occulto, id est, in utero matris. Fe. Quoniam factus sum in occulto, id est, propterea non latuit te os meū, quæ fiebam in occulto uteri latibulo.

Et substantia mea in infimis terræ, scilicet, non est occulta à te, id est, non latebat te substantia mea, dum adhuc in terra latere uisa est, dum nondum uidebatur in Adam. Vidisti substantiam meam in limo terræ, anteq̄ me factus in Adam ex luto, quemadmodū mineras, alij in terra uident, alij non uident, quanq̄ longe adhuc dissimilis est ista similitudo. Fe. Formatus sum in inferioribus terræ. Vbi si uolueris in inferiora uel infima terræ interpretari secreta & interna claustra uteri sceminei, per me licebit.

Imperfectum meum. Fe. In forme meum, id est, dum adhuc eram informis & imperfectus, nempe iam iam conceptus, tu uidisti me, quando, scilicet, nemo me uidit, quādo pater meus omnium matris secretorū conscius, ignorauit sibi filium nasciturum, quando mater mea ne sensit me quidem adhuc &c. Et in libro tuo omnes scribentur, id est, tibi cogniti sunt omnes, etiam antequā nascuntur, atq; adeo antequā concipiuntur. Felix, Et in libro tuo omnia illa scribentur, scilicet, quæ sunt nostra, etiam anteq̄ apparent. Hoc est quod addit. Dies formabuntur, & nemo in eis, scilicet diebus, adhuc est, id est, in diebus, qui ueniunt in orbem, noti sunt tibi illi, qui adhuc in illis diebus non sunt, hoc est, tu nosti eos antequā sint.

Quam iucundum & quam consolationis plenum sit scire & credere, & Prouidentia
omnia sunt in manu dei, & q̄ omnia disponuntur à deo &c. diximus psal- det erga sim-
mo. 103. Verum hoc ipsum tum tibi salutare est, cum non credis generali, ut gulos.
uocant, fide, sed in temetipso hæc omnia per deum agi, q̄ te curet, tibi pro-
uideat &c. Vnde dixit Augustinus, Habet curam tui, qui fecit, qui habuit cu-
ram tui antequā esses. Sic ergo psalmum legito, Domine quid misere tor-
quebor anxius, & sollicitus de me, cum sciam, q̄ non solum generali prou-
dentia omnia cures, sed etiam seorsum me, quippe qui omnia mea & ope-
ra & cogitationes & uerba, uitam & mortem meam, sessionem &ambu-
lationem meam explorasti antequā essem. Id quod credo, nam ratione mea
ad hanc scientiam pertingere non possum, adeo confortata est & exaltata,
que tamen tantū est ex me uel de me, quomodo uero intelligerē alia qui non
capio scientiam, quæ est de me? Tu iam me adeo tenes ac ducis, ut nullus sit
locus, neq; in cælo neq; in terra neq; in inferis neq; in mari (etiam si uelut
auicula in diluculo, quando adhuc nemo uideret fugientem, auolauero ad
extrema maris) in quo liceat esse sine tua prouidentia, ne in tenebris quidem
profundissimis. Qui etiam possedisti renes meos, id est, nosti omnes affectus
meos, ut taceam alia, & in utero matris me finxisti, nihilq; quod meum est
tibi fuit occultum, etiam antequā in hanc huius mundi lucem prodirem,

id quod nunc anima mea cognoscit nimis, id est, supra naturam per fidem. Nam in libro tuo omnia sunt scripta. Et dies ueniūt, in quibus nondū sunt qui post nascituri sunt, et tamen ante omnia eorū noscūt. Quid igitur hæc uolunt, nisi ut omnia non solum quæ uentris sunt, sed etiam quæ salutis sunt, siue læta siue tristia accendant, committamus manibus illis, quæ nos formauerunt, gubernant, dirigunt &c. Vide psal. 21.

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus, nimis confortati sunt principatus eorum. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabūtur, exurrexi & adhuc sum tecum. Si occideris deus peccatores, uiri sanguinū declinate a me. Quia litigatores estis ad disceptationes, accipient in uanū ciuitates tuas. Nōne qui oderūt te domine odi, & super inimicos tuos extabescebam. Perfecto odio oderā illos, inimici facti sunt mihi. Proba me deus & scito cor meum, interroga me et cognosce semitas meas. Et uide si uia iniquitatis in me sit, & deduceme ī uia æterna.

Fe. Mihi autem quā honorabiles facti sunt amici tui deus, quā multiplicati uel confortati sunt principes eorum. Peccatores. Fe. Impium.

Qui litigatores estis ad disceptationes, id est, uos uiri sanguinum nihil aliud facitis, quā quod contenditis & litigatis contra ueritatē, unde subuertantur auditores, ut incipiant disceptare in animis, ignorātes quid credant, & quid sequantur, ita efficitis uestra cōtentione nihil aliud quā uexationes conscientiarum, qui autem sint uiri sanguinum, diximus psal. 5. & alibi. Felix, Quoniam loquētur de te in scelere, id est, de te quidē loquuntur, quasi qui deum agnoscant, & eius uerbum habeant illi uiri sanguinum, sed in scelere, id est dolo & hypocrisi, ut sit aliud nihil, ō deus, corā te, quā blasphemia, id quod prædicationē tui nolunt uideri, qui te oderunt, id est, tuam ueritatem persequuntur &c.

Accipient

Accipient in uanum ciuitates tuas, id est nihil efficient, inutiles erunt, ubi præfecti fuerint tuis ciuitatibus, id est, tuis hominibus, siue in terreno regimine siue in spirituali, suis enim prouidentijs, sua sapientia, sua potentia, sua iustitia fidunt, non deo, idcirco corrupti corrumpunt, & seducti seducunt, ignorantes, q̄ nisi dominus custodierit ciuitatem &c. Quid enim utiles futuri sunt, qui uerbum dei non habent, & tamen loquuntur de deo, sed in scelere? Indicat Felix, & sic legi posse ex Heb. Elenati sunt frustra aduersarij tui, quod eandem habet sententiam, id est, inutiliter prælati sunt alijs. Et est antithesis ad illud, quod de pijs supra dixit. Nimis confortati sunt principes uel principatus eorum.

Semitas. Sc. cogitationes. Iniquitatis. Sc. Afflictionis. sed in idem tendit, cōtra hypocrisim enim orat, ne sit in ipso occulta uia iniquitatis uel adfectiōnis, id est, unde postea reuelato iudicio posset adfligi, ut non dicam, q̄ hypocrisis mera adstrictio & uexatio est conscientiarum, licet ad tempus uideatur promittere consolationem sed falsam.

Qui hanc dei erga nos prouidentiam credunt & prædicant, sunt amici dei. Impij uero & hypocritæ iusticiarij non credunt, & contra docent & doceri uolunt, idcirco sunt ueri dei aduersarij. Qui igitur hanc fidem prouidentie dei habet, nimis honorat amicos dei & magnificat, qui eandem fidem habent. Inimicos uero dei odio perfecto & consummato odio habet. Illos propter pietatem, hos propter impietatem, Neq̄ in hoc est personarū acceptor, sed iudicio dei & uoluntati consentiens amat, quos deus amat, & odio prosequitur, quos deus odio prosequitur, imò qui oderunt deum. Quemadmodum psal. 44. scriptum est, Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, Et alibi, Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dominum glorificat.

At ergo, qui hactenus de prouidentia erga se dei dixerat. A me maximi sunt amici tui deus, qui totam fiduciam conijciunt in te, tuam erga se prouidentiam agnoscetes, quorum regnum & regia potestas augetur & cre- Pauci primū.
scit, contra omnem inferorum potestatem, qui primum præ paucitate numerari potuerunt, id quod dicit, Dinumerabo eos, id est, pauci primum erunt. Exemplo sit populus ille ex Abrahamā, quem post deus multiplicauit, ut astra cœli, & arenam maris, Item, populus ille ex Christo, qui primū erat in Apostolis, & alijs discipulis, per quos spirituale Abrahamæ semen propagatum est per totum mundum, quemadmodū sæpe testatur Esaias, ut in semine Abrahamæ benedicerentur cunctæ cognationes terræ, Id quod & hodie speramus

rursum futurū, ut paucus dei populus, cui iam reuelatur Euangeliū crescat in magnū numerum, nisi deus suo iudicio illo extremo ante uerterit, de quo dixit, Filius hominis cum uenerit, putas inueniet fidem super terram?

Hi amici sciunt, siue leta siue prospera accidant, omnia sese ex manu benigni patris accipere, quorum hæc utcumq; tenentur uox est, Exurrexi & adhuc, ô domine, tecum sum, sicut tu mecum es ab utero etiam matris, ita & ego fiducia tecum sum, & exurrexi, postquam lapsus uidebar aduersarijs persequentibus, qui e regno Satanae erumpentes, hoc unum agebant inuitus & foris, ne ego essem tecum &c. Talis enim fides sine impugnatione non manebit.

Exurrexi & adhuc tecum sum, De Christo exponunt, id quod & nos utraq; amplectimur manu, modo non de solo exponant. In Christo enim maxime hæc dei prouidentia nobis ostensa est, de quo omnia erant prædicta, antequam nasceretur, & in quo nos deus elegit, etiam ante mundi constitutionem, ut dicitur Eph. 1.

Impij prouidentiam dei oderunt.

Talem fidem non habent impij. Suis enim studijs, cogitationibus, operibus, uiribus confidunt, ut maxime quandoq; aliud uerbis dicant. Imò hanc fidem habentes & docentes impugnant, blasphemant &c. Indignū enim iudicant ut omnia opera ipsorum condemnentur, & solum dei opus præferatur. Merita enim querūt, quibus pro meritis debetur dānatio. Vnde dicit, Si occideris deus peccatores uel impiū. i. si cœperis iudicare, qui adhuc dissimulas, non uolo cū uobis, qui uiri sanguinum estis, id est male uultis amicis dei, habere consortium. Quia litigatores estis &c. ut supra diximus. Nōne domine qui omnia nosti, ego ut uehementer amo & honoro tuos amicos, ita uehementer odi tuos inimicos? Idcirco & mihi inimici facti sunt, quia sentiant me reprobare & damnare omnia quæ sunt ipsorum.

Contra nostrā hypocrisim.

Proba &c. Necessaria certe oratio, in qua uides, q̄ qui hic orat, quis omnia committat deo, in cuius manu sunt omnia, quis sciat se diligere iustitiā, & odisse iniquitatem, tamen nihil fidens sibi, ueretur deum uidere (qui omnia habet in manu, etiā inscrutabile & prauū cor nostrū) quod ipse non dū uidet, ne forte adhuc in spiritu suo sit dolus & hypocrisis, ut diximus psal. 31. Proba, inquit, me, id est, cognosce omnia mea, ne permittes me mihi, quæ admodū illos, de quibus dicit, Et dimisi eos secundū desideria cordis eorum &c. Et uide, si quid in me latet, quod me abducatur uero in dānationē meam, & de hac me in uia tua, dum uia mea non mala esse non potest, si mihi relinqueretur. Itaq; qui cœpit fide dicere, Domine probasti me &c. Hic orat, ne deus

hoc ipsum facere cesset, ut qui cœpit, perficiat. In quo uides quàm ament, quàm desiderent pijs hanc dei prouidentiam, quippe sine qua salui esse non possint.

PSALMVS CXXXIX.

Titulus. προσκείμενος Psalmus David.

SYMMMA. A uiris sanguinū petit liberari, qui nituntur abducere à uia dei, & ui & insidijs. Verbum dei extinguere nituntur, habentes acutas linguas sicut serpētes, & uenenum aspidum sub labijs. Astuta enim calliditate seducti & seducentes docent, & obloquuntur contra dei uerbum, ut serpens ille in paradiso, quorū iudicium nō cessabit. Nam caput & summa circumdationis, qua me circūdant, est labor laborū ipsorū, doctrina falsa & blasphemia in gratiam dei, qua doctrina etiam per inuidiam seipsos consumunt, Et hic labor operiet eos, & cōfundet confusione eterna &c. quia uir linguosus &c. Contra, iustorum lingua confitebitur domino, & recti corā eo habitabunt, reiectis blasphemis in ignem eternum.

ERipe me dñe ab homine malo, a uiro iniquo eripe me. Qui cogitauerūt iniquitatē in corde, tota die constituebant prælia. Acuerunt linguā suam sicut serpentis, uenenum aspidum sub labijs eorum. Custodi me domine de manu peccatoris, & ab hoībus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos, absconderūt superbī laqueum mihi. Et funibus extenderunt laqueū pedibus meis, proxima semitæ scandala posuerūt mihi. Dixi dño, deus meus es tu, exaudi dñe uocē deprecationis meæ. Dñe dñe uirtus salutis meæ, obūbrasti sup caput meū in die belli. Nō tradas me dñe a derisio meo peccōri, cogitauerūt cōtra me, ne derelinq̄s

me, ne forte exalcentur. Caput circumitionis eorū labor labiorum ipsorum operiet eos. Cadent super eos carbones in igne, deiciēs eos in miserijs, & nō subsistent. Vir linguosus non dirigetur in terra, uirum iniustum mala capient ad interitū. Cognouit q̄ faciet dominus iudiciū inopum, & pro caussa pauperum. Verum tamen iusti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum uultu tuo.

Pedibus meis, non est in Hebræo.

Non tradas me domine in manus & potestatem peccatoris, à desiderio id est, præter desiderium meum, siue quod non desidero, imo contrarium ex te peto &c. Fe. Ne perficias domine desideria impij (id est, ne permittes impio, ut perficiat in me quod uelit) cogitationes eius ne consummes (id est, perficias), exaltabuntur (scilicet aduersarij, si perfeceris desideria impij.)

Caput circumitionis eorum, qui est labor labiorum eorū operiet & confundet eos, id est, summa omnis belli & impugnationis, qua me ab omni parte impugnant, est ille labor labiorum quo me abducere nituntur à fiducia in deum, sed tandem in malum ipsorū. Fe. Caput uel principem circumdatium me adstricto labiorum eius operiet illum uel illos, id est, qui princeps est illorum, qui me impugnant, confundet cum uel eos adstricto labiorū, quæ contra me nititur uel nituntur.

Cadent super eos carbones in igne, id est, carbones igniti, Deiciēs eos in miserijs, id est, non subleuabis eos, ut pios, ubi in miserijs fuerint, & non subsistent, scilicet te deiciente. Fe. Cadent super illos prunæ ignis, proiciet (deus) illos in foueas, non resurgēt, id est, in desperatione æterna manebūt.

Virum iniustum mala capient ad interitū. Fe. Virum iniquitatis & malum uenabitur in expulsionem, id est, ut expellatur à regno dei, quemadmodum nos legimus, ad interitum, id est, ut intreat.

Propter Euang^l gelium aduersantur. Quid patiat, qui ita desiderat eripi, seipsum prodit, nepe pugnas uerborum & blasphemias in uerbum dei, & manifestam uim, & occultas insidias, ut deserat dei ueritatem, & alij qui audierunt, ab ea quoq; auertantur, de qua sententia diximus psal. 5. psal. 55. & in alijs fere omnibus, in quibus

describitur necessitatē pati, qui uult esse pius, id est, nō deserere dei uerbū. Eripe, inquit, me domine ab ijs qui nihil habent fidei, qui humanas sequuntur cogitationes, hoc est quod ipsis bonū & cōmodum uidetur, nō dei uerbum. Qui cogitauerūt aduersum me, cui dedisti tuum uerbum, iniquitates in corde, tamen si per hypocrisim, ut uulgo imponant, simulent iustitiam quasi iuste me persequantur, sine cessatione insurgent contra me & presentem & absentem, contradicebant mihi, obloquebātur in foro, in domibus, in publicis concionibus, & in alijs collationibus. Acuerunt linguas suas, non solum maledictis, sed etiā argumētis quasi ueris, & scripturis quasi pro sua malicia, sicut serpentes ad mordendum & intoxicandum, morsus non tam nocet, quā toxicum illud, quo auerūtur multi à ueritate, quasi ab heresi & damnata doctrina. Venenum aspidum sub labijs eorū, quīs uerbum dei & iustitiam supra linguam simulent, ut dictum psal. 9.

Custodi me domine, ne ueniam in potestatem horū impiorū, ne assequantur in me quod uolunt. Qui nihil aliud consultant, quā ut me extrudant à uia tua, & superbi, id est tui contemptores, qui suo hypocritico & pharisaico supercilio præferunt diuinis, posuerunt mihi laqueum & insidias iuxta uiam tuam, in qua ambulo, ut uel insidijs fictæ sanctitatis aut detortæ scripturæ aut longæ consuetudinis aut mendaciorum miraculorum captiū tenerēt, ut sequeretur ipsorum errores, relicto Christo Christiq; uerbo, qui est uia, ueritas & uita.

Ego hic quod unum & debui & potui per te, ad te orauī, qui es uirtus & unica fortitudo salutis siue liberationis meæ, & factus es in tempore impugnationis meæ obumbraculū super caput meū, id est, galea salutis meæ. Non tradas me potestati eorum, ne exaltentur & glorientur contra te, & tui uerbi professores, id quod unū quæerunt. Scio per fidem, q̄ tandē labor siue dolor labiorum eorum, qui est totum quod agunt & caput siue summa prælij eorum, operiet eos. Et cadent in ignem æternum & baratrum illud æternæ desperationis. Nam uir linguosus, qui lingua uenenata, & in uerbū dei blasphema, tota die constituit prælia aduersus dei professores, non dirigitur, nihil rectum aget in terra, ut cumq; specie sanctitatis per hypocrisim fallat ad tempus homines, quemadmodū Christus dixit. Vos iustificatis uos coram hominibus, deus autē nouit corda uestra. Vtrum iniustum, qui dei iustitiam non agnoscit, ut cumq; suam sequatur, mala capient ad interitū æternum. Capietur à laqueo, quem alijs statuit iuxta uiam.

Nā scio q̄ pauperes & adfluctos pro se nō deseret dominus, sed iudicabit

causam eorū contra insensatos, & iusti, id est, credentes gratias agent libe-
rati, o deus, nomini tuo, & in conspectu tuo habitabunt in eternum &c.

PSALMVS CXL.

Titulus. Psalmus David.

SVMMA. Superiori psalmo contra linguas uenenatas precatus est, hic
uero pro sua lingua precatur, ut in omnibus seruetur deo, ut pure deum in-
uocet, non loquatur sicut impij, non excuset peccata sicut hypocrite. Hæc
lingua orat quoq; hic contra capita siue principes seductionis, ut pereant,
qui perire uolunt dei ueritatem.

Domine clamaui ad te exaudi me, attende
uoci deprecationis meæ dū clamaui ad
te. Dirigat oratio mea sicut incensum in cōspectu
tuo, eleuatio manuū mearū sit sacrificiū uespertinū.
Pone domine custodiā ori meo, & ostiū circūstan-
tiæ circa labia mea. Nō declines cor meū in uerba
maliciæ ad excusandas excusationes in peccatis.
Cū hoībus operantibus iniquitatē, & non cōmuni-
cabo cū electis eorū. Et corriget me iustus in mise-
ricordiā & increpabit me, oleum aut peccatoris nō
impinguet caput meum. Qm̄ adhuc oratio mea in
beneplacitis eorū, absorpti sunt iuxta petrā iudices
eorū. Audient uerba mea, quoniā potentia fuerūt.
Sicut crassitudo terræ erupta est super terrā, dissipa-
ta sunt ossa nostra secus infernū. Quia ad te domine
oculi mei in te speraui, non auferas animā
meā. Custodi me a laqueo quē statuerūt mihi, & a

scandalis operantium iniquitatem. Cadent in retia
culo eorū peccatores, singulariter sum ego donec
transeam.

Exaudi me. Fe. Festina ad me. Et ostium &c. Fe. Custodiam super ostium
labiorum meorum. Ad excusandas &c. Felix, Vt cogitem cogitationes in
impietate. Non communicabo cum electis eorum, id est, nihil commertij ha
bebo cum illis, quos ipsi magnificiunt, uel in neutro. Non concupiscam, quæ
ipsi præferunt. Fe. Non comedam ex iocundis eorum. Et corriget &c.
id est, da gratiam, ut libenter audiam illum, qui me misericorditer increpat
secundū uerbum tuū, aduatio autē impij nō demulceat me, illū malo dura
loquētem, quā hunc dulcia, illic enim misericordia est, hic deceptio & hy
pocrisis. Verū Felix sic. Percutiet me iustus misericordia, & redarguet me
oleū capitis, nō prohibebit caput meū. Hic nihil de oleo peccatoris dicitur,
sed tantū de misericordia & oleo iusti. Quod enim Felix legit, oleum capi
tis, Aurogallus noster transtulit nobis, Vnguetum primū, uel optimum, uel
principale, quasi dicas, capitale siue regium. Oleum ergo optimum uocat,
quod ante dixit misericordiam iusti, & hoc oleum dicit se libenter admissu
rum, dū arguet, nō prohibebit, inquit, caput meū. Quoniā adhuc oratio
mea in beneplacitis eorū, id est, ego adhuc nō cesso orare pro eis, ut cōuer
tantur, & contra eos, ut pereat regnū Satanae, cuius ministri sunt, ut eunq;
se fingant angelos lucis. Nō cesso, inquam, orare in beneplacitis eorū, id est,
dū interim illi nō cessant à sua malicia & aduersionibus suis, quæ eis bene
placent. Fe. Quoniā adhuc & oratio mea inter mala eorū, id est, dum inte
rim ipsi in malis perdurant. Absorpti sunt &c. ista uerba dederūt qui
busdam occasionē interpretandi hic de Moyses & Aaron, qui peccauerunt
iuxta peirā, id est, ad aquas contradictionis. Cum tamen nihil dicatur ali
ud quā de iudicio dei in aduersariorū principes, qui duces sunt malicie.
Iudices, inquit, eorum absorpti sunt, id est, occisi, iuxta peirā, id est, ubi de
petra uel rupe proiecti sunt, id quod clarius ex Hebræo uidere licet. Felix
sic, Distrabantur super acumina lapidum iudices eorum, id est, per asperos
lapides tracti in partes minutas distrabantur. Aurogallus autem noster sic,
Demittantur (id est, præcipitentur) per locos rupis iudices eorum. Hac fi
gura orationis nihil aliud significatur, quā ut pereant principes & duces
& doctores erroris & malicie, qui faciunt ut uerbum dei sustineat calum
niam & persecutionem. Potentiā fuerunt, Fe. Iucunda erunt.

Sicut crassitudo terræ, id est, aliqua effossa terra, quæ hinc inde proiectur & c. Ec. Velut scindēs & findens terram, id est, sicut arator arando dissipat terram, sic dispersa sunt ossa nostra secus infernum, id est, abiecti & dissipati sumus, & traditi in mortem, quasi nunquam redituri ad uitam, dum interrim aduersarij faciunt nobis quæ uolūt. Cadent in retiaculo eorū, id est, operantium iniquitatem peccatores uel impij, hoc est, Tu domine seruabis me à laqueo siue retiaculo eorum, cadent autem in illud impij, qui tuum uerbum audire nolunt, nam eos oportet seduci per seductos. Singulariter sum ego, id est, liber sum ab eis per gratiam dei, ne incidam in retiaculum & laqueum eorū, donec migrem ex hac uita. Felix sic, Cadāt in retia (id est, operantis iniquitatem mutato numero) impij simul, donec ego transeam.

Oratio pro
lingua.

Non ignorans iustus quàm mala res sit lingua sibi derelicta à deo, & quæ etiam in pijs non possit fortiter confiteri ueritatem, atque adeo quàm non possit nisi iactare & adulari & negare, nisi deus ipsam custodiat. Sic orat, Exaudi me domine inuocantem, & oratio mea placeat in conspectu tuo odore suauitatis, sicut thus & incensum in lege, Exo. 30. Vnde & Apoc. 8. Alius angelus stetit ante altare, habens thuribulum aureū & c. Et quando eleuo manus meas (qui est gestus orantiū) acceptū sit tibi uelut sacrificium uespertinū in odorem suauitatis, Exo. 29. Hoc autē oro, ut custodias & sepias linguā meam circūquaque, ne cor meū incipiat uelle excusare quæ impia sunt, quemadmodum faciunt qui operantur iniquitatem (psalmo. 5.) quorū non probabo ne optima quidem, utcunq; speciem sapientiæ, gloriæ & iustitiæ habeant, quæ ipsi maxime probant, & pro electis habent. Audiam potius iustum ex misericordia me increpantem, melius est enim huius audire uerbum durum, quā illorum suauē, ne sim ex illis qui sunt ex contentione, & non audiunt ueritati, Ro. 2.

Quoniam adhuc & c. Id est, nō cesso orare, dum illi non cessant sequi sua, quæ ipsis bene placent, nō quæ bene placēt deo. Præcipitentur in mortē duces eorū, qui impediūt & contra nituntur omnibus uiribus, ne audiantur uerba mea quæ dei sunt. Et tūc, scilicet ablati capibus malis, quæ principes sunt in persecutione Euangelij, audient hoīes uerba mea, quia uicunda & potentia sunt, nempe dei, sicut Paulus dicit. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ nō carnalia sunt, sed potētia per deū, ad destructionē & c. Talis uero lingua sine cruce haberi non potest. Idcirco addit, Sicut crassitudo & c. Quam autē nihil sibi fidant pijs, qui sentiunt se iugiter uersari in periculo, diximus in fine psalms. 138. Vnde & hic orat in fine, ne laqueo capiatur ab

Ne scandā
lizemur.

condito & scandalis operariorum iniquitatis. Quis enim sine deo posset esse tutus, dum in pijs non uidetur nisi forma crucis siue irrisionis & despectiois, in impijs autē omnia florentia corā mundo, que sunt diuitiæ, potentia, fauor hominum, opinio sapientiæ & sanctitatis, quibus formis hodie, ut maiores hypocritæ, ita magis conspicui sunt coram mundo? Conseruet nos deus à scandalis istis, Amen.

PSALMVS CXLI.

Titulus. Eruditium Dauid, cum esset in spelunca oratio, 1. Reg. 22.

SUMMA. Sicut Dauid ex omni angustia, sicut Christus ex morte & inferis (postq̄ de omni auxilio desperatū est) liberatus est, sic & nos liberabimur, modo spes nostra & portio nostra sit dominus, qui educet nos ex carcere angustiarum, peccatorū & mortis, in laudem & gloriam suā, id quod omnes iusti (qui de nobis solliciti sunt, siue angeli siue homines) expectant.

Voce mea ad dominum clamaui, uoce mea ad dominum deprecatus sum. Effundam coram eo deprecationem meam, tribulationē meam corā eo annuntiabo. Dum defecerit ex me spiritus meus, & tu cognouisti semitas meas. In uia hac qua ambulabam, absconderunt laqueū mihi. Cōsiderabā ad dexterā & uidebam, & nō erat qui cognosceret me. Perijt fuga a me, & non est qui requirat animā meam. Clamaui ad te domine, dixi, tu es spes mea, portio mea in terra uiuentiū. Attende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis. Libera me a persecutibus meis, quia confortati sunt sup me. Educ ex carcere animā meā, ut cōfitear nōi tuo, me expectāt iusti donec retribuas mihi.

Adiutor solus deus. Dū defecerit & c. Fe. Dum mœrore operietur in me spiritus meus. Me expectant & c. id est, iusti desiderant liberationem mei, & non cessant desiderare, donec tribuas mihi, id est, reddas consolationē pro mœrore. Fe. Me circumdabunt iusti (id est, mihi congratulabuntur) cum retribueris mihi. Sic ait, qui in prioribus duobus psalmis locutus est, cum non sit mihi aliud reliquum, ad dominum clamabo, ubi defecerit spiritus meus, ut nihil uideam ob oculos, nisi desperationē & mortē. Tu domine nosti uias meas, & tuum uerbū cupiam sequi, & ecce in uia absconderūt mihi laqueū, & scandala me impugnant (de quibus psal. superiore) Hic frustra respiciebam ad dexterā, id est, ad auxiliantes amicos & uicinos qui deseruerūt me, nemo ex meis fātebatur sibi aliquid rei esse mecū (ita enim fit Euangelij confessio ribus, ubi crux accesserit, ante multi uidentur fauere.) Sed quid fugere nō licet, & nemo adiuuat iustam causam, qui animā meam, id est uitam tutaretur. Ad te ergo unicum refugium clamaui, dicens, Tu es spes mea, ubi omnes me deserūt, ubi inimici oppugnant, tu es portio, pars & hereditas mea in terra hac, ubi adhuc uiuimus, nō refert, q̄ omnia mea mihi auferuntur, & nihil me liberare potest, qui adhuc omnia salua habeo, dum te habeo portionem & hereditatem meam, psal. 15. De terra uiuentium, psal. 26. & c.

PSALMVS CXLII.

Titulus. Psalmus Dauid.

SVMMA. Hæc est fortis precatio, & ardens in presentaneo damnationis periculo desiderium, ubi nullum meritum, nullam iustitiam in te inuenis, sed omnia desperationis plena, recordaris uero, q̄ ab initio mūdi deus mirabilia in sanctis suis operatus est, & nunq̄ deseruit inuocantes, & plenā fiducia postulas & tu auxilium, dicens, Non auertas & c.

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationē meā, in ueritate tua exaudi me in tua iustitia. Et nō intres in iudiciū cū seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quoniā persecutus est inimicus animam meā, humiliauit ad terrā uitam meam. Collo

cauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiat
 tus est super me spiritus meus, in me turbatum est
 cor meum. Recordatus sum dierum antiquorū me
 ditatus sum in omnibus operibus tuis, in factis ma
 nuum tuarū meditabar. Expandi ad te manus me
 as, anima mea sicut terra arida ad te. Velociter ex
 audi me domine, defecit spiritus meus. Ne auertas
 faciem tuā a me, & assimulabor descendentibus in
 lacū. Audiam fac mihi mane misericordiā tuam,
 quia in te speraui, Notā fac mihi domine uiam in
 qua ambulem, quia ad te leuaui animā meam. Eri
 pe me de inimicis meis domine, ad te cōfugi, doce
 me facere uoluntatem tuam, quia deus meus es tu.
 Spiritus tuus bonus deducet me in terra recta, pro
 pter nomē tuum dñe uiuificabis me in iustitia tua.
 Educes ex tribulatione animā meā, & in misericor
 dia tua disperdes inimicos meos. Et perdes oēs qui
 tribulant aniam meā, quoniā ego seruus tuus sum.

Hic nulla hypocrisis est & opinio meritorum sicut iustitia, ubi iudicio
 dei te sentis urgeri, quasi derelictus sis à deo in manibus illorū qui oderunt
 ueritatem. Sola ueritas, id est, dei promissio, quā uerbo dei tenemus, & iusti
 na dei, qua nos gratis sine meritis iustificat, hic adiuant, ubi seuit Satan &
 regnum. Iudicium dei nemo sanctorū sustinere posset, nisi misericordia sala
 uaret, id est ueritas & iustitia dei, nam nemo in conspectu eius iustus inueni
 etur, in cuius conspectu ne astra quidem munda sunt, & in angelis suis re
 perit prauitatem. Quod uero iusti sunt qui credunt & sancti, imputatione

Nulla merita
 nostra.

dei sunt per Christum, dū non imputatur peccatū, imputatur autē à deo iustitia, ex se autē nihil sunt nisi peccatores & peccatū ipsum, Ro. 7. Quae sententiā satis clare damnat omnia humana in iudicio dei, ut tandem erubescant nostri iustitiarij.

Recordatus sum. Quoniā persecutus etc. Sub specie corporalis persecutionis describit spirituale, dicēs, Inimicus nō solū persecutus est, sed etiā affecutus prostravit in peccatū, in terrorē mortis, & carceri tradidit, unde per nos nō liceat exire, ubi sumus sicut mortui seculi. i. sicut illi qui ad mortē seruātur in carcere secundū mundū, ut mūdo occidantur. Sed uide spem redeuntē. Bene, inquit, spero de te deus, qui ab initio nō solū oīa creasti, sed & mirabiliter oīa gubernas, & mirabilia opera facis in sanctis, qui norūt oīa esse in manu tua, nunquē enim innocētes deseruisti. Idcirco ego quoque manus meas expandi ad te desiderās gratiā & redēptionē, sicut terra arida desiderat à te imbrem. Velociter succurre, alioqui moriendū mihi est, & iā iam spiritus ipse in hoc carcere me deserit, nō est mihi alioqui spes uitae. Non auertus etc. psal. 27.

Deus doctor.

Fac me audire mane. i. ex oriente rursus die consolationis tuae post noctem tentationis, psal. 5. etc. Notam fac mihi uiam in qua ambulem, sine te enim non possum nisi errare, & in errore manere, psal. 118. quia ad te leui ui animā meā, psal. 24. Idem subdit, Doce me facere uoluntatē tuam, ut à mea abstineam, ut secundū te uiuā, qui per te sum creatus. Hec nō est pharisaeorū oratio, & si talia dicere uidentur, nihil aliud est quā hypocrisis. Nec aliud à praedictis est quod sequitur. Spiritus tuus bonus. i. spū sanctus deus ducat me (sutura enim hic deprecatuue ponūtur) in terra recta & in uia iustitiae, in qua manere non possum, nisi spiritu tuo duce. Propter nomē tuum, non propter iustitiā & merita mea erues me ab hac morte, & iustificabis à peccatō, & confortabis, ne te negem. In iustitia tua nō mea aut humana educes animā ex hac tribulatione portarū inferi, & aduersariorū ueritatis, Et in misericordia tua, non meis meritis aut operibus uindicabis in aduersariis meos, quotquot tribulant me, quia seruus tuus sum, propter te impetor, ne dem gloriam tibi, ut à te cadam, non tam mea quā tua causa agitur, ad se uel propter te.

PSALMVS CXLIII.

Titulus. Dauid.

SUMMA. Hec est gratiarum actio, quae licet uilis homo, tamē uirtute dei fortis fuerit contra filios alienos, id est, illos, qui non sunt de sorte dei, qui loquuntur uanitatem, id est, docent contra dei ueritatem, & dextera coris

dextera falsitatis, id est, nihil boni faciunt, & quicquid boni facere uidentur, est mera hypocrisis, qui bonis huius tēporis, & ornati sunt & abundāt, id quod suam aestimant beatitudinem, dum interim qui non loquuntur uanitatem, sed ueritatem, & operantur iustitiam, crucem portant.

Benedictus dñs deus meus qui docet manus
meas ad praelium, digitos meos ad bellum.
Misericordia mea & refugium meū, susceptor meus
& liberator meus. Protector meus & in ipso spe
raui, qui subdit populum meum sub me. Domine
quid est homo quia innotuisti ei? aut filius homi
nis, quia reputas eū? Homo uanitati similis factus
est, dies eius sicut umbra prætereunt. Domine incli
na cœlos & descende, tange montes & fumigabūt.
Fulgura fulgur & dissipabis eos, emitte sagittas tu
as & conturbabis eos. Emitte manum ab excelsis,
eripe me & libera me ex aquis multis, & ex manu
filiorū alienorum. Quorum os locutum est uanita
tem, & dextera eorum dextera iniquitatis.

Subdit. Felix. Protegit. Innotuisti ei, id est, dedisti ei tui cognittonem in uerbo tuo. Felix, Agnosctis eum. Cœlos. Felix, Cœlos tuos. Iniquitatis. Felix, falsitatis.

Sit gloria deo (ait fides exercitata) per quem semper sum omnibus aduersarijs ueritatis superior, ne conuincant uerbum dei quod habeo, ne desiam ad illorum uerba, quæ sunt uanitas & mendacium siue somnia humana, & ad illorum opera bona, ut uocant, quæ sunt iniquitas, falsitas & hypocrisis, psal. 25. Dextera eorum repleta est muneribus. Nec mirum, si uerba eorū sunt uanitas, & dextera, id est, opera in speciem bona sunt falsitas,

Filij alieni. nam quomodo fructus esset coram deo bonus, ut cūq; mētiatur hominibut, cum ipse arbores non sint bonæ? Sunt enim filij alieni, id est, nō de familia dei, qui tamen se filios gloriantur, de quibus Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me &c. ubi lege totum caput, ut intelligas qui sint filij alieni, nempe qui se populum dei gloriantur, & tamen impie contra deum quæ erūt ex operibus suis iustitiam, quæ est dextera iniquitatis, & talia docent, quæ est doctrina uanitatis & mendacij, doctrina demoniorū, in hypocrisis loquentium mendacium, & cauterio notatam habentium conscientiam.

Qui subdit uel protegit populum meum sub me. Sicut uana est regum mundi potentia, nisi deus ipse subdat & protegat eorū sub eis populos, ita uana est tua doctrina, nisi deus ipse, licet tuo ministerio, erudiat auditores. Vnde gloriamur alibi, Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Neq; uel nostræ carni dominabimur, nisi deus suo spiritu eam in nobis subegerit.

Principum pi orū psalmus. Qui ista dicunt nihil potentie, nihil uirū, nihil sapientie, nihil iustitie sibi arrogant. Vtinam nostri reges & principes sic istum psalmum legere possent, ut David rex ille, cuius fiducia erat deus, ut populus ei subderetur, & sub eo protegeretur, ut non auderet os loquens uanitatem, & non susceperet dexteram falsitatis. Vtinam non audirent contra Euangelium gloriae dei mendaces illos, qui sine uerbo dei ex figmentis humanis præscribunt rationem mentitæ salutis, & quæ sit sinistra eorū taceo, eorum dextera est dextera iniquitatis & falsitatis, fructus quidā sunt in ipsis adeo noti hodie, ut nullam habeant excusationem, qui eos sequuntur cæci cæcos, ut ambo in foueam cadant &c.

Domine quid &c. Magna est hæc fidei admiratio, q; deus tanta maiestas nostri curam, qui sumus uanitas & umbra, sic in omnibus habeat, psal. 8. ubi & diximus de filio hominis, qui hic quemuis hominem significat, qui ut res putatus sit à deo in Christo, ibidem dictum est, nam in Adam omnia perditæ sunt, quæ prius in ipso creationis exordio acceperamus. Vanitatē uero & psal. 38. appellat hominem.

Domine inclina &c. Alludit elegantissime ad terrorē montis Sina, Non agnoscebant suā hypocrisim, qui dixerunt Exo. 19. Cuncta quæ locutus est dominus, faciemus, sed ubi descendit dominus de cælo super montem, fumigante monte, micantibus fulguribus, & sagittis, id est, fulminibus discurrentibus (psal. 76. 1. 7. 37.) dixerunt. Non loquatur nobis, dominus ne mori-

amur. Quibus Moyses dixit, Nolite timere, ut enim probaret uos uenit deus, & ut terror eius esset in uobis, & non peccaretis. Sic isti montes qui loquuntur uanitatem & dexterā habent iniquitatis siue falsitatis, & intumescunt suo libero arbitrio quasi possint facere & oīa faciant que deus præcepit & insuper plura addant ultra dei præcepta, & fidunt suis operibus suas uias secuti, nō possunt agnoscere qui sint, quid doceāt, quid agant, nisi dominus descendat & tangat eos, ut sumum se esse uideāt qui oculos excæcet, qui se aliorū lumen iactitabant, ut territi fulgure tuo, o deus, diffugiāt non adunati amplius ad contendendū contra dei uerbū, & tacti tuis sagittis conturbentur & cadāt ab impia sua fiducia. Hic est terror iudicij dei in conscientia, quē precamur ex deo impijs omnibus hypocritis, ut uel sic agnoscant dei iustitiā & suam relinquentes, non amplius sint, si fieri potest, filij alieni, sed filij dei. A quibus alienis sepe psalmi petunt ut liberemur, ut psal. 18. & 53. De aquis multis. psal. 17. & 58.

Deus canticū nouū cantabo tibi, in psalterio decachordo psallā tibi. Qui dat salutem regibus, qui redimit Dauid seruū suum a gladio maligno. Libera me & eripe me ex manu filiorū alienorum, quorū os locutū est uanitatē & dextera eorū dextera iniquitatis. Quorū filij, sicut nouellæ plantationes stabilitæ, in iuuentute sua. Filix eorū compositæ, circūornatæ ut similitudo templi. Promptuarīa eorū plena eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fortosæ abundantes in gressibus suis, boues eorum crassi. Non est ruina macerix neq; transitus, neq; clamor in plateis eorū. Beatū dixerunt populum cui hæc sunt, beatus cuius est dominus deus eius.

In psalterio decachordo. Fe, In nablo & decachordo. Vide hunc uer-

Victoria dei est. sum psal. 32. Qui dat salutem &c. mutata est persona grammatica, id est quod Hebraeis est vulgare. Hic uersus docet uictoriam non armis, industria & potentia exercitus consistere, sed dono dei, quis illa nonnunquam etiam ipse deus iusserit olim adhiberi, ne creatura dei sit inanis, is enim est, qui aufert spiritum principum, psal. 75. qui ducit ad nihilum omnes tribulantes nos, psal. 59. Sic dixit Iudas. 1. Macha. 3. Non in multitudine exercitus uictoria belli est, sed de caelo fortitudo est. Exemplum uero addit. Qui, inquit, redimit David seruum suum, de gladio maligno Saulis & Absalonis, & multo magis Sathanae, qui eum a fiducia in deum separare nitentur, qui & in adulterium & homicidium coniectum tenere frustra tentauit, nec praeualuit, postquam incitauit eum ad numerandum populum contra deum. 1. Para. 21.

Prosperitas. Quorum filij &c. Describit prosperitatem impiorum, quae est ipsorum perditio, Prouerb. 1. nam non agnoscunt deum in beneficijs, imo haec ipsorum impietas est, quod talibus confidunt, & iudicant se talibus carere non posse, nisi cum summa infelicitate, ergo in summam infelicitatem incidant necesse est, cum coguntur talia deserere, uel in morte. Fij autem si similia uidentur habere, longe tamen dissimiliter habent, Nam dominus est deus eorum, id est, sola fiducia, utcumque de illis rebus accidat, & agnoscunt sese ex benedictione dei possidere res, idcirco, ut cum tranquillitate possident, ita & sine dolore amittunt, scientes, quod nihil decedit, ubi dominum tenuerint omnia dante & possidentem. Filij, inquit, eorum sunt uegeti & pulchri, ut nouellae plantationes, filiae ornatae, quemadmodum templum ornatur. Promptuaria ad eum plena sunt, ut ex alijs alia liceat replere. Oues abundant foetu, & magno numero cum uoluptate spectantium egrediuntur ex caulis, boues pingues sunt, Paries uel domus uel hortorum non cadit, neque aliquis transit limites hortorum, & sepes agrorum, ut aliquid damni patiantur, neque clamor miseriae & afflictionis auditur in plateis eorum, sed chorea, tympanum, carmen & carnis laetitia. Quid ergo? Estne impietas ista habere? Non, sed impietas est, & tota ipsorum damnatio, quod non in deo, sed in talibus adscriperunt beatitudinem. Beatum, inquit, dixerunt populum cui haec sunt, Ego autem pronuncio, Beatus cuius est dominus deus eius, psal. 32. Non igitur habent deum, qui uentris sui causa & ambitionis gratia, ne uel uictus uel opinio apud homines & existimatio minuatur, ueritatem dei & contemnant & persequuntur, & si dicant se fidere deo, mendacium & hypocrisis est, quia illis, quae timent perdere, fidunt &c.

Ex Hebr. 20.

Qui hunc locum ex Hebr. eo legit qui ad aliam esse sententiam, quasi hic non

hic non prosperitas impiorū sed piorum describatur quibus talia deus dedit, quos uelim diligentius legere scripturas, & non statim pronunciare de eo quod ipsis uideatur, planè eadem sententia est in Heb. quāuis alia orationis figura. Felix sic transfert.

Redime me & eripe me de manu filiorum alienigenæ (id est, adulteræ quæ non est uera ecclesia sed nomine) quorum os locutum est uanitatē, & dextera eorum dextera falsitatis.

Quoniam filij nostri sicut plantulæ auctæ in adolescentia sua, filia nostra uelut anguli tessellæ ad similitudinem templi.

Anguli nostri pleni redundantēs ē uictu in uictum, oues nostræ milia producentes, & centena milia generantes in uicis nostris.

Boues nostri fortes portantes onus, non est confractio, & non est faciens abortiuum, & non est clamor in plateis nostris.

Beatus populus cui sic est, beatus populus cuius dominus deus eius.

Quis non uidet impiorū uoces esse, Quoniam filij nostri & c. uel ex ipsa præfatione qua dicitur, Quorū os locutum est uanitatē, scilicet quæ sequitur,

Quoniam filij nostri & c. & addunt in fine, Beatus cui sic est, id est, qui ista omnia habet, sed spiritus dicit, Beatus qui dominū habet deum, ut maxime nihil horum habeat quæ impij pro beatitudine admirantur.

PSALMVS CXLIIII.

Titulus. Laus Dauid.

SUMMA. Laus dei de mirabilibus eius, misericordia, & regno misericordie eius æterno, qui cum prouideat omni creaturæ, imprimis tamen mentibus se.

EXaltabo te deus meus rex, & benedicam nomini tuo in seculū & in seculū seculi. Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuū in seculū et in seculū seculi. Magnus dñs et laudabilis nimis, et magnitudinis eius nō est finis. Generatio et generatio laudabit opera tua, et potentiam tuam annuntiabunt. Magnificentiam gloriæ san-

ctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt. Et uirtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam multitudinis suauitatis tuæ eructabunt, & iustitia tua exultabunt. Misericors & misericors dominus, patiens et multum misericors. Suauis dominus uniuersis, et misericordiones eius super omnia opera eius.

Sanctitatis. Fe. Magnificentie. Et mirabilia tua narrabunt. Fe. Et uerba mirabilium tuorum loquar. Se enim facit unum ex laudantibus, qui sic cepit. Exaltabo te &c. & rursum, Et magnitudinem tuam narrabo. Memoriam &c. Fe. Memoriam magnæ bonitatis tuæ loquentur & iustitiam tuam cantabunt. Suauis Fe. Bonus.

*Vnde laus dei
in expertis.*

Exaltabo (inquit qui gustauit quod suauis sit dominus) & magnificabo creatorem & gubernatorem & prouisorum & patrem meum, cuius magnificentie non est numerus, cuius opera, potentiam, magnificentiam splendoris beneficentiarum hominibus prestatorum, miracula stupenda, multitudinem misericordie, iustitiam qua iustificat impii, patientiam qua expectat ad poenitentiam, misericordias quibus condolet necessitatibus adflictorum & peccatorum & subuenit omnium creature, Psal. 35. 103. & hic infra, Oculti omnium &c. de operibus Psal. 91. Psal. 103. Psal. 138. de misericordia Psal. 102. &c. de mirabilibus, Psal. 104. &c. Ista, inquam, omnia semper laudabunt homines & predicabunt alij, nunquam enim deerunt populo à condito mundo usque in finem & usque in aeternum, qui agnoscant fide hæc omnia, experti dei benignitatem &c. ut sanctificent nomen domini coram mundo & angelis dei uel inuitis portis inferorum, quæ contra à condito mundo usque in finem satagunt, ut predicentur opera humana, mendacia signa iustitie hominum, & dantur ille traditiones, quæ à fiducia in deum auertunt, quæ fiducia est nobis per Iesum Christum dominum nostrum.

Confiteantur tibi domine omnia opera tua, et sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicent, et potentiam tuam loquentur. Vt notam faciunt filij hominum potentiam

tuā, & gloriā magnificētīæ regni tui. Regnū tuū re
gnū omniū seculorū, et dominatio tua in oī genera
tione & generatiōe. Fidelis dñs in oīb⁹ uerbis suis,
& sanctus in oībus operib⁹ suis. Sustentat dñs oēs
qui corruūt, et erigit oēs allisos. Oculi omniū in te
sperāt, et tu das escā illorū in tpe opportuno. Ape
ris tu manū tuā et imples omne aīal benedictione.
Iustus dñs in oībus uīs suis, et sanctus in oīb⁹ ope
ribus suis. Prope est dñs oībus inuocātib⁹ se, oīb⁹
inuocantibus se in ueritate. Voluntatē timentīū se
faciet et deprecationē eorū exaudiet et saluos faci
et eos. Custodit dominus omnes diligentes se, et
omnes peccatores disperdet. Laudationē domini
loquetur os meū, et benedicat omnis caro nomini
sancto eius in seculum et in seculum seculi.

*Fidelis dominus in omnibus uerbis suis, id est, promissa fideliter prestat,
& quod comminatur sine dubio ueniet impijs. In omnibus uerbis uerax est
& in omnibus operibus suis sanctus est, nihil enim facit iniuste. Verū hic to
tus uersus non est hoc loco in Hebr. eo. Peccatores. Fe. Impios.*

*Opera dei magnificant deum dū ab omnibus creaturis mirabilis & bes Confessio
nificus pr. edi. atur, cœlum, terra, mare, sol, luna, temporum uicissitudines, sanctorū.
prouidentiā illa in omnē creaturam, deo cōfitentur & magnificant eū, sed
hec soli sancti, id est, credentes agnoscunt, in quorū cordibus & ore est ista
operū dei omnium pr. edicatio, dū interim impius dicit in corde suo, nō est
deus, & hypocrita sua opera & hūana studia nō dei agnoscit, deū nominat
falso saluatore qui salutē suis tribuit opibus. Sancti pr. edicāt gloriā regni
dei, q. deus in regno suo, qd' est inuisibile in sanctis, gratis dimittit pctā, gra
tis cōseruat & gratis faciū filios & regni sui heredes, & sic gratis oīa factū*

ut tollat nobis omnem gloriandi de nostris uiribus aut arbitrio materiam, ut gloria ipsi soli cōstet. Sic psal. 18. Cœli enarrāt gloriā dei. in regno uero creaturarū uisibili q̄ omnia faciat & quāta cū gloria soli non uident excelsi. Et potentia tuam sancti prædicabūt, qua omnia facis, disponis, seruas, qua impios premis, fideles erigis. Ad hoc uero istam gloriam regni tui & potentiam tuam prædicabūt, ut filijs hominum adhuc carnalibus & suam sententiam sequentibus nota illa faciant, quo & ipsi in numero deinde sanctorum habeantur conuersi ad deum, agnita eius & gloria & potentia, cuius regni non erit finis per Iesum Christum dominū nostrū huius regni hæc redem, cum quo nobis deus pater omnia donauit.

Ista autē sunt quæ sancti credūt & prædicāt, certe nihil nisi Euangelicæ, nempe q̄ dominus sustentat omnes &c. Sustentat, inquit, dominus omnes qui labūtur ne lapsu confringantur, ne percant in tentatione dū labuntur quidē sed nondum lapsi sunt. Psal. 36. Cum ceciderit nō collidetur quia dominus supponit manū suam. Quin & ne desperes etiāsi fractus fueris ipse erigit rursus allisos, collapsos & confractos. Nec mirū si ita agit cū sanctis & electis, in quē etiā respiciunt omnia ut escam accipiant ex benedictione manus eius, soli impii ne uentrē quidem cōmittunt deo imprimis hypocritarū uulgus, psal. 10. Omnia à te expectant &c. Vel ista dei prouidentia in omnes creaturas admonere nos deberet, ut permitteremus omnia deo & uentrem & uitam & honorem & salutem.

Iustus dominus in omnibus uijs suis, id est, iuste omnia disponit, licet oculis humanis hoc nō uideatur, ideo tentantur sæpe pii & blasphemāt impij propter dei iudicia. Et sanctus est sanctusq; manet quicquid tandē faciat siue pios tribulando & impios ad tempus exaltando, siue hos excæcando & damnando & illos glorificando. Propē est omnibus inuocātibus nō hypocritarū more sed in ueritate, id est, fide promissionum eius. Orationē enim fidei uocat Christus, cui promittit semper exauditionem. Vnde additur, Voluntatem timentium se faciet &c. Ad cōmendationem uero dei etiā pertinere indicat impiorum damnationem dum dicit, Et omnes peccatores disperdet qui nunc interim non cessant hanc prædicationem & confessionem sanctorum impugnare ui, fraude & hypocrisi &c.

Laudationem &c. Concludit q̄ cœperat & summam psalms dicit. Ego nihil aliud prædicabo, q̄ unde magnificetur dominus, ut confundatur gloria humana & damnentur omnia nostra. Atq; hoc ipsum desidero fieri ab omni carne, id est, homine siue potius ab omni creatura in æternum, Amen.

PSALMVS CXLV.

Titulus. Halleluia.

SVMMA. Laus dei, g. in solo deo rege eterno sperandū sit, non in principibus, potentia, sapientia aut iustitia clementorum huius mundi.

LAuda anima mea dominū, laudabo dñm in
 vita mea, psallā deo meo q̄diu sum. Nolite
 confidere in principes, in filios hominū in quibus
 nō est salus. Exhibit spūs eius & reuertetur in terrā
 suam, in illa die peribūt oēs cogitationes eorū. Be-
 atus cuius deus Iacob adiutor eius, spes eius in do-
 minū deum suū, qui fecit cœlū & terrā, mare & oīa
 quæ in eis sunt. Qui custodit ueritatem in seculū, fa-
 cit iudiciū iniuriā patientibus, dat escam esurien-
 tibus. Dominus soluit compeditos, dñs illuminat
 cæcos. Dominus erigit allisos, dominus diligit iu-
 stos. Dominus custodit aduenas, pupillū & uiduā
 suscipiet, & uiam peccatorum disperdet. Regnabit
 dominus in seculū deus tuus Sion, in generationē
 & generationē. *In Heb. additur, Halleluia.*

*In filios hominū. Ec. In filio hoīs in quo nō est salus, id quod conueniret
 ut legeremus propter uersum sequentē, Exhibit spūs eius, scz filij hoīs &c.*

*Fidelis solū in deū habet fiduciā suam, dum alij fidunt principibus, amī fiducia iustū
 cis, fauore hominum pecunia, potentia, bonis operibus, quæ omnia sunt dij deus.
 alieni qui nihil iuuare possunt ubi dei iudiciū conscientiam prefferit uel
 ubi moriēdū est. Vnde ait, Dominū magnificabo donēc habitus fuerit in me.
 Stulti sunt qui aliam habent fiduciā, ut in principes & in hominē, qui hoīs*

die sunt eras moriuntur, exeunte enim spiritu redeunt corpora in terram unde desumpta sunt, tunc peribit omnis conatus eorū, & neminē adiuuare possunt qui sic ipsi pereūt ut puluis & umbra, quādo necesse est & spem illorū fieri desperationē qui ipsi fisi sunt, ut uideas quod dicitur Hier. 7. maledictus homo qui cōfidit in hoie & ponit carnē brachium suū & à domino recedit cor eius &c. Beatus uero est qui deū habet fiduciā suā, qui ut fecit omnia ita & oīa habet in manu & nos & nostra & omnia potest (ut alibi de fide creationis diximus) Qui in eternū seruat ueritatem, id est, ea quæ nobis promittit, ut maxime uideatur quādoq; diu differre, ut probeat an uere diligamus eū & perstemus in eius uerbo. Is pugnat pro iniuriā passis, dat escam & mētis & uentris sed esurientibus, id est, desiderantibus ab ipso, dat quoq; impijs, sed hi hoc non credunt. Soluit cōpeditos in peccatis & errore per uerbū Euāgelij sui, & præterea etiā compeditos & uinctos secundū carnē, si ad gloriam suā & salutē hominū uiderit liberationē nostri pertinere, alioqui sic soluit in mente ut & in carcere & in morte libertatē non amittamus. Illuminat cæcos, nā lumē rationis hic nihil est, psal. 31. qui & hoc ipsum quandoq; in oculis carnis ostendit, ut & caro uideat eum, esse illuminatorem & credat. Erigit alios, supra psalmo superiore. Diligit iustos, id est, credentes, quos ipse fide iustificauit. Custodit aduenas, pupulū, uiduam, id est, omnes auxilio humano destitutos, pauperes, tentatos, peccatores, pressos uel potentiorū, principum, hypocritarū suas iustitias defendentium cōtra dei uerbum &c. Et uiam impiorum disperdet qui sequūtur quod sibi rectū uidetur non quod dei uerbo, psal. 1. uia impiorum peribit.

Regnabit &c. O Sion tuus deus. i. tua illa fiducia quæ deus est in eternū regnabit, ergo & in eternū ita succurret & saluabit, quæ admodū dictum est, dum reges, principes & filij hominū & humana oīa in quibus stulti cōfidunt, in quibus nō est salus, id est adiutorium, manere non possunt &c.

PSALMVS CXLVI.

Titulus. Halleluia.

SVMMA. Bonū & salutare est psallere domino & sanctificare nomen eius, qui suos edificat & cōgregat utcūq; contractos & dispersos, qui nouit etiā ex noīe qui sint sui. Qui cum prouideat etiā iumentis & uolucris cœlit (pater, inquit, uester cœlestis pascit ea) maxime sibi complacet in eis & diligit eos qui timent eum & sperant in misericordia eius, reiectis illis qui suis confidunt uiribus fallax enim equus ad salutem, psal. 32.

LAudate dominū quoniā bonū est psalmus,
 deo nostro iucunda sit laudatio. Aedificans
 Hierusalem dñs, dispersiones Israelis congregabit.
 Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones
 eorū. Qui numerat multitudinem stellarū, et oibus
 eis noīa uocat. Magnus dñs deus noster & magna
 uirtus eius, & intelligentiæ eius non est numerus.
 Suscipit mansuetos dñs, humiliat autē peccatores
 usq; ad terrā. Præcinite domino in confessione, psal-
 lite deo nostro in cithara. Qui operit cœlum nubī-
 bus, & parat terræ pluuiā. Qui producit in monti-
 bus fœnum & herbā seruituti hominū. Qui dat iu-
 mentis escam ipsorū, & pullis coruorum inuocanti-
 bus eum. Non in fortitudine equi uoluntatem ha-
 bebūt, neq; in tibijs uiri beneplacitum erit ei. Bene-
 placitū est domino in timentibus eum, & in eis qui
 sperant in misericordiam eius.

*Fe. Laudate dominū, quoniā bonū est psallere deo nostro, quoniā iucun- psalmus con-
 dum, decora est laus. In quo indicat Psal. oīs boni rationē, siue utile siue de- tra iustitias
 lectabile siue honestū spectes, in eo cōsistere ut laudes deū, dei misericordiā,
 benignitatē, opera omnia cōmendes, nō tuas uires & iustitias. Et certe Psal-
 mus totus manifeste opera dei & misericordiam primum in electos, deinde
 in omnes creaturas cōmendat, & uires carnis cum omnibus operibus corā
 deo abijcit, dicens, Dominus omnia facit, nos nihil. Ipse ædificat Hierusa-
 lem non tam terrenam, quā cœlestem adhuc tamen in terris agentem,
 ædificat autem suo uerbo, sicut de ædificatione diximus Psalmo. 117.*

Dispersiones Israëlīs nō tam carnalis quā spiritualis congregabit, sunt autē dispersi filij dei, quorum multi adhuc tenentur diaboli laqueis donec uerbo Euangelico miserente deo soluantur. De quibus Io. Vt filios, inquit, dei qui erant dispersi congregaret in unū. Qui sanat cōtritos & adstrictos siue uulneratos corde, Non est in tuo arbitrio ut ponas mœrorem, timorē, dolorem, inuidiam, odium, grauitatē conscientie, angustiam mortis &c. sed dominus sanat solū contritos corde, & colligat oīa uulnera eorum, quorū nullum tu colligare potes, ut sexcenties per hypocrisim tentaueris, ut erubescas tandem de tuo libero arbitrio. Qui numerat multitudinem stellarum, id quod homini nō licet, minus uero licet quod additur, Vocat oēs stellas suis noībus, quādo nostri mathematici uix aliquas cognitās habēt, quas maxime imprijs uocāt & indignis nebulonū & meretricū gentiliū noībus. Significatur autē per stellas electi qui uerbo uite lucēt in nocte & tenebris huius impij mundi, Philip. 2. quorū omnia omniū noīa scripta sunt in libro uite, nō uīt enim dominus qui sint sui. Atq; hic uersus prohibet nobis iudicare alios, ueros enim Christianos nouit deus, nisi manifesta sint flagitia, quæ certe nos nō iudicamus, sed iā iudicata sunt, Gal. 5. Magnus dominus noster, imensus & incōprehensus, & magna sua uirute & potentia facit omnia & eius intelligentiæ & sapientiæ nō est finis, nemo enim cōprehendere potest, quare illa ita alia aliter facit, & tamē omnia bene & iuste. Huius potētie & sapientiæ dei nihil agnoscit caro, & dū optima est ad suas uires respicit & suam sapientiā, in quibus ex cæcatur adhuc amplius. Spirituales uero nunq̄ admirari & prædicare has dei uires & prudentiam desinunt, & quāuis ea agnoscant, tamē cōprehendere nō possunt, id quod ne angelis quidē datū est. Suscipit & sustentat mansuetos dominus, id est, qui mortificati in tentationibus didicerūt non superbe de se sapere & se esse ex se dānatos. Deijcit autē impios in terrā, qui de se præsumunt & nō dant iustitiæ gloriā deo.

Præcinite domino &c. Hactenus quid deus agat in electis, nēpe oīa quæ salutis sunt, quæ operarij iniquitatis hypocrita per se acturos se putāt, sed ad Calendas græcas, iam quid agat & quō per misericordiā prouideat etiā oībus creaturis describit, ut impij hoīes uel ipso manifesto opere discant salutem cōmittere deo sine quo ne uentrē quidē pascere possunt, Matt. 6. dicens, canite domino in laude, omnē gloriā ei arrogate, Fallite ei in cithara, id est, gaudio spiritus. Qui operiendo cælos nubibus parat terra pluuiam, ut producat foenū (& herbam seruituti hominū non est hic in Hebræo, sed Psal. 103, ut edant iumenta & bestie terra, Gen. 1. Quin & quibusdam animalibus

mantibus ad tempus nullo cibo seruat uitam, ut pullis coruorū inuocantibus uel potius clamantibus, ut uel hoc exemplo discamus deū non deserere quacūq; necessitate inuocantes. Coruos excludere & abijcere pullos antequam plumescant notum est, interim aiunt pasci rore, mihi uerisimile est nullo cibo interim pasci sic ipsis prouidente deo.

Ex his omnibus sic concludit psalmus. Cum deus, ut dictū est, siue in rebus salutis, siue in rebus corporis omnia faciat, cōsequitur nos nihil facere, omnes uires carnis, omnia opera nostra esse nihil, nisi deus benedicat ut labor noster ferat fructum dum operamur secundum uerbū eius, ut non nostra sed eius opera sint. Et si aliquid arrogauerimus nostris uiribus & operibus iam ignominia & iniuriam facimus deo omnia facienti. Vnde uidere liceat quid faciant iustitiarū illi & operarij iniquitatis in conspectu dei, qui ex operibus suis querunt iustitiam. Sic ergo ait: Non magis beneplacitū est domino in tibijs uiri, id est, fortitudine & uiribus humanis, quā in fortitudine equi, qui adhuc fortior est homine. Vires carnis nihil sunt apud deum, ut uel hoc crasso exemplo quod spiritus adducit tandem erubescant humanarum uirium assertores. Vide eadem psal. 32.

PSALMVS CXLVII.

Hic psalmus in Heb. unus est cum superiore.

SUMMA. Laudandus est dominus quod tui sumus in regno eius & abundantes, ubi uerbo suo regnat & mira facit.

Lauda Hierusalem dominū, lauda deum tuū Sion. Quoniā confortauit seras portarū tuarum, benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacē, & adipe frumētī satiat te. Qui emittit eloquiū suū terræ, uelociter curret sermo eius. Qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerē spargit. Qui mittit glaciem suam sicut buccellas, ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Emitteret uerbum suum & liquefaciet ea, flabit spiritus eius & fluent aquæ.

Qui annunciat eloquiū suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Halleluia.

Verbū dei mis-
sum à deo effi-
cax.

Nebulam. Fe. Pruinam, quod uocabulum hic solum conuenit. Patētia uerbi dei hic describitur & regnū dei in terris. Lauda, inquit, Hierusalem ciuitas sancta & mons Sion, in quo deus ipse inhabitat, id est, ecclesia dei uiuentis, ipsum deum tuū, qui tuas portas muniuit & fortificauit uerbo suo & spiritu aduersus portas mortis & inferorū, psal. 9, qui silijs, id est, ciuibus tuis, in medio tui benedixit, id est, eos auctu intelligentie et gratiarū spiritu sancti ditauit 1. Cor. 1. Qui in omnibus finibus tuis cōstituit non mundi sed suā pacē, ut pax eius triumphet in cordibus fidelū. Qui te adipe frumenti, id est, delicato pane sui uerbi, cuius figura erat manna, Deut. 8, satiat, ut uiuas non in solo pane, &c. Sed hoc uerbū tunc eius uectum est, tunc facit fructū cum ipse emittit, cū ipse mittit prophetas & prædicatores, tunc uelociter, inquit, curret sermo eius, subito enim uerbo dei parent quibus hoc mittitur, quippe quo omnia condita sunt, Sic enim ait Esaias 55. Non reuertetur uerbu meum ad me uacū, sed faciet quæcumq; uolui, & prosperabitur in ijs, ad quæ misi illud. Nemo impedit hoc uerbū quod deus emittit, sed curret uelociter. Quis non uidet hodie dominū rursum emisisse suū uerbū, contra quod totus mundus & omnis mundi potentia & hypocrisis fuerit, sed frustra, &c. Ea uidemus quæ ne cogitare quidem potuimus, tantum abest ut nos hanc gratiam meruisse sentiamus.

Qui dat niuem, &c. Effectū uerbi dei pulcherrima similitudine describit, faciens uerbū similē auræ, quæ soluit quæ gelu constricta fuerunt. Vnde hic uides dominum indurare & rursum liquefacere, sicut solem, illud absentia, hoc præsentia. Dominus enim, id est, ille spiritus dei, qui ignis est et uix flamma in cordibus credentiū, ubi deserit nos, quid restat nisi frigiditas & induratio & desperatio, in alijs minus, in alijs plus? Id quod hic significatur in niue quæ cadere facit deus ut lanam, in pruina quæ spargit deus super domos, arbores, agros ut cinerem, in glacie grandinea quæ deus euulatur ut buccellas panis, & in frigore hyberno quo omnia torpēt & indurantur, quo etiam occiduntur homines & animantia. Hic ne putes manum dei abbreviatam, emittit uerbum suum (nam per hoc omnia facit) & uirtute fauonij & austri sui, id est, totu spiritū sancti omnia frigore constricta

Et a resoluit in aquā fluentem, ita ut dei cognitio redeat post errorem, consolatio ad afflictis mentibus post tristitiam, & reuirescentibus post infidelitatis hyemem omnibus mensis & fructus producat salutis. Vide Psal. 125.

Qui annunciat, &c. Nisi enim ipse doceat, frustra homines docere præsumunt. Olim deus relictis omnibus gentibus uerbū suum manifestauit credentibus Iudæis. Sic & nunc quoq; illis solum uerbum dei manifestatur & eius uoluntas qui eius uerbo credūt & obediūt. Hoc est, qui per fidē digni sunt qui Iacob & Israël uocentur.

PSALMVS CXLVIII.

Titulus. Halleluia.

SUMMA. Hec est laus dei ab omnibus creaturis, primum coelestibus, deinde terrenis.

LAudate dominum de coelis, laudate eū in excelsis. Laudate eū omnes angeli eius, laudate eū omnes uirtutes eius. Laudate eū sol & luna, laudate eū omnes stelle & lumen. Laudate eum coeli coelorum, & aqua quæ super coelos est laudet nomen domini. Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Statuit eam æternū & in seculum seculi, præceptam posuit & non præteribunt.

Virtutes, uel Heb. Exercitus. Stella & lumen. Pc. stella luminis, id est stelle lucemes. Quia ipse, &c. Ex Heb. tantum legitur. Quoniam ipse mandauit & creata sunt.

Non præteribunt, scilicet creata, illud præceptum. Felix: Et non præteribit, id est, illud præceptum manebit, &c.

Omnes creatura laudant deū, cum nos earū cōtemplatione admirabilē deū prædicamus, uidentes q̄ omnibus creaturis, p̄uidet, oēs dirigit, quas m̄

rabiliter creauit, in quibus uidemus idem uerbū quo conditæ sunt adlu-
uigere, quod si uel ad momentū in eis cessaret iam nullæ statim essent. *pre-*
ceptum, inquit, posuit eis quod manebit. Vnumquodq; suū facit officium ad
uoluntatem conditoris. Quod autē dicit: *Laudate dominū de coelis*, nihil
aliud est, quàm laudate dominum uos coelestia, sicut infra: *Laudate domi-*
num de terra, id est, uos terrena. Sed q; addit: *Statuit ea in eternū &c.* De
coelestibus solum intellige, de quibus solis dictum est, ne etiam canes, draco-
nes, & alia mansura in eternum, hinc arguas. uide *Psal. 32. & 103.* Omnia
uero sunt in ministeriū hominis condita qui solus frustra uoluntati dei rea-
sistit, reliqua omnia cum gaudio sponte seruiunt & obediunt uerbo con-
ditoris, id quod est uere laudare dominum.

Laudate dominū de terra, dracones & oēs abyssi.
Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarū, quæ
faciunt uerbum eius. Montes & omnes colles, ligna
fructifera & omnes cedri, Bestiæ & uniuersa peco-
ra, reptilia & uolucres pennatæ. Reges terræ & o-
mnes populi, principes & omnes iudices terræ. Iuue-
nes & uirgines, seniores cū iunioribus laudent no-
men domini, quia exaltatum est nomen eius solius:
Confessio eius super terram & coelum, & exaltabit
cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius, fi-
lijs Israël, populo qui appropinquat ei. Halleluia.

Glacies. Felix, Vapor. Quid attinet hoc loco indicare ineptias illorum
qui ne prima quidem grammatices rudimenta norunt qui faciunt ex dra-
conibus, id est serpentibus, nescio quos dracones, & spiritum procellarū,
qui est uentus turbinis, interpretantur commotionem fluctuum maris.

Sicut supra coelestia iubentur laudare deum, quod iubere nihil aliud est
quàm q; spiritus dei qui loquitur in Psalmis delectatur in suis creaturis, quæ
admodū dicitur *Psal. 103.* *Letabitur dominus in operibus suis.* Ita nunc iu-
bentur:

hantur quoq; laudare terrestria & quæ sunt super terram. Impietas est si creatura gloriæ dei oblita ad suam gloriam defleat, id quod solus homo exemplo Satanae tentat sed infelicitè. Quia, inquit, exaltatum est nomen & fama & gloria eius solius. Illi laus debetur qui est super omnia deus benedictus, confessio, id est, laus eius sit super terram & super cælum, ut nihil gloriæ creatura suis uiribus, operibus, iustitiæ adscribat, sed deo omnem gloriam tribuat illibatam, qui exaltabit cornu, id est, potentiam & iustitiã populi sui, id est, credentium. Is faciet, is exaltabit. Hoc cornu interpretatur Lucæ. I. pater Ioannis Zacharias Christum mundi redemptorem, dicens, Et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui &c. Vt cumq; uero alij non audiant & obediant uerbo dei, ut laudent & glorificent eum. Hymnus, id est, laus dei sit omnibus sanctis eius, id est, sanctificatis ab eo siue credentibus, filijs Israël secundum finem Abrahamæ, populo qui appropinquat ei, scilicet fide, Heb. II. Oportet accedentem &c.

soli deo
gloria.

PSALMVS CXLIX.

Titulus. Halleluia.

SVMMA. Hæc est laus dei ex ecclesia sanctorum, qui leti in deo de re^misso peccato & donata æterna uita, gladios ancipites, id est, uerbum spiritus Gladij ancipites. ritus habent in sua potestate siue manibus, quo supprimunt & iudicant omnem mundi potentiã, iustitiã, sapientiã, ut cadat Satanae regnũ, Heb. 4. Viuus est enim sermo dei &c. 2. Cor. 10. Arma nostræ militiæ &c. Spiritua- lis homo per uerbum dei, quod continet, dijudicat omnia, ut non possit Satan latere sub persona angeli lucis, & occidit Antichristi regnum isto gladio qui procedit ex ore Christi ex utraq; parte acutus, quem Paulus spiritum oris Christi dixit.

Cantate domino canticũ nouũ, laus eius in ecclesia sanctorũ. Latetur Israel in eo qui fecit eum, & filij Sion exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro, in tympano & psalterio psallant ei. Quia beneplacitum erit dño in populo suo,

& exaltabit mansuetos in salute. Exultabūt sancti in gloria, lætabūtur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorū, & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendā uindictam in gentibus, increpationes in populis. Ad alligandos reges eorū in compedibus, & nobiles eorū in manicis ferreis ut faciant in eis iudicium conscriptū, gloria hæc erit omnibus sanctis eius. Halleluia.

Hoc canticum nouū quid sit alibi diximus, sed istud canticum est in ecclesia sanctorum, qui dicuntur Israël, filij Sion, populus dei, mansueti, sancti, qui gaudent in domino non in suis meritis, diuitijs, amicis &c. laudant nomen eius, id est, prædicant eius gloriam & misericordiam in choro &c. id est, gaudio spiritus & libero animo. Læticia ergo fides cordis est, canticum & laus cōfessio oris est. Atq; ad hæc admonet nos hic spiritus. Quia, inquit, bene placebit sibi dominus in populo suo, id est, credentibus & consentientibus, & glorificabit mansuetos, id est, spiritu eruditos & tentatione, ut iam mortificati non superbe de se sentiant, quemadmodū hypocritæ, in quorū spiritu adhuc est dolus, exaltabit, inquam, uel glorificabit in salute, secundum illud, qui se humiliat exaltabitur, & in illa exaltatione siue gloria dei exultabunt de remisso peccato & donata hereditate, & lætabūtur in cubilibus suis, id est, conscientijs, cum contra non sit pax impijs. Psal. 4. & 40. Exultationes siue laudes dei sunt in gutture eorū, id est, prædicant gloria dei quæ cōfundit omnia humana quantacūq; specie fulgeant sanctitatis.

Gladij ancipites, ut supra.

Et gladij ancipites sunt in manibus eorum, id est, quisq; habet uerbum dei in manu sua, ut efficaciter agat per illud uirtute spiritus sancti. Quidam uidentur habere & scire uerbū, sed non habēt in manu, id est, nihil per illud efficiunt. Neq; enim suas ipsorū conscientias defendere possunt cōtra insultus regni tenebrarū, quia nondū illi uerbo credūt, quod tamē dei esse uident. Quid ergo efficerent per uerbum pro alijs? Sancti autē habent in manu ad uindicandum in gentes, id est, blasphemos, ad increpandū populos, id est, peccantes filios, ad alligandū reges & nobiles eorum, id est, principes, duos

res & doctores, qui sunt inter ipsos blasphemiae et erroris magistri & protectores, ut uerbo uincantur, confundantur, ligentur, & dure constringantur, ne possint reuelata ueritate amplius seducere & nocere. Ut, inquit, faciatur in eis iudicium scriptum, id est, ut iudicent eos secundum scripturam sacram, secundum uerbum dei ab ipso deo scriptum, & nobis commendatum. Sic Paulus uerbum dei uocat gladium spiritus, Ephe. 6. Quod si non respiciunt agnoscetes huius gladii accipitis uirtutem, sentient in nouissimo iudicio, quando iudicabunt sancti mundum cum Christo.

Aduerte hic pulchrum ordinem. Primum, Beneplacitum est domino in populo suo, & exaltat mortificatos, Sua enim bona uoluntate nos suscipit & glorificat, Deinde exultabunt sancti &c. nempe credentes se accepisse bona domini. Sequuntur post hoc, Exaltationes dei in ore eorum, non exaltationes operum humanorum &c. Inde gladij accipites in manibus. Regnum enim dei non est in sermone, sed in uirtute, dum uerbum dei primum efficax est in nobis, deinde in auditoribus, tertio contra resistentes siue Satanam siue homines. Atque hic addit, Gloria haec erit omnibus sanctis eius, id quod nunc propter crucis formas mundus non uidet, donec reueletur gloria filiorum dei.

Aedificatio à
fundamento ad
summum.

PSALMVS CL.

Titulus. Halleluia.

SYMMA. Hactenus in creaturis & in ecclesia sua, nunc in seipso laudatur, & sanctus est & sanctificans, fortis & fortificans, magnus & magnificans. Atque haec laus uenit ex magno spiritus gaudio in fidelibus, qui haec omnia agnoscunt, deum, scilicet solum esse sanctum, fortem, magnum, se uero peccatores, imbecilles & nihil, tamen omnia habere se in deo, qui enim adhaeret deo, unus spiritus est cum deo. Haec est uera laus dei, & sanctificatio nominis eius, siue confessio & praedicatio fidei, & fiducia in deum, ex hilaritate per spiritum sanctum corde, id quod uarijs instrumentis musicis olim significabatur, ut diximus alibi, uel psal. 32.

LAudate dominum in sanctis eius, laudate eum in firmamento uirtutis eius. Laudate eum in uirtutibus eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tubae, lau-

Instrumenta
musica.

date eum in psalterio & cithara. Laudate eū in tympano & choro, laudate eum in fidibus & organo. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis. Omnis spiritus laudet dominum. Halleluia.

In sanctis eius. Hieronymus, Laudate dominum in sancto eius. Felix, Laudate dominum in sanctitate eius, ut uideas, quod legimus esse neutrum. In sanctis eius, q. d. In sanctis sanctorū, ubi habitat, quemadmodū diximus in psal. 67. in fine. Tamen aptius hic leges in singulari, In sancto uel sanctitate, quemadmodū & psal. 59. Deus locutus est in sancto suo, ne quid aliud hic interpreteris, quam quod propheta in Hebræo scripsit, Statim enim ut audierint illi sanctorum inuocatores hic haberi in propheta, In sancto uel in sanctitate, non habent hinc quod pro se dicant. Quibus si interpretari uoluerō, in sancto, id est, in Christo, qui est sanctitas & iustitia dei factus nobis, Indigne ferent, & malent quod ipsi cogitant, ne scilicet perdant alij nummos, alij sua merita, quæ sibi ex sanctis congregant. Neq; contendimus cum eis, ne legatur hic, In sanctis eius, masculino genere, quasi hic aliquod periculum lateat scripturis & fidei non tolerandum, cum non ignorem dominum laudari à nobis in sanctis, id est, credentibus, qui hic nobiscum degunt, dum uidemus eorum opera bona, quæ spiritus dei per eos efficit, secundum illud, Videant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cælis est. Idem factimus, dum laudamus deum propter ea, quæ ab exordio mundi fecit in sanctis, ut in Abraham, Dauid, Apostolis, martyribus, qui non suis meritis saluati sunt. Neq; nos possumus ipsorum meritis saluari (id quod tamen nostri fingunt & mentiuntur in ignominia Christi) sed exempla nobis ipsi propo- siti sunt, ad confirmandam fiduciam nostram, non in ipsos sed in deū, dum hoc speramus nos peccatores, per gratiam dei, quod illi per gratiam dei acceperunt, Non inquam hoc contendimus, sed statim ubi audiunt, Laudate dominum in sanctis eius, sine mente infrunt, & ego sancti sunt inuocandi, Et omnis scriptura ignorantes, ubi de sanctis dicitur, statim nihil aliud cogitant, quam sanctos defunctos, & festa illa sanctorum, & suffragia horarum canonicarum, & quas uocant, litanias, ne semel quidem uidentes, quod ubiq; uidere debebant, nempe sanctos dici credentes, qui hic uiuunt,

unde dicitur ecclesia sanctorum, ut psalmo superiore, & cōmunio sancto-
rum, ut Paulus Ephē. 6. lubet orari pro omnibus sanctis et pro se, Psal. 15.
Sanctis, inquit, qui sunt in terra eius. Et Christus dicit, Ioan. 17. Pater san-
ctifica eos in ueritate, in mundo sunt, sed de mundo non sunt. Si de honore
sanctorum quæris, quis unquam putauit in sanctos esse blasphemandum?
imò sic nos dicimus: Mihi autē nimis honorati sunt amici tui deus, & c. Nos
uere honoramus sanctos si fidem illorum in Christum nos ipsi habuerimus.
Alij uiderint quid honore sanctorum quærant. Nos præter deum neminem
inuocamus, per Iesum Christum dominum nostrum deum & hominem, in-
ter deum & hominē mediatorē, qui pontifex pro nobis in dextera patris
regnans intercedit pro nobis, & aduocatus est pro peccatis nostris. Mirū
uero quòd non etiā inferunt: Laudate eum in tympano, ergo tympanū est
inuocandum, ergo de tympano festa sunt celebranda, ut taceā quòd etiam
mīssas coëgerunt seruire memorijs sanctorum, cum tamen Christus dicat,
Hoc facite in mei cōmemorationem, sed sinamus eos si nolunt audire, nos
per hæc uolumus eis seruire.

Sic igitur in seipso dominus hic laudari & sanctificari iubetur: Laus dei in
te dominum in sanctitate eius quia sanctus est, & solus sanctus, ex quo solo seipso.
sanctificamur, nostra sanctitas & iustitia nihil est. Laudate eum in firma-
mento uirtutis siue potentie eius, id est, inde laudate eum quia firmamen-
tum est in firmitudine & potentia eius, non ad tempus durat, sed firma &
eterna est, humanæ autem uires nihil sunt, nihil possunt. Sine me, inquit,
nihil potestis facere. Ad tempus fiducia nostrorum oꝝ erum nos fallere per
hypocrisim potest, sed non est firmamentū in uirtute hac, ad iudicium enim
dei consistere non poterit. Laudate eum in uirtutibus eius, non in uirtuti-
bus & uiribus humanis, ut diximus. Laudate eum secundū multitudinem
magnitudinis eius cuius nō est finis. Psalmo. 144. Magnus enim est & lau-
dabilis nimis, Psal. 47 ut non opus sit alium quærere quem laudes, ut non
opus sit timere ne hic non satis magnus sit aduersus satanā & mundi po-
tentiam, & c. Laudate eum in sono tubæ, & c. Id est, prædicate eum, canite
eius misericordā omnibus, non tacete, sed libero spontaneoq; corde confi-
temini quòd creditis coram alijs, inuenietis per deum qui ad uestrum can-
ticum & ad uestras tibias respondeant & saltent. Quod si quos offēde-
rit uestrum canticum, uestri moduli, uestra prædicatio & confessio, & nec-
mo fuerit qui respondeat, qui saltet, uos accusabitis et cum Christo dicetis:

Lamentauius & non planxistis, tibijs cecinimus & non saltastis. Cecinit in hoc Psalterio et David, utinam cantemus cum eo, aut saltem ad spiritus dei canticum saltare per Christum liceat, Amen.

Summa non horum modo psalmorū sed & totius Psalterij additur.

Omnis spiritus laudet dominum. Halleluia.

Caro est cæca & ignorans dei, iccirco non attingit ad ea quæ in hoc libro canuntur. Quomodo enim laudabit dominum quæ dominum ignorat? Spiritum ergo necesse est ad hanc laudem inuitare, quando quidem in spiritu & ueritate iam adoratur pater non in monte aut Hierosolymis. Verū & ex Heb. & ex Græ. quod nos legimus, Omnis spiritus, significat omne quod spirat, id est uiuit, q. d. Omnis uita & angelorū & hominum & quicquid habet spiraculum uitæ deū agnoscat (ut diximus) & gloriam soli tribuat, qui uita est omnium, sed credentium uita æterna per Iesum Christum dominum nostrum,

Amen.

AVCTARI-

VM IO. POMERANI IN LI-

brum Psalmorum, quod iam recens accessit.

PSALMVS PRIMVS.

Beatos dicit, qui audiunt uerbum dei & custodiūt illud. Alios cum suis traditionibus dicit esse Satane, etiam si fingāt religiones angelorū, hos etiam cum sua doctrina & regno confundendos, quia insipientia eorū nota fiet omnibus hominibus, uerbum autem domini mansurū in eternum.



BEATVS uir qui nō ambulat in consilio impiorū, nec stat in uia peccatorum, nec sedet in cōfessu illatorū. Beatiudo.

Sed in lege domini est uoluntas eius, & meditatur legem eius die ac nocte. Hic est ut arbor plantata Fructus;

ad riuos aquarum, quæ dat fructum suum tempore suo, & foliū eius non marcescit, et prosperū est quicquid ipsa facit. At impij non sunt tales, sed potius Comminatio.

ut palea quā uentus dispellit. Ideo non permanent impij in iudicio, neq; peccatores in congregatione iustorum. Quoniam nouit dominus uiam iustorum, uia autem impiorum perit. Promissio.

Ex secundo uersu certā accipe primi uersus sententiam. Siquidem beatitudinē esse dicit, habere uoluntatem in lege, id est uerbo domini, & hanc meditari, docere, confiteri & uocationi secundū hanc seruire iugiter. Maxime uero perpetuo credere remissionem peccatorum, & nos esse deo acceptos per Christum secundum Euangelikū siue dei promissionem. Breuiter siue uerbo dei sincere accepto siue credito & obseruato nullam dicit esse

beatitudinem. Ergo quod consilium impiorum & uiam peccatorum & contra
 seipsum illusorum dicit, necesse est intelligere esse sine uerbo dei. Consilia
 um itaque impiorum est, quæcunque doctrina sine uerbo aut contra uer-
 bum dei ab hominibus excogitata, quia impij uolunt consulere hominibus
 quasi cultu dei & religione sancta, maxime per legem operum contra fidem
 in Christum. Via autem peccatorum est, qua seducuntur omnes illi qui con-
 silium impiorum amplectuntur, & sine iudicio (quia uerbum dei non noue-
 runt) sinunt se duci ab impijs magistris, ut & magister & discipulus cæci
 ambo in foueam cadant. Hic est maximus numerus hominum in mundo, quia
 dilectionem ueritatis non suscipiunt, ideo necesse est ut credant mendacio
 2. Thessal. 2. Et uide quid Paulus prædixerit. 1. Timo. 4. non tam de magi-
 stris quam de discipulis erroris, deficient inquit à fide, attendentes spiriti-
 bus erroris & doctrinis demoniorum in hypocrisis, id est specie sancta do-
 centium mendacium, &c. Habes itaque magistros impiæ religionis cum audis
 consilium impiorum, habes & stultos eorum discipulos, cum audis uiam pec-
 catorum. Illi sua mordicus tenent, & oderunt & persequuntur sincerum
 dei uerbum, hi uero libenter errori & impietati propter sanctam speciem
 obsequuntur, nec sinunt se corrigi uerbo dei, & quærentes suam statuere
 iustitiam, iustitiæ dei non sunt subiecti. Rom. 9. Manent ergo peccatores, &
 moriuntur in peccato suo, & deterius in conscientia perpetuo habent ex
 consilio impiorum, tantum abest ut inde iusti fiant, quia iustitiam fidei sine re-
 missionem peccatorum sua iustitia excæcati non agnoscunt. Nihil prodest hic
 garrere multa de autoritate hominum, de multitudine errantium, de longa
 gitudine temporis, &c. In uia peccatorum & in certa damnatione ambula-
 las, quando ambulas sine lege, hoc est sine uerbo dei, quia hic spiritus sanctus
 tibi beatitudinem negat. Vide uero quanta solitudine spiritus sanctus
 in psalmo ista nobis depingat & exprimat speciem sanctam impietatis,
 ne specie à ueritate deficias. Consilium uocat non stultitiam, quia tales con-
 siliarij, id est doctores, sapientes habentur, & eorum doctrina habetur sa-
 pientia & religio. Deinde uiam dicit non errorem, quia sancti habentur qui
 consilium impiorum sequuntur. Quis hic subsistet, cum uiderit impiam do-
 ctrinam has glorias habere? At solus spiritus sanctus per reuelatum nobis
 dei uerbum detegit impietatem & admonet ne hac larua, ut totus mundus,
 decipiatur, dicens: Consilium quidem est, sed impiorum, & uia quidem est,
 sed peccatorum, beatus qui his non accedit, aut qui ab his recedit, quia lex
 aut

aut uerbum dei ibi non est, sed uerba & humana traditiones, ad salutē exa-
 cogitata, quæ est ipsissima impietas, nō beatitudo ut fingitur, sed certa dam-
 natio, ut ait Paulus, in hypocrisi docentū mendacium, &c. Sed qui sunt
 illutores? Respondeo, sunt qui & opus & uerbum dei ludibrio habent, ut
 cunque aliud simulent coram hominibus, ne uideantur esse Lucianici &
 planē Athei & omnis religionis siue falsæ siue ueræ cōtemptores, id quod
 uere sunt, qualis erat Herodes, circumcisis quidem & legalia Iudæorum
 externe obseruans, sed uulpis, quemadmodum Christus eum nominat, qua-
 les erant Saducæi resurrectionem carnis negantes. Matth. 22; ut et quidā
 ex Corinthijs 1 Cor. 15. His Epicureis utinā non plenus esset mundus, qui
 fibulam esse iudicant quicquid de pietate dicitur: Imō utinam non essent ta-
 les inter eos qui doctores pietatis sese iactant & qui sapientissimi uiden-
 tur. Item inter nobiles & populorū rectores. Crede mihi, Non omnes ho-
 die Papam amant, qui pro Papa agere uidentur, & euangelii gloriæ dei
 heresim uocant, sed ut commodum interim usum fuerit seruiunt hominibus.
 Sunt ergo isti illutores à superioribus impijs alij impij. Nam illi sua
 urgent & sanctitatem credi uolunt, quos secuti principes & reliquū pec-
 catorum uulgus, arbitrantur se etiam obsequium præstare deo si quem pio-
 rum interserint. Hi uero uulpinā simulationem in lucro habentes, & pie-
 tatem & impietatem apud se occulte eodem loco habent. Verum sæpe fit
 ut ex illis hi fieri soleant, dum suum consilium certo dei uerbo confundi &
 damnari sentiunt, quod ipsi siue bonum siue malum seruatum uellent, ne
 errasse uideantur, ne sua cōmoda amittant. Sic olim fiebant illutores pseu-
 do propheta & uulgus eorum, id est principes, nobiles & plebei eis adhe-
 rentes, quādo sancti propheta obijciebāt eis manifestissima uerba ex Mose
 contra eorū idololatriā. Hic licet conscientia confusa & uicta essent, tamē
 clamabant: Iste scilicet cultus dei tam sanctus, nihil esset? Condemnemus
 & eccidamus prophetas heresim docentes, &c. An non illutores sunt
 principes sacerdotum & senatus plebis, qui consultant, Ioan. 11. Quid fa-
 cimus hic homo multa signa facit, si non obstitimus omnes credent in eū,
 & uement Romani & tollent nostrum locum & gentem, &c. Qua con-
 scientia queso dederunt militibus pecuniam ut dicerent corpus Iesu furto
 è sepulchro ablatum, id quod dixerent se uidisse dormientes? Vides uero
 qua pertinacitas isti illutores perdurant misso in apostolos spiritu sancto de
 cælo, donec deus eos uastat & horrendo perdit per Romanos. Hoc iudici-

um dei uoluerunt, hoc & hodie nostri papiste uolunt. Nam reuelato dei uerbo, uicti episcopi, sacerdotes, papistici & monachi, ne uerbū quidem habent aut mandatū a deo quo suā conscientia corā deo cōsolemur & confirmant pro suis laruis & effectis cultibus & religionibus, & missarū abominatis sacrificijs. Arripiūt sacra biblia in manū, id quod tandē nunc coguntur, uident ueritatem ubiq; obuiam & in oculos incurrentem, nolunt uideri, quærunt tantum aliquam speciem, qua persuadeāt suo uulgo errorem, quando sibi ipsis persuadere non possunt. An non isti sunt illusores. Interim colunt deum suum Maosim, ut prædixit Daniel, auro & argento & lapidibus præciosis, & adorant diabolum Matthei 4. cadentes: a uero deo, cuius uerbum non habent, sed persequuntur: nam non est cultus dei qui sit ex doctrinis & mandato hominum Math. 15. Esa. 29. Ideo dedit eis diabolus imperia mundi, regna & diuitias, non tamen sine uoluntate et iudicio dei, quemadmodū promittit diabolus. Hec omnia tibi dabo, si proecidens adoraueris me. Vade in monasteria & uide quā diuites, quā tranquillū, quā suauēs sint mendicantes in regno papistico, ut ex his uisibilibus quanta sit maiestas, & abundantia aliorum estimare possis. Et hec omnia sunt mendacio Satanae parta, alioqui nos neq; de rebus neq; de diuitijs male loqueremur, potestatem uero a deo ordinatam colendam etiam docemus ex uerbo dei. At isti contra deum gloriam quærunt & uentrem colunt. Phil. 3. sed gloria erit in cōfusione & deus ipsorū peribit. Quosdam nunc deus ex hoc Antichristi captiuitate per Euangeliū liberat, quosdam uero indurantur per consilium impiorum, alij ut dixi sunt iam agnita ueritate illusores, maxime multi præsidēs eorum & qui eis adherent, & prohibent prædicationem iustitiæ Christi & gloriæ dei, ut ualde incommodam, & dicunt uidentibus (ut & Esa. 30.) Nolite uidere, & afficientibus, nolite afficere nobis ea quæ recta sunt. Loquimini uobis placentia, uidete uobis deceptiones, declinate a uia, relinquite semitā, cesset a nobis sanctus Israël, & c. Adeo securi fiunt nunc isti illusores, dum mandatis suis ac tyrannide et blasphemijs explodunt dei uerbum & persequuntur sanguinem innoxium, quasi iam sit ille deus mortuus, qui (si hoc credis) propter pietatem uastauit imperia Assyriorum, Persarum, Grecorum, Romanorum, is non cessabit nunc percutere uirga oris sui, id est, Euangelio sancto regnū Antichristi et blasphemias eius, nisi interim Papa cum suis suo ipsius consilio aliud malum etiam sibi paret, donec eum, id est, blasphemum regnū eius aboleat

aboleat dominus noster Iesus Christus illustratione aduentus sui, ut Paulus prædixit, ut secundum prophetiam Danielis, detur omne regnum populo sanctorum in secula seculorum, Amen. An non illusor est papa iste Clemens cum suis secretarijs, qui missis legatis & literis promissit Conciliū pro ecclesie cōcordia, non tamen tale quale promissum erat in Comitijs Augustanis? Hoc iactauit in literis sese impetrasse, imò extorsisse ab optimo & clementissimo cesare Carolo, & iam dudum se hoc ardentibus uotis desiderasse, ut qui ualde sitiit salutem animarum. Paulo post dum Concilium expectatur, Papa abit ad Gallos & efficit, ut illic sanguis effundatur confessorum Christi. Hoc solum uoluit iste illusor. Habes bona ecclesia, quod nam futurū tibi sit Concilium Papistarum. Qui autē habitat in caelis irridebit hos illusores, & dominus hosce subsannabit, tūc loquetur ad ipsos in ira sua &c.

Sic Paulus etiā omnes hæreticos & prauæ doctrinæ magistros describit illusores, non tunc quidem quando docere incipiunt, quia fieri potest ut consilio impiorum sint præuenti, aut insipienter errant, sed tunc quando semel atq; iterum uerbo dei sunt admoniti, tunc enim ait, certus esse debes, quod talis hæreticus peccet et agat mala conscientia suo ipsius iudicio condemnatus. Tit. 3. Nos magnificamus hodie ex institutione Christi diuina sacramenta, quæ dei bonitas per Christum nobis consecrauit & donauit, Mirum autem quā nos irrideant Anabaptistæ & alij traduentes nos rudi plebeculæ. Elementum inquit non potest hæc facere, hæc est eorum sapientia quam nemo antè nouit, taceo eorum reliquas blasphemias, non peccant iam ignorantia & cæcitate, ut forte in principio quando præ sua spirituositate & inuidia nihil aliud potuerunt uidere in Christi sacramentis quā quod Turca aut brutum uidet, sed peccant nunc contemptu & illusionē siue irrisione contra agnitam ueritatem. Quoties audierunt & legerunt nostra, quod quæ magnifice prædicamus de sacramentis non sine uerbo dei prædicamus. Siquidem glorificamus in sacramentis Christi uerbū & institutionem Christi, id ipsi non ignorant, tamen pergunt mentiri contra nos quasi doceamus quæ non docemus, & calumniantur, et causantur multa de solo elemento, adeo apud hosce spiritus uerbum et mandatū siue institutio tantæ maiestatis qua condita sunt omnia, nempe Christi, nihil est. Manifestum ergo est quod sunt illusores suo ipsorum iudicio condemnati & mala conscientia agentes. Verum tu caue speciem, quemadmodum de consilio & uia dixi. Nam hic est confessus et, ut uetus translatio habet, Ca-

thetra, non in angulo eos agere audis, sed in ministerio publico uel ecclesie ut Saduceos, uel potestatis ciuilibus ut herodem, non te moueat illudentium autoritas, ut deficias à lege siue uerbo domini. Habes itaq; quodnam sit consilium impiorum, & quis confessus illorum, illud uocat Christus fermentum phariseorum, hunc autem fermentum Saduceorum & Herodis. Matth. 16. Marci 8. Et exponit Lucæ 12. Cauete à fermento phariseorum, quod est hypocrisis. Qui autem ab his seductoribus seduci se patiuntur, stant in uia peccatorum, à qua nisi recedant, sed potius magistros secuti perrexerint, ad precipitium uadunt eternæ damnationis. Hic enim est huius uis terminus. Hos omnes psalmus in fine uno uocabulo impios nominat, & eis opponit iustos qui uerbum dei amant & fatentur, id est, credunt per uerbum in deum, ut uideas hic confirmari quod ex sola fide iusti sumus coram deo. Siquidem hic nulla beatitudo, nulla iustitia est, quam amare & meditari legem dei. Fides est ex auditu, auditus autem per uerbum dei: fructus sine dubio sequetur, &c. Hæc rursum hic in principio ex psalmi uerbis manifestis admonere uolui, ut scias quid tibi in psalmis atq; adeo in tota sacra scriptura (cuius hic psalmus breue argumentum est) de pietatis atq; impietatis descriptione expectandum sit. Nam scriptura contra hypocrisim res est, crasiora autem uitia etiam mundus iudicat. Sic enim ait Christus de inuulgando Euangelio. Spiritus sanctus cum uenerit arguet mundum de peccato infidelitatis & de iustitia, & de iudicio. Porro hæc beatitudo tibi fide credenda est, non sensu metienda, non enim impij ferent sua consilia, uiam & confessum damnari, id est, suam fidem, iusticiam & iudicium quemadmodum Christus dicit: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, &c.

Ideo non permanent impij in iudicio. Iudicium hic significat officium iudicandi siue regendi potestatem, ut in sequenti psalmo, Erudimini qui iudicatis terram, id est, iudices siue rectores estis super terram Est itaque hic simplex sententia. Seductores tandem patefunt per legem siue uerbum domini quod conspurcarunt & conculcarunt, & separantur ex ecclesia & congregatione iustorum ut palea à tritico, nemo eos amplius audiet: rectores uidebantur, sed lupi & uulpes erant in ecclesia. Sic perit regnum phariseorum apud iudeos credentes, & apud nos regnum Antichristicum papistarum. Sunt quidem ad tempus arbor inuicta, sed non manent, contra impij iudicantur esse puluis sed manent palma, cuius ne folium quidem perit. Psal. 92. Iustus ut palma florebit, &c.

De frustraneo conatu aduersariorū ne Christus regnet: Ipse autem naturalis filius dei & deus uerus cui confidendum sit (ut in fine psalmi dicitur) constitutus est rex in ecclesia quæ cœpit in Iudæa & dilatata est in gentes per totum orbem terrarū. Itaq; quem persecuti sunt Iudæi & gentes & principes terræ, hic est rex Iudæorum & gentium, & dominus dominantium. Beati qui confidunt in eum, quia filius dei natura est, & deus uerus, sed interim est etiam ex semine Dauid natus secundum carnē Rom. 1. Alioqui quomodo persecutionē pateretur ab infidelibus, aut quomodo osculandus proponeretur fidelibus? Maledicti uero qui hunc filium dei in infidelitate perdurantes uoluerint experiri iratum. Nam constitutus est à deo iudex uiuorum & mortuorum. Acto. 10.

Quare tumultuantur gentes, & populi meditantur inania. Consurgunt reges terræ & principes consultant simul aduersus dominum, & aduersus Christū eius. ^aDirumpamus uincula eorum, & proiciamus à nobis funes eorū. At habitator cœli ridet, et dominus subsannat eos. Aliquando loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos. Ego autem constitui regem meum super Zion montem sanctum meum. ^bPrædicabo statutum quod dominus dixit ad me. ^cFilius meus es tu ^dego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatē, et possessionem tuam terminos terræ. Conteres eos sceptro ferreo, et ut testam confringes eos. Nunc ergo uos reges erudimini, disciplinam accipite uos iudices terræ. Seruite domino in timore, & exultate in tremore. Osculamini filiū, ne fiat ut irascatur, et uos pereatis in uia,

*Consilium
impiorum.*

*Comminatio
diuina.*

*Confirmatio
Euangelij &
regni Christi.*

*Exhortatio ne
persequatur,
sed osculetur
Christum.*

Promissio
maxima.

quoniam breui exardescet ira eius, at beati omnes
qui confidunt in eum.

a Dirumpamus.] In cōmentarijs feci hæc uerba esse fidelium impietatem aduersariorū Christi detestantiū, sed melius dices esse uerba consultantium impiorū. Dirumpamus uincula eorū, id est, domini et Christi eius, &c. Euangelium, Christi, liberationem illam æternam uocant uincula & funes, quia subdi nolunt ut saluentur, & Euangelium non seruit cupiditatibus & seductioni ipsorum. Sic hodie dicunt: Prius perdemus terras nostras & homines quā illam doctrinam suscipiamus, &c. Et uide hic antithesim diuerforum consiliorum. Impij consultant, dirumpamus, &c. Dei autem consilium est, Ego constitui regem meum, &c. Filius meus es tu, ego hodie genui te, Postula à me, &c. Consilium domini manet in æternum, Psal. 33. Dominus dissipat consilia gentium, &c.

b Prædicabo statutū.] Sine decretum, id est, Ego rex constitutus à deo patre prædicabo per me & meos prædicatores in meo regno usq; ad fines terræ omnibus gentibus nihil aliud quā quod pater prædicandum statuit & decreuit, nihil morabor statuta & decreta, & omnia consilia aduersariorum, quas blasphemias necesse est perire irridente deo, Sic in Ioanne sepe ait. Sicut mandatum dedit mihi pater sic facio: item, sic loquor in mundo: item, quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur, &c. Statutum uero dei patris à me prædicandum est quod dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te, postula à me et dabo tibi gentes, &c. Hanc dictionem siue hoc dicere patris, hoc consilium et statutum dei, quod ego sum filius dei nunc datus toti mundo in salutem confidentibus in me, deo prædicare non in Iudæa solum, sed per totū mundum, ut in filio cognoscatur pater, omnibus alioqui hominibus incognitus, quemadmodum Ioannes Baptistæ ait: Deum nemo uidit unquam. Unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit, &c. Sic se prædicat filius sepe in Ioanne: Sic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eū non pereat, sed habeat uitam æternam, &c. Ego sum uia, ueritas et uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Sine me nihil potestis facere, &c. Aduersarij dicunt: Nos nostra statuemus, quod Euangelium dicitur heresis est, uincula et funes, Pater autem dicit: Ego mea statuam, uo'o per filium immoiescere mundo in salutem credentibus, non illud aduersariorum, sed hoc dictum uel uerbum siue statutum dei stabit in æternum, ut omnes glorificent

rificent filii sicut glorificant et patre. Ioan. 5. Nouus hic prædicator Christus filius dei est. Nouus rex, noua lex, antiqua abrogatur, Non prædicabit hic rex, hic doctor, hic sacerdos filius dei Mosen et legis opera. Nō enim sub lege & seruitute hic agendū est, sed sub gratia, sub libertate, sub filio. Hic est semen Abrahæ cui promissa est hereditas totius mundi, quæ omnes osculentur, adorent, nisi uelint perire. Siquidē beati omnes qui confidunt in eū.

c Filius meus es tu.] Certissimum hoc testimonium est de Christi diuinitate, quemadmodum epistola ad Hebræos dicit. Cui unquam angelorum dicit deus, Filius meus es tu? Siquidem supra angelicam naturam non inuenitur aliud superius quàm naturalis deus. Est autē ibi Christus, ergo est natura deus, et quamuis homo Christus Iesus supra angelos sit, tamen hoc non esset nisi hic homo simul deus esset, angelorum creator. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est. Admoneo hic obiter lectorem, siue nostra legat siue uetera scripta piorum, quando fit mentio, nunc diuinitatis, nunc humanitatis Christi domini qui deus & homo est, ne occupetur uanis cogitationibus discernendi Christum, id est, separandi diuinitatem ab humanitate, ne tandem amittat totum Christum, & humanum quiddam sibi fingat de tanta maiestate, incomprehensibili mysterio, Christo in una persona deo & homine, qui crucifixus & mortuus, resuscitatus est accepta omni potestate in caelo & in terra, super omnem principatum & potestatem etiam angelicam, super omne nomen non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro nominatū, & sedet in dextera patris donec omnes inimici subijciantur sub pedes eius, qui est caput ecclesie & omnia in omnibus adimplet. Ephe. 1. Nos ut ueteres quoque uerbis quandoque laboramus dum de duabus in Christo naturis loquimur, sed quia hic est incomprehensibile & ineffabile huius unitiois sacramentum, de quo Ioannes dicit: Verbum caro factum est, tutius loquimur uerbis scripture sancte, quæ utcumque duas naturas in Christo fateatur, tamen uerbis non separat inseparabilem, ut enim ipse separari non potest, ita ne uerbis quidem eum scriptura separat, quemadmodum & ipse Christus ait: Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Si uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius. Pater clarifica filium claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te. Philippe qui uidet me, uidet & patrem meum, non credis quod ego in patre & pater in me est? Rom. 1. Filius dei genitus est ex semine Dauid secundum carnem.

hic tam etsi addendo, secundum carnem, fateatur duas naturas in Christo, tamen ne separet uel uerbo personam Christi, dicit filium dei genitum ex semine Dauid, et sequitur, Qui declaratus est filius dei, &c. Ieremie 23. Hoc nomine uocabunt eum, id est, filium Dauidis, dominus iustificator noster. Et Esaie 53. Cognitione sui ipse seruus meus iustus iustificabit plurimos. Nam peccata eorum portat, &c. lege et Esa. 11. Sic et Moses scribit deum promississe nobis, quod in semine Abrahamæ benedicendæ sunt cunctæ cognationes terræ. Et nos à tempore apostolorum sic loquimur et fateamur in simbolo de Christo. Credo in Iesum Christum filium patris unicum, dominum nostrum, qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria uirgine, passus sub Pontio Pilato crucifixus, mortuus et sepultus, descendit ad inferos, Tertia die resurrexit à mortuis, Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis, Inde uenturus est iudicare uiuos et mortuos. Quem ibi queso fateamur conceptum, natum, passum, mortuum, suscitatum filium patris unicū dominū nostrū, Sic enim dicimus: Qui scilicet filius patris unicus, dominus noster conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria uirgine, passus, &c. Quem autem fateamur ibi regnare super omnia, et iudicaturum, nisi eundem filiū dei natum ex Maria uirgine, crucifixum, mortuum resuscitatum?

Hæc nunc diligentius admonéo, cum legis communicationes idiomatiū aut alleofes, quæ possunt aliquo modo pie dici, tamen præter cōsuetudinem scripturæ, ne ratiuris aliò, contra gloriam Christi et certam in Christo deo & homine salutem. Nam periculum est, ut dixi, ne amittas tuis pulchris cogitationibus totum Christū dum partes eius quæris qui indiuisibilis est. Vidimus quosdam, qui ut impie negarent nobis institutionem Christi de sacramento, & pro corpore Christi quod Christus ibi dat ad edendum in sui commemorationem, facerent nobis significatum fictum, mentitiū corpus, quasi uero tale tradatur pro nobis et profit nobis, & sanguis fictus siue allegoricus effundatur pro nobis in remissionem peccatorum, et multū profit: ausdebant blasphemè asserere, carnem Christi non prodesse quicquā, & ridicule interpretari Ioan. 6. Caro mea, id est, diuinitas mea uere est cibus, &c. Quò alij cadunt et tu cadere potes, nisi spiritus sanctus te cōseruet in uerbo Christi. Spirituosi fieri possumus nostra præsumptione, soli autē pauperes spiritu uere spiritū dei habent, et glorificant dei uerbum, siquidem credunt omni uerbo dei, et nihil morantur quòd iactatores spiritus disputato-

res esse possunt, fideles autem esse non possunt. Nos autem crescimus in cognitione domini nostri Iesu Christi qui accepit nomen super omne nomē, ut sciamus quae in Christo donata sunt nobis. Qui fidelis est, utcumq; adhuc errare possit, tamen gloriam praedicationis Euangelij et institutionē Christi de sacramentis contemnere non potest, tantum abest ut cū papistis blasphemet, & cum Anabaptistis institutionem Sacramentorum spirituositate peruertat. Vtinam solum Christum & hunc crucifixum sciamus esse nostrā sapientiam, iustitiam, sanctificationem & redemptionem, qui non in aliquē angulum caeli retrusus est, sed quod humanae cogitationes non capiūt. propiciatorium nostrum est & sedes gratiae, non in templo Hierosolymorum, ut propiciatorium Moysis quod perijt, sed paratum à deo salutare ante faciem omnium populorum & gentium, & Iudaeorum ubique, ut cecinit Simeon. Donec non poteris exprimere hoc ineffabile misterium: Verbum caro factum est, da gloriam deo & captiuus omnem intellectum in obsequium Christi. Nunc redeo, Christus natura filius dei est, & natura deus, quia hic accipit non solum Iudaeos in Zion, sed etiam gentes usq; ad extrema mundi, hoc regnū soli deo debetur, hoc solum interst quod filius à patre accipit, sicut & à patre nascitur, et praeterea manifeste hic pronuntiantur beati, qui confidunt in filiū, quae gloria solius dei est. Hoc & Christus factetur, Ioan. 17. Sicut, o pater dedisti filio potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei det eis uitā aeternā. Hec est autē uita aeterna, ut cognoscāt te solum uerū deū, & quē misisti Iesum Christū Itē, tui erant & mihi eos dedisti, itē pro his rogo quos dedisti mihi quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & ista mea sunt. Item, pater quos dedisti mihi uolo ut ubi sum ego et illi sint mecum, ut uideāt claritatem meā quā dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionē mundi. Hanc Christi claritatem contemptores uerbi dei, et sectarij haeretici uidere nō possunt, discipuli autē Christi uident, utcumq; nūc in speculo, & ad eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam tanquā à domino spiritu. 2. Corin. 3. Idem quod hic in psalmo. pater clamat super Christum baptizatum ad fluentia Iordanis. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, quicquid dixerit, quicquid fecerit, quicquid statuerit, quicquid passus fuerit, mihi placebit. Nullus cultus, nulla doctrina, nulla religio erit aliquid praeter hunc filium, quisquis extra eum fuerit, quisquis eius uerbum non susceperit male dictus esto, & sub ira dei maneat, non potest mihi non placere qui filiū meum susceperit, suscipit autem qui eius uerbum seruat.

credens eum esse filiū dei & saluatorem mundi, quemadmodum in monte pater addit. Hunc audite. Et hic Reges intelligite. Osculemini filiū ne peccatis in uia uestra, quā uos uiam esse putatis non errorem, religionē non uanitatē, quemadmodum de uia peccatorū dictum est psal. 1. Perijt regnum & sacerdotiū iudeorū, periijt Romanorū imperiū, quæ conscientia nunc metuit Papam cum puppis suis: Pereant qui perire uolunt, Regnum filij dei stabit in æternum. Nihil proficiunt tumultuantes gentes, &c. Quis potest præualere contra filiū dei à patre constitutum super omnia regem?

d Ego hodie genui te. Id est natura & coæternus mihi pater es filius, quem hodie apud me genui ubi semper est hodie, nec est in deo aut heri aut cras, sed est tibi una & perpetua dies quæ semper est hodie. In illo inquit hodie quod in me æternum est genui te. In me non est nox, non agebam in tenebris ante conditam mundi lucem. Semper apud me est hodie, non simile quidem diebus sæculi, sed æternum, immensum, incomprehensibile, ineffabile hominibus, Semper es mihi filius, Aeternus ego pater, æternum habeo filium. Sicut non fuit quando non eram deus pater, ita nunquam fuit quando tu non, eras dei patris filius & deus filius. Siquidem in principio quando omnia creata inceperunt, erat uerbum, & uerbum erat apud deū, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est, Quod Ioannes dicit. Erat ante principium, & erat apud deum, & erat deus, per hoc egreditur extra omnem creaturam, & ingreditur in illas tenebras eternitatis, ubi lux est in deo, & æternū hodie, ubi omnis sufficientia, ubi nulla re indiget deus, neq; cælo neq; terra, &c. Es itaq; inquit filius meus ex mea substantia non aliunde genitus, uerus natura & æternus deus, deus de deo, lumen de lumine, deus uerus de deo uero, genitus non factus, ὁμοῦς & patri, per quē omnia facta sunt. Et licet homo factus deiectus sis, factus patri obediens, ut tumultuentur aduersum te gentes, consultant principes, conspiceret uniuersus orbis aduersus gloriam tuam, tamen rursus glorificabo te ea gloria quam habuisti apud me priusquam mundus fieret. Postula à me & dabo tibi gentes, &c. ut omnes glorificent filium sicut glorificant & patrem, uerum esse deum filium & patri æqualem & coæternum sed in salutem pro nobis traditum credentes & prædicantes, &c. Sic etiam hūc locum psalmi interpretatur Augustinus & serē omnes. Quanquam, inquit, per hoc quidem dicit. Hodie, possit etiā intelligi dies ille quo Christus secundu

secundum hominem natus est, tamen quia hodie presentiam significat, atque in eternitate neque preteritum quicquam est quasi esse desierit, neque futurum quasi nondum sit, sed presens tantum, quia quicquid eternum est semper est, diuinitus accipitur de eterna generatione sapientiae dei. Intelligit Augustinus ex his psalmi uerbis illam eternam de Christo filio dei coaeterno ueritatem, quod generatio filij semper est, nec preterit nec futura est, quia eterna est. Ideo dixit genui, ne nouum putaretur scilicet, ne uideretur incipisse. Hodie autem addidit, ne preterita generatio uideretur. Ego in prioribus commentarijs meis hanc sententiam hominum uerborum, Ego hodie genui te quam nunc dixi non suscepi, sed aliam ex sacris literis uolui, quam dum indico negligo tractare quod praecedit. Filius meus es tu, id quod tamen maxime tractatum oportuit ad gloriam Christi, relinquo tamen ibi ut omnibus Christianis notum, et tracto solum illa uerba. Ego hodie genui te, quae uolo illic non de eterna illa et ineffabili filij generatione dicta, sed de reuelata gloria filij dei post resurrectionem per inuulgatum Euangelium hodie, id est in tempore gratiae, de quo scripturae saepe meminerunt, ut sic intelligatur, filius meus es tu simpliciter ab eterno et aeternus, sed hoc modo ignotum fuit omnibus seculis. Hodie autem, id est, nunc in mundo post passionem genui te, id est, genitum à me, hoc est, uerum filium dei per inuulgatum Euangelium declaro, attestantibus miraculis, quemadmodum et Esaias dixit: Filius datus est nobis. Filius quidem ab eterno, sed iam datus est nobis postquam paruulus natus est nobis, et iam uocabitur deus, pater futuri seculi, et c. qui antea non habebat apud nos nomen. Sic et angelus ad Mariam. Quod, inquit, ex te nascetur sanctum uocabitur filius dei, ab eterno filius dei iam uocabitur filius dei, et rursum. Et filius altissimi uocabitur. Et Esaias dicit: Et uocabitur nomen eius Emanuel. Non fiet tunc primum Emanuel, sed ab hominibus uocabitur et agnosceatur. Ieremias. Et uocabunt eum dominus iustificator noster. Haec omnia de uero quidem filio dei dicuntur, sed declarato in mundo. Hunc primogenitum ex mortuis uocat scriptura, et licet hoc simpliciter intelligi possit, quod Christus primus resurrexit aut or ipse resurrectionis atque a deo ipsa nostra resurrectio, tamen ego nullam aliam sententiam uolui in commentarijs quam hanc Pauli. Rom. 1. Qui declaratus est filius dei cum potentia secundum spiritum sanctificationis ex eo quod resurrexit à mortuis. Quod ergo legis me dixisse, mihi non uideri hoc de eterna Christi generatione dictum, de

solo uerbo genui, intellectum uolo, quod tum de declarato filio interpretas
 bar ex scriptura ut dixi, propter additum aduerbium hodie, quemadmo-
 dum me nihil aliud ibi tractare uides, quæ sententia si tibi probatur habes
 unde confirmes, ego alterã quam supra dixi malo, quia non dicit, declarauit
 te genitũ, sed genui te, nisi subaudias genui te scilicet mundo per declaratio-
 nem, quia sequitur postula à me, & c. Impia autẽ sententia fuerit, si mea uer-
 ba sic accipias, hoc non esse dictum de Christi diuinitate, nempe hoc totum:
 Filius meus es tu, & c. Nam etiam si hic non adderetur. Ego hodie genui te,
 tamen filius meus es tu, natura filium & diuinitatem eius ueram & eter-
 nam nobis certissime testatur, quem sequentia dominum omnium ostendunt
 & iudicem, & beati pronuntiantur qui confidunt in eum: & præterea
 siue de declarato filio, siue de non declarato intelligas illud, Ego hodie ge-
 nu i te, quis non uidet diuinitatem filij declarari? Certissimum ergo hic est
 testimonium eterne ueræq; diuinitatis Christi, quando dicit deus: Filius meus
 es tu, utcunque accipias illud, Ego hodie genui te, quod & ipsum ad idem
 ueræ diuinitatis testimonium pertinet, etiam si tantum de declarato dei fi-
 lio accipias. Sed ais: Argumenta tua & scripturæ in commentarijs citæ
 tate solum probant alteram expositionem de declarato filio dei. Respondeo:
 Verum est. Non enim tunc aliud uolebam in his uerbis. Ego hodie ge-
 nu i te. Nunc autem ostendo paucis quoniã illa non obsint ad expositionem
 quam nunc dixi. Primum quod dixi periculum esse, ne quis putet filium ueræ
 bo genitũ, quia præcedit, Dominus dixit ad me, uanum est & nõ opus erat
 mihi illo timore. Deinde aduerbium hodie longe diuersum est in his oratio-
 nibus. Hodie reuelatur Christus, reuelatur Euangeliũ, & hodie pater deus
 gignit filium deum, illic enim tempus est, hic si de eterna illa & ineffabili
 generatione intelligis tempus non est. Quid uero dicemus ad citationem
 Pauli, Actorum 13: Respondeo, Hæc etiam illic potest esse sententia Pauli.
 Necesse erat Iesum resuscitari, non manere in morte, non corrupti eius
 corpus, quia filius dei est, idq; probat nempe filium dei esse ex psalmo, & c.
 De loco ex epistola ad Hebræos supra diximus, ubi admonui ne discerpas
 Christum, & c.

P S A L M V S III.

Titulus: Psalmus Dauid cum fugeret Absalom filium suum.

Quemadmodum fides se erigit promissionibus dei in summa tentatione
 quando

quando uidemur à deo derelicti, ut David in seditione Absolonis. Siue inquit dormiam, siue uigilem conseruas me ab hostibus, in te securus sum, alioqui perirem per eos.

Domine quàm multi sunt qui affligunt me, multi insurgunt aduersam me. Multi dicunt de anima mea, non est ei salus in deo, Sela. Tu autem domine scutum es pro me, glorificans me, & exaltans caput meum. Voce mea ad dominum clamo, et ipse exaudivit me de sancto monte suo, Sela. Ego cubo & dormino et euigilo, quia dominus sustentat me. Non timebo centum milia populorum, qui circumdant me. Exurge domine, salua me deus meus, quoniam tu percutis in maxilla omnes aduersantes mihi, dentes impiorum confringis. Apud dominum est salus, et tua est benedictio super populum tuum, Sela.

Persecutio & damnatio.

Spiritus blasphemie &

tentatio fidei.

Fides.

Mira fidei securitas.

Oratio fidei.

Promissio.

Dictio Sela, ut quibusdam uidetur, nihil aliud est quam enclitica uersus completio, quemadmodum apud Latinos dicitur pro dici: nam certum est, quod Sela nihil addit sententiæ. Quod uero quidam Sela confirmantis notam faciunt quemadmodum Amen, nescio quæ ratione faciunt. Ego per Sela admoneri lectorem puto ut meditetur illud quod proxime præcedit, id est, attendat et bene explicet. Nam credo huius dictionis uim expressam in hebreo Psal. 9. ubi legimus. In operibus manuum suarum comprehensus est peccator, ibi additur in Hebreo non solum Sela, sed sic, Meditatio Sela, Hieronymus ibi interpretatur, Meditatione semper, quemadmodum Sela pro semper accipere solet. Quod uero non ad sequentia, sed ad præcedentia respiciat inde notum est, quia nusquam in principio uersus ponitur, præterea in hoc psalmo in fine ponitur psalmi, ubi ad sequentia respicere non potest, quia nihil sequitur.

PSALMVS IIIII.

Titulus. Psalmus David ad præcinendum fidibus.

Quemadmodum apud nos aliquis legit uel præmit lectionem, uel epistolam

uel Euangeliū, & cōgregatio respondet postea aliquo cantico, præcinitur autem nonnunquā fidibus uel organo, id quod & apud Hebræos fiebat, sed non sine additis uerbis. Nam fides tangens simul canebat uerba sacra, id quod ualde multū afficit auditores, quemadmodū uides in historia Elisei 4 Reg. 4. Sic & Dauid cithara cecinit, id quod demoniū Saulis ferre nō potuit. Alij uarie hos titulos & alijs uerbis interpretati sunt. Sequitur argumentū psalmi. Palmus est consolatio cōtra scandalū fidei, quod iustis mala, impijs bona contingunt. Iere. 18. Interim deus mirificat sanctū suum uel sanctos suos, id est mirabiliter eos in medijs periculis & morte sub cruce seruat, eripit, consolatur, corroborat, glorificat, breuiter per fidem & uerbū semper facit inuictos. Impij uero hypocriz uanitatē et mendacia, quasi culum dei sequuntur, secure irrident pietatē sub cruce laborantē, & carnali proprietate excæcantur.

Oratio fidei.
Habeo deum
Patrem.
Apostrophe
docens infide-
les hypocritas.
a Gloria.] Id
est, psalmus
uel doctrina
mea qua glori-
fico deum.
Contemptus
uerbi.
b Leua, &c.]
Id est, hilari
uultu respice
nos.
In deo diues.

CVM inuoco exaudi me deus iustitiæ meæ,
qui consolaris me in angustia. Miserere
mei, et exaudi orationē meam. Vos princi-
pes uiri quousq; gloria mea erit opprobriū: quare
diligitis uanitatē et queritis mendaciū. Sela. Cogno-
scite q̄ mirabiliter agit dñs erga sanctos suos, dñs
audit quoties clamo ad eū. Si irascimini nolite pec-
care, loquimini cū cordibus uestris in cubilibus ue-
stris et expectate, Sela. Sacrificate sacrificia iustitiæ,
& sperate in dñm. Multi dicūt, quis ostendet nobis
bonum: at tu dñe b̄ leua super nos lumen uultus tui.
Tu letificas cor meum, dum illi frumento & musto
abundant. In pace simul cubo & dormio, quoniam tu
solus domine securum habitare me facis.

P S A L M V S V.

Tit. Psalmus Dauid ad præcinendum pro hereditatibus.

Impij hereditatē habent à deo quē nō agnoscūt, id est, bonis temporalibus abundant et honoribus ut superiori psalmo dictū est, & præterea suis hypocritis

Hypocriti contra dei uerbū excecati pios ut hæreticos condemnāt, & pro suis iustitijs et impio cultu aeternā hereditatē sibi pollicentur, quis in tantis scandalis cōsistēt? Piorū autē est hereditas, qui in hoc psalmo docentur, qui sint tuti aduersus has species & satanæ laruas, & simul nobis indicatur quantum ne gocij sit fidei aduersus insidias antiqui hostis. Mane inquit commendabo tibi omnia oratione fidei & tutus ero per diē & omne tempus.

Verba mea auribus percipe dñe, attende meditationē meā. Aduerte ad uocē clamoris mei, rex meus et deus meus, quia ad te oro.

Mane audi uocē meā, mane parabo me tibi et obseruabo. Quoniam nō es deus cui placeat impietas, maliciosus nō morat̄ apud te. Lactatores nō cōsistēt corā oculis tuis, odisti oēs operarios iniquitatis. Perdis loquētes mendaciū, sanguinariū et subdolum abominatur dñs. Ego autē in multitudine misericordiarū tuarū introibo in domū tuā, adorabo ad tēplam sanctam tuā in timore tui. Dñe deduc me in iustitia tua propter inimicos meos, cōplana ante me uia tuā. Quoniam nihil certi est in ore eorū, interiora eorū sunt mœstitia, sepulchrū patēs est guttur eorū, tamen linguis suis blandiunt. Condēna eos deus, ut frustrent cōsilijs suis, ppter multitudinē pręuaricationū suarū expelle eos, quoniam irritant te. Letent uero oēs qui cōfidunt in te, in eternū ouent quia ptegis eos, exultent in te qui diligunt nomen tuū. Quoniam tu dñe benedicis iusto, beneuolentia uelut scuto coronas eū.

^a Nihil certi, &c. id est, doctrinā eorū facit inquietas cōscientias, dum docent tantum opera & non dei gratiam.

PSALMVS VI.

Titulus. Psalmus David ad præcinendum. ogdochor do.

VV 4

Votum.

Tales sunt omnes hypocrite contra dei uerbum insanientes, quacunque tandem specie tegant impietatem.

Psal. 1.

Quoniam nouit, &c.

Hic summa angustia & desperatio describitur, & tamen inuocat fidelis misericordiam dei, ergo prorsus à fide non deficit, tamen si hoc ipsi uideatur, nempe quòd sit penitus à deo derelictus. Est itaq; hic commendatio gratiæ & confutatio liberi arbitrij per exemplū experientie, contra iustitiam & dogmata impiorū, qui operibus sibi gloriantur in mundo & persequuntur prophetas & gratiæ populum.

Pathetica oratio grauissimā exprimens fidem dei tentationē

Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me. Miserere mei domine quoniam infirmus sum, sana me dñe quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est ualde, sed tu dñe quousq; Conuertere dñe et eripe animam meā, salua me propter misericordiam tuā. Quoniam non est in morte memoria tui, in inferno quis gratiasaget tibi? Laboro gemitu meo, madefacio tota nocte lectū meum, lachrymis meis rigo stratum meum. Squalet præ tristitia facies mea, et inuenterauit, dū undiq; tribulor. Discedite à me oēs operarij iniquitatis, quoniam audit dñs uocē fletus mei. Dñs audit obsecrationē meā dominus suscipit orationē meā. Erubescant et conturbentur ualde omnes inimici mei, uertantur in fugā & erubescant subito.

Respiratio fidei indicans quare turbatus fuerit, nempe ppter hypoeritas et Satanā suadētes q; esset seditiosus, hæreticus, nō habēs deū exaudientē.

PSALMVS VII.

Tit. Innocentia David. De qua cecinit domino, propter uerba Aethiopsis filij Iemini.

David suos calumniatores habuit, nos nostros, seditiosi dicimur & hæretici, odio habemur ab omnibus, canamus et nos domino hanc innocentiam, ut glorificet per nos deus uerbū filij sui in ecclesia sancta, id quod est restitui in regnū. Notū enim esse debet ecclesie Christi, quòd aduersarij nostri, nisi respiscant, male peribunt, ut Iudei perierunt.

Domine

Domine deus meus in te cōfido, salua me ex omnibus persequentibus me & erue me. Ne rapiant ut leo animā meam, & lacerent dum non est qui eruat. Dñe deus meus si feci hoc, si hæc iniquitas est in manibus meis. Si retribuī malū pacē habētī erga me, aut affixi eos qui me sine causa persequuntur. Persequatur inimicus animā meam & comprehendat, & conculcet ad terrā uitam meā, & gloriā meā in puluere collocet, Sela. Exurge domine in ira tua, & elenare cōtra furores tribulantiū me, et excita mihi iudicandi potestātē quā mihi præcepisti, ut cōgregatio populorū circundet te, ppter ipsam in altū reuertere. Dñs est iudex populorū, iudicame dñe secundū iusticiā meā, & secundū hanc innocentiam meā. Cōsummet quæso malicia impiorū, et dirige iustū, tu em̄ deus iustus probas corda et renes. Scutū meū est apud deū, saluantē rectos cordes, deus est iudex iustus, & deus cōminans quotidie. Nisi cōuertantur, gladiū suū acuit, tendit arcū, et dirigit eū. Et super ipsum parat tela mortifera, sagittas suas aprat ad perdendū. Ecce ille parturit iniquitatē, cōcepit laborē, & pariet rem nihilī. Lacū excidit et effodit eū, et incidit in foueā quam fecit. Cōuertetur labor eius in caput eius, et iniuria eius descendet in uerticem eius. Gratias ago dño pro iustitia eius, & psallā nomini dñi altissimi. PSALMVS VIII.

Tit. Psalmus Dauid ad præcinendum super Githith.

Githith instrumentū musicū esse uolunt. Christi nomen euulgatur per

Contentio & promissio nō querentis sua, sed se ipsum offerentis.

Quemadmodum Saul facit cui nihil mali feci.

Recte Felix hoc transulit.

Oratio contra hostes pro restitutione in regnum ut populus deceptus redeat ad deū.

a Dominus est, &c. Id est, Neque ego neque alius, sed dominus ipse solus regnat super nos.

Euangelium ad gloriam dei patris in toto orbe terrarum, ex ore infantium & lactentium, in confusione & destructione illorum qui animo uindicandi ardent contra Euangelium Christi confessores. Hic non armis et potentia, sed ex ore infantium, ut dictum est, stupendo coram oculis fidelium miracula, edificatur nouum caelum, nouus mundus, quod regnum dei, regnum Christi, regnum caelorum, & ecclesia sancta appellatur. Hic nouum lumen spiritus sancti est luna & stelle à sole iustitiae illuminatae. Hic ipse Christus sol est, paulisper tenebris, & ignominia passionis obscuratus, quando à deo & omnibus creaturis derelictus uidebatur, sed paulo post glorificatus in dextera patris nomen accepit super omne nomen è ph. 1. ut psal. 2, diximus: Omni potestate accepta in caelo et in terra.

Regnum Christi
fortissimum et
aeternum funda-
tur ex predi-
catione despe-
storum uel inui-
eis portis infre-
torum.
Nouus mundus.
Nouus rex.

Nō deest Chri-
stianis uictus.

Domine dominator noster, quod admirabile est nomen tuum in uniuersa terra, quoties tibi gratias agit in caelo. Ex ore infantium et lactentium fundasti fortitudinem, propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et altorem. Quonia uidebo caelos tuos opus digitorum tuorum, lunam et stellas quae tu fundasti. Quid est homo qui memor es eius, et filius hominis quod uisitas eum? Derelictum paulisper à deo sines eum, at gloria et decore coronabis eum. Dominum constitues eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti pedibus eius. Oues et boves uniuersas, et reliquas bestias campi. Volucres sub caelo et pisces in mari, et ea quae perambulāt semitas maris. Domine dominator noster, quod admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.

PSALMVS IX.

Titulus. Psalmus David ad praecinendum de speciosa iuuentute.

Speciosa iuuentus sunt Christiani, siue quiq; fideles à condito mundo, ciues regni Messiae (de quo dictum est psalmo superiori) qui spiritualibus armis fortes sunt bellatores, patiendo uidentes, ut tyranni pereant, ecclesia maneat & uoret suos uoratores, uelint nolint pereundum est aduersariis nostris, ut semper perierunt. Regnum autem Christi & Christianorum est aeternum. Itaque hic gratias agit ecclesia, &c.

Gratias

GRatias ago dñe ex toto corde meo, narro oīa
 mirabilia tua. Letor et exulto in te, psallo no-
 mini tuo altissime. Quod inimicos meos uer-
 tisti in fugam, corruerūt et perierūt corā te. Quoniā
 tu agis iudiciū & causam meā, sedes super thronū in-
 stus iudex. Increpas gentes et perdis impiū, nomen
 corū deles in æternū et semp. Inimicorū gladij defece-
 rūt penitus, ciuitates eueritisti, perijt memoria eorū
 cū ipsis. Dñs aut in æternū sedet, parauit sedē suā ad
 iudicandū. Et ipse indicabit orbē terræ iustissime, &
 gubernabit populos æquissime. Et dñs est protectio
 pauperis, ptectio in tēpore tribulatiōis. Idcirco spe-
 rant in te qui nouerūt nomen tuū, quoniā nō derelin-
 quis querētes te dñe. Psallite dño q̄ habitat in Zion,
 annūciate inter populos opa eius. Quoniā recordat
 et est requirēs sanguinis eorū, nō obliuiscit clamorū
 pauperū. Miserere mei dñe, uide quoniā affligor ab
 odientibus me, qui exaltas me ex portis mortis. Ut
 enarrē oēs laudes tuas in portis filię Zion, exultē in
 saluatione tua. Demerse sunt gentes in foneā quā fe-
 cerūt, pes eorū captus est reti quo sunt insidiati. Ita
 dñs innotescit q̄ est iudiciū faciens, impijs illaqueat
 ope manū suarū, Meditatio Sela. Cōuertant impij
 ad infernū, oēs gentes quę obliuiscūtur dei. Quoniā
 non obliuiscet perpetuo pauperis, spes miserorū nō
 perit in æternū. Exurge dñe ne inuale scat homo, iudi-
 centur gentes corā te. Da eis dñe doctorē, ut cogno-
 scant gentes quōd homines sunt, Sela.

*Gratia: ū actio-
 nes et promif-
 siones.*

*Fatetur filios
 dei occidi in
 hoc seculo.*

*Ut cogitatione
 legis humiliat
 tur, etc.*

Hæc est nouissima tyrannis Antichristi in ecclesia sub Papatu & corporaliter & spiritualiter uastante Euangelium, & ea quæ Christi sunt, tamen sub religioso nomine Christi, Daniel enim & Paulus non alibi sessurum sue regnaturum Antichristum prædicunt quàm in templo dei, ubi nõ curabit deum patrum suorum, sed colet deum Moasim, id est præsidiorum auro & argento & lapidibus præciosis. Certè Papa cum suo regno nõ uult deum pauperum, id est, humilium & afflictorum, sed sua ita uult statuere, ut præsidia sint, ne indigeat auxilio dei. Gratus igitur hic est querela, quod sub Antichristiana seductione, blasphemia & persecutione deus diu uidebitur ecclesiam deseruisse, quando omnes doctrinæ, omnia opera hypocritarum comparata erunt ad blasphemandum deum, ad se glorificandos & ad uexandum pios, &c.

Dolor extorquet istam expositionem.

Quare domine stas à longe, occultas te in tempore tribulationis: Donec superbit impius incendit pauper, conspirat & excogitat nequitias. Quoniã gloriatur impius de desiderio animæ suæ, et avarus benedicens sibi blasphematur dominum. Impius præsuperbia iræ suæ nihil metuit, nihil est in omnibus cogitationibus eius. Vis suis pergit omni tempore, sublata sunt iudicia tua à conspectu eius, de omnibus aduersarijs suis agit confidenter. Dicit in corde suo, non mouebor, ero sine malo à generatione in generationem. Os eius plenum est maledictione, dolo & fraude, in lingua eius labor est et dolor. Sedet in insidijs atriorum, in occultis interficit innocentem, oculi eius pauperes obseruant. Insidiatur in occulto sicut leo in spelunca, insidiatur ut rapiat miserum, & rapit miserum cum trahit eum in rete suam. Conterit, opprimit, prostermit turbam pauperum uiribus suis. Dicit in corde suo, oblitus est deus, abscondit faciem suam ne unquam uideat. Exurge domine deus, leua manum tuam,

Quemadmodum latrones circa publicas uias latent in insidijs. Sic Antichristiana doctrina foris in atrio et intus in templo insidiatur. Oremus hac fide.

ne obliuiscaris miserorum. Quare blasphemabit impius deum, dicens in corde suo, quod hæc tu non requiras: Vides autem, quoniam tu laborem & dolorem consideras, in manibus tuis hæc sunt, tibi committit pauper, tu es pupilli adiutor. Confringe brachium impij, & malitiam require, tunc impietas eius ultra non inuenietur. Dominus est rex in æternum & semper, pereant gentes ex terra eius. Desideriū miserorū audis dñe, certū est cor eorū quod auris tua attēdit. Et quod tu iudicas pro pupillo et paupe, ut nō amplius tyranniset homuncio super terrā.

*Hic oramus
sine dubio
frenem mundi.*

PSALMVS XI.

Titulus: Psalmus Davidis ad præcinendum,

Contra hereticos & phanaticos spiritus secure irridentes sanam doctrinam & uerbi dei confessores, quorum iudicium ut nunquā ita ne nunc quidem cessabit. In dominum inquit confido, uos confiditis in operibus. Hi sunt duo cultus dei piorum & impiorū ab initio mundi. Propter illum cultum, id est, fiduciam in dominum, occidit Cain Abel fratrem suū, & c. Itaq; psalmus est iste consolatio eorum qui laborant propter fidem.

IN dominum confido, quomodo suadetis animæ meæ, ut fugiat in mōtes uestros sicut auis? Quia ecce impij tendunt arcum, parant sagittam suam super neruum, ut sagittent in obscuro rectos corde. Et fundamenta destruunt, quid faceret iustus? Dominus est in templo sancto suo, sedes domini est in cœlo, oculi eius attendunt, palpebræ eius probant filios hominum. Dominus probat iustū, sed impiū & diligentē iniurias odit anima eius, Pluet super im

*Cultus dei
uerus.
Impia doctrina
na montes &
excelsa cōmet
dat contēptio
templo, ut
olim.*

pios fulgura, ignem & sulphur, et ventos procellarū
erit portio calicis eorū. Quoniā iustus est dñs & iu-
stitias diligit, qđ rectū est attendunt facies^b illorū.

a Quid, &c.] Mimesis est impiorum, ut Psal. 4. Quis ostendit vobis
bonum? Scilicet hic hæreticus, hic stultus vos doceret?

b Illorum, id est iustorum.]

PSALMVS XII.

Titulus. Psalmus Davidis ad præcinendum ogdochorde.

Contra impios doctores, qui obscurato dei verbo atq; adeo abiecto suis
traditiones & cultus dei fictos nobis magna securitate magnificant, & ecc-
clesiam misere affligunt. suscitatur autē deus semper in ecclesia, ut olim, Pro-
phetas, ita nunc doctores qui has impietates religione angelorū vulgo ven-
ditas produunt & euertunt, &c.

Accusatio.

S Alua domine, quoniam desierunt sancti, quo-
niam defecerūt fideles inter filios hominum.
Vana loquuntur unusquisque cum proximo
suo & adulantur, docent ex diuerso corde. Eradicet
dominus omnia labia adulatoria, et linguam magni-
loquam. Dicunt, lingua nostraregnemus, nostrum
est dicere, quis nostri dominatur? Propter vastatū
miserum et gementem pauperem, nunc exurgam, di-
cit dominus, parabo salutē, cū fiducia docebitur per
eā. Eloquia domini sunt eloquia pura, sunt argentū
igne probatum in vase testaceo, probatum septies.
Tu dñe serua ea, & custodi nos à generatiōe hac in-
æternū. Nam circumquaq; omnia plena erūt impijs,
ubi isti^a perditii regnauerint inter filios hominum.

a Perditii.] Turpes & ventris serui, q tamen uolūt esse religionis, &c.

PSALMVS XIII.

Titulus. Psalmus Davidis ad præcinendum.

Oratio in priuata tentatiōe cōtra spiritū tristitię, ubi cor triste laborat in

Promissio.

Verbū est au-
rum fide, ar-
gentū doctri-
na & cōfessio-
ne, infra psal-
mo 68.

Oratio.

desperatiōe et angustia cōscientiæ. Hæc tentatio grauissima est, et pprie à Sa-
tana auferete nobis uerbū salutis. Nā humane tentationes nō eō perueniūt.

Quoniam dñe obliuisceris mei perpetuo:
quoniam abscondes faciē tuā à me: Quoniam
solicitus ero in anima mea, anxius in
corde meo quotidie: quoniam exaltabitur inimicus
meus super me: Respice queso et exaudi me domine
deus meus: illumina oculos meos ne obdormiā in
morte. Ne dicat inimicus meus, præualui aduersus
eum, ne hostes mei exultēt de lapsu meo. Ego autē spe-
ro in misericordiā tuam, cor meū exultat de salua-
tione tua. Cantabo domino, quoniā mihi benefacit.

^a illumina] Id est exhilara faciē meā iam squalore tristitiæ obscuratā.

PSALMVS XIII.

Titulus. Psalmus David ad præcinendum.

Aureus psalmus, consutatio totius mundi Rom. 3. quòd nullus sit iustus,
quòd Christo amisso non sit salus aut gratia, sed omnia peccatū & damna-
tio. Vides hic qui sint qui non agnoscant deum, nempe natura omnes homi-
nes, dominū inquit non inuocant, quomodo enim inuocabūt in quē non cre-
dunt? Rom. 10. Hi quamuis multa dicant de deo, de Christo tamen in corde
dicunt, nō est deus, id est, non fidunt eius bonitate, patrē esse non sentiūt, et
dei populū seducunt & deuorant quærentes sua & uentrē colentes. Sed
quis est iste populus dei, quando nullus est iustus super terrā, ut hic dicitur,
testimonio etiā dei de cælo respicientis & corda omnū intuentis? Respon-
deo. gratiæ populus est non nature aut operū, Natura omnes damnati sunt
& pessimi, priores autē illi sunt qui religiones sibi fingūt & cultus dei sine
uerbo dei. Electi autē eripiuntur per Christū non per sua opera, ex presen-
ti se uolo nequā. Galat 1 Col 1. sed persecutionem patiuntur à sanctū qui
gratiā dei non nouerunt etiā si uocabulū gratiæ in ore habeant etiā isti fide-
les nō suis operibus facti, soli faciūt bonū super terrā secundū uerbū dei &
sui uocationē. In fine oratur ut liberatio Christi ueniat, tunc exultabunt fide-
lium conscientia, &c.

Tit. I. Ad o-
mne opus bo-
num reprobi.

Ipsi aut quic
quid faciunt vo-
cant iustitiam,
cultum dei &
bona opera,
non iniquitate.

Dicit insipiens in corde suo, Deus nihil est, perditum sunt & abominabiles studijs, non est aliquis qui faciat bonum. Dominus de caelo prospicit super filios hominum, ut videat num sit aliquis intelligens qui requirat deum. Omnes declinaverunt, inutiles simul sunt, non est aliquis qui faciat bonum, ne unus quidem. Nonne hoc cognoscere oporteat omnes operarios iniquitatis: qui comedunt populum meum ventris sui causa, Dominum autem non invocant. Ibi pautes metuant, quod minus adest generi iustorum. Vos ridetis^a consilium pauperis, sed dominus est fiducia eius. Vtinam daretur ex Zion salus Israel, & dominus solueret captivitatem populi sui, tunc exultabit Iacob, laetabitur Israel.

^a Consilium.] Id est, doctrinam ex verbo dei, supra quid faceret iustus?

PSALMVS XV.

Titulus: Psalmus Davidis.

Ante dictum est, Neminem facere bonum, nisi sit aliquis ex populo dei per Christum sanctificatus. Hypocrite autem nihil plus iactant quam bona opera, & se esse populum dei eiusque familiam. Hic autem psalmus interrogat deum, ut ex dei responso auctoritatem sibi conciliet, qui nam sint filij dei heredes, quibus signis ab hominibus, qui corda videre non possunt, cognoscantur. Respondet spiritus sanctus, & describit vere bona opera, id est fructus fidei, quos nemo prestat, nisi qui credit in Christum, qui solus est salus Israel, redemptio & leticia populi sui. Alij omnes sunt operarij iniquitatis, maxime vero tunc cum se suis studijs iustificare presumunt, Luc. 18. Duo homines ascenderunt, &c.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis morabitur in monte sancto tuo? Qui graditur integer, & operatur iustitiam,

ciam, & ex corde loquitur ueritatē. Qui lingua sua non detrahit, nec facit proximo suo malū, nec ignominia afficit proximū suum. Qui despicit reprobum timentes autem dominum glorificat qui quod iurat proximo suo præstat. Qui pecuniam suam non dat ad usuram, & munera contra innocentem non accipit. hæc itaque faciens non amouebitur in æternum.

Irreprehensibilis.
1. Timoth. 3.

Ne quis supergrediatur in negotio proximum suum.

^a Ex corde, &c. Id est, docet uera & ex bona cōscientia. 1. Thess. 2, 1. Thess. 4.

PSALMVS XVI.

Titulus. Aureum Davidis.

Titulus indicat hunc psalmum Dauidem peculiariter amasse, qui describit Christi passionem & resurrectionem, & quibus profit nempe fidelibus non autem ijs qui suis fidunt sacrificijs. Hic est tertius psalmus de Christo. Nō sanguis sacrificio ū, sed meus, qui placabit patrem.

Serua me deus, quoniam confido in te dixi domino, tu es dominus, ^a propter te non est mihi bene. Pro sanctis qui super terrā sunt & pro magnificis erga quos est omnis uoluntas mea. Ad alium aut accelerantes multiplicabunt dolores suos non libabo libamen eorum cum sanguine, nec assumam ^b nomen eorū labijs meis. ^c Dominus est portio hæreditatis meæ & calicis mei, tu sustentas sortem meam. Sors cecidit mihi super amœna, hæreditas speciosa obuēnit mihi. Laudo dominum qui consuluit mihi, nam etiam noctibus castigant me renes mei. Pono dominum in conspectum meum semper, quoniam à dextris meis est ne amouear. Idcirco lætatur cor meum, & exultat ^d gloriā mea, & caro mea requiescet secure. Quoniam non derelinques animā

meam in inferno, nec permittes ut sanctus tuus cor-
rumpatur. Notam mihi facis uia uitæ, corã te abun-
dantia est læticiarum, et ad dextram tuam iocundita-
tes in æternum.

a Propter te, &c.] Id est, patior te ita uolente. Phil. 2. Factus patri
obediens usq; &c.

b Nomen.] Id est, quicquid ipsi docent, &c.

c Reprobatis ijs qui operibus legis fidunt, gloriatur de domino, &
quod sanctos, id est, credentes pillis acceperit hereditatē. Psal. 2. Postulā.

d Gloria.] Id est, Canticum uel lingua qua deum glorifico.

PSALMVS XVII.

Titulus. Oratio Davidis.

Contra falsos doctores & hypocritas qui humanis doctrinis & cultu
dei ficto auertunt à dei uerbo, inimici crucis Christi, animalia uentris, homi-
nes huius non futura uitæ, his Papatus ho die abundat, &c. Vt curq; simus
peccatores, tamen iustissima est causa nostra quod amamus uerbum, & non
propter peccata nostra, sed propter uerbum summe odio habēt nos a ducer
sarij. Hic orandum fortiter ut in uerbo permaneamus.

EXaudi domine iustitiam, ausculta clamorem
meum, auribus percipe orationem meã non
ex labijs dolosis. Tu pronuntia in causa mea,
oculi tui uideant quid nam rectum sit. Tu probas
cor meũ, et uisitas nocte, igne examinas me, & nihil
inuenis, statui ut non transgrediator os meum. ^a Et
ego conseruo me in uerbo labiorum tuorũ ab operi-
bus hominũ, in uia latronis. Sustenta gressus meos
in uestigijs tuis, ut non labantur uestigia mea. Ad
te clamo deus, ut me exaudias, inclina aurem tuam
mihi, & audi uerba mea. Exhibe ^b mirabiliter miseri-
cordias tuas saluator credentium, cõtra resistentes
dextra

dextræ tuæ. Custodi me ut pupillam oculi, protege me sub umbra alarum tuarum. A facie impiorū qui me uastant, ab inimicis meis qui animam meam circumquaq; impetunt. Pingues eorum conspirant, os eorū loquitur superbiam. Itinera nostra obsident, ocalis suis obseruant, ut nos in terram deiciant. Ut leo paratus ad prædam, & ut catulus leonis habitās in occultis. Exurge domine, præoccupa eum, & prosterne eum, eripe animam meam ab impio per gladium tuum. ^a uiris manus tuæ domine, à uiris huius ^b Gladius spiri-
uitæ, quorum portio est in hac uita, quibus reple-
rentem ^c ex thesauris tuis, abundant filijs, et relin-
quunt reliquias suas paruulis suis. Ego autem in iu-
sticia uidebo faciem tuam, satiabor cum ^d euigilaue-
ro similitudine tua. ^e tus Eph. 6.

^a Opera hominum uitanda, ut regnet uerbum dei. ^b Mira-
bilit.] Id est, ubi etiam omnia uidentur desperata. Sic solet deus, sic etiā
nunc reddidit nobis Euangelium. ^c Viri manus dei, quos deus
sua manu percutiet. Psal. 21. Heb. 10. ^d Ex Theauris] Siue oc-
cultis tuis. Quia nescis unde proueniant tam multa bona, quibus mundus
alitur et abundat, mirabiliter deo suggerente omnia frumentū, uinū, &c.
^e Euigilaucro.] Id est, alacer ero, non dormitauero in uerbo & fide
tua. Complebitur hæc euigilatio in resurrectione.

PSALMVS XVIII.

Titulus. Ad præcinendum Psalmus Dauidis serui domini, qui locutus est
domino uerba cantici huius, quando liberauerat eum dominus ex manu om-
nium inimicorum eius, & ex manu Saulis, & dixit: Diligo, &c.

Hic uidetur uilissimus fuisse psalmus Dauidis aut certe ad finem uite factus
2. Reg. 22. Nam pacem ab aduersarijs non habuit usq; ad finē uite.
Gratias itaque agit domino, quod est liberatus mirabiliter ex persecutione

grauiſſima Saulis & generis eius, Abſalonis filij, Paſtinarum, Syriorū,
 Amonitarum, Moabitarum, Idumæorum, ſeditioſorum Iudeorum, & præ
 terea ex malignitate inobedientium ſubditorum, qui bonis magiſtratus
 ſepe plus negotij faciunt, licet facere non uolunt uideri, quàm extranei hoſ
 tes. Hunc psalmū pius magiſtratus, quem neceſſe eſt ſepe uexari poteſt pro
 ſe dicere, & ex præcedentibus liberationibus fortiter ſperare quòd deus
 ſuo officio porrò ſit aſſuturus. Ita & illorū psalmus eſt qui laborant in uer
 bo dei, & ſuſtinent inſultus Satane & ſatellitum eius, id eſt, tyrannorum,
 pontificum, phariſæorum, ſectarum, Lucianicorum, ſeditioſorum, falſorum
 fratrum. Similiter & cuiuſq; fidelis psalmus eſt in beneficia ſibi et eccleſiæ
 Chriſti facta reſpicientis. Ego in cōmentarijs de Chriſto interpretatus ſum.
 Tunc autem psalmum utiliter, & cum magno fructu de Chriſto intelligis,
 cum ſub nomine eccleſiæ Chriſti per hæc uerba gratias agis, quòd eccleſiæ
 ſemper triumphat in Chriſto contra tyrannos, hereticos, falſos fratres, pec
 catum, mortem & inferos. Hæc repudiat illis qui inuitati non erant di
 gni conuiuium nuptiali, ſit caput & domina gentium in Chriſto capite & do
 mino omnium, ſecundum illud uerbum Chriſti. Meretrices & publicani præ
 cedent uos in regnum cœlorum. Auferitur à uobis regnum dei, id eſt, uerbum
 ſalutis, & dabitur genti facienti fructus eius. Venient ab oriente & ab occi
 dente, & recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cœlorum,
 filij autē regni eiicientur in tenebras quæ extra ſunt, ibi erit ſictus & ſtri
 dor dentium, id quod & Eſaias ſic dicit: Querunt me, qui ante ignorabāt
 me, inueniunt me qui antea non me quærebant, & c. Eſa. 65, ſicut Dauid
 non ſolum Iudeorum ſed etiam multarum gentium rex factus eſt quæ ſub
 iugauit ut habet hiſtoria. In ſua autem poſttritate, id eſt, Chriſto factus eſt
 dominus omnium, hoc eſt, Dauidis regnum æternum. Quod autem hic
 ſepe legis iuſtitiam iactari coram deo, nō phariſaica præſumptio eſt, ſed ue
 ritatis & fidei confeſſio. Nam ad cauſam hoc pertinet propter quam pati
 mur perſecutionem, quæ cauſa non tam noſtra eſt quàm dei, ideoq; iuſtiſſi
 ma eſt, & peccatum eſſet hic non confiteri, non gloriari, ut & psalmo ſupe
 riori & in ſeptimo psalmo & ſepe alijs, alibi ſic dicit: Exurge deus iudi
 ca cauſam tuam, & c. Sic Dauid à deo rex electus & unctus iuſtiſſimam ha
 bet cauſam contra Saulem & contra alios qui uolebant cum regnare. Sic
 propheta, ſic apoſtoli, ſic Chriſtus caput noſtrum, ſic uos iuſtiſſimam habe
 mus cauſam, de qua ſanctè gloriari & poſſumus & debemus, propter dei
 uerbum.

uerbum passi quidem, sed tamen semper triumphantes in Christo. Cum uero in nos respicimus, alij orationibus opus est, quam hac gratiarum actione quæ hic legitur, nempe his, *Miserere mei deus, &c. De profundis, &c. Dimitte nobis debita, &c.* Præterea in hoc psalmo à uersu septimo usque ad uersum decimumseximū describitur grandis tempestas & horrenda dei ira qua uisibiliter olim deus perdidit Aegyptios, & suos Israëlitas ex persecutione impijssimi Pharaonis liberauit. Cuius libérationis propheta saepe meminerunt aut gratias agentes, aut fidem confortantes, quod deum habeant qui suos gloriose liberat perdens aduersarios. Ita hic, sic inquit & me deus liberauit confusus & perditis aduersarijs. Similiter habes in psalmo Exurgat, Deus inquit cū egredereris in cōspectu populi tui cū pertransires in deserto, &c. Ita & Christus infra psal. 22. in cruce liberationis patrum meminit dicens. In te sperauerunt patres nostri, &c. Hæc uisibilia iudicia exercuit deus pro suis contra impios, ne dubitēt pij, & nunc sibi adesse deum, ne uel sperent impij se impune cōtemnere deum & sanctos eius, ut maxime non turbet uisibiliter cœlum, terram concutiat & mare. Nam propheta ex hac historia fecerunt allegoriam, quæ tamen non allegoria, sed ueritas est in corde & conscientia impiorum, quibus intus est horrenda tempestas cū ira dei subito eos perdit. Sic Esaias cap. 13. Babilonij cœlum turbatum, terram motam, lumen solis, luna & stellarum amissum, &c. describit, cum tamen hæc tempestas in cœlo non fuerit, sed tantum in desperationis animis percuntium. Nam interim aduersarij Mædi & Perse uictores lumen habent exultantes in gloria dei, ut illic dicitur. Hic nata est et illa allegoria qua propheta tenebras uocat miseriam, et lumen redemptionem & felicitatem, ut ibi, Exortum est in tenebris lumen rectis, &c. O si uiderere posses quam horrenda tempestas in desperatione occupet tyrannos, hereticos & omnes phanaticos spiritus, se ditiosos & omnes qui ueritatem agnitam impugnant, cum subita ira dei, quem contempserunt, eis percundum est. Noluerunt benedictionem & elongabitur ab eis, sed satis indicauit sententiam & usum psalmi, reliqua in commentarijs.

D Illig^a te domine, fortitudo mea, Domine
petra mea & turris mea, liberator meus,
deus meus, fiducia mea cui fido, scutū me-
um, & cornu salutis meæ & protectio mea. Lauda

bo et inuocabo dominum, & ab inimicis meis liber
 ero. Funes mortis cingebant me, torrentes Belial
 terrebant me. Funes inferni cingebant me, occupa-
 bant me laquei mortis. ° Cū anxius sum inuoco do-
 minum, et ad deum meum clamo, & ipse exaudivit ex
 templo suo uocē meā, & clamor meus ad conspectū
 eius peruenit in aures eius. ° Cōmouebatur & con-
 tremiscebat terra, fundamenta montiū concussa mo-
 uebantur, quando ipse irascebat. Ascendebat fumus
 ex naribus eius, et ignis cōsumens ex ore eius, unde
 fulgura accendebantur. Inclinabat coelos & descen-
 debat, et caligo erat sub pedibus eius. Et uehebatur
 super Cherub et uolabat, uolabat super pennas uen-
 torum. Tabernaculum suū circumse fecit tenebras,
 & atras ac densissimas nubes, ibi latebat. Pre fulgo-
 re qui erat coram eo nubes diuidebant, grandis ibi
 erat et ardētia fulgura. Et excitabat tonitru in caelo
 dñs, et altissimus tonabat, grandis ibi erat et arden-
 tia fulgura, iaculabat sagittas suas et dissipabat eos
 fulgura multiplicabat et cōturbabat eos. ° Et appa-
 rebant effusiones aquarū, et denudabātur fundamen-
 ta terræ, ab increpatione tua domine, à flatu & spi-
 ritu narium tuarū. ° Misit de excelsis et suscepit me,
 De Saule. attraxit me ex aquis multis. Eripuit me ab inimicis
 meis potentibus, ab odio habentibus me qui me
 erant fortiores. Qui me occupabant in tempore af-
 flictionis meę, & dominus factus est fiducia mea. Et
 eduxit me in latitudinē, eripuit me, quia dilexit me.
 Dominus

Dominus benefacit mihi secundum iustitiam meam,
 & reddit mihi secundum puritatem manuum mearum.
 Quia custodio vias domini, nec impius sum contra
 deum meum. Quoniam omnia iura eius sunt in con-
 spectu meo, & mandata eius non abiicio a me. Sed
 integer sum coram eo, et caueo a peccato meo. Id-
 circo reddit mihi dominus secundum iustitiam meam,
 secundum puritatem manuum mearum, quae est coram
 oculis eius. Apud sanctum sanctus es, & apud in-
 tegrum integer es, & apud mundum mundus es, et
 apud peruersum peruersus es. Quoniam tu popu-
 lum afflictum saluas, et oculos excelsos humilias.
 Quoniam tu illuminas lucernam meam, dominus
 deus meus illuminat tenebras meas. Quoniam per
 te conteras copias militares, & per deum meum
 transiliam murum. Dei via integra est, eloquia do-
 mini igne sunt examinata, scutum est omnibus confi-
 dentibus in se. Quis enim est deus praeter dominum,
 aut quae est fiducia praeter deum nostrum? Deus pra-
 cingit me fortitudine, & facit integram viam meam.
 Fecit pedes meos ut ceruorum, & super excelsa mea
 statuit me. Docet manus meas praeliari, brachia
 mea tendere arcum aereum. Et tu das mihi scutum
 salutis tuae, & dextera tua confortat me, cum autem
 humilias me magnificas me. Dilatas mihi viam,
 ne uacillent tali mei. Persequar inimicos meos &
 comprehendam eos, & non reuertar nisi deletis
 illis. Conteras eos, nec poterunt resistere mihi,

*De bellis contra
 externos
 & expugna-
 tione eorum.*

*De civilibus
 bellis siue de
 medicis cum
 Absalon.*

cadent subtus pedes meos.^k Tu enim undiq; cingere me potes robore ad præliū, tu potes mihi subijcere qui insurgunt contra me. Efficis ut inimici mei uertant terga mihi, ut disperdā odio habētes me. ^l Clamant & non est qui saluet, ad dominum, sed non respondet eis. Comminuā eos ut uentus puluerem, ut lutum platearum abijciam eos.^m Tu eripis me à contradictionibus populi, & facis me caput gentium, populus quem non noram seruit mihi. Solo audita facit quæ uolo, filij autem alieni negant me, filij alieni contabescunt, & eniti cupiunt è uinculis suis. *Epilogus.* ⁿ uit dominus & glorificetur qui est fiducia mea, & exaltetur deus salutis meæ. Deus qui dat ut uindice me, et subdit populos sub me. Qui eripit me de inimicis meis, et exaltat me ex ijs qui insurgunt aduersum me, à uiro iniuriam faciente tu saluas me. Propterea gratias agam tibi domine inter gentes, & nomini tuo psallam. Quod magnam salutem exhibes regi tuo, et bene facis Christo tuo Dauidi etⁿ semini eius usque in sæculum.

^a Affectus in deum & confessio fidei ex experientia. ^b Si non uis succumbere, gloriare de domino. Hæc est ars piorū.

^c Remedium uerum in tribulatione.

^d Digreditur more aliorum prophetarum, descripturus modū quo solet deus pios liberare, nempe per dendo impios potenter, ut hic de Aegyptij recollit.

^e Supra erant aquæ, & infra ex terra accurrebant aquæ, quando Aegyptij submergebantur, quemadmodum apud nos albis sæpe exundat ebullientibus ut putu aquis quando etiam non pluit.

^f Misit, &c. Nunc applicat ad sui liberationes exemplum prædictam.

^g Non sum seditiosus in regnum, ut Saul cum suis calumniatur, sed obediens uerbo & mandato tuo, quod

quod illi persequuntur. Sic nunc. Non sum hæreticus, &c. h Nemo de deo recte sentit, nisi fidelis. Papiſtæ cum hodie audunt deum & dei uerbum, dicunt stercus esse, hæresin & diabolum, quia ipsi tales sunt, &c.

i Omnes homines in periculo sunt desperatissimi, quia talis est deus eorum. Quam fiduciã habebat Saul? etiam solebat deo sacrificare hypocritarum. Papiſtis non proderunt mammon & tyranni quibus confidunt.

k Facis ut populus adhæreat mihi. Quando autem deus uult punire principes excitat se ditionem & discordias. l Vides hæc dici de se ditionis Iudæis qui populus dei esse uolebãt. m De odijs & inobedientia populi sui, qui uel nihil uel cum murmure aliquid facit, & nobis sunt sepe nebulones contra bonos principes. Hæc est enim fortuna bonorum principum, quia non possunt non multos offendere dum multos seruant. Sic Dauidi plus aliqui gentiles fuerunt fideles quàm Iudæi. Sic gentes Christo subduntur. Psal. 2. Et papiſtæ nunc oderunt Euangelium, &c.

n Hoc semen usque in Christum respicit æternum regem.

PSALMVS XIX.

Titulus. Psalmus Dauid ad præcinendum.

Poffem & ego interpretari, hunc psalmum esse confessionẽ et gratiarũ actionẽ quod deus sese hominibus reuelat, primũ per opus creationis. Cœli inquit enarrãt, &c. quæ enarratio, id est, spectacula cœlestia nota sunt toti mundo, deinde suo populo ut olim erant Iudæi, per legem datam, uel etiam ipsi Adæ, Abrahæ, &c. per uerbum suum. Lex inquit domini integra, &c. ut esset sententia, quod deus per opus quod in creaturis uidemus maxime cœlestibus, & per uerbũ suũ innotescit hominibus ad gloriam sui. Et quod Paulus hinc citat, Rom. 10. In omnem terram, &c. poffem eodem referre, nempe non de prædicatione Euangelij per prædicatores noui testamenti dictum esse, sed de ista annunciatione cœlestiũ creaturarum quas uidemus, quæ clamant & testantur mirabilem, & beneficium deum toti mundo, & omnium linguarum hominibus, quasi Paulus hoc uelit, non quid non audierunt ut possent excusari? Respondet nõ, quia scriptũ est in omnẽ terrã, &c. Cœlestes creaturæ & mirabilis earũ ordo clamant in uniuersam terram diuinitatem & summam creatoris bonitatẽ, ut nemo possit excusare quasi non audierit de deo, quemadmodũ primo capite dicit. Id quod de deo cognosci potest manifestum est apud eos. Deus enim eis patefecit. Siquidem

que sunt inuisibilia eius, id est, eterna eius potentia ac diuinitas, ex creatione mundi dum per opera intelliguntur, peruidentur, in hoc ut sint inexcusabiles, propterea quod cum deum cognouerint, non sicut deum glorificauerunt, neque grati fuerunt, sed uani facti sunt per cogitationes suas & obtenebratum est insciens cor eorum. Cum se crederent esse sapientes, stulti facti sunt, mutaueruntq; gloriam immortalis dei, &c. Vides quam possem confirmare hanc interpretationem multo magis quam illi qui tale alie quid hic dicere uolunt, & reprehendere nos quando ueram necessariam interpretationem inducamus, non uident quid possit eis opponi, neque attendunt quid contextus postulet. Sanctissima quidem est sententia qua dixi, sed ut ego iudico ex alijs scripturæ locis confirmanda.

Psalmus autem manifeste dicit de Euangelio per totum mundum inuulgato. Nam Paulus citat eum, Rom. 10. non de spectaculis cœlestibus, sed ualde manifeste de uerbo uocali siue de Euangelio prædicato in toto mundo per prædicatores ad hoc missos. Hoc est, inquit, uerbum fidei quod nos prædicamus, item, quomodo audient sine prædicante? quomodo prædicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est. Quam speciosi pedes annunciantium pacem, annunciantium bonam. At non omnes obediunt Euangelio. Esaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides est ex auditu, auditus autem per uerbum dei. Sed dico, an non audierunt? Atqui in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum, &c. Quid queso uidebit qui hic non uidet de Euangelij prædicatoribus hæc citari? Et ad Col. 1. dicit: De qua spe audistis per sermonem ueracem Euangelij, quod peruenit ad nos quemadmodum & in toto mundo est, & fructificat, sicut in uobis ex eo die quo audistis & cognouistis gratiam dei in ueritate, &c. Et 1. Timoth. 3. Cura controersiam magnum est pietatis mysterium, manifestatum in carne, iustificatum in spiritu, uisum angelis, prædicatum gentibus, creditum in mundo, receptum in gloria. Præterea & Psalmus ipse exprimit se dicere de uerbo dei prædicato & uoluntate eius non bis per totum mundum reuelata. Lex, inquit, domini integra, &c. Neque hoc dicit de uerbo dei tunc in uno orbis angulo solis iudæis reuelato, de quo alibi. Non fecit taliter omni nationi & iudicia sua non manifestat eis, nisi sequentia cum præcedentibus hic dicas non coherere. Exigit enim contextus ut uerbum dei de quo hic dicitur sit reuelatum toti mundo ad gloriam dei. Verbum autem dei more scripturæ uocat legem dei, ut
 Psalms

Psalmo 1. In lege domini uoluntas eius, &c. quemadmodum & Christus ex Psalmo citat dicens: sicut in lege eorum scriptum est. Odio habuerunt me gratis. Quod autem non de lege Moysi dicat psalmus, sed de Euangelio, de quo Rom. 3. Gloratio exclusa est non per legem operum, sed per legem fidei, hoc res & uerba psalmi per se clamant. Siquidem duodecims fructus ligni uitae Apoc. 22. id est, uerbi dei (quod nunc legem, nunc mandatum, nunc dei iustitias, &c. appellat, ut et in psalmo Beati immaculati) hic describuntur, certe longe alij quam lex Moysi prestare potest.

Primum. Euangelium integrum est saluare potens homines, lex autem ad perfectum neminem deducere potest. Heb. 7. Secundo. Euangelium refrigerat animas. Matth. 11. Venite ad me omnes, &c. Lex autem terrei & deterius habere facit cognitione peccati, Rom. 5. & 7.

Tertio. Euangelium est certum, id est, certos nos facit de bona uoluntate dei erga nos. Lex relinquit incertos & dubios, & traditiones humane magis hoc prestant. Quarto. Euangelium sapientificat paruulos, id est, suae sapientiae non inuitentes, ut cognoscant in Christo deum esse patrem suum, quae ratione neque daemones, neque impij homines cognoscunt deum ut maxime multa de deo loquantur, quemadmodum Christus ait, Matthaei 11. Abscondisti haec a sapientibus & intelligentibus, & reuelasti ea paruulis. Patrem nemo nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare, & alibi. Ego sum uia, ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Lex autem facit fugere a deo, ut Adam se abscondit in paradiso, & iudei fugerunt circa montem Sina. Siquidem lex est cognitio peccati non cognitio dei.

Quinto. Euangelium est rectum, id est, compendium accedendi ad deum, Rom. 5. Lex habet anfractus & ambages, nec perducit. Habet enim conditiones impossibiles, Si feceris, &c. contra quod promittit Ioannes Baptista, Esaie 40. Curua erunt directa, & aspera uiae plana, &c. Sexto. Euangelium letificat corda pacatis conscientijs, quae antea refrigeratae sunt ut dixi supra, id est, coeperunt respirare. Lex autem desperare facit.

Septimo. Euangelium est purum, id est, synceros facit & sine hypocrisi, quemadmodum Petrus dicit: Concupiscite lac, quod est sine dolo, ut non contaminetur ullis hominum traditionibus & opinionibus contra uerbum. Lex autem quando non facit desperatos, facit presumptuos, & maximos hypocritas qui se putant prestare posse legem.

Octauo. Euangelium illuminat oculos, id est, praeter

cognitionem dei quod pater est, de quo supra dictum, facit etiam hominem
 uidentem & intelligentem quid deo placeat in omnibus omnium hominum
 conditionibus, facit discernere spiritus, dijudicare doctrinas & omnia, ut
 Paulus ait: spiritualis homo dijudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur.
 Lex autem ut maxime mandet quae iusta sunt, tamen uclamen habet 2. Cor 3.
 quod nisi per Christum auferatur obscurabit omnia hypocrisis et ignoran-
 tia. Quicquid enim unquam homines praestiterunt, quicquid unquam de uir-
 tutibus laudauerunt, species erat non ueritas, nihil enim de uoluntate dei
 intellexerunt in talibus. Sine fide enim impossibile est placere deo. Per fidem
 autem omnia deo placent quae facimus ex uerbo eius etiam legis. Nono.
 Euangelium est purum & elegans & acceptus cultus dei. Timor enim dei cul-
 tus dei appellatur. Ioan. 17. Haec est uita aeterna ut cognoscatur te solum deum ue-
 rum, & quem misisti Iesum Christum, Rom. 12. Obsecro, &c. Lex autem
 nunc hoc, nunc illud iubet, & homines nunc hoc, nunc illud praestant, nec
 satis aut sincere, & facienda non est finis, nec unquam scimus quando aut
 per quid deo placeamus, id quod tentatio & peccatum nos docebit. Decimo,
 Euangelium permanet in seculum seculi in uitam aeternam. Lex autem
 id est, damnatio legis et maledictio credentibus aboletur praegloria cog-
 niti Christi 2. Corinth. 3. Rom. 8. Nihil nunc damnationis, &c. Undecimo.
 Euangelium est uerum, id est, facit ueraces & recte docentes homines.
 Lex autem non suo quidem uitio, sed uitio caecitatis humanae facit mendaces
 hypocritas, ut doceant uel inuita lege per legem suae opera legis nos
 iustificari, qua insania pergunt, & docere quod per opera & leges tras-
 ditionum humanarum iustificamur. Duodecimo, Euangelium semper iustifi-
 cat, nihil illi est quod non assiduo purget a peccatis, omnia illic & praedica-
 tio & sacramenta spectant ad iustificationem siue remissionem peccatorum.
 Heb. 9. Aeterna redemptione inuenta Rom. 8. Christus sedet in dextera
 patris & interpellat pro nobis. Lex autem tantum iustitias carnis habet,
 quas & ipsas tamen requirit deus ab omnibus, sed non iustificat coram
 deo. Merito igitur post haec additur. Desiderabilia, &c. id est, preciosius
 est Euangelium siue ista sancta uerba & promissa dei quam omnes mundi
 & diuitiae & deliciae. Summa, ut in principio psalmi dicitur, Euangelium des-
 finitue est praedicatione gloriae & operum dei. Non enim praedicatur in Euan-
 gelio studia nostra, sed peccata, mala nostra, & ignominia nostra, ut Chri-
 stus dicit: Spiritus sanctus arguet mundum de peccato infidelitatis, & de
 iusticia.

iusticia & de iudicio. Redigit enim Euangelium mundi gloriam in nihilum, & ad gloriam dei dicit nos solo sanguine Christi saluos factos. Qui autem sub lege sunt, Rom. 3. omnes pronunciantur esse peccatores & uacare gloria dei. Sed quis est qui Euangelij uerba sic toti mundo inuulgata & comen data suscipit? Respondet: Seruus tuus domine, id est, qui tibi subijcitur. Nam alij omnes damnant Euangelium & insaniunt contra Euangelij professores. Quod lucrū inde habet? Cautus, inquit, est per ea, id est, seruatur in omnibus tentationibus per Euangelium, ut non pereat uel aduersis uel insania sectariorū doctrina. Et præterea habet maxima comoda quæ supra descripta sunt, & uitam æternam à deo promissam. Verum hic admonet necessario Psalmus de periculo dicens: Errores quis intelligit? &c. ne fidamus nobis ipsis, ut illi faciunt qui specie ueritatis propter aliquam pulchram & rationi placentem opinionem, quam putant esse instinctum spiritus sancti, statim deficiunt à uerbo Christi, ad sectas perditionis. Sic & alibi in Psalmo oratur: Proba me deus & scito cor meum, &c. Maxime itaq; hic orandum, ut conseruemur à superbis, id est, à se ductoribus qui spiritum iactant & omnia presumunt contempto deo, ut possint esse noui autores contra dei uerbum. Hi proprie sunt superbi, de quibus alibi: Increpasti superbos, male dicti qui declinant à mandatis tuis. Ab his si tuti erimus, omnia hic Psalmus promittit nobis integra, & doctrinam & confessionem & orationem nostram deo placituras. Diligentius ut uides hunc psalmum nunc interpretari uolui, quod eadem quæ nunc dixi etiam alibi expositionis uice esse possunt, & quod in his omnis sacra scriptura & doctrina comprehenditur. Nemo uero cum hic allegoriam spiritus sancti (quæ hic est uera expositio) indico, putet me negare, quod cælorum maiestas, dicrum ac notitium uicissitudo prodit omnibus hominibus gloriam dei, ut maxime ceci non agnoscant, & omnis natura imperij non glorificent deum, inuocent aut gratias agant, ut dixi ex Rom. 1. Nam nisi & hoc uerum esset unde sumeretur ista spiritus sancti allegoria & sancta pictura? De ista laude creaturarū cœlestiū alibi psalmus sæpe decantat. Extendens cœlū sicut pellem, &c. Item Laudate dominū de cœlis, &c. Igitur hic psalmus cantat nouum mundū, de quo Psal. 8. dictū est, & Euangelij manifestatū hominibus per homines sub omni cœlo uel ubicunq; est cœlum, neq; diebus neque noctibus cessat Euangelium, nullis enim temporibus alligatū est, omnis lingua cōfiteatur, in fines orbis terrarū peruadit, nec potest ullus abscondi à luce et calore solis iustitie Christi. Hoc est uerè quod Paulus dicit: Nunquid nō audierunt hic lex domini est integra, &c.

Tit. Psalmus Davidis ad præcinendum de cerua mane agitata.

Psalmus est ualde notus de Christi salutifera passione & resurrectione, & de ecclesia ex Iudeis & gentibus Christo congreganda per Euangelium. Fructus passionis et resurrectionis Christi est quod sumus facti fratres Christi ad glorificandum deum. Narrabo, inquit, nomen tuum fratribus meis, &c. sine qua gratia omnes homines sunt peccatores, & uacant gloria dei. Ad uerte, sicut Christus passus est, ita & ecclesia misere uexatur & carne & spiritu, sed si compatimur etiam conregnabimus. Rom. 8.

DEUS^a meus deus meus quare me dereliquisti: eiulo quidē sed longe est saluatio mea. Deus meus per diem clamo & non respondes, neq̄ sileo per noctem. Tu autem^b sanctus es, habitans inter laudes Israël. In te sperauerūt patres nostri, et sperantes eripuisti. Ad te clamauerunt & saluabantur, in te sperauerunt et nō confundebantur. Ego autem sum uermis et non homo, opprobriū hominū et despectio plebis.^d Omnes qui me uident derident me, ringuntur et iactant caput. Conqueratur domino, is eripiat eum, saluet eum si diligit eū. Quoniam tu extraxisti me de uentre matris meæ, fiducia mea ab uberibus matris meæ. Super te pietus sum ex utero matris, ab utero matris meę tu es deus meus. Ne longe fias à me, quoniā tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet. Circumdederunt me tauri magni, boues pingues obsederūt me. Aperriunt aduerſum me os suum, sicut leo rugiens et rapiens. Sicut aqua effusus sum, dissoluta sunt omnia ossa mea, sicut extra liquescens factum est cor meū in-
tra

trame. Aruit tanquã testa fortitudo mea, et lingua
 mea adhæret faucibus meis, et in puluerem mortis
 reponis me. Nam circudederunt me canes, congre-
 gatio prauorũ obsedit me, perfoderũt manus meas
 & pedes meos. Numerarẽ omnia ossa mea, ipsi ue-
 ro respicientes intuent me. Sibi diuidunt uestimen-
 ta mea, et de tunica mea sortiuntur. Tu autem domi-
 ne ne longe fias, fortitudo mea ad auxilium meũ fe-
 stina. Erue à gladio animam meam, ex potestate ca-
 nis derelictam meam. Salua me ex ore leonis, et à cor-
 nibus unicornium libera me. ^f Narrabo nomen tuũ
 fratribus meis, in medio ecclesię glorificabo te. Qui
 timetis dominũ glorificate eum, omne semen Iacob
 glorificet eum, omne semen Israël reuereatur eum.
 Quia nõ neglexit neq; despexit afflictionem paupe-
 ris, non abscondit faciem suam ab eo, & clamantem
 ad se exaudiuit. Te prædicabo in ecclesia magna, ^guo-
 ta mea reddam coram illis qui timent eũ. ^h Edent af-
 flicti ut saturentur, et glorificabunt dominũ qui re-
 quirunt eum, uiuet cor uestrũ in æternũ. In recorda-
 tionẽ ueniant uniuersi fines terrę ut conuertantur ad
 dñm, et adorent corã eo oēs cognationes gentium.
 Quoniã dño est regnũ, et ipse dominat inter gentes.
 Edent et adorabũt oēs ⁱpingues qui sunt super terrã,
 genua flectent corã eo omnes qui in puluere iacent,
 et qui miseram uitã uiuunt. Semen eius seruiet ei, de
 dño prædicabitur posteritati. Venient et prædica-
 bunt iustitiam eius populo genito, quòd ipse facit.

Resurrectio.

bil. c. Iudæi sanctissime magnificabant suum sanctuarium & Zion, propter dei uerbum & promissionem. Deus illic erat, & tamen simul fatentur cum in coelo regnare ubiq; sed in templo inueniebant eum. Non inuenitur, ut cunque ubiq; sit, nisi in suo uerbo. Stulta ratio aliud quasi magnificentiùs somniat, &c.

P S A L M V S XXI.

Titulus, Psalmus Dauid ad præcinendum.

Iudæorum regnum & unctio sacerdotalis & regalis respicebat in Christum dominum, in quo & finitur, de hoc ergo domino nostro Iesu Christo hic Psalmus prophetat eterno & rege & sacerdote. Rex est quod omnia sub se habens fideles defendit. Sacerdos, quod apud patrem pro suis interpellat. Rom. 8. Huius aduersarios Iudæos uidemus miserrime perijisse, similiter & tyrannos alios & hæreticos, papistæ iudicium eodem scelere contra se urgent, similiter & alie sectæ perditionis. Nolunt huius regis & sacerdotis benedictionem & elongabitur ab eis ut in alio Psalmo dicitur. De alio rege ut maxime etiam sancto, ut Dauide, Ezechia, &c. hic Psalmus non potest intelligi. Nam rex hic descriptus uiuit in æternum, & non habet successorem, uersu quarto, & constitutus est à deo ut sit benedictio æterna, uersu sexto, &c. Quando autem cõstat hunc psalmum esse de Christo, ad uertendum tibi est ne respicias in Christum ut in priuatum aliquem uirum, de cuius persona magna dicantur, ut nos hætenus de Christo magna diximus, licet uerè tamen sine fructu, nisi ea & ad nos qui per fidem Christo incorporamur pertinere sciamus. Regem itaque hic legis quem sine regno intelligere non licet. Regnum siue ecclesia Christi per Christum æterna est, per Christum benedicitur & sanctificatur & omnibus abundat ita ut & alijs benedictionem dare possit prædicatione Euangelij: in Christo lætatur fortitudine & protectione Euangelij, petit & accipit quæ uult habet omnia cum gloria conscientie, in medio etiam tribulationis & inimicorum, & spe consistet in misericordia dei in æternum. Sic tracta hunc psalmum & similes, et gaudebis, ut discas usum Christi, & nõ solù magnifice de eius persona dicere.

Domine in fortitudine tua lætatur rex, & de saluatione tua exultat uehemēter. Quicquid desiderat cor eius das ei, & quicquid tero

terogat non ei negas. Sela. Quoniam obruis eum
 benedictionibus bonitatis, ponis coronam auream
 super caput eius. ^c Vitam petit abs te, & das ei longi-
 tudinem dierum perpetuo & in æternū. Magna est
 ei gloria in saluatione tua, laude & decore exornas
 eum. Quoniam constituis eū ut sit benedictio in æter-
 num, lætificas eum gaudio uultus tui. Quoniam rex
 sperat in dominum, & per misericordiam altissimi
 non commouebitur. ^d Inueniet manus tua omnes ini-
 micos tuos, dextera tua inueniet omnes qui te odes-
 runt. Aestuare facies eos ut clibanū incensum quan-
 do respicies. Dominus in ira sua absorbebit eos, &
 deuorabit eos ignis. Fructum eorū de terra perdes,
 & semen eorum a filiis hominum. Quoniam inclina-
 uerunt super te malum, cogitauerunt consiliū quod
 perficere non potuerunt. Quoniam efficies eos ^e hu-
 merum, ^f nervos tuos tendes aduersus uultus eo-
 rum. Exaltate dñe in fortitudine tua, et cantabimus
 ac psallemus potentiam tuam.

Ornatus regia-
 us & sacerdo-
 talis.
 Sacerdos æter-
 nus.

^a Non est alia salus & liberatio nisi in deo per Christū. ^b Petite
 in nomine meo & accipietis. ^c Regnum dei in Christo æternum.
^d Non putant aduersarij sese inueniendos, sese esse inimicos dei, inimi-
 cos Christi, cum persequuntur Euangelium, putant non respicere deum, sed
 quandoq; respiciet. Iudæi perierunt, non quia Christum occiderūt, id quod
 potuisset eis ignosci, quia multi tales saluati sunt prædicatibus Apostolis, sed
 quia Euangelium non susceperūt, sed cum eius professoribus persecuti sunt.
^e Humerum.] Id est, ut semper prae-
 maneant hoc nostri aduersarij. ^f Nervos, &c.] Id est, omnibus
 sonatibus eorum resistes, & eos retrorsum ages, &c.

In omni loco.
In omni tem-
pore.
Omnibus lin-
guis.

Christus dux
huius negotij.

Ergo non me-
tue, quasi dese-
raris ab isto ca-
lore spiritus
Christi.

COeli enarrant gloriã dei, & opera manuũ eius annũciat firmamentũ. Dies diei annun-
ciat, & nox nocti reuelat. Non sunt loquele
neq; sermones, quibus nõ audiat vox eorũ. In omnẽ
terrã exit^b norma eorũ, & in fines orbis terrę uerba
eorũ, soli posuit tabernaculũ in eis. Et ipse tanquam
sponsus pcedens de thalamo suo, exultat ut uir stre-
nuus ad currendam uia. Ab extremo cœli egredit, &
cursu circumiẽs eodẽ redit, & nihil est absconditũ à
calore eius. Lex dñi est integra, recreãs animas. te-
stimonium dñi certũ est, sapientiã præstans paruulis.
Mandata dñi sunt directa, cor lætificantia, præceptũ
dñi purũ est, illuminãs oculos. Timor dñi præclarus
est permanens in æternũ, iura dñi sunt uera, simulq;
iusta. Desiderabilia magis q̃ aurũ purissimũ ac mul-
tum, & dulciora magis quã mel & fanũ. Et serous
tutus cautus est p̃ ea, et qui custodit ea, multa recipi-
et. Errores q̃s intelliget: ab occultis meis mũda me.
A superbis cõserta seruũ tuũ ne dominant mihi, tũc
integer ero, et immanis à delicto magno. Complac-
eant tibi eloquia oris mei, et meditatio cordis mei cor-
ram te. Dñe fiducia mea, et redemptor meus.

a Christus dicit: Ite ad oēs gētes prædicate Euangeliũ omni creature.

b Norma siue regula fabricantiũ. Huc respexit Paulus 2. Cor. 10. Iuxta
mensurã regule, &c. Hi sunt termini uocationis siue episcopatus. Quos dñs
ficit apostolos, alios pastores, &c. Ephe. 4.

PSALMVS XX.

Titulus, Psalmus Dauid ad præcinendum.

Paulus admonet ut oremus pro magistratu nostro etiam pro tempore

ris ratione adhuc impio 1. Timo .2. uel propter nos ipsos & alios, ut inquit, tranquillā & quietā uitam sub eis degamus cū omni pietate & moris honestate, deinde etiam propter eos qui sunt in magistratu, quia deus forte eos conuertet ad se quandoq; qui nullā hominū conditionē à salute excludit. Non enim est acceptor personarū, ut illic sequitur. Sed hic Psalmus, ut uerba testantur, pro pio magistratu factus est, qui agnoscit suū ministerium esse dei, & idcirco deū invocare potest, credens adfore eū suo & à se mandato negotio quales magistratus habuerunt tūc Iudæi, sed raro. Hic ut multa princeps patiat̄ ab alienis & à suis (ut dictū est Psal. 18.) tamen uel in tribulatione exaudit eū deus, et suscipit orationes eius uelut hostias pinguisimas. Hic ergo deus regnat, ordinat, pugnat uel inuitis portis inferorum. Nouerunt hactenus aliquot annis hunc psalmū optimi principes Saxonie Electores, quibus propter Euangelii Christi serē totus mundus infensus est. Confortet eos Christus dominus, et faciat ut pios sub se habeant magistratus, pro quibus hunc psalmum canamus & oremus.

EXaudiat te dominus in tempore tribulationis, protegat te nomē dei Iacob. Mittat tibi rex sanctuario auxilium, & confortet te ex Zion. Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum sit pingue. Seta. Det tibi quicquid desiderat cor tuum, & omne consilium tuum impleat. Gloria mur quod seruas nos, & in nomine dei nostri erigimus vexillū, impleat dñs oēs petitiones tuas. ^b Nunc cognosco, quod dñs seruat Christum suum, & exaudit eum in caelo sancto suo, potens est salus dextræ eius. Illi fidunt curribus & equis, nos autem nominis dñi dei nostri recordabimur. Illi prostrati sunt & corruerunt, nos autē erecti cōsistimus. Salua domine, exaudiat nos rex cum clamamus.

^a Magna commendatio magistratus quod deus uult orari pro eo & curam eius gerit. ^b Nunc, &c. nostra consilia & opera sunt in-

a In uerbo dereliquisti. Summa est passionis, & summa passio, Psal. &
 b Sanctus es, id est, Non facis mihi iniuriam, qui laudaris in populo
 lo tuo quod non deseris sperantes in te. c Christus cum suis in
 hoc mundo non habet eam speciem sapientie, iustitie, potentie, quam alij
 homines etiam impij simi, sed ne homo quidem est, &c. d Omnes
 qui, &c. Passionem comitatur blasphemia aduersariorum. e Videbat
 quod iam dudum uoluerant. f Mortuus promittit se predicaturum
 Euangelium per totum mundum. g Voui deo quod sit mihi deus secun-
 dum primum preceptum, quando hoc predico alijs, tunc soluo deo uota
 mea, &c. h Edent ex meis uotis, id est, predicatione. Euangelium
 non solum salutem docet eternam, sed etiam recte instituit omnes omnium
 hominum conditiones. i Pingues sunt diuites & potentes, in pulue-
 re iacetes sunt pauperes, et despecti ut sequitur. Oes hi adorabunt Christum.

PSALMVS XXIII.

Titulus, Psalmus Dauidis.

Iucundissima allegoria pastoris & ouis hic quisq; fidelis priuatim gratias agit deo de omnibus & corporalibus & spiritualibus beneficijs.

Dominus est pastor meus, nihil mihi deerit. In foecundis pratis me pascit, et deducit me ad aquas recreantes. Reficit animam meam, dirigit me per semitas rectas, propter nomen suum. Etiam si ambulauero in ualle tenebrosa, non timebo malum, quonia tu mecum es, uirga tua & baculus tuus me consolantur. Paras mensam coram me aduersus hostes meos, unguis oleo caput meum, & reple calicem meum. Benignitas certe & misericordia subsequuntur me omnibus diebus uite mee, & habitabo in domo domini perpetuo.

a Virga & baculus pro oue contra lupos est uerbum, haec est et mensa. Sunt autem hic similitudines ex lege, de mensa propositionis et pascale, de uisionibus sacerdotum, regum & uasorum templi, de calicibus libaminum.

b Benignitas, &c. scilicet ut maneam in uerbo dei.

PSAL.

PSALMVS XXIIII.

Titulus. Psalmus Davidis.

Prophetia insignis de gentibus uocandis absq; lege, supra psal. 22. Non est hic Iudeus aut Gentilis, sed innocens manibus & mundo corde, &c. supra Psal. 15. Hic non solum Iudeorum, sed & gentium deus est Rom. 3. Quando ergo omnia sunt domini Christi, Psalmo 8. ut reges, principes, populi, ciuitates, agri, pecora, uolucres, &c. Nolite resistere uos potentes & sanctuli huic regi & regno gloriæ dei, in quo est innocens manibus & mundo corde, &c. sed dilatate et altas facite portas sæculi, ut ingrediatur Euangeliū Christi, & in eo Christus rex gloriæ, nolite per cōtemptum dicere: Quis est iste rex gloriæ cum suis piscatoribus, &c. Ipse enim peruadit & confirmat regnum suum ex ore infantium & lactentium, & ita destruit inimicum & ultorem. Lege eadem admoneri Psal. 2.

Domini est terra & quicquid in ea est, orbis terrarum & habitantia in eo. Quia ipse ad maria fundauit eum, & ad flumina præparauit eum. ^b Quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui non exaltat ad uanitatē animā suam, nec dolo iurat. Hic accipiet benedictionem à domino, & iustitiam à deo salutis suæ. Hæc est generatio quærentium eum, quærentium ^d faciem tuā Iacob, Sela. Dilatate portas, & altas facite ianuas in mundo, ut ingrediatur rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? est dominus, fortis & potens, dñs potēs in prælio. Dilatate portas, et altas facite ianuas in mundo, ut ingrediatur rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? est dñs Zebaoth, ipse est rex gloriæ. Sela.

^a Quid essent ciuitates et pagi, imò omnia animantia sine aquis? Hæc ergo est ordinatio, cura & providentia dei, &c. ^b Regnum dei.

separatum à reliquo mundo. c Ad uanitatē.] Id est, ad opiniones, ad insanas doctrinas, quibus phanatici inflant animā suam languentes circa quæstiones inutiles, &c. d Faciem tuam.] Id est, dei faciem & præsentiam, quæ erat in populo Iacob, & nusquam alibi.

P S A L M V S XXV.

Titulus, Davidis.

Oratio cuiusq; fidelis ut deus remittat peccata, iustificet, doceat, ducat et conseruet in uerbo, contra aduersarios tyrannos & hereticos uerbi de persecutores & conculcatores.

AD te dñe^a leuo animam meam. Deus meus in te confido, non confundar, ne letentur ini amici mei aduersus me. Nam omnes qui te expectant non confunduntur, confundantur autē qui frustra sunt cōtempores. Notas fac mihi domine uias tuas, et semitas tuas doce me. Dirige me in ueritate tua et doce me, quia tu es deus salutis mee, te expecto quotidie. Memineris dñe miserationū tuarum & misericordiarū tuarum, quæ à sæculo perpetuæ sunt. Peccatorū autem inuentoris meæ & transgressionum mearū ne memineris, sed secundū misericordiam tuā memento mei dñe propter bonitatē tuam. Bonus et rectus est dominus, propterea docet peccatores in uia. Dirigit afflictos recte, & docet afflictos uiam suam. Omnes uix dñi misericordia sunt et ueritas, custodiētibus pactū eius et testimonia eius. Propter nomen tuum domine propicius esto delicto meo, quod multū est. Quis est homo qui timet dominū; eam docebit uia à se electam. Anima eius in bonis habitabit, et semen eius possidebit terrā. Ar-

Egregie promissiones.

canum

canonm dñi est apud timentes eū, et cognoscere eos
 facit^a pactum suū. Oculi mei semper observāt dñm,
 quia ipse eripiet ex laqueo pedes meos. Respice me
 & miserere mei, quia derelictus & afflicus sum. Af-
 flictiones cordis mei auctæ sunt, ex angustijs meis
 eripe me. Respice afflictionē meam et laborē meam,
 & remitte omnia peccata mea. Respice q̄ multi sunt
 inimici mei, qui iniquo odio oderūt me. Custodi ani-
 mam meā et erue me, non cōfundar quia spero in te.
 Integritas et rectitudo servēt me, quia te expecto.
 Redime deus Israël, ex omnibus afflictionibus suis.

^a Leuo. Id est, ad te suspiro, te expecto. Videtur sumptū à gestu orantiū
 qui leuāt manus nel sacrificantiū qui leuant hostias. ^b Frustra. Id est,
 propter suam stultā sapientiā & iustitiā, & quia confidūt in uanā potentiā
 sibi adherentis mundi contra dei uerbū. ^c Alij ignorant dei uolunta-
 tem, etiā si sibi placeant de sapientiā, &c. ^d Pactū. Ero deus uester,
 uos mihi populus. Nō habebis deos alienos. Ego sum dominus deus tuus qui
 eduxi, &c. ^e Ut integer sim in uita & doctrina.

PSALMVS XXVI.

Titulus, Davidis.

Fidelis ob oculos perpetuo ponit misericordiam dei & sequitur uerita-
 tem uerbi dei, abstinētq; ab eo quod uerbo dei repugnat in doctrina & cul-
 tu dei, quemadmodum olim pij templum & altare dei ubi prædicabatur,
 & colebatur deus secundum præscriptum uerbi dei obseruabant, & nunc
 Euangelium audiunt, suscipiunt sacramenta, seruiunt sue uocationi secun-
 dum uerbum Christi. Adheres inquit altari tuo domine, ubi auditur, &c.
 Hoc non sustinent hypocritæ magnam sanctitatem iactantes propter suas
 traditiones & cultus dei fictos, ut olim altare dei & templum & legē ne-
 gligentes, & ad excelsa sua & alia properantes, ut impij Israëlita cultum
 Ieroboā suscipientes, ut nūc apud nos suas traditiones, religiones & Mis-
 sa cū odio Euangelij magnificantes. Hi quacunq; tandem specie appareās

Sunt homines absq; fide pleni odio dei, pleni inuidia et acerbitate aduersus proximum, uani, subdoli, prauis, impijs, in peccatis suis pereuntes, uiri sanguinarij, scelerati, uentris & mammonæ cultores, quemadmodum his coloribus hic depinguntur qui domum, altare & prædicationē dei non diligunt, & diligentes condemnāt, oderunt, persequuntur ut hereticos. Petit ergo hic fidelis ab his hypocritis & corpore & animo liberari, Idcirco facile uides innocentia de qua hic dicitur ad causam persecutionis pertinere. Nam propter uerbum dei insaniunt hypocrite & tyranni & heretici, suas opinionones pro uerbi dei adorantes. Alioqui quis gloriabitur se esse sine peccato corā deo? Non iustificabitur, inquit, in cōspectu dei omnis uiuens, quem admodum hæc etiam annotauit Psal. 7. & Psal. 18.

Supra Psal. 19

Errores 199.

Proba me, &c

Iudica me domine, quoniam innocēs sum, in dominum spero, ideo non cadam. Proba me domine & tenta me, igne explora renes meos & cor meum. Quoniā misericordia tua ante oculos meos est, & ambulo in ueritate tua. Non sedeo cum uirisanis, nec communionem habeo cum uersatis. Odi ecclesiam malignorum, & cum impijs nō sedeo. Sed lauo manus meas in innocentia, et adhæreo altari tuo domine. Vbi auditur uox gratiarum actionis, et prædicantur uniuersa mirabilia tua. Domine locū^a domus tuæ diligo, et locum ubi habitat glorificatio tua. Ne auferas cum peccatoribus animam meam, et cum uiris sanguinarijs uitam meam. Qui student facere scelestæ, et munera libenter accipiunt. Ego autē in innocentia ambulo, redime me et miserere mei. Pes meus recta incedit, in cōgregationibus laudabo dominum.

a Domus dei & congregatio populi dei illic est ubi uerbum dei est. ibi enim habitat & auditur deus non cultus Baal & traditiones humane.

PSAL.

PSALMVS XXVII.

Titulus, Davidis.

Fidelis contemnit omnes aduersarios fiducia protectionis dei, hoc autē solum sollicite orat, ut possit manere in domo domini, id est, illic ubi predicatur uerbum dei & deus glorificatur secundum suum uerbum, ut ibi post hac tutus sit quemadmodum hactenus contra testes mendaces, id est, falsos doctores, falsum contra deum siue dei uerbum testificantes siue docentes.

Dominus est lux mea, & salus mea, quem timebo: dñs est fortitudo uitæ meæ, quem formidabo: Ideo maligni & hostes aduersantes mihi ubi inuadunt me, ut edant carnē meam, impingunt & cadunt. Etiam si consistant aduersum me castra, non timet cor meum & si exurgat aduersum me bellum, ipse erit fiducia mea. Vñ oro à domino, hoc requiram, nempe ut maneam in domo domini omnibus diebus uitæ meæ, ut uideam amœnum cultum domini, & uisitem templum eius. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in tempore malo, occultat me in tentorio suo, & super^b petram exaltat me. Et nunc exaltabit caput meum super inimicos meos qui circum me sunt, ideo sacrificabo in tentorio eius sacrificia laudis, cantabo & laudem dicam domino. Audi dñe uocem meam cum clamo, misere re mei & exaudi me. Tuū hoc dictum agnoscit cor meum, requirite faciem meam, ideo faciem tuam domine requiro. Ne abscondas faciem tuam à me, ne abijcias in ira seruū tuum, tu enim es auxiliū meū, ne derelinquas me, ne deseras me deus salutis meæ. Quoniā pater meus & mater mea derelinquunt me

dominus autem suscipit me. Ostendemihî domine uiam tuam, & deduc me in semita recta propter inimicos meos. Ne tradas me uoluntati inimicorum meorum, quoniam insurgunt contra me testes mendaces, & calumniantur confidenter. Ego autem credo me uisurum bona domini in terra^a uiuentium. Expecta dominû, confortare & roboretur cor tuû, et expecta dominum.

a Lux.] Ut cognoscâ patrē: salus, ut liberer à malis: fortitudo, ut persistam. Contra hæc arma nihil sunt phanatici spiritus, pseudopropheta & tyranni cum suo Satana. *b* Petra.] Id est arx, Arx supra petrâ fundata olim erat fortissimû præsidium, unde ista metaphora accipitur quoties deus petra in psalmis dicitur, &c.] *c* Id est, in tentatione prauæ doctrinæ et ficti cultus dei, hæc est cõsolatio mea, quòd conscientia mea siue fides cordis mei tibi domine obijcit hoc dictum siue uerbum tuum, quòd dixisti: Requirit faciem meam, id est, non abite aliò ad alias doctrinas & ad alios cultus dei, quantumcumq; speciosos, & à multis amatos, sed meam faciem requirite, ad me uenite ubi ego sum per uerbum meum. Nam ibi uere inuenitur deus, non alibi. Sed qui hoc facit, periculis mundi et tentationibus satanæ obnoxius est, uerum habet deum protectorē. *d* Viuentium.] Id est, prospere per deum agentium.

P S A L M V S XXVIII.

Titulus, Dauidis.

Saul, Absalon, alij, ut hodie aduersarij Euangelij, hypocrite erant pesti mi, fingentes uultum, intus pleni erant odijs. Sic & omnes iusticiarij, & præterea phanatici spiritus dei opera contemnunt sua tantû magnificant & quicquid ipsi excogitarunt. Contra quos hic dicitur. Quoniam non intendunt in opera domini, &c. His iudicio dei certo pereundum nouimus, quemadmodum semper factum est. Orat igitur hic fidelis qui à talibus odia habetur, ne cum ipsis aut per ipsos quemadmodum uolunt pereat, nec pro se solum, sed etiam pro populo suæ curæ mandato siue pro ecclesia orat, ut indicat ultimus uersus. Aduersarij enim omnia nostra perdere querunt.

Adie

AD te cum clamo domine fiducia mea ne sileas mihi, ne hoc silentio tuo similis fiam ijs qui descendunt in infernum.^a Audi uocē deprecationis meæ dum clamo ad te, dum extollo manus meas ad sanctuarium tuum. Ne simul comprehendas me cum impijs et cum operarijs iniquitatis, qui loquantur amice cum proximo suo, et malum gerūt in pectore suo. Da eis secundum opus suum, et secundum mala studia sua, da eis secundum opus manuum suarum, redde eis ut merentur. Quoniam non intendunt in opera domini, et in opus manuum eius, ideo destruet eos et non ædificabit eos. Benedictus sit dominus, quoniam audiuit uocem deprecationis meæ. Dñs est fortitudo mea et scutum meū, in ipsam sperat cor meum, et adiutus sum, et exultat cor meum, et cantico meo gratias ei agam. Dominus est fortitudo suorum, et fortitudo qua saluat Christum suum.^b Salua populum tuū, et benedichæ reditioni tuæ, et pasce eos, et extolle eos in æternum.

^a Non uolo alibi te querere cōtra uerbū tuū ut supra, nobis in Christo habitat deus, ibi est sanctuariū & propiciatoriū, &c. ^b Aduersarij uolūt nos perditos esse, maledictos esse, perire fame cibi & uerbi sepultos.

PSALMVS XXIX.

Titulus Psalmus Dauidis.

Propheticus Psalmus de Euangelij maiestate, quod iubet omnes potestates gloriam dare soli deo, cuius est iustitia, sapientia, fortitudo, potentia, & arguit mundum de peccato infidelitatis, de iustitia & iudicio. Ita uadit super aquas, id est, populos & regna, & confringit cedros, id est, superbiam & iustitiam mundi, commouet omnia loca. Aggei 2. exurit predicatione

poenitentia, commouet etiam absconditas & timidus cervas, aperit ubique sibi uiam, nihil est absconditum à calore eius, Psal. 19. Vbi uero gloria carnis succumbit, resurgunt homines fide magnificarum promissionum Euangelij, & uirtute spiritus dei Christo filio dei incorporati in templo, id est, in ecclesia sancta quæ est regnum cælorum, omnes, id est, & Iudæi & gentes, potentes & infimi, dicunt deo gloriam in Christo Iesu domino nostro, qui antea erant damnati peccatores & uocabant gloria dei. Ibi sedet, id est, regnat dominus Christus, ut faciat diluuium gratiæ quo seruentur credentes, hoc diluuium est sacrum baptisma quo plures sunt baptizati per tot sæcula quam in diluuiio Noæ perierunt. 1. Petri 3. Se debet autem, id est, regnabit hic rex noster in æternum, & dabit regno siue populo suo fortitudinem spiritus contra persecutiones & insanas doctrinas & contemptum superbiorum, & faciet populum suum prospere agere.

Afferte^a domino uos potētes, afferte domino gloriam & fortitudinē. Afferte domino gloriam nominis sui, adorare dominum in ornatu sancto. Vox domini super aquas, deus gloriæ tonat, dominus super aquas multas. Vox domini cum potentia, uox domini cum decore. Vox domini confringit cedros, dominus confringit cedros Libani. Et exilire eas facit ut uitulum, Libanum & Sirion ut pullos uicornium. Vox dñi secat ut flammæ ignis. Vox domini concutit desertum, uox domini concutit desertum Cades. Vox domini cōcutit cervas & detegit syluas, & in templo eius quisq; ipsi dicet gloriam. Dominus sedet ad faciendum diluuiū, & sedet dominus rex in æternum. Dominus fortitudinem populo suo dabit.^b Dñs benedicet populo suo pace.

^a In commentarijs exempla scripturæ posui unde iste allegoria sumuntur. ^b Faciet populum prospere agere.

PSALMVS XXX.

Titulus Psalmus qui cantetur de dedicatione domus Dauid.

Domus apud Hebræos dicebatur dedicari quando post ædificationem primum inhabitabatur. Initia habitandi forte solenni aliqua precatione & conuiuio amicis exhibito cœperūt. Deut. 20. Quis est homo qui ædificauit domū nouā, et non dedicauit eā, uadat & reuertatur in domū suā, ne forte moriatur in bello, & alius dedinet eā. De domo autē Dauidis legis 2. Reg. 5. Dauid habitauit in arce Zion, & uocauit eā ciuitatem Dauid. Et ædificauit per girū à Mello & inuirssecus. Et ingrediebatur proficiēs atq; succrescēs & dominus deus exercitiū erat cū eo. Misit quoq; Hirā rex Tyri nuncios ad Dauid & ligna cedrina ad parietes & artifices lignorum artificesq; lapidum, & ædificauerunt domum Dauid. Et cognouit Dauid quod confirmasset eum dominus regem super Israël, & quod exaltasset regnum eius super populum suum Israël, &c. Et cap. 7. Factum est autem cum sedisset rex in domo sua, & dominus dedisset ei requiem undiq; ab inimicis suis, dixit ad Nathan prophetam: Vides quod ego habitem in domo cedrina, & arca dei posita est in medio pellium. Ex hac historia & ex uerbis psalmi uidere licet, quod hic gratias agit Dauid, quod liberatus est ex horrendissimis persecutionibus & tentationibus & terroribus, quibus premebatur sub Saule, quando exul agitabatur & querebatur ad mortem. Nunc autē ædificat sibi domū cedrinā siue regiam, in populo dei, ubi cultus & uerbū dei est, & præterea secundum dei promissionē rex est, &c. Est igitur hic psalmus gratiarū actio quod, ex peccatis ex manu aduersariorū, tot terroribus Satana, tristitijs, breuiter ex inferis & morte, ad consolationem & gaudium reduxit nos deus. Videtur quandoq; deseruisse deus, sed quem admodum Christus dicit. Iterum uidebo uos & gaudebit cor uestrum, et gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Hac uicissitudine deus in hac uita suos exercet, &c.

EXalto te dñe quoniā exaltasti me, nec delecta
 eri facis inimicos meos sup me. Dñe deus meus
 cū clamaui ad te, sanasti me. Domine edu
 xisti ex inferno animam meā, uitiū me seruasti alijs
 descendentes in infernum. Psallite dño uos sancti.

eius, & gratias agite in ^b festo sancto eius. Quoniam ad momentum est ira eius, et uita^c desiderium eius. Per uesperum durabit fletus, sed mane redit leticia. Ego autē dixi in prosperitate mea non cadam in æternum. Tu enim domine beneplacito tuo fortificasti montem meum, sed ubi faciem tuam abscondisti, factus sum conturbatus. Ad te domine clamabo, dominum obsecrabo. Quę utilitas est in sanguine meo, ubi mortuus fuero? nunquid puluis gratias aget tibi, & annuntiabit ueritatem tuam? Audi domine & miserere mei, domine esto adiutor meus. Conuertisti querelam meam in choram, exuisti saccam meam, & cinxisti me læticia. Ut psallat tibi gloria mea et nō sileat, dñe deus meus gratias agam tibi in æternum.

Gloria supra
16.

a Ex errore, ex desperatione & terroribus Satane. b Heb. festo, in memoria, id est, in festo quando de deo prædicatur, canitur, &c.
c Desiderium. Id est, non seruo suis dilectis ostendit iram, non mortem uult sed bonum licet aliter appareat.

PSALMVS XXXI.

Titulus, Psalmus Dauid ad præcinendum.

Christus & fideles quique per omnem uitam intus terroribus ut supra dictum est, extra blasphemijs & persecutio nibus & contemptu propter uerbum dei agitantur, & tamen deus liberat & cōsolatur eos, ut & ipsi alios tribulatos consolari, & ad fidem exhortari possint, 1. Cor. 1. Quam inquit immensa est, &c. utcunque sub cruce sepe laborent fideles, tamen deus adest protector & consolator, ut alibi. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tue lætificauerunt animam meam. Hec attende in omnibus talibus psalmis.

Inte

In te spero domine non confundar in æternum,
 iusticia tua libera me. Inclina ad me aur em tuam
 cito libera me esto mihi petra fortis, et arx muni-
 ta, ut me salues. Quia tu es petra mea et arx mea, pro-
 pter nomen tuum deduc me & dirige me. Educ me
 ex laqueo quem absconderunt mihi, quoniam tu es
 fortitudo mea. In manus tuas commendo spiritum
 meum, redemisti me dñe deus uerax. Ego odi obser-
 uantes uanissimam^a uanitatem, in dominum autem
 spero. Exulto & lætor in misericordia tua, quoniam
 respicis afflictionem meam, et cognoscis in necessi-
 tatibus animam meam. Ne tradis me in manus ini-
 mici, sed statuis in loco spaciofo pedes meos.^b Mife-
 rere mei domine, quoniam anxius sum, contabescit
 præ tristitia facies mea, anima mea & uenter meus.
 Quoniam consumpta est præmoesticia uita mea, &
 anni mei præ gemitu. Corruerunt uires meæ præ de-
 licto meo, et ossa mea contabuerunt. Ita omnia sunt
 mihi aduersa, ut et uicinis meis sim magnū opprobri-
 um, et terror notis miis, me foris uidentes fugiunt
 à me. Obluioni ex corde traditus sum ut aliquis
 mortuus, factus sum ut uas con fractum. Quoniam
 multi criminantur me, ita ut quisque terreatur, con-
 sultant simul aduersum me ut auferant animã meam.
^cEgo autem in te spero domine, et dico, tu es deus
 meus. In manu tua sunt tēpora mea, eripe me ex ma-
 nu inimicorū meorū et à persecutibus me.^d Illastra
 faciem tuã super seruū tuum, salua me misericordia

tua. Domine non confundar quoniã inuoco te, confundantur autẽ impij et sileant in inferno. Muta fiat labia mendacia, quæ loquuntur aduersus iustũ per-
tinaciter, superbe et contemptim. Quoniã immensa est bonitas tua, quã reposuisti timentibus te, et pal-
lam exhibes ijs qui in conspectu hominũ confidunt in te. Tu abscondis eos in abscondito apud te à ca-
iuscunque superbia, abscondis eos in tugurio à con-
tentiosis linguis. Benedictus sit dominus, quòd ad-
mirabilem misericordiam exhibuit mihi in^c ciuitate
munita. Dicebã enim in summa anxietate proie-
ctus sum à cõspectu oculorũ tuorũ, et tamen audisti
uocem deprecationis meæ quando clamabã ad te.
Diligite dominũ omnes sancti eius, nam credentes
custodit dominus, et agentis superbe retribuit abun-
de. Animo forti estote et confortetur cor uestrum,
omnes qui expectatis dominum.

a Vanitatem supra 24. Psal, inde est tribulatio. b Dixit se li-
beratum à malis. Iam explicat in quibus malis fuerit, quia odio habet uan-
nissimam uanitatem, insanas contra dei uerbum doctrinas & cultus dei sic-
tos, & sequitur deum uocantem. c Hæc fides potest contemnes-
re aduersarios. d Id est, iucundus apparet mihi adiutorio & con-
solatione contra Satanae terrores. e Ciuitatem munitam dicit
quancunq; securitatem contra aduersarios, ut & Psal. 60.

P S A L M V S XXXII.

Titulus, Eruditio Davidis.

Magnitudinem peccati et iudiciũ deino nouit hypocrisis humana, ideo
suis bonis confidit, & satisfactionibus. Hic autem Psalmus non frustra uo-
catur Eruditio, quia longe aliud docet, nempe quòd mundus cum omni sua
sapientia et iustitia ignorat hanc esse beatitudinẽ, fateri damnationẽ nostrã,
& credere

Et credere remissionem peccatorum, pro qua deum orant omnes sancti, ut tandem pudeant hypocrite qui sancti non sunt. Sanctos suos, id est, credentes non solum liberat deus, sed etiam porro conseruat. Hanc gratiã habemus apud patrem in Christo Iesu domino nostro. Rom. 4.

Beatissimus ille est cui remissa est transgressio, & cui contactum est peccatum. Beatus homo est cui non imputat dominus iniquitatem, in cuius spiritu non est dolus. ^aQuamdiu enim tacebam contabuerunt ossa mea ab eiulatu meo assiduo. Nam manus tua die ac nocte grauis erat super me, ita ut uerteretur humor meus in siccitates æstiuas. *Sela.* Idcirco peccatum meum tibi fateor, & iniquitatem meam non tegeo. Dixi confitebor transgressiones meas domino, ibi tum remisisti iniquitatem peccati mei. *Sela.* Pro hac orabit te quisque sanctus in tempore oportuno, cum itaque inundationes aquarum multarum uenerint ad eum non pertingent. Tu es protectio mea ab angustia conserua me, ut liberatus gloriari possim cum gaudio. *Sela.* Intellectum tibi dabo & docebo te uiam quam ambules, dirigam te oculis meis. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, quibus chamo et freno in maxilla opus est dum non accedunt ad te. Multæ plagæ sunt impio, sperantem autem in dominum misericordia circumdabit. Lætamini de domino & exultate iusti, & gloriamini omnes qui recto estis corde.

^a Id est, quando nolebam fateri omnia mea esse peccata, non quiescebat aut pacem habebat conscientia mea donec faterer & soli misericordie dei considerem.

Prosequitur finem superioris psalmi, & incipit eisdem serè uerbis, iustos & rectos uocans eos quibus remissa est transgressio, non imputatum peccatum, &c. His commendat magnifica gratiarum actione uerbum & opus dei, contra doctrinas, consilia & opera humana. Verbum dei sunt eius doctrina & promissiones, opus dei est quod exhibet misericordiam siue iustificationem credentibus, & contemptoribus iudicium, misericordiam aut ubiq; esse dicit, siue corporalia omnia in mundo beneficia erga omnes creaturas respicias, siue spiritualia & eterna illa dona per inuulgatum Euangelium. Nec mirum quod tam miranda predicantur de uerbo dei quod rectum sit & de operibus dei uel promissis dei quod fidelia, id est, certa sunt, quando uerbo domini cœlum & terra, & omnia cōdita sunt, & conseruantur. Non ergo contra uerba & opera dei metuenda sunt tyrannorum uerba & consilia, quæ omnia deus habet in manu sua, ne faciant opus quod ipsi uolunt, sed quod dominus uult. Beati igitur & populus esse dei predicantur qui ex uerbo & opere dei deū agnoscere & ei fidere norunt, hi uerè deū habent, dum interim alij humanis doctrinis et fiducia suorum operū, & fiducia principum pereunt, ut nostri Papistæ. Sic aut̃ beatis nihil decriit ne ad uictū quidē & tutelam corporis utcuq; impetantur omnibus malis quemadmodum Christus dicit: Primū querite regnum dei & iustitiā eius, & hæc omnia adijcientur uobis.

EXultate iusti de domino, rectorū decora sit laudatio. Gratias agite domino cithara, psalterio decem chordarū psallite ei. Cantate ei canticum nouum, bene psallite chordis ei cum iubilō Quia uerax est uerbum dñi, et quicquid promittit certo præstat. Diligit iustitiam et iudicium, misericordia domini plena est terra. Verbo domini cœli facti sunt, et spiritu oris eius omnis exercitus eorum. Continet sicut in utre aquas maris, et ponit in absconditis abyssos. Timeat dominum omnis terra, & metuat corā eo quicquid habitat orbem terrarū.
Quoniam

Quoniam cū ipse dicit fit, cū ipse mandat res adest. Dñs dissipat consilia gentiū, et mutat cogitata populorum. Consiliū autem dñi in æternum manet, cogitationes cordis eius perpetuo manēt. Beatus ergo est populus cuius deus est dñs, populus quē elegit hæreditatem sibi. De cælo prospicit dñs, uidet oēs filios hominum. E stabili throno suo, respicit super omnes habitatores terræ. ^bDirigit quo uult singulorum corda, intendit ad omnia opera eorum. Non saluatur rex per magnam potentiam, et gigas non liberat multitudine uirium suarū. Nec saluat equus, nec liberat magnitudo fortitudinis eius. Ecce oculi domini respiciunt ad timentes eum, ad illos qui sperant in misericordiā eius. Ut eruat à morte animas eorum, et alat eos tempore famis. Anima nostra expectat dominum, quoniā adiutor & scutum nostrū est. Quia de eo lætatur cor nostrū, et in nomen sanctum eius speramus. Sit misericordia tua domine super nos, quemadmodum speramus in te.

^a Gen. I. Dixit deus, &c. Et spiritus domini ferebatur super aquas. Congregentur aquæ, &c. ^b Id est, quicquid cogitant uertit quò ipse uult.

P S A L M V S XXXIIII.

Titulus, Psalmus David quando mutauit uultum coram Abimelech, qui abiicit eum, & ipse abiit.

Insignis consolatio & gratiarū actio, qua suo exemplo prouocat omnes fideles ut inuocent & bene sperent in afflictionibus quas oportet sepe sustinere filios dei, quia angeli dei castra habent circum nos, id est, exercitus

dei, & aduersarios necesse est iudicio dei perire, tantum nos timeamus & religiose colamus deum, ex suo uerbo, secundum primum præceptum, absq; hypocrisi, fide sincera, & caueamus mendaces doctrinas que loquuntur dolum, secundum præceptum secundum, feramusq; dei uoluntate, & non murmuremus contra deum sub cruce, id quod est uerum sabbatū agere secundum tertiam præceptum, quemadmodum oramus: Fiat uoluntas tua, id est, non Satane uoluntas, nō papistarum, sectariorū, tyrannorum, ne nostra quidem, sed tua paterna erga nos uoluntas fiat, qui nihil uis quod non sit commodum aut salus nostra, nam pater noster cælestis es, & tui angeli nobis seruiunt ad tuendum, & credimus etiam si conterantur ossa iustorum, tamen nullum eorum periturum, id quod resurrectio illa nouissima declarabit, nā omnes capilli capitis nostri numerati sunt, &c. Deinde etiā in pace uiuamus cū proximo non reddentes malū pro malo, sed, &c. secundū præcepta secundæ tabulæ. Egregius est itaq; hic psalmus qui fidē et uitā & protectionem iustorum describit, & malitiam & damnationem impiorū persecutorum. Scriptura iam in luce est, isti psalmi nūc nō leguntur solū ut ante, sed etiam intelliguntur, & in his deus toties admonetur à multis fidelibus sue promissionis. Utinam uiderent aduersarij ueritatis quod nam iudiciū ex hoc iam eis immineat, nam hæc nunc deus audit & libenter audit assidue sibi legi & cantari non ore solum, sed etiam corde & fide.

Benedicam domino omni tempore, laus eius iugiter erit in ore meo. De domino gloriabitur anima mea, ut audiant afflicti & exultarentur. Magnificate dominum mecum, et exaltemus nomen eius simul. Quando quæsiui dominū respondit mihi, et eripuit me ex omni pauore meo. Qui respiciunt ad eū^a illuminantur, et non confunditur uultus eorum. Cum hic pauper clamaret audiuit dominus, et ex omnibus afflictionibus eripuit eum.^b Castrametatur angelus domini circum timentes eum, & eripit eos. Gustate & uideate quā suauis sit dominus;

mentis, beatus est uir qui confidit in eum. Timete do-
 minum uos sancti eius, quia nihil deest timentibus
 eum. Diuites ad inopiam redigentur et esuriēt, que-
 rentibus autem dominum non deerit ullum bonum.
 Adeste filij, audite me, timorē domini docebo uos:
 Quis est homo qui uult feliciter uiuere, et dies habe-
 re bonos? Prohibe linguam tuā à malo, et labia tua
 ne loquantur dolum. Declina à malo et fac bonum,
 quære pacem et sectare eā. Oculi domini attendunt
 ad iustos, et aures eius ad clamorem eorum. Vultus
 autem domini attendit ad mala facientes, ut deleat
 memoriam eorum de terra. Cum clamant iusti do-
 minus audit, & ex omnibus aduersis eripit eos. Pro-
 pe est dominus contractis corde, & contritos spiri-
 tu liberat. Multæ quidem sunt afflictiones iusti, sed
 ex omnibus his liberat eū dñs. Custodit omnia ossa
 eius, ut ne unum quidem ex his frangatur. Malum
 autem occidet impium, & qui odio habent iustum
 delinquent. Redimit dominus animas seruatorū suo-
 rum, & omnes qui confidunt in eum non delinquēt.

a Illuminantur. Id est, consolationem accipiunt & protectionem
 unde hilaritas uultus. b Ex Gen. 32. Castra dei sunt hæc, &c.
 Et Exo. 14. Angelus præcedit castra Israël, &c. Item fugiamus Israël, &c.
 dominus pugnat pro eis contra nos. Et Eliseus dixit ad famulū: Plures sunt
 uobiscum quàm cum illis, &c. Obserua quòd hic Psalmus loquitur de custo-
 dia angelorum Heb. 1. c Iam contentio est. Hypocrite persecuto-
 res uolunt esse mundi, alios uocant hæreticos, sed cum dominus cœperit us-
 dicare tunc uidebitur.

PSALMVS XXXV.

Titulus, Dauidis.

Semper sunt in aulis principum impij aliqui nobiles qui uentris sui causa obloquuntur iustis & optimis uiris ut in discrimen conijciat, maxime uero hoc agunt impij prædicatores eorum, & doctores, in primis contra prophetas & synceros uerbi dei doctores, & omnes qui ueritatem amant, & confitentur, quos necesse est multa pati, quemadmodum agebatur in aula Saulis contra Dauidem, & apud principes contra prophetas, apostolos, martyres, quemadmodum impurissimi nebulones, qui tamen magni uideri nolunt, erant apud clementissimum Casarem nostrum Carolum quintum contra nos qui Euangelium Christi & uerbum dei sincere docemus, Peruerserant nos negare deum, Christum, Mariam uirginem, cõtemnere Christi Sacramenta & totam religionem, permittere nostris scorta, adulteria & flagitia omnia, sed deo pugnante pro nobis sempiterna confusione confusi sunt in conspectu Cesaree maiestatis per publicam & sanctissimam nostram doctrinæ confessionem, in Comitij Auguste anno domini. M D XXX. etc. Igitur Christus hic cum Dauide & prophetis, et martyribus, & quisque fidelis dicit, Domine deus pater cœlestis hoc unum uerbum dic tantum in coram deo meo. Salus tua ego sum. Hac fiducia saluus et letus ero, certus quod peribunt aduersarij hypocritæ, &c.

Contende domine cum contenditibus mecum, impugna impugnâtes me. Apprehende scutum et lanceam, et exurge in adiutorium mihi. Educ lanceam, et occurre pro me aduersarijs meis, dic animæ meæ, salus tua ego sum. Suffundantur pudore et afficiantur ignominia qui insidiantur animæ meæ. Conuertantur in fugam, & confundantur, qui machinantur mihi malum. Fiant tanquam palea coram uento, et angelus domini exigat eos, fiat uia eorum tenebræ et lubricum, et angelus domini persequatur eos. Quoniam sine causa clamanteten

tetenderunt mihi ad interitum laqueam suam, sine
 causa foueam fecerunt animæ meæ. Obruatur de im-
 prouiso quisque eorū, & laqueus quē clam tetendit
 irretiat eum, et in eodem ipse obruatur. Anima autē
 mea exultet de domino, et lætetur de saluatiōe eius.
 Omnia ossa mea dicant, Domine quis est similis ti-
 bi: tu enim eripis pauperem ab illo qui fortior ipso
 est, pauperem et afflictum à direptoribus suis. Sur-
 gentes testes iniqui, obijciunt mihi de quibus non
 lum mihi conscius. Retribuunt mihi malum pro bo-
 no, ut anima mea sit quasi nihil unquam boni fructi-
 ficarit. Ego autem cum infirmi essent, induebam sac-
 cum, affligebā me ieiunio, et oratio mea in sinu meo
 uertebatur. Quasi pro proximo, quasi pro fratre
 meo agebam, quasi lugens matrem tristis incede-
 bam. Ipsi autem de meo incommodo lætantur et con-
 gregantur, congregantur, claudī aduersum me de
 improuiso, mordent et non cessant. Cum ijs qui hy-
 pocritæ sunt et derisores propter cibū frendunt su-
 per me dentibus suis. Domine quousq; aspicies: eri-
 pe animam meā à tumultu eorum, et derelictā meam
 à catulis leonum. Gratias agam tibi in Ecclesia ma-
 gna, et in populo multo gloriabor de te. Non gau-
 deant super me qui aduersantur mihi sine causa, nec
 oculis irrideant me qui oderūt me frustra. Quia con-
 sultant ut noceant, et concinnant dolos aduersus eos
 qui pacem quærent super terram. Et dilatant os con-

*Id est, orabam
 ex corde.*

trame, & dicunt: euge euge, hoc uoluerunt uidere oculi nostri. Vides hæc domine, ne fileas, domine ne procul absis a me. Excitare et uigila ad iudicandum pro me, & ad causam meam deus meus et dominus meus. Iudica pro me secundum iustitiam tuam domine deus meus, ne gaudeant super me. Non dicant in cordibus suis: euge euge, hoc uolebamus, non dicant, deuorauimus eum. Erubescant et confundantur simul, qui exultant de malis meis, induantur ignominia et pudore, qui gloriantur contra me. ^d Gloriantur potius et exultent quibus placet innocentia mea, & iugiter dicant, magnificetur dominus qui bene uult seruo suo. Et lingua mea prædicabit iustitiam tuam, & assidue te laudabit.

- a. Timeant si possint aduersarij pietatis has preces. b. Angeli ut supra seruiunt fidelibus, & exigunt impios aduersarios, ut hic dicitur.
 c. Claudii, qui simul deo & diabolo seruire uolunt uentris & glorie causa, claudicantes in utraque partem 3. Reg. 18. Phil. 3. Heb. 11.
 d. Sine. Qui uolunt iustitiã meam, id est, qui gaudent quòd causa mea euincit & superior euadit.

PSALMVS XXXVI.

Titulus, Psalmus Dauidis serui domini ad præcinenã.

Contra hypocritas Dauidi sæpius res est quàm contra manifestos persecutores, nam illi sunt horum aculeus, & blasphemant mirum in modum licet sancta specie coram seductis dei ueritatem, tamen nihil proficiunt suo impio conatu. Nam misericordia tua deus ubique est, quã etiam & muti animantia sentiunt, & ubique est ueritas operum tuorum Rom. 1. & uerbi tui inuulgata, & iudicia tua exerceas nobis profundissima. Solum autem homines:

nes quos tua bonitate dignaris ex misericordia siue iustitia tua iustificatur, & sub tegmine alarum tuarum ut pulli sub gallina in domo tua apud te, id est, ubi tu habitas fidutiam habebunt. Habitas autem ubi prædicatur tuum. uerbum, non in excelsis contra legem, aut ubi docentur tantum traditiones, humane, & obseruantur ficti cultus. Illic est uera uita, consolatio & pax. Itaque uelint, nolint impij nebulones, regnum dei stat immotū: in sine orat ardentem se aduersus has pestes custodiri, quas in principio graphice depingit.

Dico in corde meo, scelus impij esse nimium non est timor dei coram oculis eius. Blauditur sibi apud sese, ut iniquitatem suam struat, & alios deformet. Doctrina oris eius obest & mendacium est, non uult doceri ut bene agat. Inuiriā meditatur in cubili suo, & perstat in uia mala, nec ueretur ullum maliciæ genus. Domine misericordia tua ubique est quàm late patet coelum, & ueritas tua ubicunq; uidentur nubes. Iustitia tua stat sicut montes dei, et tua iura ut abyssus profunda. Homines & iumenta curas domine. Quoniam preciosa est misericordia tua deus, quòd filij hominum sub tegmine alarum tuarum confidunt. Inebriantur ex abundantia copia domus tuæ, & ceu torrente uoluptatibus tuis potas eos. Quoniam apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidemus lumen. Extende misericordiam tuā super cognoscentes te, & iustitiam tuam super rectos corde. Non me supplantent superbi, et manus impiorum non deturbet me. Sed ibi cadant operarij iniquitatis, ut expellantur & non consistant.

a Colores impij. Primus. Verbum & opus dei contemnit Atheos. Secundus, sua placita probat & seruat philautus. Tertius, cupidus docendi, impia & fallacia docet alios. Quartus, quod monitus meliora non audit superbus. Quintus, quod pergit & proficit nocere sua doctrina. Sextus, quod resistentes supplantare querit uir sanguinum. *b* In lumine. Id est, uerbo dei uidemus lumen, id est, felicitatem & omne bonum.

Tit. Dauidis.

PSAL. XXXVII.

Psalmus ualde apertus contra scandalū fortune impiorū & hypocritarū.

Comminatio:

Noli indignari malignis, neq; inuideas operarijs iniquitatis. Quoniam tanquam foenum uelociter succidentur, & sicut olus uide marcescent.

Exhortatio.

Spera in dominum et fac bonum; permene in terra, & quære uictū fideliter. Delectare in dño, is dabit tibi quicquid desiderat cor tuum.

Comminatio.

Committre domino statim rerum tuarum, & spera in eum, ipse omnia recte curabit. Et educet quasi lumen iustitiam tuam, et iura tua quasi meridiem. Expecta dominum et operire eum, noli indignari uiro cui prospere succedit cum facit nequiter. Desine ab ira et derelinque furorē, noli indignari ne et ipse male facias. Quoniam maligni exterminabuntur, expectantes autem dominum hæreditabunt terrā. Adhuc paululum restat et non erit impius, tum respicies ad locum eius et ipse nō erit ibi. *b* Afflicti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multa pace. Impius minatur iusto, & stridet super eum dentibus suis. Dominus autem irridet eum, prospicit enim quod uenit dies eius. Gladium stringunt impij & tendunt arcum suum, ut dericiant afflictum et pauperem

perem, et trucident recta incedentes. Sed gladius eorum ingredietur in corda ipsorum, et arcus eorum confringetur. ^d Melius est modicum iusti quam copia multorum impiorum. Quoniam brachia impiorum confringentur, sustentat autem iustos dominus. No- uit dominus dies eorum qui sunt integri, et possessio eorum in æternam manebit. Non confundentur in tēpore malo, et in diebus famis satis habebūt. Quia impij interibunt, & inimici domini, ^e etiam si fuerint ut pratum amoenissimum, tamen euanescent ut fu- mus. Matruatur impius et non reddit, iustus autem misericors est et tribuit. Quoniam benedicti ab eo hæreditabunt terram, maledicti autem ab eo exter- minabuntur. ^f A domino gressus tiri diriguntur, & diligit niam eius. Si ceciderit non abiicietur, quoni- am dominus tenet manum eius. ^g iunior ego fui et se- nui, et nunquam uidi iustum derelictum, nec semen eius mendicam. Iugiter misericors est et commo- dat, et semini eius benedicetur. Desine à malo et fac bonum, & permane perpetuo. Quia dominus dili- git ^h ius, et non derelinquit sanctos suos, in æternū conseruabuntur, semen autem impiorum extermi- nabitur. Iusti hæreditabunt terram, et habitabunt in æternum super eam. ⁱ Os iusti meditatur sapien- tiam, et lingua eius docet ius. Lex enim dei sui in cor- de eius est, non labuntur gressus eius. Observat im- pius iustam, & quærit occidere eum. Sed dominus

non dereliquit eum in manu illius, nec damnat eum cum condemnatur. Expecta dominum et custodi uiam eius, & exaltabit te ut hereditate possideas terram, uidebis impios exterminari. Vidi impium ualde ferocem, extensum et uirentem, ut laurum uiridem. ^k Præteritui locum, et ecce, non erat ibi, interrogatum de eo et nunquam inueniebatur. Custodi integritatem & intende æquitati nam tali tandem bene erit. Transgressores autem delebuntur simul, et impij tandem exterminabuntur. Salus itaque est iustis à domino, hic est fortitudo eorum in tempore tribulationis. Et dominus aderit eis et eripiet eos, eripiet eos ab impijs, et saluabit eos, quia sperant in eum.

^a Fideliter. Id est, non contra deum aut homines, &c.

^b Promissio etiam de rebus possidendis. ^c Tria hic promittuntur. Verbum suum tibi defendet deus, tutabitur corpus, dabit uictum. Impij omnia perdit a uolunt. ^d Occupatio qua promittit uictum abunde, non obstante impiorum opulentia scandalosa.

^e Opulentia & gloria impiorum perit, inopia piorum ditatur. ^f Occupatio, quia pij potius uidentur derelinqui, sicut impij exaltari. ^g Iunior, &c.] Experientia. ^h Ius. Id est, quod æquum est. ⁱ Docet uerbum dei, hoc non sustinet impietas. ^k Non quòd non possis

postea nominare impios ubi perierunt, sed quòd sic perierunt, ut turpe nomen habeant, & planè non sint in reputatione apud homines quod paulò ante fuerunt, nec ultra præsent officijs publicis, ut nunc apud Christianos scætet Antichristianus papa cum suis Euangelij persecutoribus, &c.

PSALMVS XXXVIII.

Titulus, Psalmus Dauidis pro commemoratione. Id est, ad se accusandum & deum laudandum. Hec est sancta fidelium commemoratio.

Rursum hic sicut & Psalmo sexto sensus peccati est & horrenda spe-
Ara

Ira iudicij dei, unde & ipsum corpus perit & absumitur. Hi inferi & mors fiunt, inde grauiores quod nostri deficiunt à nobis & aduersarij nos faciunt seditiosos, hereticos, damnatos, ut hic intus & extra nos præmat Satan suis mortiferis telis. Interim hypocrita iactant contra pios, se esse sanctos & ecclesiam. Sustainat autem se propheta & quisq; fidelis & sperat letum exitum, Quoniam inquit te domine expecto, &c.

Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, et manus tua grauis est super me. Non est sanitas in carne mea præ cõminatione tua, nec est pax ossibus meis præ peccato meo. Quoniam peccata mea supergressa sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt sup me. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, præ insipientia mea. Curuus et depressus nimium, et tristis tota die incedo. Quoniam lumbi mei ariditate pleni sunt, et non est sanitas in carne mea. Collisus et contritus sum uehementer, eiulo præ palpitatione cordis mei. Domine coram te est omne desiderium meum, et gemitus meus à te non est absconditus. Cor meum tremuit, dereliquerunt me uires meæ,^b et lumen oculorum meorum non est apud me. Dilecti et amici mei stant è regione conspicientes plagam meam, & proximi mei longius recedunt. Et qui quæerunt animam meam laqueum ponant, et qui quæerunt mala mihi consultat quemadmodum noceant, & fraudes assidue machinantur. Ego autem tanquam surdus non audio, et sicut mutus non aperiens os suum. Et sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutio.

*Pijs patiendū
est.*

nes. Te autem domine expecto, tu exaudies domine deus meus. ^c Quia cogito, utinam non gaudeant super me, si enim uacillaret pes meus, mirū quam gloriarentur contra me. Quoniam ego ad patiendum factus sum, et dolor meus iugiter est corā me. Quoniam iniquitatem meam fateor, ^d & sollicitus sum de peccato meo. Inimici autem mei secure uiuunt et potentes sunt, et qui me sine causa oderunt magni sunt. Et qui retribuunt malum pro bono insurgunt aduersum me, ob id solum quia sequor bonum. Ne derelinquas me domine, deus meus ne recedas à me. Festina ad auxiliandum mihi domine salus mea.

^a Peccatum est importabile pondus, quam grauatius ergo fuit ille qui peccata portauit totius mundi agnus dei, Esa. 53. ^b Id est facies mea non est hilaris, sed tristitiae tenebris obducta. ^c Ne permittas domine hanc gloriam aduersarijs. ^d Non possum securus peccatum contemnere ut hypocriticum uulgus fidens suis operibus, cultibus, satisfactionibus.

PSALMVS XXXIX.

Titulus, Psalmus Dauid ad praecinendum pro Ieduthum.

Hic pius non aliud silentium sibi optat & precatur, quam ut non blasphemet, non obmurmuret deo offensus graui scandalo, quod impij secure & feliciter uiuunt, supra Psal. 37. pij autem malis premuntur, potius autē cogitet de suo fine & quid interim sibi desit, id quod illi securi egregie contemnunt, & thesaurizant iniuste, & auare retinent, ignorantēs ad quem haec peruentura sint. Paulus, qui uolunt diuites fieri implicat se multis malis, &c. 1. Timoth. 6. Interim oderunt & persequuntur fideles ut p. 81. mos. Exitus autem docebit ubi sit remissio peccatorum, deus pater, consolatio & uita aeterna, Et nunc domine, inquit, quae est spes mea? In te spero. Statui

STatui me conseruare, ut non delinquā lingua
 mea. Frenū adhibeo orī meo, ^a dum uideo im-
 pium coram me. Obmutesco silentio, et non
 iacto gaudia, et dolor meus conturbat me. Cor me-
 um incensum est intra me, & cum hæc cogito ani-
 mus æstuat, et lingua erumpit in hanc uocem. Do-
 mine doce me quòd finē habiturus sum, et uita mea
 numerum dierum, et quòd breui hic non ero. ^b Ecce
 ad mensuram palmæ fecisti dies meos, & uita mea
 ut nihilum est coram te quam nihil sunt omnes ho-
 mines, et tamen secure uiuūt. *Sela.* Ut umbra per-
 transeant, et uanis sese torquent, thesaurizant quæ
 ignorant quis sit habiturus. Et nunc domine quæ est
 spes mea: in te spero. Ab omnibus peccatis meis eri-
 pe me, opprobrium insipienti ne facias me. ^c Tace-
 bo & non aperiam os meum, quia tu rem curabis. *Insipienti Psal.*
 Amoue à me plagas tuas, ego enim penè exanima *14. & 36.*
 tus sum præ plaga manus tuæ. Cum corripis homi-
 nem propter peccatū, consumitur pulchritudo eius
 sicut à tinea, quàm nihil est omnis homo. *Sela.* Audi
 orationem meā dñe, et attende ad clamorem meum,
 ne sileas ad lacrymas meas, quia et peregrinus et ci-
 uis tuus sum, sicut omnes patres mei. Des. ne à me ut
 refrigerer, priusquā abeam et amplius hic non sim.

^a Ne murmurem quando ego male impij bene habent. ^b Ne ui-
 uam secure ut impij qui non sperant aliam uitam. ^c Tacebo, & c. *Id est,*
negligam illos cōtemptores qui felices uidentur, permittam eos sibi
quia audire nolunt, nec murmurabo contra te domine.

d Abraham, Isaac, Iacob promissam terrā non possederunt Heb. ii. Act. 7. David autem omnia possidet & rex est, tamen se illis in hoc comparat, ut uideas quo loco habeant sancti omnia, maxime tentati. Tunc sunt ista omnia nihil, quæ etiam paulo post nostra non erunt. Non habemus hic permanentem ciuitatem, &c. Nihil intulimus in hunc mundum, &c.

P S A L M V S XL.

Titulus, Psalmus Davidis ad præcinendum.

De rebus magnis & corporalibus & spiritualibus regni Iudeorum & hominum in eo facti sunt psalmi, unde & nostri psalmi sunt qui nunc per fidem sumus populus dei. Maximū uero tūc erat expectatio Messia in lege & prophetis promissi, qui uenturus erat ex carne Davidis, ideo & spiritus ut & alibi ita & hic Christum nobis producit loquentem de sua passione. Et prophetat manifeste Christus, quod ipse solus perficiat dei uoluntatem & legem, & hoc esse gloriatur scriptum in libro Moysi, ubi promittitur semen mulieris contritum caput serpentis, & semen Abrahæ benedicendum omnes gentes, ut auferatur maledictio per illud semen cui subiacet totus mundus, &c. Et abiicit ac abolet idcirco ueterem legem cū suis sacrificijs & sanctitate siue iustitia, ut per quæ uoluntas dei nunquam completa est. Idcirco non nostra opera aut sacrificia nos iustificam coram deo, sed ipse Christus solus pro nobis (ut ait) omnia facit. Atque ita instituit nouum testamentum, ut iustitia fidei prædicetur in ecclesia magna, id est, in toto mundo, & non iustitia sacrificiorum aut operum nostrorum, quæ (ut ait uersu quarto) tantum superbos & hypocrisis sanctos facit, ut qui nō confidunt in deum & gratiam eius, sed in suam fictam sanctitatem & mendaces doctrinas, uerbo dei damnatos: inde contra aduersarios orat.

EXpectaui solícite dominū, et inclinauit se mihi, & audiuit clamorē meū. Et extraxit me ex fouea horrenda & sordido luto, & statuit super petram pedes meos, ut gradiar in offensa. Et dedit in os meū canticum nouū ad laudem deo nostro, id quod multi uidebunt, & dominum timebunt, in eum quōq; sperabunt. Beatus est uir qui posuit dominū spem

spem suam, et non uertitur ad superbos et mendacia tractantes. Domine deus meus magna sunt mirabilia tua et consilia tua nobis exhibita, nihil est simile tibi, annūciabo et loquar de eis, licet sint innumera bilia.^b Sacrificium et oblatio non tibi placent, sed aures aperuisti mihi, ne holocaustum quidem uis aut sacrificium pro peccato. Tunc dixi: Ecce uenio in libro scriptum est de me. Tuam uoluntatem deus meus sponte facio, et legem tuam habeo in corde meo. Prædicabo iustitiam tuam in Ecclesia magna, ecce non permittam obturari os meū domine, hoc tu non fecisti. Iustitiā tuā non abscondo in corde meo, ueritatē tuā et salutē tuā enarro, non abscondo misericordiā tuam et ueritatē tuam in Ecclesia magna. Tu autem dñe ne prohibeas miserationes tuas à me, misericordia tua & ueritas tua semper cōseruent me. Quoniā circūdederunt me mala innumerabilia, apprehenderunt me peccata mea^a ut non uideā, superarūt numero capillos capitis mei, & cor meū dereliquit me. Placeat tibi domine ut eruas me, festina dñe ut me adiuues. Confundantur et erubescant simul, qui que runt animā meam, ut interimant eā, uertantur in fugam, et pudefiant qui male mihi uolunt. Terreant in ignominia sua, qui ita insultant mihi, euge euge. Exultent et lætent in te oēs quærentes te, & qui salutē tuā diligūt dicāt semper, magnificet dñs. Ego enim sum pauper et afflictus, sed dñs sollicitus est pro me, adiutor meus & liberator meus es tu, deus meus ne moreris.

a Christus post passionem cum suis dicit: Narrabo nom. en. tuum fr. atribus meis, Psal. 22. b Reprobantur uestra, etiam que ex lege factimus, & beati pronunciantur qui audiunt uerbum dei, id est, Euangelium Christi quod Christum nobis offert, & in eo patris uoluntate & legis impletionem. c Angustia & impetus in regnum Christi propter uerbi confessionem. d id est, ut pro dolore uisus deficiat mihi.

PSALMVS XLI.

Titulus, Psalmus Dauidis ad precipinendum.

Rursum hic Christus more psalmorum loquitur, & primum beatos pronunciat qui non adherent persecutoribus suis nec scandalizantur cruce, sed potius crucifixo adherent & pietati licet contempta & afflictæ, inde fatetur peccatum, quod tamen non fecit, sed pro nobis luit, & nostrum ineffabili gratia suum fecit & aboleuit, & grauius queritur contra aduersarios calumniatores & domesticum proditorem, sed se glorificandum per mortem, illos autem perituros prædicit. Hunc exitum certo habent etiam nostri aduersarij & calumniatores cum suis Lucianicis adulatoribus, & non fraudabitur sua mercede qui Euangelij professorem amauerit, aut defendit, uel qui susceperit prophetam, id est, prædicatorem nomine prophetæ, dum alij oderunt, persequuntur, &c.

BEatus ille est qui sollicitus est de egeno, in die mala liberabit eum dominus. Dominus cotidiet eum & uitam conseruabit ei, et felicitatem eum faciet super terram, et non tradet eum uoluntati inimicorum suorum. Dominus recreabit eum quando æger decumbit, tu mutas omnem ægritudinem. Ego dixi, domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi. Inimici mei dicunt malum contra me, quando morietur et peribit nomen eius. Accedit ut exploret corde peruerso, quær it quod calumniatur, recedit & detrahit. Simul aduersum me susur

lurrant omnes qui me oderunt, et cogitant malum contra me. Consiliū Belial statuerunt aduersum me cum iacet non resurget. Quin et amicus meus cui fidēbā, qui me ouicitabat cibo, supplantat me. Tu autē domine miserere mei et restitue me, et retribuā eis. Per hoc cognosco me amari abs te, quod non iubilabit inimicus meus aduersum me. Me autē sustentas propter innocentiam meam, et si atuis me in conspectu tuo in æternum. Benedictus sit dñs deus Israël perpetuo et in æternum, Amen Amen.

^a Egregiæ promissiones Christo & afflictis Christianis adherentiū, dum totus mundus contemnit, ridet, blasphemat, persequitur quasi pestimos propter Euangelij confessionem.

PSALMVS XLII.

Titulus, Eruditio filiorum Korah, ad præcinendum.

Deus sanctos suos sic castigat ut rursus consoletur, interim terrores iudicij dei quos sentiunt auget Satan, & impij insultant. Vbi nunc habent suum deum isti heretici? quæ omnia & Christus expertus est, suspirat itaq; hic fidelis in his conscientie terroribus et Satanae spectris, ad refrigerium & consolationem uerbi dei. Cupit enim sibi hanc concedi gratiam, ut possit letus cum letis abire ad festa dei in templum ubi auditur uerbum dei, ubi uidetur cultus dei secundum eius præscriptum, ubi promisit deus sese exauditurū inuocantes, hoc uerè est apparere corā facie siue presentia dei. Nam ibi uerè deus adest non alibi. Nos in Christo quærimus deum ubi prædicatur sincere Euangelium, traduntur sacramenta secundum Christi institutionem: ubi sunt qui Euangelium amant, qui orant, gratias agunt, &c. & si non aliter licet, uel sub tyrannide papæ uel sub Turca ex sacris literis nos ipsos consolamur, ibi deus præsens loquitur nobiscum.

Quemadmodum ceruus clamans anhelat ad aquas recreantes, ita anima mea clamās anhelat ad te deus. Deum sitit anima mea,

deum uiuentem, quādo ueniā et uidebo faciem dei:
 Lacrymæ meæ sunt meus cibus die ac nocte, dum di-
 citur mihi quotidie, ubi nunc est deus tuus? Hæc at-
 tendens ^b effundo apud me animam meam, cupioq̄
 transire cum multis ad domum dei, cum gaudio &
 gratiarum actione inter multos festa celebrantes.
 Quare tristis es anima mea & tumultuaris intra
 expecta deum, quia futurum est, ut gratias agam
 ei quod sua ^c facie me saluat. Deus meus anima mea
 tristis est in me, propterea memor sum tui ^d in ter-
 ra Iordanis & Hermonim, & in monte modico. Ef-
 fusiones tuæ strepitu irruunt abyssu alia aliam pro-
 uocante, omnes fluctus tui & undæ super me tran-
 seunt. In die promisit dominus misericordiam suam,
 & nocte psallo ei et oro ad deum uitæ meæ. Dico ad
 deum petram meam, quare oblitus es mei? quare tri-
 stis incedo dū affligit me inimicus? Contumeliæ ad-
 uersum me inimicorum meorum ceu gladius sunt in
 ossibus meis, dum dicunt mihi quotidie, ubi nūc est
 deus tuus? Quare tristis es anima mea et tumultua-
 ris intra me: expecta deū, quia futurū est ut gratias
 agā ei quod sua facie me saluat & q̄ est deus meus.

^a Idem sol est & nube tectus & reuelatus, ita & deus, sed hic artis est
 ne iudices secundū nubem, alioqui desperabis de futura claritate & perpe-
 tuam noctem timebis. ^b Effundo, turbo animā & suspiro ad uer-
 bi consolationem. ^c Facie.] Id est, cognitione sui & presentia
 per uerbum & fidem in templo ubi habitat. ^d In terra Iudæo-
 rum est uerbum, promissio & cultus dei uerus. Ea dicitur terra Iordanis,
 quia per eam Iordanis fluit, & terra Hermonim magnorum montium qui
 sunt

*sunt in uicinia Iordanis, quibus comparatus mons Zion paruus uidetur.
e Effusiones, &c. ut in mari rubro impijs Aegyptijs fiebat, sed dominus nouit pios ex tentatione eripere, &c. 2. Pet. 2.*

PSALMVS XLIII.

Ad idem argumentum pertinet.

Iudica me deus & litiga pro me contra gentem non sanctam, a uiro doloso & iniquo libera me. Quoniam tu es deus fortitudinis meae, quare me repellis? quare tristis incedo dum affligit me inimicus? Emitte lucem tuam et ueritatem tuam ut me deducant & peruenire faciant ad montem sanctum tuum, & ad habitaculum tuum. Ut ingrediar ad altare dei, ad deum laetitiae et exultationis meae, & gratias tibi deus agam cithara, qui es deus meus. Quare tristis es anima mea et tumultuaris intra me? expecta deum, quia futurum est ut gratias agam ei quod sua facie me saluat & quod est deus meus.

a Verbo dei optat consolationem.

PSALMVS XLIIII.

Titulus, Eruditio filiorum Korah ad praecinendum.

Populus dei non suis uiribus aut sua iustitia fidit sed deo, non suam sed dei causam tuetur, ideo a mundo ipso persecutionem patitur. Quare inquit o deus qui nunquam tuos deseruisti nunc nos deseris, & exaltas aduersarios, &c. Atque hic uidetur infirmitas carnis in sanctis nonnihil obmurmurantis iudicij dei.

Deus auribus nostris audiuimus, patres nostri narrauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum olim. Tu manu tua gentes extirpasti, uos autem inserviisti, contriuiisti po-

pulos, illos autem dilatasti. Non enim per gladium suum possederunt terram, nec brachium suum saluauit eos, sed dextera tua et brachium tuum^a et lumen uultus tui, quoniam bene uoluisti eis. Tu deus rex meus es, qui promittis salutē Iacob. Per te inimicos nostros prosterneamus, in nomine tuo supplantabimus insurgentes aduersum nos. Non enim propter arcum meum confido, & gladius meus non saluat me. Sed tu saluas nos ab inimicis nostris, et confundis eos qui nos oderunt. De deo gloriabimur iugiter, et nomini tuo gratias agemus in æternum. Sela. Quare ergo nūc repellis et confundis nos, nec egredieris cum exercitibus nostris? Cogis nos terga prebere hosti, et prædantur nostra qui oderūt nos. Ut oues deuorari facis nos, & dispergis nos inter gentes.^b Vendis populum tuum nulla pecunia, & nullā præcium inde accipis. Efficis nos opprobrium uicinis nostris, subannationem et ludibrium iis^c qui circum nos sunt. Fecisti nos fabulam gentibus, motu capite irrident nos populi. Assidue cōtumelia mihi uersatur ab oculis, & pudor occupat mihi faciem totam. Propter uocem exprobrantis & cōtumelia afficientis, quia uideo coram inimicum et ultorem.^c Hæc omnia uenerūt super nos, nec tamen oblitus sumus tui, nec perfide egimus cōtra pactum tuū. Non recessit cor nostrum nec declinarunt gressus nostri, a nia tua. Ut nos ita conteras in loco^d draconum, & cooperias

cooperias nos tenebris horrendis. Si oblitus essemus
 nominis dei nostri, aut expandissemus manus no-
 stras ad deū alienū. Hoc certe deus requireret, nūc
 autē ipse nonit abscondita cordis. Propter te enim
 occidimur assidue, & estimati sumus sicut oues desti-
 natæ mactationi. Excitare domine, quare dormis
 enigila, et ne repellas nos ita perpetuo. Quare faciē
 tuam abscondis, oblitus afflictionis nostræ et op-
 pressionis nostræ: Quoniam depressa est ad terrā
 anima nostra, adhæret terræ uenter noster. Exurge
 adiuua nos, et libera nos propter misericordiā tuā.

a Id est, serena facies tua, hoc est, suor & gratia. *b* Vili
 estimamur, ut res nihili. *c* Quia pij uerbo dei adherent contra
 traditiones humanas & fictos dei cultus, ideo patiuntur ab impijs.
d Draconum. Id est, uenenosorum tyrannorum. Et tenebras dicit
 tribulationem more Hebræo. *e* Non propter nos. Tuū enim uer-
 bum persequuntur in nobis. *f* Prostrati sumus ad terram.

P S A L M V S XLV.

Titulus, Epithalamium & eruditio filiorum Korah de
 rosis ad præcinendum.

Ros hic sunt rex sponsus & regina sponsa cum pompa eorum. Nuptie
 hic sunt spirituales & eruditio latissima de Christo & ecclesia, supra cru-
 ditionem & intellectum humanum etiam regum etiam sacerdotum, etiam
 philosophorum. Innumeris ergo consolationibus hic psalmus nobis plenus
 est de Euangelio & regno Christi.

Meditatur cor meum uerbum bonum, psal-
 lo de rege quod feci carmen. Lingua mea
 est calamus scribæ peritissime scribentis.
b Speciosior es forma inter filios hominum, gratiosa

sunt labia tua. propterea benedicit tibi deus in æter-
 num. Accinge gladium tuum foemori tuo o fortissi-
 me, ornatus laude et decore. Sis felix in decore tuo,
 procede propter ueritatem, ut afflictos iustifices,
 & præstabit mirabilia dextera tua. Sagittæ tuæ sunt
 acutæ, ut populi coram te cadant^a in medio inimico-
 rum regis. ^c Sedes tua deus perpetua & æterna est,
 sceptrum regni tui est sceptrum rectitudinis. Iusti-
 tiam diligis et odio habes impietatē, propterea un-
 xit te deus tuus oleo læticiæ præ confortibus tuis.
 Myrrhā et aloē & casiam spirant omnia uestimen-
 ta tua, cum incedis ex palatijs eburneis in magnifi-
 centia tua. Filix regum incedunt in ornatu tuo astat
 sponsa ad dexterā tuam ornata auro optimo.^s Audi
 filia uide et inclina aurem tuā, obliuiscere populi tui
 & domus patris tui. Et placebit regi decor tuus, quo-
 niam ipse est dominus tuus, eum adorabis.^h Et filia
 Tyri muneribus aderit, diuites plebis coram te de-
 precabuntur. Tota gloriosa est intus filia regis, au-
 reo induta uestita. Vestibus uariiegatis per ducitur
 ad regem, et sociæ eius uirgines sequentes eam af-
 feruntur tibi. Afferuntur cum læticia et exultatione,
 et ingrediuntur in palatium regis.ⁱ In locū patrum
 tuorum succedent filij tui, quos cōstitues principes
 super omnem terram.^k Memor ero nominis tui in o-
 mni generatione et generatione, ideo gratias agent
 tibi populi perpetuo et in æternum.

a Non uulgare cano carmen, sed de summo magistratu et regno gratie. b Non talis est Moses & lex, nos omnes deformes sumus, per Christi labia benedicendi. Psal. 21. d Dominare in medio inimicorum tuorum, uelint nolint. e In regno Christi rectificamur & iustificamur. f Hypocrisis pulchra est sed foetet, uirtutibus autem Christi & donis spiritus sancti ut uestimentis sumus bonus odor Christi. g Hic uerbum & fides nobis mandatur, nulli patres hic audiendi sunt aut consilia contra uerbum Christi. Abrogatio hic est legis & ueteris populi, alluditur uero ad legem coniugij. Relinquet homo patrem & matrem, &c. h Filia Tyri] Id est, gentes sua offerent ecclesie, dabunt ministris Euangelij & pauperibus. Varij colores sunt uaria dona ecclesie ad edificationem data Ephe 4. Alios dedit apostolos. i In locum, &c.] Abrogat legem ueterem patrum, & statuit filiorum nouum regnum sub filio dei Psal. 2 k Memor, &c.] ut coepit carmen ita finit. Hic erit unicus dei cultus hunc celebrare regem. Abeat Moses, philosophia, traditiones, &c. Post hunc cultum erit finis mundi.

P S A L M U S XLVI.

Titulus Canticum filiorum Korah de iuuentute ad praecinendum. De iuuentute supra Psal. 9.

Gratiarum actio haec est populi fidelis, quod Ierusalem in medio gentium positam cum populo Iudeorum deus mirabiliter contra totum mundum defendit & suum uerbum ibi praedicari facit. Gentes totius mundi uocantur turbidum mare, populum autem illum & Ierusalem riuulum siue fonticulum dei iucundum. Illic omnia turbata sunt uel in conscientia, & necesse est tandem mare uel maximum exiccari, nisi non perierint potentes, tyranni, haeretici, regna insurgentia contra dei uerbum. Hic autem omnia tranquilla sunt in conscientia coram deo, & aquae Siloë uadunt cum silentio. Esa. 8. Dominus est doctor, adiutor, protector, nihil moratus omnia arma aduersario: uel qui sunt in toto mundo, utcumque praemant populum dei. Emanuel hic est. Ita & nunc iste psalmus noster est. Ecclesiam deus mirabiliter defendit & Christus dominatur in medio inimicorum, uiua scaturigine praedicationis Euangelij & donationis spiritus sancti, dum interim tyrannorum stultitia, papistarum blasphemia, sectariorum impietas, nobilium & rusticorum contemptus seuit, sed nihil efficit contra fonticulum istum contra spon-

sani regis æterni, quos tandem necesse est perire, quia oportet omnes inimicos fieri scabellum Christi, donec in futura resurrectione nouissimus hostis mors destruat.

Deus nostra fiducia est et fortitudo, adiutor in tribulationibus ualidis quæ nos occupauerunt. Propterea non timemus, etiã si subuertatur terra et præcipitentur montes in medium mare. Licet tumultuentur et strepitum edant aquæ maris, et præ tempestate eius cadant montes. Sela. Nam interim ciuitas dei cum fonticulis suis iucunda erit, ^a ubi sanctum habitaculum est altissimi. Deus est in medio eius, ideo ipsa immota cõsistet, deus adiuuat eam summo diluculo. Trepidant gentes, cadunt regna, dissoluit terra, ^b ubi ipse edidit uocẽ suã. Dominus Zebaoth nobiscum est, deus Iacob est protectio nostra. Sela. Venite et uidete opera domini, qui has desolationes effecit super terram. Compefcit bella per totum orbem, arcum confringit, lanceam comminuit, & currus comburit igni. ^c Silete et cognoscite quòd ego sum deus, glorificabor inter gentes & glorificabor super terram. Dñs Zebaoth nobiscũ est, deus Iacob est protectio nostra. Sela.

^a Ibi est uerbum dei & consolatio spiritus sancti est tonitru. Psal. 144. Tange montes, &c. Sic prædicatio reuelans nostram immunditiam omnia uasat & terret Promissio autem Euangelij irrigatio cœlestis est. ^b Vox ^c silete.] Id est, cessate à tumultu, &c.

PSALMVS XLVII.

Titulus, Psalmus filiorum Korah ad præcinendum.
Prophetia de Christo qui à morte glorificatus ascendit & prædicatus est.

est omnibus gentibus. Hic non strepitum armorum audis, sed plausum & Psalmodiam, id est, prædicationem Euangelij & confessionem & gratiarum actionem.

OMnes ^apopuli plaudite manibus, iubilate deo hilari uoce. Quoniam dominus altissimus terribilis est, rex magnus super omnem terram. Subijciat populos nobis, et plebes pedibus nostris. ^bEligit nos hæreditatem, gloriam Iacob quem diligit. Sela. Ascendit deus cum iubilo, & dominus cum clangore tube. Psallite, psallite deo, psallite, psallite regi nostro. Quonia deus est rex in omni terra, psallite ei ^cprudenter. Deus est rex super gentes, deus sedet super sedem sanctam suam. Principes populorum congregati sunt, ut sint populus dei Abraham, quoniam deus apud potentes terræ uehementer exaltatus est.

^a Et plebes & principes necesse est esse aliquos Christianos.

^b Fideles nunc sunt per Christum populus dei Abraham, gloria Iacob, id est, hæreditas dei, domini mundi. Rom. 4. Psal. 2. Siquidem Euangelium habent, &c. Nunc completum est quicquid patriarchis promissum est.

^c Prudenter.] Nempe ut prædicatione uerbum diligenter tractetis, & in eo perseueretis, non clametis confuse quicquid uisum fuerit ut præfracti prædicatores. Hic uidet etiam principes factos Christianos.

PSALMVS XLVIII.

Titulus, Psalmus cantici filiorum Korah.

Idem argumentum cum Psalmo 46. Sicut inquit audiuiimus, &c. Quem admodum domine promissisti habemus terram, ciuitatem sanctam, templum, que seruas intacta in medio gentium totius mundi insurgentium aduersum nos. Nos autem hic oramus ut deus Ecclesiam & Euangelium conseruet aduersus totum odium rannorum, sectariorum, diaboli, &c. quem admodum dominus promissit et præstat.

Magnus est dominus & ualde glorificatus
 in ciuitate dei nostri, in monte sancto suo.
 Mons Zion est ut speciosum germen un-
 de gaudeat tota terra, ad latera aquilonis sita est ciui-
 tas regis magni. Deus notus est in palatijs eius, &
 protector eius est. Quoniam ecce reges congrega-
 ti sunt, & simul prætergressi. Viderunt hoc et admi-
 rati sunt, cõturbati sunt et metu percussi, terror inua-
 lit eos ibi, & angustia ut parturientē. Vento Notō
 conteris naues maris. Sicut audiuimus, sic uidemus
 in ciuitate domini Zebaoth, in ciuitate dei nostri,
 deus sustentat eam in æternū. Expectamus deus mi-
 sericordiam tuā in medio templi tui. Ut nomen tuū
 deus ita et laus tua est ubique usque ad fines orbis,
 iustitia plena est dextera tua. Lætetur mons Zion
 & exultent filix Iuda, propter iura tua. Circundate
 Zion & amplectimini eam, numerate turres eius.
 Attendite ad murum eius, et exaltate palatia eius, ut
 hoc enarretur apud posteros. Quoniam hic deus.
 est deus noster perpetuo et in æternum, ipse deducit
 nos ut iuuentutem.

a. Ibi est eius uerbum & cultus ab ipso præscriptus, ibi inuocatur &
 exaudit, non fert hoc totus mundus, sed ipse terret & frangit exercitus, &
 terra & mari impugnantes sanctum dei populum, id est, credentes. Fru-
 stra sæpe reges quæsierunt malum Ierusalem. b. Non ite ad ex-
 celsa & altaria prohibita uerbo dei. c. Ut iuuentutem. Id est,
 uerbo per gratiam, quemadmodum parentes curant iuuentutem, non ut
 carnis ex per legem, coactionem, iugulationem.

PSALMVS XLIX.

Titulus, Psalmus filiorum Korah ad præcinendum.

Præfatio huius psalmi magna promittit & ualde attentum facit auditorem. Vna re tantum opus est, nempe ut habeamus deum placatum, alia omnia adijcientur nobis, mundus autem & optimi quique in mundo, hoc unum maxime contemnunt atque adeo ignorant, quæerunt autem mammona, gloriam, potentiam, uoluptates, per quæ pereunt, quæ ad redemptionem animæ qua indigent nihil ualent. Interim & dei cultores uideri uolunt, sed nemo sic odio habet ueram pietatem & dei cultores, neque minus bene facit indigentibus, &c. Consolatur itaque hic Psalmus nos & confirmat contra gratia habes uisum scandalum mundi quod impij, contemptores dei, inferni, omnium, quam in comflorent opibus, fauore, gloria, potentia, longitudine uitæ, nomine, familia, mentarijs, amicitia, totus eis arridet mundus, &c.

Audite hæc omnes populi, attendite omnes qui nunc uiuistis. Et plebei et principes, unam diues cum paupere. Os meum loquetur sapientiam, et cor meum intelligentiam. Audiemus parabolam, cantabo cithara paradigma meum. Cur timeam in tempore malo, quando iniquitas conculcantiæ me circumdat me. Qui confidunt in res suas, & gloriantur de multitudine diuitiarum suarum. Ne frater quidem aliquem redimere potest, aut dare deo unde placetur. Nam nimium requirit redemptio animæ eorum, ideo nihil efficiet in æternum. Licet diu uiuat et sepulchrum non uideat. Tamen uideri licebit quod tales Sapientes moriuntur, quemadmodum pereunt insipientes et stulti, et relinquent alijs diuitias suas. Sic agitur apud eos, domus quidem eorum perpetuo durant, habitacula eorum perstant, et ipsi nominis honore fruuntur super terram. Tamen non

Matth. 16.
Quid prodest
hominibus, &c.

permanent in tali honore, sed hinc excedunt ut iumenta. Hęc ipsorū uia est ipsissima stulticia, et tamē hanc posterī eorum ore suo cōmendant. Sela. In inferno iacent ut oues, mors depascit eos, sed iustici- to dominabuntur eis, et eorum fiducia peribit, in inferno manebunt.^h Deus autē redimet animam meam ex manu inferni, quia suscepit me. Sela. Ne itaque mireris cum diues fit homo, et magna fit gloria domus eius, nam cum interierit nihil sumet secum, neque sequetur eum gloria eius.ⁱ Interim beatum se dicit in hac sua uita, et commendat alios cum se bene curant. Atque ita sequuntur suos patres, et non uident lumen in æternum. Breuiter cum homo in honore est et nō habet intellectum, hinc excedit ut iumenta.

a *Præfatio prophetae*] Non est necessarium ut hæc legas in persona Christi.

b *Concio.* Timeant potius aduersarij mei, quibus non proderunt opes consilia, amicitia, &c.]

c *Licet,* &c. id est, seculum uiuat, non cogitet se moriturum.

d *Domus.* Id est, progenies, filij, familia, &c.

e *Non celebrantur,* non timentur ut antea.

f *Quia non habet uerbum dei,*

g *Deus non expectat diu*

ut liberet suos à tyrannide, & det pacem in loco ubi tyrannide premebatur, imò dat etiā gaudere in bonis & gloria eorum, sed carni nostræ deus uidetur diu expectare.

h *Deus autem,* &c.] Promissio est, habent illi sua, habeam ego deum propitium.

i *Interim,* &c.] *Psalmus*

144. *Beatum dixerunt,* &c.

PSALMVS L.

Titulus, *Psalmus Asaph.*

Psalmus est factus contra impios & obstinatos hypocritas, statuentes in iustitiam operum & damnantes iustitiam fidei. Lex in monte Sina data erumpit ex Ierusalem siue Zion per circuitū in omnes gentes ceu choruscatione & tonitru terrenis homines reuelatione peccati & aspectu iræ dei. Hic nota

fra iustitia est nihil cum sacrificijs & quicquid nos sumus aut possumus, tantum salus est si deus, tuus est deus, secundum primū praeceptū, hoc est, pactū dei: Ero deus tuus. Haec sunt uota tua tibi praestanda, haec est uera religio. Hypocritae autem qui sanctissimi esse uolunt sub nomine & uerbo dei pesti mi sunt, per haec sua quærentes, traditiones & fectos dei cultus cōmendantes, nihil obseruantes legis dei quam tamen maxime iactant. Itaque iudicium dei quod hic describitur fit prædicatione & reuelatione legis, qua omnia nostra condemnantur & hypocrisis perit. Discernuntur autem sancti dei qui seruant dei pactum ab hypocritis qui sacrificijs, id est, suis operibus confidunt. Hi sancti sunt populus Messiae. Hic Psalmus non tam de extremo iudicio est quam de prædicatione legis procedente ex Zion, qua deus iudicat omnem hypocrisin & facit cognoscere peccata ut & Psal. 97.

DEUS, dominus ille fortis loquitur, et uocat terram ab ortu solis usque ad occasum eius.
 2 Ex Zion splendere incipit pulcherrimus splendor dei. Venit deus noster et non silet, ignis deuorans præcedit coram eo, et circa ipsum est tempestas ualida. Aduocat coelum et terrā, ut iudicet populum suum. Congregate mihi sanctos meos, qui curant pactum meū plus quam sacrificium. Et annuntiabunt cœli iustitiam eius, quoniam deus iudex est. Sela. Audi popule mi, ego loquar, Israël ego tibi testificabor, ego deus, sum deus tuus. Non propter sacrificia tua arguo te, quando etiā holocausta tua sunt assidue corā me. Non accipiam ex domo tua taurū, aut ex caulis tuis hircos. Quoniam meę sunt omnes fere syluarū, pecudes in montibus, ubi millenę incedunt. Cognosco omnia uolatilia montiū, et quicquid animantiū in campis agit coram me est. Si esurirē non

tibi dicerem, meus est enim orbis terræ et quicquid
 in ipso est. Nunquid manducabo carnem taurorum, aut
 sanguinem hircorum potabor? Immola deo sacrifici-
 um laudis, et redde Altissimo uota tua. Et inuoca me
 in die tribulationis, tunc eruam te, et tu honorifica-
 bis me. Impio autem dicit deus, quare tu annuncias
 statuta mea, et nominare audes pactum meum ore tuo.
 Cum tamen oderis disciplinam, et retro abijcias uer-
 ba mea. Cum uides furem curris cum eo, et cum adul-
 teris communionem habes. Os tuum exundat malitia,
 et lingua tua concinnat dolum. Sedens loqueris ad-
 uersus fratrem tuum, & filio matris tuæ detrahis. Hæc
 facis et taceo, existimas quod ero tibi similis, arguam
 uero te, et statuam hæc ante faciem tuam. Intelligite hæc
 uos qui oblitiscimini dei, ne fiat quandoque ut rapiam
 et nemo eripiat. Sacrificans laudem honorat me, ibi
 est uia ut ostendam ei salutem dei.

Epiphonema.

a. Ibi est uerbum et cultus glorie dei. b. Iudicet, id est, regat, iu-
 uet, liberet à diabolo, hominibus, morte, peccatis. c. Pactum dei, quod
 ipse uult esse deus noster, uotum nostrum est quod ipsum habeamus deum nostrum
 & ipsi soli fidamus, ipsum inuocemus, predicemus, non cõfidamus iusticijs
 nostris. Hoc itaque uotum secundum pactum est fides, primo præcepto mandata.
 d. Immola, & c. Id est, crede me esse deum tuum, & hoc confitere.
 e. Ecce dei uerba habet impius & docet sed male. f. Nota impius
 non potest abstinere à malo opere, saltim uoluntate. g. Impij omnes exi-
 stimant deum probare que ipsi probant, eaque appellant spiritum, ex uerbum dei,
 iudicant deum damnare pios.

PSAL. LI.

Titulus, Psalmus Davidis ad præcinendum, quando propheta

Nathan uenit ad eum ubi ingressus fuerat ad Bathsaba.

In hoc egregio psalmo relinquere uoluit David populo ueram sapientiam
 & do

Et doctrinā de uera religione. Nostri multa dixerunt de peccatis, pœnitentia & gratia, quæ non intellexerunt. Non enim ita potuerūt docere de pœnitentia ut hic psalmus. Pœnitentiam operū tantū intellexerunt, dicentes: Peccatum committitur cogitatione, locutione, opere. Hic autē dicit: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, &c. Non intellecto peccato non intellexerunt gratiam, non intellecta gratia docebant opera, induc cucullū, curre ad sanctum Iacobū, &c. recolle oēs annos tuos in amaritudine animæ tuæ, &c. Nulla conscientia inde accepit consolationē, hinc uel præsumendum uel desperandū erat. Sit ergo psalmus de pœnitentia, sed de uera pœnitentiā, quæ est timor dei primū, deinde fiducia. Proponitur autē exemplū pœnitentiæ Dauidis, quemadmodū et Paulus de se dicit. Fui blasphemus, sed misericordiam consecutus sum, &c. Docet igitur quid sit peccatū, quæ peccati origo quā horribile damnū sit lapsus Adæ, Iudæ, quomodo consequamur remissionem peccatorū, non solū factorū, sed etiā in natura corrupta & in summis uiribus corporis & animi hærentium ut fiat noua lux, &c. In fine orat pro ecclesia ut iūres erat, ut adsit dominus Ierusalem & suū cubū conseruet. Oremus & nos ut deus suā ecclesiā ædificet uerbo Euangeliij, misis ad hoc bonis prædicatoribus, tunc et nos offerimus sacrificia iustitiæ, holocausta iustitiæ, oblatiōes iustitiæ, iuencos iustitiæ, id est, faciemus quisq; secundū uocationē suam quæ deus suo uerbo mandauit, & certo placebunt omnia nostra deo in iustitiā fidei.

Miserere^a mei deus, secundum misericordiā tuam. Et secundum multitudinā miserationum tuarū, dele peccatū meū. Multū laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.

^b Quoniam transgressiones meas ego cognosco, & peccatum meū coram me est iugiter. ^c Tibi soli peccaui, et malum corā te feci, ut iustus maneat in uerbis & irreprehensibilis cum iudicaris. Ecce ex semine immundo formatus sum, & in peccato concepit me mater mea. Ecce ueritatem diligis quæ est in occulto, & occultam sapientiā tuam manifestas mihi.

Expia me hyssopo ut munder, laua me ut plus quam
 nix albus fiam. Audire me fac gaudiū et lætitiā, ut
 exultent ossa quæ tu contriuiſti. Abſconde faciē tuā
 à peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. Cor
 mundū crea in me deus, et ſpiritū nouū^a ſtabilemquē
 da mihi. Ne proijcias me à faciē tua, & ſpiritum ſan-
 ctum tuum ne auferas à me. Redde mihi conſolatio-
 nem tua ſalute, et ſpiritus fortis ſuſtentet me. Docce-
 bo enim tranſgreſſores uias tuas, ut peccatores ad
 te conuertantur. Libera me à peccatis, quibus mors
 debetur o deus qui es deus meus et ſaluator meus,
 ut lingua mea laudet iuſtitiam tuam. Aperī domine
 labia mea, ut os meum annuntiet laudem tuam. Quo-
 niam nō delectaris ſacrificiō, alioqui darem, nec ho-
 locauſtum tibi placet. Sacrificia deo accepta ſunt ſpi-
 ritus contriſulatus, cor cōtriſulatum & confractū
 deus non deſpicies. Benefac Zion ſecundum gratiā
 tuam, ædifica muros Ieruſalem. Tunc accepta tibi
 erunt ſacrificia iuſtitix, holocauſta & oblationes,
 tunc offerent ſuper altare tuum iuuenços.

a Si noſti deus irāſcitur, noſſe debes & hoc inſr̄ à. Sacrificia deo, &c.
 alibi: Beneplacitum eſt domino ſuper timentes eū. *b* Lex me accuſat,
 premit peccatū, ſentio iram deī, &c. *c* Id eſt: Tibi ſoli ſum pecca-
 tor. Ne intelligatur ſolum actuale peccatū. Tibi ſoli tribuo iuſtitiam alijs o-
 mnibus non tribuo, ut ſint ueri ſermones tui quibus per oēs leges & pro-
 miſſiones gratiæ teſtatis nos eſſe peccatores et ipſiſſimū peccatū. Hanc ſen-
 tentiam iudicant & condemnant iuſticiarij, multa bona in ſe inueniētes, &
 rationem deprecantē ad optima, ſed tu domine uincis. Nō diligis hypocri-
 ſin, ſed ueritatē in occulto, id eſt, in corde et uerā. Alibi: In cuius ſpiritu nō
 eſt

est dolus. *ā* Stabilem uel certū, id est, qui spiritus certus sit in fide de salute per deū, nec dubitet aut uacillet propter diuersas opiniones, doctrinas, &c. Beatus qui ita certū et cōstantē in uerbo dei spiritū habet. Totus mundus insanit opinionibus, non manet in certo dei uerbo, & quisq; de spiritu gloriatur uel ecclesia. Spiritus autē fortis siue principalis aut regius, est spiritus animosus imperterritus, quē nisi deus dederit cedemus contra cōscientiā aduersarij ueritatis.

P S A L. LII.

Titulus, Eruditio Dauidis ad præcinen dū, quando Doeg Idumæus uenit & indicauit Sauli dicens: Venit Dauid in domum Abimelech.

Doeg interpretatur Sollicitus scilicet ad nocendum. Idumæus siue Edomita, id est ruffus, quia sanguinarius est. Tales sunt & hodie uiperæ nostræ solicii mendaci doctrina et homicidæ cōsilijs suis aduersus Euangeliū Christi. Nā pater eorū diabolus est mendax & homicida perpetuo, Ioan. 8. Contra istorū perfidiam & crudelitatem & principū tyrannidem cōsolatur nos hic psalmus dicens eos perituros, nos autem mansuros in domo dei, &c.

Quid gloriaris tyranne de^a iniuriā, misericordia dei ad huc præsto est assidue. Iniuriā cogitat lingua tua, & proscindit mendacijs, ut nouacula acuta. Loqui stude malum potius quā bonū, fallum magis quā uerū. Sela. Loqui stude quicquid ad damnū pertinet, lingua dolosa. Propterea deus^b destruet te funditus, et cōteret te, & euellet te de habitaculo tuo, & eradicabit te ex terra uiuentiū. Sela. Videbunt hoc iusti et timebunt, & eum ridebunt. Ecce uirū, qui non credidit deum fortitudinem suam, sed fidutiā habuit in multis diuitiis suas, et fortis erat ad faciendum iniurias. Ego autem ero in domo dei sicut oliua uiridis, confido enim in misericordiā dei perpetuo et in æternū. Gratias tibi ago in æternū, quia tu ita efficis, et expectabo nomen tuum, quia hoc placet coram sanctis tuis.

a Iniuria, ut noceas afflicto. *b* Destruet. Id est, aufert potentia
 & auctoritatem tuam. Conteret ut nihil fias. Euellet ex ecclesia & ex po-
 litia, ut nemo subueniat. Eradicabit, ut nullæ reliquæ, nulli posteri, nulli li-
 bri tui in memoria hominum & auctoritate supersint. Quatuor autē plagas
 dicit. Non habeat domum, res, locum in ciuitate, in regione.

P S A L M V S LIII.

Titulus, Eruditio Dauidis ad præcinendum alternatim: suprâ Psal. 14.

Dicit insipiens in corde suo, Deus nihil est.
 Perditus sunt et abominabiles studijs, nō est
 aliquis qui faciat bonū. Deus de cælo pro-
 spicit super filios hominū, ut uideat num sit aliquis
 intelligēs qui requirat deum. Omnes declinauerūt,
 inutiles simul sunt, non est aliquis qui faciat bonum,
 ne unus quidem. Nonne hoc cognoscere oporteat
 omnes operarios iniquitatis: qui comedunt popu-
 lum meū uentrīs suī causa, dominū autē nō inuocant.
 Ibi pauentes metuunt ubi non est metuendum, quo-
 niam deus dispergit ossa exactorum, tu confundis
 eos, deus enim cōtemnit eos. Utinam daretur ex Zi-
 on salus Israēl, et dominus solueret captiuitatem po-
 puli sui, tunc exultabit Iacob, lætabitur Israēl.

a Exactores sunt qui ui & legibus exigunt ab hominibus iustitiam, uo-
 lunt eos per opera iustos facere, quemadmodum duces in bello suos mili-
 tes cogere & ab eis exigere solent ut præstent sua opera.

P S A L M V S LIIII.

Titulus, Eruditio Dauidis ad præcinendum fidelibus, quando uene-
 runt Siphæi & dicebant sauli, Dauid abscondit se apud nos.

Patitur fidelis propter uerbum & in maximas uenit angustias. Petit
 ergo sui defensionem ardenti oratione, & ultionem contra tantam seuitiā
 & malitiam.

Deus

Deus^a per nomen tuū salua me, et per potentiam tuā iudica me. Deus audi orationem meam, attende ad uerba oris mei. Quoniā superbi insurgunt contra me, et homines sœui quæ^b *superbi supra* runt animam meam, et non proponunt deum in con- *psal. 19.* spectum suum. Sela. Ecce deus adiuuat me, et dominus sustentat animam meam.^b Retorquebit malitiā in aduersarios meos, per ueritatem tuā destrue eos. Tunc cum gaudio sacrificabo tibi, et gratias agam domine nomini tuo, quia gratiosum est. Quoniam ex omni tribulatione eripis me, ita ut uideat oculus meus unde gaudeat in hostibus meis.

^a Metuant, si possunt, has & similes ecclesie orationes aduersarij pietatis. ^b Verbum dei occidit & perdit aduersarios uerbi, 10 annis 12. Sermo quem dixi iudicabit eum in nouissimo die. Saul in Dauide persequebatur promissionem dei.

P S A L M V S LV.

Eruditio Dauidis ad præcinendum fidibus.

Fideles hic orant & maxime conqueruntur, cum imprecatione horrendæ damnationis cōtra impiissimos illos hypocritas, quibus plenus est mundus, qui norūt simulare et dissimulare omnia, et tamē odijs feruent & pessima quæq; habent in corde aduersus proximum. His multo meliores facit manifestos inimicos. Sed iudicium dei ut nunquam in tales ita ne nunc quidem dormitat.

Audi deus orationem meam, et ne auerferis preces meas. Attende ad me et exaudi me, miserere me trementem et eiulantem. Quia clamitat inimicus, et impius sœuit, quæerunt nocere mihi, & ualde oderunt me. Cor meū trepidat in me, et for-

mido mortis cecidit super me. Timor et tremor in-
 uaserunt me, et horror occupauit me. Dixi, utinam
 dentur mihi pennæ ut columbæ, ut auolem in locum
 tutior em. Ecce, ita procul hinc aufugerem, et mane-
 rem in solitudine. Sela. Festinarem euadere, à turbi-
 ne et tempestate. ^a Finde linguas eorum in dñe et perde
 eos, quoniam uideo iniuriam et contentiones in ci-
 uitate. Hęc illic intra muros circumeunt die ac nocte,
 intra ipsam ^b dolor est et labor. Iniuria regnat ibi, et
 non cessat in plateis eius mendacium et dolus. Si ini-
 micus meus malediceret mihi, tolerarẽ, et si magna
 iactaret qui me palam odio habet absconderem me
 ab eo. ^c Attu homo es confors meus, dux meus &
 notus meus. Mutuo simul et amice agebamus, et in
 domo dei ambulauimus unã. Mors subito occupa-
 bit eos, et de descendunt in infernũ uiuentes, quoniã
 mera malicia intus est in congregatione eorũ. Ego
 autem ad deũ clamabo, et domiuus saluabit me. Ve-
 sperẽ et mane & meridie cõquerar, & eiulabo, & au-
 diet uocẽ meã. Redimit animã meam à præliantibus
 contra me data pace, licet multi sint aduersarij mei.
 Audiet deus et humiliabit eos qui semper est. Sela.
^d quia non mutantur nec deum timent. ^e Quia inijci-
 unt manus suas in pacificos eius, & prophanant pa-
 ctum eius. Butyro mollius est os eorum, et tamen
 prælium est in animo eorum. Sermones eorum sunt
 oleo leniores, & tamen sunt gladij. Reijce in domi-
 num

num^f solitudinem tuam & ipse pro te curabit, & non sinet perpetuo turbari iustum. Tu autem deus illos precipitabis in profundam fonteam, sanguinarij et dolosi non peruenient ad dimidiū uitæ, at ego spero in te.

^a Ut seipfos confundant & destruant suis consilijs. ^b Dolor, &c. Id est, merita malicia qua seipfos & alios grauant. ^c Dolesticus proditor, periculum in falsis fratribus, nocentissimi hostes quos caue non licet, &c. ^d Obstinata malicia. ^e Optimos uiros persequuntur & infamant hereseos. ^f 1. Pet. 5. Omnem solitudinem. ^g Id est, quicquid statuunt in sua uita se acturos non peruenient.

PSALMVS LVI.

Titulus, Aureum Davidis de columba muta inter alienos, quando capiebant eum Philistiæi in Gath.

Id est, Dauidem oportebat tacere & mutum esse ut columbam, & non accusare saulem coram Palestinis, &c. Dauid licet fugiens saulem & eius complices tamen pro se habet uerbum & promissionem dei quo se consolatur, & certo scit se electum regem. saulem autem reprobatum. Si deus pro nobis est quis contra nos erit? Calumniantur hodie & persequantur nos aduersarij euangelij & scete opinionibus impijs ex ratione humana inflata, nos habemus certum uerbum dei, &c.

Miserere mei deus, quoniam^a demergit me homo, assidue impugnans^b coarctat me. Demergūt me inimici mei assidue, quoniam^c multi superbe belligerant aduersum me. Quando timor inuadit me spero in te. De dei uerbo gloriabor, in deum sperabo et non timebo, quid enim mihi faceret caro? Assidue uerba mea impugnant;

omnes cogitationes eorum sunt ut faciāt mihi malū. Conspirant et insidiantur, et^a obseruant calcaneum meum, ut comprehendant animā meam.^b Quicquid pessime faciūt bene habet, sed tu deus in ira hosce populos præcipita. Et numerā fugas meas, reponē lacrymas meas in utrem tuum, certè tu numeras. Tūc uertentur inimici mei in fugā, cum clamo experior quòd tu es deus meus. De dei uerbo gloriabor, domini uerbum erit gloriatio mea. In deum sperabo et non timebo, quid enim faceret mihi homo?^c Hęc uota deus uouit tibi, quòd tibi gratias agam. Propterea quòd eripuisti animā meam à morte, pedes meos à lapsu, ut ambulem coram deo in lumine^d uitæ tuum.

^a Demergit.] Metaphora ut Psal. 69. ^b Coarctat.] Id est, angustias cogit ne euadam. ^c Impiorum summa securitas. ^d Aurea scientia & consolatio certa. ^e Obseruant ut faciānt me cadere. ^f Quemadmodum & Christus dicit, qui interficit: os arbitrabitur se obsequium præstare deo. Qui nos oderunt optime habent apud tyrannos & hypocritas. Sed deus numerat lacrymas nostras, ut postea nos consoletur & iniustos perdat. ^g Vides hic uotas quemadmodū Psal. 22. uouet Christus. Narrabo, &c. ^h uiuentis sunt qui feliciter uiuunt, lumen est ipsa felicitas. Ut ambulem corā deo, id est, in uerbo & cultu dei, & bona conscientia, inter eos qui deo gratias agunt.

PSALMVS LVII.

Titulus, Aureum Dauidis ad præcinendum, ne periret cum fugeret metu Saulis in speluncam.

Penè ad idem argumentum pertinet, Nos hic conquerimur de nebulosis qui pios propter uerbum dei pessime in aulis apud tyrannos tradunt, sed incidunt in foueam suam. In fine addit hanc prophetiam. Saul nō

nult

nult me regnare sed perditū, sed ex me surget regnum in quo prædicabitur misericordia & ueritas dei omnibus gentibus per totū mundū, tantū abest ut Dauid non sit rex. Hoc in Christi filij Dauidis regno cōpletur, ubi & mirifica laus dei est Dauidis psalterium.

Miserere mei deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea, sub umbra alarum tuarum confido donec prætereat iniuria. Clamo ad deum altissimū, ad deum qui restituit me. Mittit de cœlo et saluat me ex opprobrio demergentis me, Sela, Deus mittit misericordiam suam. Cum anima mea iaceo in medio leonum, filij hominū sunt flammæ, dentes eorum sunt lanceæ & sagittæ, & lingua eorū gladius acutus. Exaltare super cœlos deus & super omnem terrā exaltetur gloria tua. Laqueum parant gressibus meis, et deprimūt animā meā, foderunt mihi foueam, sed ipsi cadunt in eam. Sela. Paratum est cor meū deus, paratum est cor meum ad cantandum & psallendum. Euigila gloria mea, euigila psalterium et cithara, diluculo euigilabo. Gratias tibi agā domine inter populos, psal am tibi inter nationes. Quia misericordia tua ubiq; est quā *Gloria mea* late patet cœlum, & ueritas tua ubiq; uidentur *supra. Psal 16.* nubes. Exaltare super cœlos deus, & super omnem terram exaltetur gloria tua.

^a Ut ubique magnificetur misericordia tua qua bene facis tuis, & ueritas tua qua præstas quæ promisti, ne perpetuo impune impij irideant pietatem, dum glorie sue & uentri seruiunt.

PSALMVS LVIII.

Titulus, Aureum Dauidis ad præcinendum, ne periret.

D d d

Psalmus consolatorius aduersus illos induratos hereticos & phanaticos spiritus qui errores suos pertinaciter defendunt, qui obturantes aures suas, cæci & quasi attoniti neminem audiunt & horribila pijs minitantur, ut nostro tempore Thomas Monetarius fecit, sed irritus eorum conatus, incandis hic similitudinibus describitur, utcumq; ad tempus nos premant.

NVnquid muti estis ut non loquamini quod iustum est, & iudicetis quod æquum est, uos filij hominum? ^a Etiam ex malitia facitis quod iniustum est, & pergitis manibus uestris facere iniuriã. Peruersi sunt impij ^b ab utero matris suæ, errant ab utero matris suæ mendaces. Furor eorum est ut furor serpentis, ut aspidis surdæ quæ obturat aures suas. Ne audiat uocem uenefici, et incantatoris optime incantantis. Deus cõtere dentes eorum in ore ipsorum, confringe domine molares catulorum leonũ. ^c Disfluent ut aqua quæ præterfluit, dirigunt sagittas suas, sed ipsæ franguntur. Contabescentes pereunt ut cochlea, ut abortiuum mulieris non uident solem. Priusquam crescant spinæ uestræ in rhamnum, ira florentes rapiet uos. Lætabitur iustus cum uiderit hanc uindictam, & lauabit pedes suos ^d in sanguine impij. Ut dicat unusquisq; certe fructus est iusto, certe deus ad huc est iudex super terram.

^a Non ex errore tantũ, id quod in Hebræo est: In corde uel ex corde.

^b Ab utero, id est, natura sunt peruersi, nec à sua mala natura recedere possunt iudicio dei, cõtemnunt enim omnem incantationẽ uerbi dei donec pereunt cũ multis.

^c Primo. Inundatio quæ uidebatur omnia subuersura præterfluit & deficit, Expecta uidebis. Secundo, Conatus eorum irriti

irriti erunt. Tertio, Cochlea sunt, quæ cornibus minatur, sed mollicula sunt, & ipsa inter rependum colliquescit. Quarto, Vterum premūt ut abortiuū, sed parturiunt montes, nascetur ridiculus mu. Quinto, Cum spina matu-
rescit in rhamnum, agricola succidit eā, quæ uidebatur laceratura multos.
Sic antequā uix medio itinere perueniant quò uolunt ira dei absomet eos,
saluatis iustis. d In sanguine, &c.] Id est, uindicta erit maior
quàm aliquis desiderare possit, ut pro una guttula sanguinis quæ desidera-
ri possit, ita natate posses in sanguine.

P S A L M V S L I X.

Titulus, Aurcum Davidis, ne periret, quum misit Saul qui
obseruarent domum eius ut occideret eum.

Spiritus Christi horrendum iudicium prædicit Iudeis quòd Euangeliū
abnegauerint in exemplum alijs. Exules nunc sunt, uagi inter gentes, per-
cussi cecitate, furore & amentia, nihil docent aut loquuntur quàm blasphe-
mias in Christum. Ut famelici canes circumeunt ciuitatem, quærentes cibū
& tamen nō inuenientes, ita ipsi ad uesperam siue in fine mundi post eta-
tem apostolorū deferentur, exules & extorres passim uagabuntur sub alie-
nis & durissimis imperijs, de una terra in aliam, angulum quærentes ubi
rursum reliquias regni aut ducē inueniant sed frustra, non enim saturabun-
tur, sed usq; ad finem mundi durabunt sine duce, sine regno, sine sacerdo-
tio, & detrudentur in infernū. Secundum historiā etiam psalmus est Dau-
dis orantis & prophetatis contra reliquias Saulis, qui amisso rege suo ex-
terminati sunt, & errabant instar hiantium canum, ut possent contra Da-
uidem resitui, donec funditus perirent.

ERipe me ab inimicis meis Deus meus, & ab
insurgentibus in me protege me. Eripe me ab
operarijs iniquitatis, et à uiris sanguinum sal-
ua me. Quia ecce domine ipsi insidiant animæ meæ
congregantur contra me fortes, sine mea culpa aut
peccato. Nam sine mea culpa currūt et accinguntur,
excitare in occursum meū et aspice. Tu domine deus

Zebaoth deus Israël enigila, et uisita omnes gentes,
^a non miseraris eis qui sunt in malitia obdurati. Sela.
 Ad uesperam uicissim ipsi ululent ut canes, et circumeant
 in ciuitate. Ecce colloquuntur simul, gladij sunt
 in labijs eorum,^b quis audiret? Sed tu domine deridebis
 eos, et subsannabis omnes gentes. Cum fortiores me sunt
 ad te respicio, quia deus est protectio mea. Deus præstat
 abunde mihi misericordiam suam. deus efficit ut uideam
 quod delectet in hostibus meis. Ne occidas eos, ne huius
 obliuiscatur populus meus, sed disperge eos fortitudine
 tua domine scutum nostrum, et præcipita eos. Doctrina eorum
 nihil aliud quam peccatum est,^c & perdurant in superbia sua,
 & prædicant nihil aliud quam blasphemias et contradictionem.
 Dele eos in ira, dele eos ut nihil sint, & cognoscant
 quod deus dominator est in iacob usque ad fines terræ.
 Sela. Ad uesperam uicissim ipsi ululent ut canes, et
 circumeant in ciuitate. Discurrat ut comedant, ululent
 cum non fuerint saturati. Ego autem cantabo fortitudinem
 tuam,^d & mane gloriabor de misericordia tua, quia tu es
 protectio et refugium meum in tribulatione mea. Tibi psallam
 o fidutiam meam, quia tu deus es protectio mea, et es mihi
 clemens deus.

a Id est, non placeat tibi impius eorum conatus, sed irritum fac.

b Quis audiret? Sic agunt quasi nullus sit deus qui audiat ne cogitent
 quidem quandoque malitiam suam reuelandam. *c* Pergunt in sua
 presumptione. *d* Non expectabo ad uesperam, deus cito succur-

ret, & omnia erunt prospera, non esuriam, &c.

PSALMVS LX.

Titulus, Aureum Davidis ad præcincendum, ad docendum de aurea rosa, quando bellū gesserat contra Syrios Mesopotamie, & contra Syrios Zoba, quando Ioab reuersus percussit duodecim milia Idumæorum in ualle salis.

Aurea Rosa est monile factum instar rosæ, quo nomine hic appellat suū regnum quod diuinū & à deo datum monile est. Tempore Saulis & politia & religio male habebant, & signum illud salutis arca foederis antea à Philistæis captum, nunc autem à tempore Saulis neglectū erat, 1. Par. 13. Gratias itaq; agit Dauid quòd nunc religio reflorescit, arca in homine est, ibi exaudiuntur inuocantes secundum dei promissionem, ibi loquitur deus, id est, dei uerbum & cultus ibi prædicatur & est, & regnum optime habet, subiectis sibi terris quas patribus promiserat deus. Omnia diuina & humana bene habent, sed nihil arrogandum docet nostris uiribus, quæ sanctissima sententia est. Nos etiam per hunc psalmum gratias agimus, quòd erecto signo & propiciatorio Christo dilatat deus ecclesiam in gentes sola misericordia, uide infra à Psal. 108.

DEus qui nos iratus repulisti et dispersisti, reuertere ad nos. ^a Qui commouisti et hiare fecisti terrā, refice fissuras eius quæ ex commotione male habet. Ostendisti populo tuo dura, potastinos ^b uino unde uacillamus. Attramen dedisti metuentibus te signum, quod erigentes tuti essent. Sela. Ut liberentur dilecti tui, salua dextera tua & exaudi me. ^c Deus loquitur in sanctuario suo unde exulto, partibor Sichein, uallem Suchoth dimetiar. Mea est Gilead, meus est Manasse, Ephraim est fortitudo capitis mei, Iuda est ^d princeps meus. Moab est ^e olla ablationis mihi, super Edom proferam calcem meum, Philistæa iubilat ad me. Quis deducet me in aliquam ^f ciuitatem munitā? quis deducet me

in aliquam^f ciuitatem munitā: quis deducet me usq[ue]
in Edom: Nonne tu deus, qui repellis nos, nec egre
deris deus in in fidutiā nostrorum exercituum: Da
nobis auxiliū in tribulatione, quia uana est salus
quæ expectatur ab homine. Per deū designabimus
fortia, ipse conculcabit inimicos nostros.

a Allusio ad terræ motum. *b* Non uino quod latificat cor hominis, sed amarissimo potu quemadmodum & Christus & prophetae calicem uocant, &c. *c* Deus loquitur, &c.] Felix & nimium felix rex uel princeps qui exultat, quod in regno suo è loco sancto deus loquitur, id est, quod ibi sincere uerbum dei & Euangelium Christi prædicatur. Ibi enim uerè in Christo propiciatorio habitat exaudiens deus. *d* Princeps.] Id est, in Iuda est stirps regia secundum promissionem. *e* Olla, &c.] Id est: Moabitæ etiam sunt subditi mei. *f* Ciuitatem munitā uocat quicquid securum est & securum facit, supra Psal. 31. *g* Nec egre deris, &c.] Non nostra sed tua uirtute facis quicquid facis pro nobis.

PSALMVS LXI.

Titulus, Psalmus Davidis ad præcinendum fidibus.

Psalmus contra hostes populi dei pro magistratibus & rege ut timore dei & fide crescant & omnia agant, ne Resp. dissipetur seditionibus & bellis. Omnes mutationes in Rebus sunt periculose. Deus ergo inuocandus est pro conseruatione politiarum, ut & pro ecclesia, &c.

AVdi deus clamorē meum, attende ad deprecationem meam. Hic infra super terram clamo ad te quando anxiū est cor meum, deduc me super petram excellam. Quia tu es fiducia mea turris fortis contra hostem. Habitabo in tabernaculo tuo in æternum, et confidam sub uelamento alarū tuarū.

marū. Sela. Quoniam tu deus audis uota mea, et ab-
unde ditas eos qui timent nomen tuum. Tribuis re-
gilongam uitam, annos perpetuo durantes. Ut sede *Sedeat, id est,*
at perpetuo coram deo, misericordiam et ueritatem *regnet.*
ostende ei, quæ seruent eum. Sic fiet ut cantem no-
men tuū in æternū, ut per solū uota mea quotidie.

a Vota, nempe quod te laudo & inuoco, ut deum, id quod uouemus deo primo præcepto, ut & in ultimo uerſu uides.

PSALMVS LXII.

Titulus, Psalmus Davidis ad præcinendum pro Ieduthun.

*Idithun solemus legere, uide in commentarijs Psal. 38. qui est 39. Egre-
gia fidei commendatio aduersus omnes casus, & extenuatio fiducia in ho-
mines quod plane uanitas & nihil est. Stultissimi sunt qui confidunt prin-
cipibus & opibus & hac fiducia nocent hominibus.*

A Nima^a mea tantum patienter expectat deū,
qui me saluat. Quia ipse est fiducia mea, salus
mea, protectio mea, ut nō præcipitet me ma-
lum quantumcunq; magnum. Quousque uos omnes
insidijs petitis unum ut occidatis, ^b quemadmodum
paries minitans ruīnam, et murus diruptus? Tantū
in animo habent i' lū deijcere, studēt mendacio, ore
benedicunt, corde autē maledicūt. Sela. ^c Sed anima
mea tantū patienter expectat deū, quoniam ipse est
spes mea. Ipse est fiducia mea, salus mea, protectio
mea ut nō cadā. Apud deū est salus mea, gloria mea,
qui est petra fortitudinis meæ. Fiducia mea est in
deum. ^d Sperate in eum uos populi omni tempore,
effundite coram eo corda uestra deus est fiducia no-

stra. Sela. Homines autem sunt uanitas, quin et precipui uiri frustrantur, simul ipsi omnes si ponderentur sunt ipsa uanitate uaniores. Nolite itaque sperare in rapinam et iniuriam, nolite adherere uanitati, diuitizari affluant, nolite cor eis affigere. Vnum locus est deus quod sæpe audiui, quod solus deus potens est. Et quod tu domine misericors es, ideo red-
dis unicuique secundum opera sua.

a Permittit interim deus omnia & expectat auxiliũ. *b* Qui subito opprimit incautos. *c* Confidere in homines etiã potentes & maximos nihil est tandem nisi uanitas. *d* Illi orando proponite omnia uestra etiã secretas necessitates & desideria, omnem sollicitudinem uestram projicientes in eum. *e* Opus iusti est quod confidit in deũ, ut in hoc Psalmo uides, is sine dubio ab impiorũ operibus & nequitijs absinebit. Opus autem iniustorum est quod persequuntur & oderunt iustũ. Propter ista opera hos deus deiciet per suam potentiam, & illum exaltabit per suam misericordiam.

PSALMVS LXIII.

Titulus. Psalmus Dauidis quando erat in deserto Iudæ.

Dauid profugus propter Saulem & Saulitas agit in deserto, suspirans ualde ad deum, id est, cupiens esse illic ubi prædicatur & colitur deus in loco à deo electo, & prophetat contra hostes, seq; regem pronuntiat uelint, nolint, propter dei promissionem. Hoc psalmo uti possunt hodie qui sub tyrannide pressi non possunt in eò ubi prædicatur Euangelium & ministrantur Christi sacramenta. Confidant in deum, donec pro Saule detur aliquis Dauid.

DEUS tu es deus meus, ^a mane euigilo ad te, sit te anima mea, caro mea desiderat te in terra deserta et arida ubi non est aqua. Ibi respicio ad te habitantem in sanctuario tuo, ^b uidere cupiens

piens fortitudinem tuam et gloriam tuam. Quia melior est misericordia tua quam uita, labia mea laudant te. Ibi utinam laudarem te per omnem uitam meam, et leuarem manus meas in nomine tuo. Hæc esset dulcedo et delitiæ animæ meæ, cum te laudarem exultantibus labijs. Cum cubo memor sum tui, cum euigilo loquor de te. Quia tu es adiutor meus, et gloriosus sub umbra alarum tuarum. Tibi adhæret anima mea, dextera tua sustentat me. Ipsi uero ut obruant quærent animam meam, sed descendunt sub terrã. Ruent in gladium, cibus uulpium erunt. Rex autem gaudet de deo, per quem quisquis iurat laudabitur, quia obrurabitur os loquentium mendacium.

a Mane cum surgo & uespero cum cubito eo, &c. etiam ad literam ut uocant, uide psal. 5. *b* Vbi tu fortis es & deus adoraris & glorificaris, id est, in loco cultus dei uellem esse. *c* Id est, in foueam uel mortem. Alij insepulti iacubunt & à seris lacerabuntur. *d* Iura per deum, id est, constanter adhere dei ueritati, mendaces peribunt.

PSALMVS LXIIII.

Titulus, Psalmus Davidis ad præcinendum.

Contra nimiam diaboli malitiam orat, & contra perfidiam mundi etiã domesticorum, contra uirulentos detractores qui sunt in aula, quemadmodum & hodie tales agunt contra ueritatis professores. Sed Saul, Absalon, Achitophel, Doeg, &c. perierunt, peribunt & isti, nam & iam dudum suis conatibus sibijpsis malum cecarunt. Perge deus, quia ipsi pergere non desinunt.

A Vdi deus uocem meam quia conqueror, à terribili inimico custodi uitam meã. Absconde me à congregatione prauorum, à multitudine operariorum iniquitatis. Qui acciunt linguas

suas ut gladium dirigunt uirulenta uerba sua ceu sagittas. Ut occulte sagittent integrum, subito iaculantur in eum nihil timentes. Audaces sunt malis suis conatibus, consultant quemadmodum laqueos ponant, & dicunt, quis uidebit eos? Excogitant nocendi modos et celant, astutissimi sunt corde profundo. Sed subito sagittabit eos deus, & sentient plagam suam. Ipsorum lingua præcipitabit eos, ut irideat quisquis uiderit eos. Omnes homines quot uiderint dicent, opus dei est hoc, et intelligent esse opus eius. Letabitur iustus de domino et confidet in eum, & gloriabuntur inde omnes qui recto sunt corde.

a Occulte, id est, bona specie, ne dicantur tyranni uel homicide, sed iuste & ad honorem dei uideantur facere quasi contra hæreticos & seditioniosos, cum tamen agant contra innocentes, &c.

P S A L M V S LXV.

Titulus, Psalmi cantici Davidis ad præcinendum.

Gratiarum actio quod deus dat suum uerbum & prædicatores bonos conseruat religionem & uerum dei cultum, dat bonas politas & pacem, custodit à seditionibus & bellis, quibus omnia pessime habent & diuina & humana, dat tempora frugifera, & omnia adijcit nobis. Mundus hæc dei beneficia non agnoscit, uerbum & uerum dei cultum odio habet, sua figmenta sequitur, sectarij nouas doctrinas querunt. Nobiles & potentes doctrina hodie Euangelij abutuntur, & pacem & bona que dat deus iudicant suis cupiditatibus dari ut sint Sodoma & Gomorra, &c. In commentarijs hæc exposui, ut quedam alia, tantum de spiritualibus, sed uideo etiam pacem, bonam politiam, panem quotidianum esse dona dei de quibus summas gratias deo agamus ut prophetæ faciunt.

Tu lauda

T V laudaris deus in Zion^a dum pax est, red-
ditur uotū. Audis preces, ideo ad te omnis
caro uenit. Iniquitates nostrę grauat nos,
sed tu propicius sis peccatis nostris. Beatus ille est *Religio.*
quem tu eligis et tibi assumis ut habitet in atrijs tuis
^b satiabimur bonitate domus tuę sancti templi tui.
Exaudi nos deus salutis nostrę admirabili iustitia,
qui es fiducia usq; ad extrema terrę et ad mare lon-
ge habitantium. Stabiliēs^c montes tua uirtute, ^d ac *Politia.*
cinctus potentia. Compescens tempestatem maris;
fremitum fluctuum eius, & tumultum populorum.
Ut timeāt in illis extremis habitantes à^e signis tuis,
tu exhilaras quicquid mouetur mane & uesperis. Vi-
sitas terram et irrigas eam, et uarie ditas eam, *Oeconomia.*
fonti-
culus dei abundat aquis, provenire facis frumentū
eorum, ita enim curas terram. Sulcos eius inebrias,
arata eius humectas, imbribus mollem reddis eam;
germini eius benedicis. & Coronas annū bonis tuis,
& uestigia tua stillant pinguedine. Etiam habitacula
deserti pinguedine stillant, et cęlles circumquaque
laxi sunt. Pascua operiuntur gregibus, et ualles ab-
undant frumento, iubilatur et cantillatur.

a Heb. Silentio, id est, quando omnia in pace per deum agunt, tunc
predicatur, deus colitur, artes, honestas & politia florent, agricultura cu-
ratur, &c. Item silentio uel pace, quando in aduersis nō murmuramus con-
tra deum, &c. *b* Vbi dei ue: bū est & eius beneficia agnoscuntur.

c Montes enim sunt reges potentes, regna, urbes, &c.

d Accinctus ut perpetuo benefacias quę admodū potes & defendas.

e Signa & mera miracula sunt quando deus dat pacē, prohibet tur-

bas, tūc monetur & homines et pecora in pace, agunt mane et uespere ubi uolunt, id quod in bello nō licet. **f** Fonticulus dei est terra & populus dei, P sal. 46. uel potius cuiusq; domus. **g** Coronas, &c. In finita uarietas est graminis & herbarū, odorū uerno tempore, messis habet frumentū, sequuntur fructus arborū & uindemia, &c. Hęc est iucunda distima anni corona. **h** Vestigia, &c. Id est, ubi deus uadit sine dextera adest ibi omnia bene proueniunt.

PSALMVS LXVI.

Titulus, Canticum psalmi ad præcinendum.

Ut per mare rubrum à tremenda crudelitate Pharaonis ita sepe deus populum suum liberauit, ut in libris Iudicum & Regum legis, quemadmodum & hodie ecclesiam maxime uexatam. Itaque horum beneficiorum est hic generalis gratiarum actio.

Iubilate deo omnes regiones, psallite ad gloriā nomini eius, cum gloria laudate eū. Dicite deo, quā admiranda sunt opera tua, frustra buntur per te inimici tui præ magnitudine potentix tuæ. Omnis terra adoret te & psallat tibi, psallat nomini tuo. Sela. Venite et uidete opera dei qui opere admirabilis est inter filios hominum. Conuertit mare in^b aridam, per flumen transitur pedibus, propter hoc lætamur de ipso. Ipse dominatur sua potentia in æternum, oculi eius obseruant populos, desertores dei non exaltabuntur per semetipsos. Sela. Vos populi benedicite deo nostro & proclamate laudem eius. Qui conseruat animā nostram in uita, nec permittit uacillare pedes nostros. Quoniam probasti nos deus, examinasti nos ut argentū in igne. Induxisti nos in obsidionem, imposuisti onus super lumbos nostros. Inuexisti homines super caput nostrū perueni.

peruenimus in ignem et in aquam, et tu eduxisti nos in refrigeriū. Idcirco ingrediar in domum tuā cum holocaustis, et persoluam tibi uota mea. Quæ promiserunt labia mea, & locutus sum ore meo in tribulatione mea. Holocausta pinguiā offeram tibi incensis arietibus, offeram boues cum hircis. Sela. Venite, audite omnes qui timetis deum, narrabo quanta fecerit animæ meæ. Ad ipsum ore meo clamaui, & glorificaui eum lingua mea. ° Iniusti conatus si mihi conscius essem, non audiret dñs. Ideo audit deus, & attendit uoci orationis meæ. Benedictus sit deus, qui non reijcit orationem meam, et misericordiam suam à me.

a Irriti erunt conatus contra deum licet aduersarij sint potentissimi.

b Aridam substantiue, ut Gen. 1. Notum est miraculum maris rubri, & quòd transierint per Iordanem. Ita nihil tandem obstat pijs siue ignis, siue aqua, sed liberantur per deum, desertores autem utcunque exaltentur tamen non efficiunt quod uolunt. c Non exaltabuntur.] Id est, non uincunt ut maxime hoc conentur. d Omnis tribulatio hic significatur & uarij generis. Ineptissimi autem theologi hinc suum illud uolunt defendere purgatorium animarum corpore exutarum. e Heb. Iniquitatem si uiderem in corde meo. Ego autem sic uolui reddere ut certissimam redderē sententiam. Nam iniquitatem uidere in corde, nihil aliud est quàm studere malis consilijs ut nequiter agas, tales non exaudiuntur, ut hoc die nostri papistæ sunt Satanae cum omnibus suis orationibus, quia student persequi & oderunt Euangelij confessores. Alibi. Oratio eius fiat in peccatum. Alioqui quis non est sibi conscius alicuius peccati antea facti?

PSALMVS LXVII.

Titulus, Psalmus cantici ad præcinendum fidibus.

Prophetia de regno Christi spirituali, in quo prædicabitur Euangelium & gloria dei siue gratia & remissio peccatorum, non in iudæa solum, sed

in oēs gentes, Lucæ ultimo. Non dicit quòd gentes circumcidentur & current Ierusalem ut profecti, sed manebunt gentes, & tamen laudabunt, &c.

Deus misereatur nostri & benedicat nobis. Illuminet uultum suum super nos. Sela. Ut cognoscamus in terra uiam^b eius, inter omnes gentes salutē eius. Gratias agant tibi populi deus, gratias agant tibi populi omnes. Lætentur et iubilent populi, quòd iudicas populos iuste, et populos in terra dirigis. Sela. Gratias agant tibi populi deus, gratias agant tibi populi omnes. Terra profert germen suum, benedicat nobis deus, deus noster. Benedicat nobis deus, et timeant eū omnes usque ad extrema mundi.

a Id est, latus & per gratiam appareat nobis. b Tuam, muta ui in eius, relicto Hebraismo. c Per Euangelium iudicat deus & damnat omnē Hypocrisin, & efficit ut gentes gratias agant pro misericordia & beneficio Christi. Hoc laudis sacrificium & uere gratū deo & summus dei cultus.

P S A L M V S LXVIII.

Titulus. Psalmus cantici Dauidis ad præcinendum.

Non uulgari poemate, sed singulari etiam phrasi hætenus non satis intellecta, propheta ualde alacer in spiritu omnia gesta regni Christi ordine prædicit & describit, nempe resurrectionem & ascensionem Christi, reuelationem spiritus sancti de cælo, emissionem apostolorum & Euangelij prædicatorum, regnum spirituale gratiæ & remissionis peccatorum, in quo Christus prædicabitur deus uerus, & liberator à morte. Tunc regnum & sacerdotium Iudeorum & omnis ille cultus legis abrogabitur, cum spirituale & nouum Christi regnum per Euangelium prædicatum uenerit, quod consistet non in uiribus humanis, non in multis milibus equitum & peditum, sed in ministerio & potentia uerbi. Ibi inquit dabit dominus uerbum Euangelizantibus uirtute multa, &c.

Exurgat

EXurgat^a deus, ut dissipentur inimici eius, & qui oderunt eum fugiant a facie eius. Sicut propellitur fumus propelle eos, sicut liquefit cera coram igne sic pereant impij aduentante deo. Iusti autem lætentur et exultent coram deo, et gaudio delectentur. Cantate deo, psallite nomini eius, ^bpreparate uiam ei qui aduehitur suauiter, dominus nomen eius est, exultate coram eo. Qui pater est orphanorum et iudex uiduorum, ipse est deus in habitaculo sancto suo. Deus, qui ^cex solitarijs familias facit, qui educit uinctos opportuno tempore, ^dsed desertores permanent in arido. Deus cum preibis populo tuo, et gradiebaris per solitudinem, Sela. Terra tremuit, et coeli sudauerunt propter presentiam huius dei Sinai, propter presentiam dei qui est deus Israel. Nunc aut pluiam uoluntate bona effundis o deus, & hereditatem tuam quæ arida est recreas. Ut animalia tua habitare possint in ea, tuis bonis pauperem consolaris deus. ^eDominus dat uerbum, et exercitum magnum Euangelistarum. Reges exercituum maxime foederantur, ^fet pulchritudo domus diuidit spolia. Cum castrametamini species est, quasi splendor alarum columbæ, quæ splendent ^gut argentum & aurum. Quando omnipotens distribuit ubique reges inter eos, tunc obscuritas erit serenissima. Mons dei est mons frugiferus, mons cumulatus & frugiferus. Cur exilitis uos montes cumulati? In

hoc monte deo beneplacitum est habitare, hic dominus habitabit perpetuo. Currus dei sunt multa millena milia, dominus est inter eos in sancto Sinai. Ascendisti in altum, captivam duxisti captiuitatem, accepisti dona pro hominibus, ^h etiã desertores, ita ut dominus deus ibidem habitet. Benedictus sit dominus quotidie, aggrauat quidem nos deus, sed saluat quoque. Sela. Deus noster est deus ad saluandum, & dominus qui dominus eripit à morte. Verum deus cõteret caput inimicorum suorum et ^l uerticem capilli, qui pergunt perpetuo in delictis suis. Hæc tamen dicit dominus, ^k Ex pinguibus adducã aliquos, adducam aliquos ex profundo mari. Ideo pes tuus tingetur sanguine inimicorum, & lambent ipsum canes tui. Videbitur deus quemadmodum incedas, quemadmodum tu deus meus et rex meus incedas in sanctuario. Præcedunt cantores, sequuntur instrumenta musica in medio iuencularum tympana pulsantium. In congregationibus benedicite deo domino propter ^l fontem Israël. Ibi dominatur inter eos Beniamin paruulus, principes Iuda cum cætu suo, principes Sebulon, principes Naphthali, Deus tuus cõstituit regnũ tuum, hoc deus confirma nobis quia opus tuum est. Propter templum tuum quod est in Ierusalem, offerent tibi reges munera. ^m Increpa bestiam quæ est in arundinetis, congregationem taurorum inter uitulos populos, cogen.

cogentem propter argentum ipse dissipat populos
 qui bella desiderāt. Venient principes ex Aegypto,
 Aethiopia extendet manus suas ad deum. Regna
 terræ cantate deo, psallite domino. Sela. Qui uehi-
 tur in caelis ubiq; ab initio, ecce dabitⁿ tonitruo suo
 vires. Date^o fortitudinē deo, magnificentia eius in
 Israël est, et fortitudo eius in nubibus. Mirabilis est
 deus in sanctuario suo, ipse est deus Israël, ipse dabit
 virtutē et fortitudinē populo, benedictus sit deus.

a Predicetur Euangelium in toto mundo dei icta per Christum mor-
 te & peccato, ita peribit regnum Satanæ, et agnosctur pater orphanorū.

b Non curru bellico, sed triumphali, nō ut Moses se à per gratiā, &c.

c Ex solitarijs, &c.] & in mundo ut uidemus, & in regno Christi.

d Iudæi et alij blasphematores Christi pluuiam & fecunditatem spiritus sancti è caelis non sentient, ideo peribunt.

e Id est apostoli & Euangelici predicatorum concorditer docentes, qui per Euangelium & uerbi ministerium perpetuo regnum diaboli, peccatum, mortem, infernum, omnem mundi iustitiam & sapientiam oppugnant: infra uocantur cantores & musici, quod prædicatione sanctificant perpetuo nomen domini in monte Christi, id est, ecclesia & in montanis eius, id est, particularibus ecclesijs, ubi deus habitat, & est regnum caelorum, et currus triumphalis dei. Interim reclamant & exiliunt montes cumulati, confisi sua gloria sed frustra.

f Pulchritudinem siue ornamentum domus, Hebræi uocant uxorem, maxima certa coniugij commendatione. Hic ecclesia sponsa Christi intelligitur.

g Ut argentum & aurum, id est, colore rubro & albo, quemadmodum exercitus uidetur propter arma & uexilla.

h Etiam desertores, Christus habet omnia in manu etiam suos inimicos, qui uelint nelint coguntur Christum cum suo regno ferre, cui dictū est: Dominare in medio inimicorum tuorum.

i Verticem capilli, regnum & sacerdotium Iudæorum, quia permanent in incredulitate.

k Ex pinguibus, id est, ex Iudæis qui diuites & magni erant à deo

ficti, aliquos assumam, alios occidam. **I** Hic fons populi dei est regnum Christi quod coepit, ebullit, exundat, crescit. Ierusalem mater nostra Gal. 4. **m** Falsos doctores cum suis sectis. **n** Tonitruo, id est, praedicationi. **o** Fortitudinem, id est, regnum. Sit ipse dominus uester.

P S A L M V S LXIX.

Titulus, Psalmus Davidis de rosis ad praecinendum.

De Christi passione & Iudaeis perituris atque abrogatione legis & veteris testamenti per nouum. Siquidem haec in persona Christi dicuntur de rosis, id est, regno dei ex Iudaeis & gentibus congregando, uel de Christo & sponsa ecclesia.

S Alua me deus, ^a quoniam peruenerunt aquae usque ad animam meam. Demergor in lutum profundum ubi fundus non est, sum in profundo aquarum et fluctus inuoluunt me. Defatigatus sum clamando, raucae factae sunt fauces meae, destituerunt me oculi mei, dum expecto deum meum. Qui me sine causa odio habent plures sunt quam capilli capitis mei, qui iniuste aduersantur ad perdendum me fortes sunt, ^b exoluo quae non rapui. Deus tu nosti insipientiam meam, & peccata mea non te latent. Non confundantur in me qui expectant te domine domine Zebaoth non erubescant in me qui quaerunt te deus Israel. Quoniam propter te sustineo opprobrium, operuit confusio faciem meam. Extraneus factus sum fratribus meis, & ignotus filijs matris meae. ^c Zelus enim domus tuae absorbit me, & opprobria exprobrantium tibi cadunt super me. ^d Et fleo & ieiunium me affligo, & hoc ipsum probro uertitur mihi.

Indui

Indui sacco, et ob hoc factus sum etiam fabula illis.
Loquuntur de me qui sedent in porta, et canunt de
me qui potant uinum in tabernis. Ego autem oro ad
te domine, quia tempus gratiæ est, deus secundum
multitudinem misericordiæ tuæ, exaudi me secun-
dum fidelem salutem tuam. Eripe me de luto ut non
demergar, ut liberer ab odio habentibus me & ex
profundo aquarum. Ne fluctus me inuoluant et ab-
sorbeat profundum, neue os putei super me clauda-
tur. Exaudi me domine, quoniam benigna est miseri-
cordia tua, secundum magnitudinem miserationū
tuarum conuertere ad me. Et ne abscondas faciē tuā
à seruo tuo, quoniam anxius sum, uelociter exaudi
me. Accede ad animam meam et libera eam, propter
inimicos meos eripe me. Tu nosti opprobrium me-
um, ignominiam et pudorem meum, in cōspectu tuo
sunt omnes aduersarij mei. Hoc opprobrium fran-
git animum mihi et ægrū me facit expecto miseran-
tem aliquem et nullus est, consolantem et non inue-
nio. 'Ipsi uero dant mihi fel ad edendum, et acetum
ad bibendum quando sitio. § Fiat mensa eorum corā
ipsis laqueus, retributio, decipula. Obscurent oculi
eorum ne uideant, et lumbos eorū fac perpetuo de-
ficere. Effunde super eos indignationem tuam, et ira
furoris tui comprehendat eos. Fiat habitatio eorū
deserta, et non sit quisquā qui in tabernaculis eorum
inhabitet. Nam persequantur quē tu percussisti, &

^h iactitāt quòd dolore uulnerū tuos afficis. Rnant de peccato in peccatū, ⁱ ut non perueniāt ad tuam iustitiam. Deleantur de libro uiuentiō, ut cum iustis non adscribantur. Ego uero sum pauper et dolens, salus tua deus protegat me. ^k Laudabo nomen dei cū cantico, et magnificabo eū cum gratiarū actione. Hoc placebit dño plus quam oblatas iuuenus cornua producens et ungulas. Vident hoc pauperes et lætantur, et uiuet cor quærentium deum. Audit enim pauperes dominus, et nō despicit uinctos suos. Laudent eū coeli et terra et maria, & omnia quæ mouent in eis. Quoniam deus saluabit Zion, et ædificabit ciuitates Iuda, ut habitēt ibi et hæreditario iure possideant eam. Et semen seruatorū eius hæreditate possidebit eā, & qui diligunt nomen eius permanebūt in ea.

a His uerbis adumbrat ingentes terrores mortis & inferni & agnoscit illum Christi ineffabilem, quem pro peccatis nostris pertulit.

b Aliena peccata non sua tulit, alienum debitum exoluit. Hæc est eius insipientia & peccata, Psal. 41.

c Causa persecutionis Ioan. 2.

d Quicquid sit pro eis irident & cruce piorum exhilarantur.

e In porta.] Id est, in loco publico iudiciorum sedentes sunt magni & potentes. In tabernis bibentes sunt uilissimi nebulones & impium uulgus.

f Expressa historia passionis Christi. *g* Excæcatio Iudeorum & abiectio amisso regno et sacrificio sine uerbo dei atque adco sine deo nūc sunt. Verbum aut quod uidetur sibi habere est eis laqueus, & c.

h Nos inquit sumus beati & deo accepti, quia deus nos nō percutit.

i Ut non, & c.] Id est, nihil permittit eis esse iustum. *k* Abrogatio legis & institutio noui cultus dei. Hic perit gloria circumcisionis, sabata, sacrificia, & c. erigitur uero nouus & æternus cultus, sacrificium laudis, prædicatio Euangelij in noua Zion et Ecclesijs Christi.

PSALMVS LXX.

Titulus. Psalmus David ad præcinendum pro commemoratione. *supra 38.*

Oratio contra hostes Ecclesia & piorū.

DEus ad eripiendum me domine ad adiuuandum me festina. Confundantur et erubescant qui querunt animam meam, uertantur in fugam et pudefiat quia male mihi uolunt. Vicissim ipsi ignominia afficiantur, qui ita insultant mihi, euge, euge. Exultent & lætentur in te omnes querentes te, & qui salutem tuam diligunt dicant semper, magnificetur deus. Ego autem sum pauper et afflictus; festina deus ad me, adiutor enim & liberator meus es tu, deus meus ne moreris.

PSALMVS LXXI.

Propheta in tantis tentationibus petit perseverantiam usque ad finem, id quod & quisq; fidelis orabit. Potes & psalmum legere in persona ecclesie quæ iam in ultima senectâ agit, quando sunt, ut Paulus prædixit periculosa tempora. Et Daniel: Veritas inquit opprimetur & abundabit iniquitas, id quod satis experti sumus per Mahometi & Papam nostro magno malo. Sed nunc deus quasi ex inferis & de abyssi terra iterum nos reducit rediit Euangelio quod prædicat dei iustitiâ, dei mirabilia. Sunt enim tempora nostra tempora Eliæ & Henoch, de quibus uulgares sermones iactati sunt, quod cœrent Anti Christum & omnia: estituent.

IN te spero domine, non confundar in æternum. Iustitia tua libera me et erue me, inclina ad me aurem tuam, & salua me. Esto mihi fiducia fortis, quo perpetuo confugiam, qui promisisti auxiliari.

mihi, quia petra mea et arx mea tu es. Deus meus
 eripeme de manu impij, de manu iniqui et tyranni.
 Quia tu es fiducia mea domine, domine spes mea
 à iuuentute mea. In te confisus sum ab utero ma-
 tris meæ, tu extraxisti me de ventre matris meæ,
 te prædico semper. Tanquam prodigium factus
 sum multis, sed tu es fiducia mea fortis. Repleatur
 os meum laude tua & gloria tua quotidie. Ne ab-
 iicias me in tempore senectutis, cum defecerint vi-
 res meæ, ne derelinquas me. Quia inimici mei lo-
 quuntur contra me, et qui quærunt animam meam
 consultant simul. Et dicunt, deus dereliquit eum perse-
 qui mini et comprehendite eum, quia nemo est qui
 eripiat. Deus ne longe fias à me, deus meus ad auxi-
 lium meum festina. Confundatur et pereant qui ad-
 uersantur animæ meæ, operiantur pudore et igno-
 minia qui quærunt malum mihi. Ego autem iugiter
 expectabo, et adhuc amplius te prædicabo. Os meum
 annuntiabit iustitiam tuam, et quotidie salutem tuam,
 quarum non noui numerum. Ego incedo in potentia do-
 mini domini, ^b solam celebros tuam iustitiam. Deus
 docuisti me à iuuentute mea, ideo annuntio mirabi-
 lia tua. Etiam in senecta et canicie ne derelinquas
 me deus, donec annuntiem brachium tuum genera-
 tionibus, et potentiam tuam omni posteritati. Iusti-
 tia tua deus ^c alta est qui facis magna deus quis
 est similis tibi: Tu enim facis me experiri tribulatio-
 nes

nes multas et grates, & rursum uiuificas me, & de abyssis terre reducis me. Valde glorificas me, et rursum consolaris me. Ideoq; gratias ago tibi psalterio pro ueritate tua deus meus, psallo tibi cithara o sancte Israël. Labia mea et anima mea quã redemisti, exultant & psallunt tibi. Quin et lingua mea quotidie meditatur iustitiam tuã, quia confusi et contempti facti sunt qui quærunt malum mihi.

a In tribulatione sentiunt aduersarij deũ nos descriuisse, fatentur ergo deum fuisse nobiscum, quemadmodum Saul dixit ad Dauid. Scio quod dominus tecum est. Ideoq; mala conscientia tales persequuntur nos & peccant in spiritũ sanctũ.

b Propter hoc sustineo aduersarios qui pro sua iustitia & operibus zelantes iustitiã dei non sunt subiecti, Rom. 9. et 10.

c Alta. Psal. 36. Iustitia tua sicut montes dei. Incognita est nisi deus eam reuelat suo uerbo.

PSALMVS LXXII.

Titulus, Salomonis.

Egregia prophetia de Christo & eius gratia regno in totum mundum dilatando, & de abrogando cultu ueteris legis, quia gentes incircumcisã adorabunt regem Christũ & laudabunt prædicatione Euangelij, id quod erit sacrificium & summus cultus noui testamenti. Ergo & hic rex natura deus est. Nam hæc adoratio & inuocatio soli deo debita est cultus primi & summi præcepti.

DEus iudicium tuum da regi, et iustitiã tuã filio regis. Ut adducat populum tuum ad iustitiã, et eripiat afflictos. Adducant montes pacem populo, et colles iustitiam. Patrociniabitur populo afflicto et saluabit pauperem, et conteret calumniatores. Timebunt te donec erit sol et luna

na cunctis sæculis. Descendet sicut pluuia in uellus,
 sicut stillæ irrigantes terram. In diebus eius flore-
 bit iustus et abundantia pacis, donec amplius nõ sit
 luna. Et dominabitur à mari usq; ad mare & à flu-
 mine usque ad terminos orbis terrarum. Coram eo
 flectent genua qui sunt in desertis, et inimici eius pul-
 uerem lingent.^h Reges maris et insularū munera of-
 ferent, reges Arabum et Sabæorū dona adducent.
 Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes serui-
 ent ei.ⁱ Quia liberabit pauperē clamantē, & afflictū
 cui nõ est adiutor. Miserabitur abiecto & pauperi,
 & animas pauperum saluabit. Ex fraude & iniuria re-
 dimet animas eorū, et præciosus habebitur sanguis
 eorum coram ipso.^k Viuet, & dabitur ei aurū ex A-
 rabia, et orabitur corā eo iugiter, quotidie ipse præ-
 dicabitur. Super terram in uertice montium erit co-
 pia frumenti, fructus eius uento mouebitur ut liba-
 nus, et florebit in ciuitatibus ut herba in agris. No-
 men eius durabit in æternum, quamdiu sol manserit
^m propagabitur ad posteros nomen eius, et benedi-
 centur per ipsum, magnificabunt eum omnes gen-
 tes. Benedictus sit dominus deus, deus Israël, qui fa-
 cit mirabilia solus. Et benedictum sit gloriosum no-
 men eius in æternum, et repleatur omnis terra glo-
 ria eius. Amen, Amen.

^a Rex & filius regis, id est, Dauidis, certè uerus homo est. Accipit
 autem iudicium dei & iustitiam dei, ut iustificet populum & defendat afflic-
 tos dei, certè uerus deus declaratur, quia in Esaiâ dicit. Gloriâ meâ alteri
 nõ

non dabo. *c* Adducant, &c.] Id est, ubique inuulgabitur Euangelium Pacem dicit contra homicidium Satanae, iustitiam contra mendacium & falsam doctrinam, Ioan. 8. *d* Patrociniabitur, &c.] Rex erit pauperum, inde mundus scandalizatur. *e* Timebunt te, &c.] Id est, regnū illud erit ubiq; & semper. *f* Vellus uel pellem. Iud. 6. Primum ad Iudaeos, deinde ab his Euangelium ibit ad gentes.

g A flumine, id est, Iordane, ibi incipiet. Esa. 2. Luc. ultimo.

h Ex omnibus nationibus aliqui suscipient Euangelium etiam reges & praesides, & dabunt munera corporalia, & spiritualia. *i* Regnū erit misericordiae erga miseros, liberat à peccato & tyrannis, parcit peccatoribus, non affligit nos, preciosos nos habet. Mundus longe aliter de nobis iudicat propter crucem & speciem. *k* Viuet. Id est, manebit cum suo regno, uelint nolint. Dabitur, &c. Ecclesia etiam habebit cum suis ministris unde alatur. Impij nebulones sub nomine Euangelij hodie rapiūt, unde scholae, praedicationes et cura pauperū sunt constituendae. Orambitur coram eo, id est, Christus ubiq; aderit, ut & Simeon ait: Quod para-

stet ante faciem omnium populorum. *l* Super, &c.] Id est, horti, agri praeata circa ciuitates florebut, id est, uerbum erit ubiq; & uarijs modis excoletur, & Christiani florebut. Sic tremulae stabunt ubiq; Euangelij fruges, ut mouentur cacumina infinitarum arborum in libano monte.

m Propagabitur, &c. Id est, non cessabit praedicatione nominis eius, alij enim morientibus alij succedent.

FINIS ORATIONVM DAUID FILII ISAI.

PSALMVS LXXIII.

Titulus, Psalmus Asaph.

Egregius Psalmus contra maximum illud scandalum quod impij florēt, pij in mundo despecti sunt et male habent, illis uidetur deus fauere, his aduersari. Quicquid illi statuunt sapientia & sanctitas est, horū doctrina damnata haeresis est. Quis hic consistet? Et tamen benignus est suo populo, id est, credentibus deus, id quod intelligam inquit non in tentatione, sed quando contempto scandalo ingredior in sanctuarium dei, id est, quando audio aut lego uerbum dei & uideo quid deus loquatur de impijs, & respicio historias & iudicia dei, inde ab initio mundi à primo Cain, &c. Interim ego insipiens & ignorans, & ut iumentū factus sum apud te, despitior quidem sed semper tecum sum, &c.

Fff

Certe Deus est Israëli beneficus, si quis est
 a mundo corde. At mei pedes labi coeperat,
 uelut in lubrico collapsus fere fuisset. Quia
 excandescere coepi aduersus iactatores, quando ui-
 di impios esse fortunatos. Non enim est illis pericu-
 lum mortis, sed firmi sunt ut palatium aliquod. Non
 agunt in molestiis ut alij homines, nec sicut reliqui
 homines flagellantur. Ideo gloriosa est iactantia eo-
 rum, & ornat eos iniuria eorum. Personam suam effe-
 runt ut^b pinguem uentrem, faciunt quicquid cogi-
 tant. Contemnunt omnia et calumniantur, loquuntur
 & calumniantur superbe. Verba eorum coelestia ha-
 bentur, dicta eorum accepta sunt super terram. Ideo
 accedit eis uulgus, quia fruitur^c aquis eorum. Et di-
 cunt, qui fiat ut^d istos cognoscat deus? qui curaret
 istos altissimus? Ecce tales sunt impij, hi sunt fortu-
 nati in mundo et assequuntur diuitias. Ergo scilicet
 frustra abstinuit cor meum a malo, et laui in innocen-
 tia manus meas? Et fui flagellatus quotidie, et adest
 increpatio mei^f quoties dies oritur? Ferè dixissem
 ut illi, sed ecce ita reprobassem oēs filios tuos quot
 quot unquam fuerunt. Conabar huius rationem in-
 uenire, sed hoc difficile mihi erat. Donec ingrederer
 in sanctuarium dei, et intenderem in nouissima coram.
 Profecto in lubricis ponis eos, et praecipitas eos ad
 interitum. Quam subito pereunt, ad nihilum redi-
 guntur, et subitis terroribus intereunt. Vt somni-
 um cui

tim euigilantis, cōtemptam facis domine in ciuitate
 e imaginem eorum. Tamen interim me male habet
 in corde, et pungit in renibus meis. Propterea quòd
 hic oportet me esse insipientē, ignarum, et ut iumen-
 tum coram te. Attamen ego semper maneo apud te,
 quia tu tenes manum meam dexteram. Deducis me
 secundum consilium tuū, et tandem cum gloria susci-
 pis me. Vbi te habeo, nihil mihi sunt cœlum & ter-
 ra. Etiam si mihi deficiat corpus et anima, tamen tu
 deus perpetuo es consolatio cordis mei et possessio
 mea. Quoniā ecce qui deficiūt à te peribunt, perdis
 omnes ⁱ qui scortantur contra te. ^k Mihi autem iucun-
 dum est adhærere deo, et ponere in dominū domi-
 num fiduciā meam, ut annuntiē omnia quæ tu facis.

^a Mundū cor est quod adhæret sincero & puro uerbo dei, Psal. 18.
 & 19. Alioqui quis gloriabitur se mundum habere cor? ^b Pini-
 gues sunt. Id est, diuites, potentes in honore, ideo inflantur et eminere cu-
 piunt præ alijs, quicquid faciunt aut dicunt magni fit, ita ut eorū gloria &
 superbia quasi splendidus quidam uestitus & ornatus sit, lingua eorum re-
 gnare uult in cœlo & in terra, Psal. 12. quicquid uero alij uel dicunt uel fa-
 ciunt fœtet & nihil apud eos est. ^c Aquis. Id est, delectatur do-
 ctrina rātionis, cultu ficto, et quòd ibi non est crux, quòd omnia gloriosa &
 plausibilia sint. Item quòd ex diuitibus uulgus suo labore uicitat, &c.

^d Istos scilicet qui iustitiam à deo sperant. ^e Ecce, &c.] Per-
 git suam describere tentationem. ^f Quoties, &c.] Insuper semper
 agunt in pœnitentia, mane apud semetipsos sese increpant, si quid contra
 uerbum dei priori die admiserunt. Contemptores autem securi sunt.

^h Projice ergo omnem sollicitudinem tuam in deum, Psal. 37.
ⁱ De spiritali scortatione quando pro uerbo dei suscipis aliā doctri-
 nam, &c. Adhærere, ut mulier marito adhæret, Gen. 2. ^k Quæ tu
 facis, uidelicet longe aliter quàm pij metuumt & impij sperant.

Oratio contra hostes qui Ierusalem, sanctuarium, omnes synagogas & loca dei in terra urbesq; ipsas uastabant, conuitiantes interim blasphemia contra deum Israëli, quasi populo suo adesse non posset. Est autem propheta de ijs que postea facta sunt Iudæis per Chaldaeos, & deinde per Antiochum Epiphanē. Nunc Turca cum Mahometh & noster Antiochus Papa ecclesiam ueram, uerbum dei cum Christi Sacramentis & omnia diuina misere iam dudum uastant, pro sincero uerbo reddito nobis ueneno diaboli.

Quare nos deus repellis perpetuo, et nimium excandescis aduersus gregem pascuæ tuæ? Memor esto cōgregationis tuæ, quam olim tibi acquisiuiſti et tibi hæreditatem redemiſti, & montis Zion ubi habitas. Conculca illos pedibus tuis ut pereant perpetuo, omnia uastauit inimicus in sanctuario. Rugiunt hostes tui in domibus tuis, & ponunt in eas idola sua. Palam uidentur superius micare secures, quemadmodum quando in sylua arbores exciduntur. Et perdunt illic omnem sculptum ornatum, securi et bipenni. Incendunt igni sanctuarium tuum, prophanant usque ad fundum habitationem nominis tui. Dicunt in corde suo, deprædemur eos simul, comburunt omnes domos dei in terra. ^b Signa nostra iam non uidemus, non est amplius hic propheta nec doctor qui nos doceat. Quousq; deus contumelias iactabit aduersarius, et in inimicus blasphemabit assidue nomen tuum? Quare auertis manum tuam, et dexteram tuam à sinu tuo perpetuo? At deus est

est rex meus à sæculis prioribus; qui operat omnē salutem quæ fit super terrā. Tu diuidis mare potentia tua, tu confringis capita^a draconum in aquis. Tu conteris capita cetorū, & das eos escam populo qui est in deserto. Tu scaturire facis fontes et torrētes, & rursus rapidissimos fluuios exiccas. Tuus est dies, et tua est nox, tu ordinas cursum syderum & solis. Tu statuis cuicumque terræ terminos, æstatem & hiemem tu facis. Memento huius quæso quòd inimicus contumelia afficit dominum, et populus insipiens blasphematur nomen tuum. Ne tradas bestię animam^f turturis tuę, et ne obliuiscaris penitus animalium tuorum afflictorum. Respice ad foedus, quia terra ubique misere uastata est et domus dissipatę. Ne abeat pauper cum pudore, nam pauperes et afflicti celebrāt nomen tuū. Exurge deus, defende tuā ipsius causam, memor esto opprobriorum quę in te iactant insipientes quotidie. Ne tradas obliuioni uoces inimicorum tuorum, insultatio aduersariorum tuorum assidue fit maior.

a Domus dei sunt ubi dei uerbum docetur, ut tunc erant in ciuitatibus synagoga Iudeorum. *b* Ut olim uidebamus deum per opera sua presentem.

c Sinus dei est templum ubi deus congregat populum suum & docet, quemadmodum mater in sinu suo fouet et lactat puerū.

d Dracones & ceti sunt Tyranni, ut Pharaon cum suis principibus erat.

e Tu scaturire, &c.] Id est, deus ædificat ciuitates & constituit regna. Rursumq; ipse est qui ea destruit. *f* Turtur & animalia sunt grex, ut in principio psalmi.

PSALMVS LXXV.

Titulus, Psalmus & canticum Asaph, ne periret.

Quid faciemus securis hypocritis suam auctoritatem sub nomine ecclesie contra Euangelium iactantibus? quid tyrannis hanc impietatem defendentibus? quid phanaticis spiritibus suis cogitationibus confidentibus? Nihil vult audire aut scire lachrymas ecclesie misere laceratae & afflictæ. Deus iudicabit breui hanc impietatem, qui facit montes tremere, & fumigare ut montem in a. olim, uisit at stato tempore impios. Interim seruat columnas terræ, id est, pios, qui uelut humeris doctrina & oratione mundum sustentant, quemadmodum Paulus uocat ecclesiam columnam ueritatis.

GRatias ^a tibi agimus deus, gratias agimus, et narramus mirabilia tua quod ^b prope est non tuum. Nam stato tempore, ego iuste iudicabo. Terra tremit et quotquot habitant in ea, ego autem confirmo ^c columnas eius. Sela. Ego dixi ad iactatores, nolite gloriari, et ad impios nolite iactare potentiam, nolite pronuntiare erecta ceruice. Quasi nihil sit metuendum uel ab ortu, uel ab occasu, uel a montibus qui sunt in deserto. Nam deus iudex est, qui hunc humiliat et illum exaltat. Calix enim est in manu domini plenus forti uino, et ^d potum dat ex eo sed omnes impij bibent ita ut et fecem exhauriant. At ego prædicabo in sæculum, psallam deo Iacob. Et confringam omnem ^e potentiam impiorum, ut exaltetur potentia iustorum.

^a Ecclesia per uerbum iudicat impios & confirmat pios nomine dei, & deus adest ecclesie contra nebulones hypocritas, ideo hic ecclesia quædam loquitur in persona dei, ut mos est prophetis, quandoque cum præfatione. Hec dicit dominus, &c. quandoque etiam sine præfatione, ut hic.

^b Prope, &c.] Quia statim audit, iuuat, saluat, sustentat. ^c Columnas, &c.] Pij cõtremiscunt coram deo, sed ipse confirmat eos: impij secure agunt

agunt & percunt. *d* Potū dat. Id est, ex calice passionis distribuit
singulis, sed se seruat impijs. 1. Petri 4. *e* Potentiā. Heb. cornu.

P S A L M V S L X X V I.

Titulus. Psalmus Cantici Asaph ad præcinendum fidibus.

Idem argumentum cum Psal. 46. quòd Ierusalem defensa est sæpe ma-
gnis miraculis, ut contra Sennacherib, &c. quemadmodū hodie pro eccle-
sia deus pugnat aduersus furentes Tyrannos & Hæreticos. Hunc metuāt.
Nam animos principum auferre potest, tunc gladius in manu nihil est. Non
possumus uinci, nisi cum uult deus qui animos aduersariorum habet in ma-
nu sua. Id quod hic maxima piorum consolatione dicitur. Quin & diabo-
lus furore ardens in nos animo deijcitur ubi sentit se scuto fidei repelli.

Notus est in Iuda deus, in Israël magnifica-
tur nomen eius. In Salem est tentoriū eius,
et habitatio eius in Zion. Ibi confringit sa-
gittas arcus, scutum, gladiū et bellum. Sela. Illustri-
or et potentior es^a montibus prædæ. Præda fiant su-
perbi et dormiāt, et omnes uiri bellatores manibus
deficiant. Ab increpatione tua deus Iacob, somno
obruuntur, et equi, et currus. Tu terribilis es, quis
consistet coram te ubi irasceris? Cum facis audiri è
coelo iudiciū, terra pauet et quiescit. Cum exurgit
ad iudicandum deus, ut saluet omnes afflictos super
terram. Sela. ^b Cum iratus corripis hominem, agno-
sces esse qui paratus sis etiā reliquos per iram cor-
ripere. ^c Vouete et reddite dño deo uestro oēs qui
circū illum estis, afferte munera terribili. ^d Qui aufert
animū principibus, & terribilis est regibus terræ.

^a Montes prædesunt magna regna & principatus, ut Assyriorum,
Babylonis, Aegyptiorum quæ ui & rapina alios subegerunt, & ad se rap-
uerunt. ^b Id est, homines uindictam tuam uidentes metuūt sibi.

c Vouete quòd sit uester deus secundum primum præceptum, & nõ uouete sanctis aut aliena uota. d Qui aufert, &c.] Ablato animo nihil est manus & gladius.

P S A L M V S LXXVII.

Titulus, Psalmus Asaph pro Icduthun ad præcinendum.

Horrores iudicij dei describit, et suo exẽplo propheta nos docet quem admodum in talibus tentationibus respiremus, nempe ut contra uanas tristitiæ & pauoris cogitationes & melancholias, quibus tamen electi miserè sepe uexantur, respicias uerbum & opera dei, quòd semper afflictis mirabiliter adfuit & securos aduersarios perdidit.

VOce mea ad deum clamo, ad deum clamo et exaudit me. In die tribulationis meę quero dominum, manus mea nocte^a extenditur et non quiescit, non enim admittit consolationem anima mea. In tristitia memor sum dei, in angustia cordis mei^b loquor. Sela. Tenes palpebras meas ad uigilandum, debilitatus sum ut loqui non possim. Cogito dies antiquos, annos præteritos. Recordor noctepsalterij mei, et loquor cum corde meo, c perscrutatur spiritus meus. Num in æternum abiiciet dominus, et non ultrà habebit bonã uoluntatẽ erga nos? Num defecit penitus misericordia eius, et promissio habet finem? Num oblitus est misereri deus et præira misericordiam suam recondit? Sela.^d Interim tamen dixi, ita frustra excrutio me ipsum, dextera altissimi hæc mutare potest. Ideo memor sum operũ dominini, memor sum præteritorũ mirabilium tuorũ. Et loquor de omnibus operibus tuis, et loquor de studijs

Studijs tuis. ^a Deus sancta est uia tua, ubi est deus potens ut tu es: Tu es deus faciens mirabilia, notam fecisti inter populos potentiam tuam. Redemisti brachio populum tuum filios Iacob et Ioseph. Sela. ^b Viderunt te aquæ deus, viderunt te aquæ et doluerunt, & abyssi tumultuatae sunt. Atræ nubes effuderunt aquas, nubes tonitruis concreperunt, et iacula tua discurrebant. Tonitruum tuum undiq; audiebatur in cælo, fulgura splendorem iaculabantur super terram, contremuit & mouebatur terra. ^c In mari erat uia tua, et semitæ tuæ in aquis plurimis, et tamen uestigia tua non cognoscebantur. Deduxisti populum tuum ut gregem ouium, per Moysen et Aaron.

^a Extenditur in oratione. ^b Loquor, non oro solum, sed loquor etiam ex promissionibus dei, ex scriptura & psalmis & historijs ad consolationem, ut infra. Et loquor de, &c. ^c Perscrutatur quemadmodum sequitur: Num in æternum, &c. ^d Interim, &c. Aurea scientia. ^e Bene omnia facit, etiam si aliud homines iudicent. Sancta, id est, abscondita est uia eius, dans uitam in morte, prope existens uideatur recessisse. Hæc non capit ratio, nimis sancta & occulta sunt.

^f De miraculis in Aegypto, ubi aquæ uerse sunt in sanguinem, de decurrunt ranas, ibi miræ tempestates in agris, &c. ^g De maris rubri transitu.

PSALMVS LXXVIII.

Titulus, Eruditio Asaph.

Ex ueteri historia docet fidere deo, & quàm adsit deus in periculis corporis & anime fidelibus, & quàm uindictet incredulitatem contemptorū & à uerbo dei recedentium, secundum primū præceptum. Ego sum deus Zelotes, &c. Hoc præceptum contemnere ad tempus possunt impij, sed tamen experiri coguntur per totum mundum. Fij uero habent egregiam ibi promissionem.

A Visculta mi popule ^a legem meã, inclinate au-
 res uestras ad uerba oris mei. Aperĩã ad pa-
 rabolas os meũ et eloquar olim gesta. Quæ
 audiuimus et nouimus, & patres nostri narrauerũt
 nobis. Vt non occultemus filijs eorum qui posteri
 erant, sed annuntiemus laudes domini et fortitudi-
 nem eius, et mirabilia eius quæ fecit. Statuit testimo-
 nium in Iacob, et legem posuit in Israël, quæ manda-
 uit patribus docere filios suos. Vt posteri discãt, &
 filij nascituri ubi adoleuerint narrent ea filijs suis.
^b Vt ponant in deum spem suam, et non obliuiscan-
 tur operum dei, et mandata eius custodiant. Ne fiãt
 similes patribus suis generatio contumax et inobe-
 diens, cuius cor non fuit stabile, nec fideliter adhæ-
 sit deo spiritus eius. ^c Filij Ephraim armati egredien-
 tes eum arcu, desertores facti sunt in die belli. Non
 seruauerunt pactũ dei, et in lege eius noluerunt am-
 bulare. Et obliui sunt operum eius, & mirabiliũ eius
 quæ ostenderat eis. ^d Coram patribus eorum fecit
 mirabilia in terra Aegypti, in campo Zoan. Diuisit
 mare et transmisit eos, statuit aquas quasi murum.
 Duxite eos sub nube per diem, et noctu præcedente
 splendore ignis. Dirupit petras in eremo, & pota-
 uite eos aqua abunde. Eduxit riuos ex petra, ut deflue-
 rent uelut flumina. Et tamen adhuc addiderunt pec-
 cata contra eũ, et exacerbauerunt altissimum in de-
 serto, Et tentauerunt deum in cordibus suis, ut exi-
 gerent

gerent escas animabus suis, Et locuti sunt cōtra deū dicentes: Deus scilicet pararet mensam in deserto: Ecce, percussit quidem petram, ut fluerent aquæ & riuus emanarent. Quomodo autē poterit panem dare, & parare carnes populo suo: Hoc audiens dominus ira exarsit, & ignis accensus est in iacob, & ira ascendit super Israël. Quod non crediderunt in deum, nec sperauerunt in salutē eius. Et mandauit supernis nubibus, & ianuas cœli aperuit. Et pluit eis manna ad manducandum, et panem cœli dedit eis. Panem angelorum manducauerūt, et cibum misit eis abunde. Flare fecit Eurus sub cœlo, et cōmonuit potentia sua Africam. Et pluit super eos carnes ut puluerem, & tolucres ut arenam maris. Et cadere fecit eas in media castra eorum ad habitacula eorum, Et comederunt et saturati sunt nimis, et satisfecit cupiditati eorum. Cum autē expleissent cupiditatē suam, et adhuc inde ederent. Ira dei ascendit super eos, & occidit robustos eorum, et prostrauit selectos in Israel. Ultra hæc omnia peccauerunt adhuc, et non crediderunt per mirabilia eius. Ideo moriebantur nihil assecuti, & per omnem uitam affligebantur. Cū occideret eos quærebant eum, & diluculo reuertebantur ad deum. Et recordabantur deum esse fiduciam suam, et deum altissimum redemptorē suum. Et ore suo adlabantur ei, & lingua sua mentiebantur ei. Sed cor eorum non erat candidum et ga eū, nec fideliter per-

stiterunt in pacto eius. ^s Ipse autem erat misericors
 et propitiuſ fiebat peccatis eorum, et non disperdi-
 dit eos, et sæpe auertit iram suã, nec accendit totam
 iram suam. Recordabatur enim quòd caro sunt, uen-
 tus abiens et nõ rediens. Sæpe ad iracundiam pro-
 uocauerunt eum in deserto, et exacerbauerunt eum
 in eremo. Subinde redierunt ad tentandum deum, et
 irritauerunt sanctũ Israelis. Nõ recordabant manus
 eius, diei qua redemerat eos ab inimico. Quemad-
 modũ fecisset signa sua in Aegypto, & mirabilia sua
 in terra Zoan. Vbi uertit aquas eorũ in sanguinẽ, ne
 biberent ex torrētibus suis. Immisit in eos omnis ge-
 neris muscas quę depascebant eos, et ranas quę per-
 derēt eos. Et dedit bruchos germen eorũ, et sata eorũ
 locustę. Percussit grandine uites eorũ, et sicomoros
 eorũ, pruina. Perdidit grandine iumēta eorũ, et gre-
 ges eorum iaculato coelitus igne. Immisit in eos ange-
 los malos in furore irę suę, qui frementes, uindicta
 ardebant, et mala ibi faciebant. Et ipse pergebant ira
 sua, et non pepercit occidere animas eorũ, et iumen-
 ta eorum peste corripuit. Occidit omne primoge-
 nitum in terra Aegypti, primos hæredes in taberna-
 culis Ham. Et migrare fecit sicut oues populum suũ,
 et deduxit eos ut gregem in deserto. Et deduxit eos
 secum ne timerent, inimicos autem ipsorum operuit
 mare. Et adduxit eos in terminos sanctos suos ad
 montem hunc, quem acquisiuit dextera eius. Et eiecit
 coram

corameis gentes, et tradidit eis possessiones distri-
buendas, ut habitarent tribus Israël in tabernaculis
illarū. Ipsi uero tentauerunt et exacerbauerunt deū
altissimum, & testimonia eius non custodierunt. Et
retro conuersi cōtemnebant omnia ut patres eorū,
facti sunt inutiles ut arcus prauus. ^h Et ad iracundi-
am prouocauerunt eum suis excellis, & suis idolis
eum irritauerunt. Hoc audiēs deus ira exarsit, et ab-
iecit Israël uehementer. Ita ut repudiaret habitacu-
lum suū in Silo, tabernaculum ubi habitauerat inter
homines. Et dedit potestatem eorum in captiuitatē
& gloriam eorum in manus inimici. Et tradidit gla-
dio populum suum, et excandescbat aduersus hære-
ditatem suam. Robustam iuuentutē eorum uorauit
ignis, et uirgines eorum manserunt innoptæ. Sacer-
dotes eorum per gladium ceciderunt, nec supererāt
uiduæ quæingerent. Et expergefactus est dominus
tanquam aliquis è somno, tanquā potens aliquis iu-
bilat præpotato uino. Et percussit inimicos suos in
posteriora, opprobrium sempiternum dedit eis. Re-
pulsit etiam tabernaculum Ioseph, & tribū Ephraim
non elegit. Sed elegit tribum Iuda, montē Zion quē
diligit. Et ædificauit sanctuarium suum excelsē, ut ter-
ram quæperpetuo consistet. Et elegit Dauid seruū
suum, ècaulis ouium accepit eum. A lactentibus
ouibus tulit eum, ut pasceret populum suum Iacob,
& hæreditatem suam Israël. Et pauit eos fideliter, &
summa prudentia gubernauit eos.

a Legē uocat hic doctrinam et uerbū dei more scripturæ. Sic et Sa^o mon suam doctrinam legem & parabolæ uocat, id est, sapientia dicta quibus instituitur uita nostra, Prouer. 3, &c. b Hic non est clamandum. Patres patres, &c. c Ante reges gubernacula tenebat tribus Ephraim, portans arma & arcum. Sed superbi erant non confidentes deo, ideo ablata est eis potestas, destructa est Silo, & rursus in Iuda regnum & dei cultus erectus est, ut & uidebis in fine Psalmi. d In die belli, significat hic, in tempore tentationis, periculi et necessitatis. Extra quod cui libet licet esse forti. e Non assequerantur promissiones dei, non acceperunt terram & gloriam promissam, &c. f Hypocrisis sancta post manifestum contemptum. g Ab hoc loco in Hebreo tot uersus usque ad finem Psalterij sequuntur quot ab initio præcesserunt huc usque, si quem delectat hæc superstitiosa numeratio, &c. h Excelsa nota sunt ex historia. i Potestatem. Id est, arcam fœderis qua fidebant, &c.

PSALMVS LXXIX.

Titulus, Psalmus Asaph.

Idem argumentum cum Psal. 74. Sic & Esa. orat cap. 63. &c.

DEUS gentes uenerunt in hereditatem tuam,
 prophanauerunt templum sanctum tuum,
 redegerunt Ierusalem in aceros lapidum.
 Obiecerunt caduera seruatorum tuorum uolatilibus
 sub cœlo ad uorandum, carnes sanctorum tuorum be-
 stiarum terræ. Effuderunt sanguinem eorum tanquam
 aquam per circumitum Ierusalem, et non erat qui se-
 peliret. Facti sumus opprobriū uicinis nostris, sub-
 sannatio et illusio ihs qui circum nos sunt. Quousque
 domine irasceris sine modo, et exardescet sicut ignis
 ira tua. Effunde furorem tuum super gentes quæ te
 non

non notierunt, et super regna quæ non inuocant nomen tuum. Quia deuorauerunt Iacob, & habitacula eius uastauerunt. Ne memineris iniquitatũ nostrarum priorum, festina nobis misereri, quia tenues facti sumus nimis. Adiua nos Deus saluator noster propter gloriam nominis tui, libera nos et ignosce peccatis nostris propter nomen tuum. Quare dicant gentes, ubi nunc est deus eorum: Innotescat potius inter gentes coram oculis nostris ultio sanguinis seruatorum tuorum qui effusus est. Ingrediatur sub conspectum tuum gemitus captiuorum, secundum magnitudinem brachij tui conserua filios morti destinatos. Et redde uicinis nostris septuplum in sinu eorum, contumeliam domine qua te affecerunt. Nos autem populus tuus et oues pascuæ tuæ gratias agimus tibi in æternum, & prædicamus laudem tuam perpetuo.

a Id est, qui queruntur ad mortem, donec omnes intereant.

PSALMVS LXXX.

Titulus, Psalmus Asaph de aurea rosa ad præcinendum.

Contra uicinos Philisteos, Syros, Moabitas, Edomitas, &c. quemadmodum et nos habemus hostes Tyrannos, Episcopos, monachos, &c. Patres ufi sunt hoc psalmo contra hereticos.

Vide supra Psal. 60. Et significat hic regnum Israël.

Pastor Israëlis ausculta, qui educis^a Iosephue
 lut oues appare qui sedes super Cherubim.
 Excita potentiam tuam^b qui es coram Ephraim,
 Beniamin et Manasse, et ueni ad saluandum nos.

Deus consolare nos, illustra faciem tuam et salui erimus. Domine deus Zebaoth, quousque irasceris contra orationem populi tui? Cibas eos pane lachrymarum, et potas eos mensura magna lachrymis plena. Exposuisti nos maledicentiae vicinorum nostrorum, et inimici nostri subsannant nos. Deus Zebaoth consolare nos, illustra faciem tuam et salui erimus. Vitem ex Aegypto tulisti, eiecisti gentes et plantasti eam. Parasti uiam coram ea, et extendisti radices eius ita ut impleuerit terram. Cooperti sunt montes umbra eius, & ramis eius cedri dei. Propagasti germen eius usque ad mare, et usque ad flumen ramos eius. Quare ergo destruxisti sepem eius, ut uastent eam quotquot praetergrediuntur? Euerterunt eam apri syluestres, & feræ agrestes depastæ sunt eam. Deus Zebaoth reuertere obsecro, respice de coelo et intueri et uisita uitem hanc. Et integram serua quam plantauit dextera tua, et quam constanter elegisti tibi. Respice uultu tuo et increpa, ut sit finis incendiorum et uastationis. Protegat manus tua populum dexteræ tuæ, & homines quos constanter elegisti tibi. Et non discedemus a te uiuifica nos et nomen tuum inuocabimus. Domine deus Zebaoth consolare nos, illustra faciem tuam et salui erimus.

a Ioseph est regnum Israël. b Qui es, &c.] Id est, superpropiciatorium sedes, retro quod castra hæ tribus collocabant. Nu. 2. Postest & simpliciter sic transferri. Excita potentiam tuam coram Ephraim, &c. His nominibus totum Israël significat, eo quod fuerit per Ioseph seruatus in Aegypto.

in Aegypto, ut psalmo sequenti. Vide in commentarijs. c Cedri, &c.]
 Id est, regnum dilatatum est usque Libanum d Flumen dicitur Euphras-
 tem. e Hebraeos hic Latine reddidi, ne hic exponas filium ho-
 minis de Christo.

PSALMVS LXXXI.

Titulus, Asaph ad praecinendum super Githim Psal. 8.

Canticum festi tabernaculorum, quo admonetur populus ut maneat in
 uero cultu dei secundum primum praecipium, Ego sum dominus deus tuus, &c.
 Sed sicut tunc, licet sub sanctissimis prophetis & praedicatoribus populus
 alio labebatur, ita & nunc, ut non mireris sub Papistis perditam fuisse omnia
 qui sincerum uerbum ut non intelligebant ita docere non potuerunt, sed
 omnia repleuerunt idololatria & abominationibus sua doctrina, ut quisque
 sequatur cogitationes cordis sui. Erat et olim ista miseria, nam hic Psalmus
 gratias agit deo de frugibus collectis, impij autem sacerdotes & laeuae aliud
 docebant.

EXultantes laudate deum fortitudinem nostram,
 iubilate deo Iacob. Assumite psalmos, & af-
 ferre tympana, iucundas citharas et psalteria.
 Clangite in nouilunio tuba in die festiuitatis nostrae.
 Quia hic est mos in Israel et statutum dei Iacob. Hoc
 statuit ad testimonium in Ioseph, cum egrederen-
 tur ex terra Aegypti, ubi audierant linguam incogni-
 tam. Et ipse amouerat ab onere humerum eorum ma-
 nusque eorum liberatae erant a testis. Cum inuoca-
 res in tribulatione liberaui te, & exaudiui te ubi te
 obruerat tempestas, explorauit te apud aquas con-
 tradictionis. Sela. Audi mi popule, & testificabor
 tibi, Israel audime. Ne sit in te deus extraneus, et ne
 adores deum alienum. Ego sum dominus deus tuus
 qui eduxi te ex terra Aegypti, dilata est tuum et im-

plebo illud. Sed populus meus nō audit nocem meā,
 et Israël non cupit me. Ideo derelinqui eos in opinio-
 nibus cordis sui, ut ambulent in consilijs suis. Si po-
 pulus meus audiret me, & Israël in ujs meis ambula-
 ret. Nullo negotio inimicos eorū perderē, et tertere
 manum meam contra aduersarios eorū. Et qui ode-
 runt dominum frustra conarentur aduersus eum,
 horum autem tempus esset æternum. Et cibarem
 eos medulla tritici, & ex petra melle saturarem eos.

a Quia hic est mos, &c.] Valde pulchrum est quòd allegat uerbum
 & mandatum siue autoritatem dei, sine quo non est cultus aut fructum aut
 gaudium dei. b Ioseph uocat populum, quòd per Ioseph in Aeg-
 ypto fuerit seruatus. c Linguam.] Misericordia est uersari in igno-
 rantiis populo & lingua. d A testis, uel hoc dicit quòd lateribus con-
 quendis seruebant, uel potius quòd liberi nati coacti sunt seruire coquinis
 in aula regis & apud nobiles ceu uilia mancipia. e Cum inuoca-
 res, &c.] Hec est contio dei. f Ideo, &c.] Iudicium hoc dei ho-
 die nō metuitur g Si populus, &c.] Occupatio. Impij dicūt: Egre-
 giū scilicet habemus deum, esurimus, occidimur, &c. Respondet. Est po-
 na incredulitatis uestrae, &c. h Horum autem, id est, populi mei
 tempus esset. i Aeternum.] Id est, in æternum non perirent me
 seruante, & abunde haberent omnia.

PSALMVS LXXXII.

Titulus, Psalmus Asaph.

Psalmus consolatorius contra tyrannos et impios reges ac magistratus
 qui pupillos & uiduas opprimunt, uerbum dei contemnunt aut etiam op-
 primunt, tantum abest, ut pro politia, pro bonis prædicatoribus et scholis
 solliciti sint. Instatur uero supra modum hodie quòd audiunt suum offi-
 cium uerbo dei probari, & quòd honorandi sunt, & diuocandi & habendi
 propter dei potestatem & officium quod gerunt. Sed deus hic dicit: Verū
 quidem est. Dixi, id est, uerbo meo confirmari uestram autoritatem, sed
 quando

quando non prestatis officium, imò contrarium facitis, uos non ut dij, sed ut homines moriemini, &c. Deus est iudex ubique in terra.

DEUS^a stat in congregatione dei, et iudex est inter deos. Quousque iudicabitis inique, & personas impiorum præferetis: Sela. Iudiciũ præstate pauperi et pupillo, afflictum & egenũ iure defendite. Eripite despectum et pauperem, de manu impiorum liberate eum. Sed admoneri nolũt, contemnunt, perpetuo ambulant in tenebris, ideo cadant omnia^b fundamenta regionis. Ego dixi quidem: Dñ estis uos et filij altissimi omnes. Sed tamen sicut homines moriemini, et sicut aliquis tyrannus præcipites peribitis. ^c Exurge deus iudica terram, quia tua est hæreditas inter omnes gentes.

^a Stat & increpat suo uerbo & docet qui iudicent nomine dei, ut Gen. 6. Nõ iudicabit aut rixabitur spiritus meus in homine in æternum, id est, arguuntur uerbo à spiritu, agunt mala conscientia, non contendam cum eis semper, &c. ^b Fundamenta. Id est, leges, politie, honestas artes, doctrina sacra pessum eunt ibi. ^c Exurge, &c. Id est, tu es dominus omnium ubique, non illi tyranni qui tua potestate abutuntur. Satis passi sumus ab illis, curato uobis meliores rectores & regnũ, id quod debes, quia tu es dominus, &c.

PSALMVS LXXXIII.

Titulus, Psalmus cantici Asaph.

Idem argumentum cum Psalm. 80. Ecclesia etiam ut olim Martiones, Manicheos, Arrianos & alios passa est, ita & nunc sectæ perditionis aut uasiant aut infamant Euangelium gloriæ dei. Orandum ergo hæc uerbis.

DEus ne taceas quæso neque ita sileas, neque
 seras amplius deus. Quia ecce inimici tui
 fremunt, et qui oderunt te extollunt caput.
 Callide conspirant contra populum tuum, et consul-
 tant aduersus absconditos tuos. Venite inquit, ex-
 tirpemus eos ut non sint populus, ut non memore-
 tur nomen Israëli ultra. Quia consilio unanimiter ini-
 to contra te foedus pepigerunt. Tabernacula Idume-
 orum & Ismaelitarum, Moabitarum & Hagarita-
 rum, Gebalitarum, Amonitarum et Amalechitarum,
 Philistæorum cum Tyrjjs. Etiam Assur iungitur illis,
 & ueniunt auxilio filijs Loth. Sela. Fac eis ut Madia-
 nitjs, ut Sissaræ, ut Iabîn ad torrentem Kison. Qui pe-
 rierunt in Endor, et facti sunt stercus terræ. Fac prin-
 cipes eorum, ut Oreb et Seeb, omnes duces eorum
 ut Seba & Zalmuna. Qui dicunt, occupemus ut iure
 habitacula dei. Deus meus fac eos instabiles ut tur-
 binem, ut stipulam coram uento. Sicut ignis combu-
 rit syluam, et sicut flamma incendit montes. Ita persequere
 eos tempestate tua, & turbine tuo perturba
 eos. Imple facies eorum ignominia, ut quærant no-
 men tuum domine. Erubescant et conturbentur assi-
 due magis, et confundantur et pereant. Tunc cogno-
 scent quod tu nomine tuo solus uocaris dominus, &
 altissimus in omni terra.

a Absconditi qui in fide uiuunt mundo incogniti et pro hæreticis ha-
 biti, Col. 3. uita uestra abscondita est cum Christo in deo. *b* ut
 non possint impune perpetuo contemnere nomen tuum.

PSALMVS LXXXIIII.

Titulus, Psalmus filiorum Korah, ad præcinendum super Githith.

Ardentissimo et dulcissimo affectu erumpit in laudē ministerij uerbi dei, Beati inquit, qui habitant, &c. Habeāt alij alias cōsolationes & fidant opibus, sapientia, potentia, cor meū et caro mea exultant in deo uiuo, quòd per uerbum cognouerim deū, quòd sum in uera ecclesia licet pauperum & afflictorum, nam melius est ibi esse infimum, quàm in synagoga & palatijs impiorum summum. Regna mundi & opes à potestate diaboli & mortis aut à terroribus iudicij dei neminē eripere possunt, sed dominus per uerbum dat gratiam & uictoriam. Nouimus hanc esse unicam consolationē, agere in ecclesia sanctorum ubi sincere prædicatur uerbum, id quod hic psalmus optat.

QVam iucunda sunt habitacula tua dñe Zebaoth. Anima mea anhelat et amore deperit ad atria dñi. Corpus & anima mea exultant in deo uiuo.^a Auis enim inuenit sibi domū & hirundo nidum ubi reponant pullos suos, altaria tua domine Zebaoth qui rex meus es et deus meus. Beati sunt qui habitant in domo tua, perpetuo laudabunt te. Sela. Beati sunt qui te agnoscunt fortitudinem suā, et ex corde post te ambulant.^b Qui transeunt per uallē fletus, et faciunt tibi fontes, et doctores multa benedictione ornabūtur.^c Ibunt de uictoria ad uictoriam, ut uideat quòd deus est in Zion. Dñe deus Zebaoth audi orationem meam, attende deus Iacob. Sela. Deus scutum nostrum aspice, respice regnum Christi tui. Quia melior est dies una in atrijs tuis quàm mille alibi, malo esse ostiarius in do-

mo dei mei quàm diu habitare in tentorijs impiorũ.
 Quia ° foī & scutum est dominus deus, dat ° gratiam
 & gloriam dominus, nullum bonũ deerit ijs qui am-
 bulant in integritate. Domine Zebaoth, beatus est
 homo qui in te confidit.

a Ita ego non novi nidũ et tutum asylum quàm ubi prædicatur sincere
 tuum uerbum & uerus est cultus secundum tuum uerbum. Habeant alij sua
 excelsa & idololatrias, & fictos cultus, & prauas opiniones de deo, &c.

b Qui transeunt, &c.] Hinc inde transeunt, nũc ad hos, nunc ad illos,
 & docent homines uerbum dei secundum suam uocationem.

c Contra regnũ satanæ et insanas doctrinas, Paulus. Qui semper per
 uos triumphat in Christo.

d Regnum: Heb. faciem, sed quæ est fa-
 cies regis nisi regnum? Defende domine hoc regnũ ut maneat in te & tuis,
 ubi tua lex est, tuæ promissiones, tuus cultus. Quod licet interim sit ciuili-
 bet Christi siue regis qui pro tempore ungitur, tamen etiam est & proprie
 est illius Christi quem expectamus, is rex erit in æternum, quemadmodum
 illa terra uocatur terra Emanuelis, Esa. 8.

e Sol quia illuminat
 siue docet, scutum quia consolatur & protegit
 fauorem pro odio & contumelia mundi.

PSALMVS LXXXV.

Titulus, Psalmus filiorum Korah ad præcinerendum.

Deus merito castigabat populum illum iudicio suo ad tempus subtrã-
 bens uerbum, recte docentes, ueros prophetas, bonos sacerdotes & leuiti-
 tas, & dissipata seditionibus pace uitia non pauca erant in Rep. & Magi
 stratibus, accessit & metus belli, et difficultas annonæ. Nam eiusmodi pla-
 gæ serè sese mutuo excipiunt, secundum cominationẽ primi præcepti. Ideo
 hic oratur, ut deus uelit rursus seruare, tum ecclesiam, tum Remp. dare
 synceros uerbi ministros, per quos ipse loquatur nobis. Utinam inquit au-
 diam rursus loquentem dominum deum, id est, utinam rursus uerbum
 dei pure prædicetur, ne uel p̄ij cõuertantur ad stultitiam, id est, ne afflictio-
 nibus

nibus frangantur, & impatientia, & blasphemant deum, sed florente religione & poliitia, uigeat inter homines pax & concordia, ueritas & iustitia, & c. etiam benedicantur fructus terræ & agrorum & uinearum, ut iustam & piam uitam ducentes in hoc sæculo expectemus aduentum gloriæ magni dei.

Domine qui propicius fuisti olim terræ tuæ, & redemisti captiuos Iacob. Qui remisisti iniquitatē plebi tuæ, et operuisti omne peccatum eorum. Sela. Qui sedasti omnem iram tuam, auersus à furore iræ tuæ. Consolare nunc etiam nos deus saluator noster, et cessa ab indignatione cōtra nos concepta. Nunquid in æternū irasceris nobis & perges ira tua perpetuo? Nō scilicet recreabis nos, ut plebs tua læteretur de te? Ostende nobis domine gratiam tuam, et salua nos. Utinam audirem dominum deum loquentem, quod promitteret pacem plebi suæ et sanctis suis, ne uertantur ad stultitiam. Veruntamen salus eius adest timentibus ipsum, ut habitet^a gloria in terra nostra. Ut misericordia et ueritas mutuo occurrant sibi, iustitia et pax sese osculentur. Ut ueritas super terram germinet, et iustitia de caelo prospiciat. Ut dominus etiam benefaciat nobis, unde terra nostra det germen suum. Ut iustitia coram eo perseueret & expedita pergat gressibus suis.

^a Gloria, & c.] Ut omnia recte cum laude agant, & homines sese diligant, florente religione & poliitia sub toto caelo.

Orare apud pios est summū fidei exercitiū & cultus summus dei. Hic David tantus uir & deo dilectus in summis angustijs suis orat contra Saulem, Absalonem, &c. Vt autē habeas exemplum quomodo fide ores, uide quā defigat oculos in primū præceptum. Non inquit est similis tui in dijs domine, &c. Ita & nos apprehenso uerbo promissionis eijsiamus ex cordibus dubitationem ut uerè inuocare possimus.

INclina domine aurem tuam et exaudi me, quoniam afflictus et pauper sum ego. Custodi animam meam, quoniam sanctus sum, salua seruum tuum mi deus, confidentem in te. Miserere mei dñe, quoniam ad te clamo assidue. Lætifica animam serui tui, quoniam ad te domine leuo animam meam. Quoniam tu domine benignus es et clemens, et multum misericors in oēs te inuocantes. Attende domine orationem meam, et ausculta uocē deprecationis meæ. In die tribulationis meæ inuoco te, quæso exaudias me. Non est similis tui in dijs domine, neque potest quisquā imitari opera tua. Omnes gentes quascunq; fecisti uenient et adorabunt coram te domine, & glorificabunt nomen tuum. Quod ita magnus es, & facis mirabilia, et quòd tu solus deus es. Doceme domine uiam tuam ut ambulem in ueritate tua, contine cor meum^b in uno, ut timeat nomen tuum. Gratias tibi ago domine mi deus ex toto corde meo, & glorifico nomen tuum in æternum. Quia misericordia tua magna est super me, et eruisi animam meam
ex

ex profundo inferno. Deus superbi insurgūt aduersum me, et coctus tyrannorum querit animam meam & non proponunt te ante conspectum suum. Tu autē domine deus misericors es et clemēs, patiens et multum misericors et fidelis. Respice me et miserere mei, fortifica seruum tuum fortitudine tua, et salua filium ancillæ tuæ. Aede^d signū aliquod fauoris erga me, ut uideant qui me oderunt et confundantur, quòd tu ades mihi domine et consolaris me.

a Sanctus, potest etiam hic intelligi per Antiphrasim damnatus & contemptus, ut hereticus. b In uno.] Id est, in uerbo tuo ut me

contineam in timore tui, hoc est, uera religione & cultu, aliæ doctrine dispersunt homines & faciūt sectas, quemadmodum dicit Christus. Qui non cogit mecum dispergit.

c Ancillæ, id est, congregationis & ecclesie tuæ quæ tibi seruit, quando alij ad excelsa currunt, uerbum tuum contemnunt; &c. Gal. Ierusalem quæ sursum est mater nostra est.

d Signum, ut contra gloriationem impiorum te sic exhibeas nobis, ut uel ipsi dicant. Manus domini est hæc, Amen.

P S A L M V S LXXXVII.

Titulus, Psalmus cantici filiorum Korah.

Prophetia de regno Christi sub nomine Zion & Ierusalem, quemadmodum prophetis mos est. In hoc regno nascituros dicit homines omnium nationum, id quod de terrena Ierusalem intelligi non potest. Hæc natiuitas fit per semen Euangelij, Ioan. 1. Quotquot autē receperūt eum, dedit eis, &c. quemadmodum & hic ait: Gloriosa prædicantur in te o ciuitas dei, & de mutuo psallentibus, id est, Euangelij prædicantibus et cõsistentibus deum: q̄ patrem in Christo glorificantibus sic dicit, Et cantores, &c.

FVndata est ipsa super montes sanctos, dominus amat portas Zion magis quàm omnia^a tabernacula Iacob. Gloriosa prædicantur in te,

ô ciuitas dei. Sela. Prædicari faciam Rahab et Babiloni, ut cognoscant me, ecce Philistæi et Tyrî cū Aethiopiibus nascuntur ibi. In Zion dicetur, quod quisque nascitur in ea, et quod ipse altissimus ædificat eā. Dominus prædicari faciet omnibus linguis, quod quidam ex eis nascuntur ibi. Sela. Et cantores ut in choreis, omnes alternis canent in te.

a Tabernacula Iacob sunt prædicatio legis, sacrificia, sacerdotiū, regnum, maxima quidem & ad tempus à deo instituta, id quod missa papistica & iustitiarie traditiones gloriarî hodie non possunt, sed tamen diligit dominus plus portas Zion, quo uerbo abrogantur uetera. Nam hæc noua diligit quasi illis repudiatis utcunque pro ratione temporis olim pulchris. Prædicatur itaq; hic aliud regnum in terris futurum, aliam prædicationem, aliud uerbū Zionis per totū mundum, cuius murus illic sit ubi finitur mundus, etiam super maria & ultra insulas. Maceria autem que separat alios à Iudæis, de qua dicitur Ephe. 2. tolletur. Unus erit populus, nihil erit lex, non obstabit gentilismus, erit politicum nouum, nulla opera distinguent, nulla persona, ut Paulus ait: In Christo non est masculus neq; foemina, &c. Montes sunt magnæ urbes & regū ditiones, colles siue monticuli sunt paruæ. Babylon Esa. 13. mons dicitur. Montes autem sancti dicuntur qui sanctificati sunt uerbo & fide. Portæ Zion sunt templa siue ciuitates ubi prædicatur Euangelium, illa gloriosa, &c. Et nota quod portas siue ciuitatem Zion dicit, id est, fundatas & que non migrant aliò, Iacob autem dicit tabernacula quæ transferuntur. Sic Heb. 11. Ciuitatē fundamenta habentē.

b Gloriosa scilicet de salute per Christum, in quæ etiam angeli desiderant prospicere, ut ait Petrus. c Ciuitas dei. Nam licet illa uetus Ierusalem sancta sit, tamen hæc dei est ubi est politicum cæli, ubi deus ipse rex est, consul, iudex, pater. d Dominus prædicari, &c. In Heb. est: Dominus prædicari faciet in scripturis populorum. Ego Lutherū secutus sententiam expressi, dominus prædicari faciet omnibus linguis. Omnes enim populi scribūt non alijs uerbis quàm quibus loquuntur. Renascentia Christi iam prædicatur & scribitur ubique.

P S A L M V S LXXXVIII

Titulus, Psalmus cantici filiorum Korah ad præcinen-
dum de infirmitate afflictorum.

Eruditio Heman Esrahite.

Rectissime hic Psalmus de infirmitate afflictorum inscribitur, siquidem in persona Christi & omnium sanctorum exprimit illas ineffabiles tristitias & pauores, quoniam corda tanguntur sensu iræ dei & peccati id quod et Christo accidit non propter sua, sed propter nostra peccata quæ portauit. Hic Satan exaggerat iram & attenuat gratiam, hic est infernus, tenebrorum, umbra mortis, lacus, profundum. His per dei consolationem dispulsis, iam mors non est mors sed gaudentes morimur, Paulus hanc moesticiam et terrorem uocat Colaphum satanæ. Hæc redundant in corpus & inducunt maciem, pallorem & deformitatem, ut sæpe etiam Psalmi testantur. Et ut hic perfecte uideas infirmitatem afflictorum, hic Psalmus propter consuetudinem aliorum psalmorum hanc solam tentationem describit non adiecta consolatione aut liberatione, nisi quòd uno & altero uerbo uocat dominum deum saluatorem suum.

Domine deus qui es saluator meus, die ac nocte clamo coram te. Accedat quæso in conspectum tuum oratio mea, attende ad clamorem meum. Quia repleta est cruciatibus anima mea, & uita mea inferno appropinquat. Aestimatus sum cum ijs qui descendunt in infernum, sum sicut homo non habens adiutorium. Iaceo inter mortuos derelictus, ut interfecti qui iacent in sepulchro, quorum non es memor amplius, qui & à manu tua separati sunt. Posuisti me in lacum inferiorem, in tenebras et in profundum. Furor tuus opprimit me, & cunctis fluctibus tuis premis me. Sela. ^b Alienasti à me familiares meos, fecisti me abominationem eis, captus iaceo, euadere non possum. Facies mea deformis est

præ afflictione, te inuoco domine quotidie, expan-
do ad te manus meas. Nunquid inter mortuos fa-
cies mirabilia? aut defuncti surgent et gratias agent
tibi? Sela. Mentio ne fiet in sepulchro misericordie
tuæ, et ueritatis tuæ in perditione? Nunquid cogno-
scentur in tenebris mirabilia tua? aut iustitia tua in
regione obliuionis? Verum ego clamo ad te domi-
ne, et mane oratio mea accedit ad te. Quare repellis
domine animam meam, et abscondis faciem tuam à
me? Pauper sum ego & deficio propter repulsionē,
fero terrores tuos ut fere desperē. Furor tuus tran-
sit super me, terrores tui opprimunt me. Quotidie
sicut aqua circūdant me, et simul circūdant me. Lon-
ge abalienasti à me amicum & proximum, & fami-
liares meos, propter hanc miseriam.

a Habeor uelut ex numero corū qui mortui sunt, qui manū & auxiliū
tuum non requirunt. b Non est cōsolatio sed derideor in passione.

c Conserua nobis uitam ut te laudemus. Non est in morte qui memor
sit tui, &c. Non mortui laudabunt te domine, &c.

P S A M V S LXXXIX.

Titulus, Eruditio Ethan Esrahite.

Prophetia insignis de regno Christi ex Dauide orituro, secundum dei
promissiones, quas hic uehementer urget & proponit coram deo, quando
uidet propheta Ecclesiam misere uastandam per Antichristianam sedu-
ctionem & uastationem, ne decus de' erat Christi regnum, quod etiam hactē
nunc sub Turca & abominatione papali uerè seruatum est ut unquam misere
afflictum, ita ut perditum metuere possent sancti. illas promissiones & ueri-
tatem dicit esse preparatam, edificatam, immotam in cœlis, ut unquam super
terram sepe aliud appareat. in hoc regno, quod in cœlis esse dicit, quem
admodum uo a'ur regnum cœlorū, predicatur per Euangelium. cœlestis
iustitia non humana, &c.

Miseri

Misericordias domini in æternum cantabo,
 & perpetuo annunciabo ueritatē eius ore
 meo. Et dico, quōd æterna^a misericordia
 ædificabitur, ^b in cœlis stabilies ueritatē tuā. Pēpigi
 foedus cum electo meo, iuravi Dauidi seruo meo. In
 æternum propagabo semen tuū, et ædificabo sedem
 tuam perpetuo. Sela. Et prædicabunt cœli mirabilia
 tua domine, & ueritatem tuam in ecclesia sanctorū.
 Nam quis in nubibus æquabitur domino, aut quis
 inter filios deorum domino erit similis? Deus ualde
 potens est in congregatione sanctorum, et mirabilis
 super omnes qui circū eum sunt. Domine deus Ze-
 baoth, quis est ut tu potens dominus? et ueritas tua
 circum te est. Tu dominaris superbienti mari, tu se-
 das motum fluctuū eius. Tu percutis et occidis^c Ra-
 hab, tu dispergis inimicos tuos forti brachio tuo.
 Tui sunt cœli, et tua est terra. tu fundasti orbem ter-
 ræ et quicquid est in eo Aquilonem et Austrum tu
 creasti, Thabor & Hermon iubilant in nomine tuo.
 Potens tibi est brachiū, fortis est manus tua, et sub-
 limis dextera tua. Iustitia et iudicium est confirma-
 tio sedis tuæ, gratia et ueritas sunt coram facie tua.
^dBeatus est populus qui nouit iubilare, ambulabūt
 domine in lumine uultus tui. ^eDe nomine tuo exulta-
 bunt quotidie, et iustitia tua magni erunt. Quia tu
 es gloria fortitudinis eorum, et gratia tua exaltabis
 cornu nostrum. Quia dominus est scutum nostrū,

& sanctus Israël̄is est rex noster. ^g Aliquando locu-
 tus es per uisionē sancto tuo et dixisti, excitauī po-
 tentem qui adiuuet, exaltaui electum ex plebe mea.
 Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi
 eum. Manus mea cōfirmabit eum, et brachium meū
 confortabit eum. Non praeualebunt inimici aduer-
 sus eum, nec iniusti delebunt eum. Sed ego cedam co-
 ram eo aduersarios eius, et odientes eum affligā. Ve-
 ritas autem et gratia mea cum ipso erunt, et in nomi-
 ne meo exaltabitur cornu eius. Extendam etiam su-
 per mare manū eius, et super flumina dexterā eius.
 Ipse ita nominabit me, tu es pater meus, deus meus
 et fiducia saluans me. Et ego primogenitum consti-
 tuam eum, altissimum inter reges terræ. In æternum
 conseruabo ei gratiam meam, et foedus meum firmū
 erit ei. Dabo ei semen in æternum, et sedem eius ser-
 uabo donec erit coelum. Si autem dereliquerint filiū
 eius legem meam, et in iudicijs meis non ambulaue-
 rint. Si statuta mea prophanauerint, & mādata mea
 non custodierint. Visitabo uirga peccatum eorum,
 & uerberibus delictum eorum. ^h Sed misericordiam
 meam non auertam ab eo, nec mendacem faciem ue-
 ritatem meam. Non prophanabo foedus meum, nec
 mutabo quod egressum est ex labijs meis. Semel iu-
 rauī per sanctitatem meam, non mentiar Dauidi.
 Semen eius in æternum erit, et sedes eius coram me
 sicut sol. Sicut luna stabilietur in æternum, & sicut
 testis

testis cœlestis erit ipse fidelis. Sela. Tu autem repel-
 lis & abiicis, & iratus es aduersus Christum tuum.
 Dissoluis fœdus serui tui, & conculcas ad terram
 diadema eius. Diruis omnes muros eius, & de-
 moliri facis munitiones eius. Deprædantur cum o-
 mnes prætergredientes, factus est opprobrium ui-
 cinis suis. Exaltas dexteram aduersariorum eius,
 lætificas omnes inimicos eius. Abstulisti quoque ui-
 res gladij eius, & non das ei uictoriam in prælio.
 Destruis mundiciem eius, & sedem eius deijcis in
 terram. Abbrevias dies iuuentutis eius, & operis
 eum confusione. Sela. Quousque domine abscon-
 deris perpetuo, & exardescet ut ignis furor tuus?
 Memor esto quàm breuis sit uita mea, quare fru-
 stra creasti omnes filios hominum? Quis est enim
 ex uiuentibus qui non uideat mortem, qui animam
 suam eruat ex manu inferni? Sela. Vbi sunt domi-
 ne priores misericordix tuæ, quas iurasti Dauidi
 ueritate tua? Memor esto domine opprobrij seruo-
 rum tuorum quod porto in sinu meo, illatum ab o-
 mnibus tam multis populis. Quo te blasphemant ini-
 mici tui domine, quo blasphemant & conculcant
 Christum tuum. Benedictus sit dominus in æter-
 num, Amen, Amen.

- a Misericordia uel gratia, Ioan. 1. Gratia & ueritas per Iesum.
 b In cœlis, quia Christi regnum non est terrenum neq. rationis huius
 nae, sed coelste & in nubibus, id est, ut Pilato dicit, Non de hoc mundo, li-
 cet sit in mundo, Ioan. 17. Et hi in mundo sunt sed de mundo non sunt.
 c Rabab est Aegyptus, ut Psal. 87. & significat superbum.
 d Iubilant. Id est, tota terra floret & iucunda est leto prouentu.
 e Id est, qui habet iucundum conscientijs uerbū dei. f Vides
 quæ sit gratia ex promissione dei credita. Hic non f datur operibus, &c.
 g Regnum corporale erat promissum Iudeis sicut et alia cum legis
 conditione, si seruari legem, si essent obedientes & pij, sicut & omnia
 regna mund distribuit deus, quæ rursum aufert propter iniquitates. Ope-
 autem immense regni Christi, nempe remissio peccatorum, donatio spiri-
 tus, uictoria mortis, diaboli, &c. promittuntur & offeruntur sine conditio-
 ne legis gratis propter Christum tantū, indignis & nihil promeritis, quæ
 est ingens consolatio & sola certificatio conscientiarū. h Infide-
 litas illorum fidem dei non potest euacuare, Rom. 3. i Ipse erit
 fidelis. Id est, certum & indubitatum signum gratiæ nobis, sicut testis cœ-
 lestis, id est, arcus siue iris, quam deus posuit Noë testam æterni fœderis,
 Gen. 9. k Post tantas promissiones tragicis uerbis deplorat pro-
 pheta regni Christi, id est, ecclesiæ ruinas et uastationem per abominatio-
 nem Antichristianam, quam apostoli prædixerunt, quæ ad consolationē nos-
 tris sub papatu presbis scripta sunt, certi quòd papalis & Mahumeti impie-
 tas tandem tolletur, & quòd tamen ecclesia sub ipsis non perit, &c.
 l Munditiem, &c. Id est, omnem eius ornatum & cultum dei Euang-
 gelio sancto & uerbo dei institutum.

P S A L M V S X C.

Titulus, Oratio Moſis uiri dei.

Moses hic docet unde nam sit origo mortis, quare tam horribilis pœna
 inflicta sit uniuerso hominum generi, nempe propter peccatum. Sub tali
 ira omnes homines ex Adam nascuntur & maior est reatus quàm humana
 mens capere possit. Hoc autē prodesse nunc nobis dicit ut agnoscamus qui
 simus, humiliemur coram deo & Christum sitamus.

Domine

Domine refugiū tu es nobis perpetuo. Pri-
 usquam montes fierent aut crearetur terra
 & mundus es deus ab æterno usq; in æter-
 num. ^a Qui facis homines mori, et dicis, reuertimini
 filij hominum. Quoniam mille anni sunt coram te, si-
 cut dies hesternæ quæ præterijt, & sicut nigilia no-
 cturna. Rapis eos ut impetum aquarū, somnus sunt,
 ut foenum subito flaccescens. Quod mane floret et su-
 bito flaccescit ad uesperā succiditur et exarescit. Per
 iram tuam ita perimus, et per furorem tuum ita hinc
 rapimur. Quoniā ponis iniquitates nostras coram
 te, ^b incognita peccata nostra in lucem sub conspectū
 tuum. Ideo omnes dies nostrī elabuntur per iram
 tuam, annos nostros finimus ut locutionē. Dies an-
 norum nostrorum sunt septuaginta anni, aut summū
 octoginta, ē quibus optimi sunt molestia et labor,
 transitus enim celer est, et quasi auolamus. ^c Verum
 quis credit tam potentem esse iram tuā: et quis me-
 tuīt tantūm furorem tuum: Doce nos ut sciamus nu-
 merum dierum nostrorum, ut incedamus corde sa-
 pienti. Reuerte quæso ad nos domine, et miserere
 seruis tuis. Reple nos mane misericordia tua, et lau-
 dabimus et exultabimus cunctis diebus nostris. Le-
 tifica nos rursum post diuturnas plagas, postquam
 diu pessima experti sumus. ^d Appareat seruis tuis o-
 pus tuum, et gloria tua filijs eorū. Et dominus deus
 noster sit pulchre fauens nobis, et dirigat opus ma-

num nostrarum apud nos, et ipsum opus manuum
nostrarum dirigat.

a Alij moriuntur, alij succedunt per uerbum dei, idcirco nostra ultia
ei comparata, nihil est. b Incognita.] Id est, peccatum Adæ
sive originalem concupiscentiam aduersus deum, qua fit ut ignoretur deus,
blasphemetur eius uerbum & ad omne malum & insanam doctrinam peccati
simus, Rom. 5. Huic peccato debetur mors. Et tamen mundus hoc pec-
catum ignorat siue non agnoscit. c Verum, &c.] Id est, quod hic
fit tua ira, & quod tam magnum peccatum sit quod mereatur tantam iram.

d Appareat, &c.] Opus dei uocat liberationem à peccatis per semen
Abrahæ Christum expectatum. Et dirigat, &c. Id est, interim quod hic uis-
uimus gubernet nos tota uita, conseruet religionem & politiam, custodiat
nos ab hæresibus, bellis, seditionibus, &c.

PSALMVS XCI.

Valde commendatus debet esse nobis hic Psalmus, quod magnifice com-
mendat nobis fidem in deum, & hanc ait esse inuictam contra omnia mala.
Sunt hic egregie dei promissiones, contra omnia mala & tentationes, sicut
autem malorum quatuor species. Primum malum est timor nocturnus:
Scriptura afflictiones et tentationes solet uocare tenebras, & consolatio-
nes lucem. Acerbissima ergo illa & horribilia odia, Cainicum illud studi-
um nocendi quod in cordibus pharisæis latet, atroces illas minas, hostiles infi-
dias, pericula & damna & reliquos terrores, quos Satan semper excitat
contra uerbum dei, uocat hic timorem nocturnum. Secundum malum, est
sagitta uolans in die. Et sunt manifesti illi clamores, blasphemie, conuitia, ex-
ecrationes, quibus hypocrite & Tyranni palam exagitant et damnant uer-
bum dei & doctrinam Christi, cuiusmodi sunt bullæ & uere bullæ papales,
e dicta regum et principum, libelli blasphemici et uirulenti sophistarum, scrip-
ta phanaticorum hominum, Anabaptistarum, &c. Tertium, Pests seu ser-
pens in tenebris, sunt doli, techne, artificia Romanistica, sœdera,
conspirationes clancularie, consilia occulta, quæ aduersarij putant se uel
ab ipsius dei oculis abscondere posse, quando nutum uerit euertere & dele-
re pios, & omnem ueræ pietatis doctrinam. Quartum, Morbus aut pesti-
lencia uastans in meridie, est ipsum opus manifesta persecutionis, ubi tales
Cainici sancti inaudita crudelitate & tyrannide fundunt sanguinem Hæ-
bel

bel, agunt in exilium pios, diripiunt bona, & omni genere suppliciorū cru-
deliter eos mactant, ac ueram ecclesiam horribiliter uastant & uerbum
funditus extinguere conantur. Hæc ita Lutherus simplicissime interpreta-
tur & scriptura sacra & experientia hæc expositio consona est.

Qui habitat sub protectione altissimi, et sub
umbra omnipotentis commoratur, Dicit
domino, mea fiducia, mea arx, mi deus
quo fido. Quoniã ipse liberat me de laqueo uenatis,
& à peste nocenti. Pennis suis cooperiet te, & sub
alis eius erit fiducia tua, ² ueritas eius est scutum &
protectio. ^b Vt non timeas terrorem nocturnum, sa-
gittam in die uolantē. Pestem in tenebris obrepentem,
morbum in meridie uastantem. Etiam si cadant
circa latus tuum mille, & decem milia circa dexterā
tuam, tamen nihil horum te tanget. Imò oculis tuis
cōsiderabis, et quemadmodum retribuatur impijs
uidebis. ^c Quoniam dominus est fiducia tua, altissi-
mus est refugium tuum. Non occurret tibi malum,
& plaga nō appropinquabit tabernaculo tuo. ^d Quo-
niam angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in
omnibus uijs tuis. Vt manibus portent te, ne offen-
das ad lapidem pedem tuum. ^e Super leonem et uipe-
ram ambulabis, et cōculcabis catulum leonis et dra-
conem. Quoniam me concupiscit, eripiam eum, no-
uit nomen meū, ideo protegā eum. Inuocat me ideo
ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eri-
piam eum et glorificabo eum. Longitudine dierum
satiabo eum, et ostendam ei salutem meam.

a Veritas eius est uerbum et promissio gratiæ. b Hæc signifi-
 ficant omnis generis mala quæ timeamus propter uerbum quod fatemur,
 uolentiam, iniuriam, insidias, dolos, &c. c Quoniam dominus
 est fiducia tua.] Ex Heb. Quoniã tu es domine fiducia mea. Sed quia hæc est
 apud nos dura mutatio, à præcedentibus & sequentibus tam subita apostro-
 phe recedere, & statim pergere quasi & quæ sequuntur ad deum dicantur,
 id quod nemo non uidet aliter habere, commodum duxi hæc effari non
 supra phrasi ut contextui cohereret, uide meos commentarios. Hoc & aliàs
 feci Lutherum secutus. d Hic est tertius Psalmus qui custodia an-
 gelice meminit, magna nostri cõsolatione. e Super leonem, &c.]
 omnem uim & insidias rursus significat.

P S A L M V S XCII.

Titulus, Psalmus cantandus in Sabbato.

Gaudet & gratias agit de præcioso thesauro & cognitione puri uerbi
 & promissionũ dei, dum interim stulti hypocritæ frigidò corde contra pie-
 tatis doctrinam iactitant nomen ecclesiæ, ut olim ita & nunc & factos dei
 cultus, cum nihil minus sint quàm de ecclesia, sed pestes tantum affigentes
 ueram ecclesiam insana doctrina & tyrannide. Hi florent ad tempus, cum
 sancti & religiosi appellantur autoritate magni sunt, sed tandem sunt sal-
 infatuatum, &c. Et Epicureos qui in occulto rident pietatem, suum manet
 iudicium, & stulticia eorum nota fiet. Iusti autè antè malis uexati florebunt
 apud dominum perpetuo.

BOnum est gratias agere domino, et psallere
 nomini tuo altissime. Annunciare mane mi-
 sericordiam tuam, & sub uesperã ueritatem
 tuam. Decachordo et psalterio, et cantico citharæ.
 Tu enim facis domine ut lætus canam opera tua, &
 ego prædico facta manuum tuarum. Quàm ma-
 gna sunt opera tua domine: nimis^b profundæ sunt
 cogitationes tuæ. Insipiens hoc non credit, et stultus
 non curat talla. Impij uirent ut gramen, & florent
 Omnes:

omnes operarij iniquitatis, donec intereant perpetuo et in æternum. Sed tu domine altissimas es, & eris in æternum. Ecce enim inimici tui domine, ecce inimici tui peribunt, et dispergentur omnes operarij iniquitatis. Cornu autem meū exaltabitur, ut unicornis, et ungar oleo recenti. ^c Et oculus meus delectabitur de inimicis meis, et auris mea de malignis obnitentibus contra me. Iustus ut palma florebit, sicut cedrus libani succrescet. Plantati in domo domini in atrijs dei nostri florebut, Etiā si senuerint, florebut, fructiferi et alacres erunt. Ut annuncient, quod iustus est dominus, mea fiducia, ^d et quod iniquitas in eo non est.

^a Misericordiam uel gratiam, quod tam beneficus es. Veritatem, id est, fidem, quod tam fidus & uerax es in promissis. ^b Profunde, id est, mirabiles, nempe quibus nos iuuat ita ut nemo hoc comprehendere aut sperare possit. ^c Id est, letus ero, Matth. 6. Cum ieiunatis.

^d Et quod iniquitas, &c. Non respicit personas neq; defendit impiā causam, id quod tamen putant impij, P sal. 5. Non deus, &c.

P S A L M V S XCIII.

Sub figura creati mundi alium & nouum mundum proponit, de quo diximus, P sal. 8. & 19. nempe regnum Christi dilatatum in totum mundum per Euangelium. Resistant flumina & maria sed frustra. Siquidem Euangelium ornat domum & aulam dei siue hoc regnum coelorum, laude & gratiarum actione, summo dei cultu, non sacrificijs pecudum, candelabro & alijs Mosaicis ornatis. Abolita lege ueteri, hic sunt omnia noua. Flumina aliter in commentarijs, sed hæc simpliciora uidentur. Illa tamen habent similia, P sal 98.

Dominus rex est & gloria ornatus, dominus est ornatus et regnū orditus est quāmlate patet mundus, quod ita parauit ut consistat. Ab eo tempore stabilis est sedes tua, tu es ab æterno. Exaltantur flumina domine, flumina exaltāt sonitum suum, flumina exaltant fluctus suos. Magni quidem sunt fluctus maris et sonitus terribilis, sed multo maior est Dominus in excelsis. Verba tua sunt doctrina certa, sanctitas est ornatus domus tuę domine in æternum.

a Ut alia taceam, nō indignetur aliquis Hebræus hic ita uersum esse. Verba tua sunt doctrina certa. Nam hæc non est alia sententia quāmlate his uerbis exprimitur. Testimonia tua credibilia uel fidelia facta sunt nimis, nisi quod hæc, ut multa alia, neque ab interprete, neque à lectore satis intelliguntur. Testimonia sunt uerba dei, Psal. 19. & Psalm. 119. &c. Omnes alię doctrine sunt dubitationes conscientiarum & infidelitas.

P S A L M V S X C I I I I.

Generalis oratio afflicti contra Cainos sitientes sanguinem Habelis, qui uolunt esse populus dei. nunc, ut olim impij reges in Israël, sacerdotes, prophete. Sed certus sum, inquit, domine quod tibi non adheret cathedra iniquitatis, &c. Vicunque se nocent ecclesiam, tamen non sunt nisi uiri dolosi & sanguinum, Psal. 5. Non deus uolens impietatem tu es, &c. Sub ipsis quidem & sub imperio eorum affligitur ecclesia, sed ipsi de ecclesia non sunt.

Domine deus cuius est ultio, deus cuius est ultio appare, Exaltare iudex terrę, reddet uicem superbis. Quousque impij domine quousque impij sese ostentabunt? Et loquentur fastuose,

stuose, & gloriabuntur omnes operarij iniquitatis: Populum tuum domine conterunt, & hæreditatem tuam affligunt. Viduam & aduenam occidunt, & pupillos interficiunt. Et dicunt, non uidet Dominus, nec attendit hæc deus Iacob. Intelligite insipientes in populo, et uos stulti quando eritis prudentes: Qui plantauit aurem non audiret: aut qui finxit oculum non uideret: Qui castigat gentes non argueret: qui docet homines quod sciunt. Sed dominus nouit cogitationes hominum, quod uanæ sunt. Beatus est ille quem tu domine castigas, et per legem tuam doces eum. Vt patientiam præstet in diebus malis, donec paretur impio fouea. Quoniam non repellet dominus populum suum ne hæreditatem suam derelinquet. ^a Quoniam futurum est ut quod iustum est maneat iustum, et huic adhærebunt oēs qui recto sunt corde. Quis stabit mecum aduersus malignos: quis accedet ad me aduersus operarios iniquitatis: ^c Nisi dominus adiuuaret me, ferè iaceret anima mea in ^f silentio. Dicebã, uacillat pes meus, sed misericordia tua domine sustentabat me. De multis anxius eram in corde meo, sed consolationes tuæ recreabant animam meam, ^s Certe nunquã conueniet tibi cum cathedra moesticiarum, quæ legem male interpretatur. Accinguntur aduersus animam iusti, & sanguinem innocentem condemnant. At dominus est protectio mea, deus meus est arx fiduciæ meæ. Hic

retorquebit in eos iniuriam ipsorum, et delebit eos propter malitiam ipsorū, dominus deus noster delebit eos.

a Id est, ueni ut uidearis tuos defendere ultione. Sic ex Mose citat Paulus. Mea est ultio. b Ostentabunt, scilicet uerbis, quemadmodum domini aut tyranni quos timeamus. c 1. Corin. 3. Sapientum, ne hi ex numero hominum se exciperent. d Ad tempus iustitia operimitur & uidetur peritura. e Non potest esse p̄sido nisi dominus. f In silentio. Id est, in inferno ubi omnia silent & finem suum habent. Vergilius. Vmbrasq; silentiū. g Id est, Certe sum quod tu deus non probas impiam & blasphemam doctrinam, scio quod tu sanguinem & lachrymas Habel reposces, & uerbum tuum in media morte seruabis & glorificabis. Cathedra mœsticiarum est ubi non docetur sincere lex siue uerbum dei, sed ita ut nulla cōscientia certificetur, &c.

PSALMVS XCIV.

Allicit nos ad cognoscendas diuitias gratiæ dei, quæ & olim patribus & nunc nobis contigerunt in Christo semine illo promisso, quemadmodum egregie epistola ad Hebræos hunc Psalmum de tempore gratiæ interpretatur. In fine admonet contra incredulitatem ne pereamus ut infideles patres.

Venite, exultemus domino, iubilemus fiduciæ salutis nostræ. Veniamus sub conspectum eius cum gratiarū actione, et psalmis iubilemus ei. Quoniam dominus est magnus deus, & rex magnus super omnes deos. Quia in manu eius est quicquid producit terra, et altitudines montium ipsius quoque sunt. Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud, et aridas manus eius parauerunt. Venite adoremus & genua flectamus, & procidamus.

mus coram domino qui fecit nos. Quia ipse est deus noster, et nos sumus populus pascuæ eius et oues manus eius. Hodie si uocem eius audieritis nolite indurare corda uestra, ut fiebat in Meriba, ut in Massa in deserto. Vbi tentauerunt me patres uestri, experti sunt & uiderunt opera mea. Vbi quadraginta annis molestus fuit mihi generatio illa, et dixi, populus est perpetuò errans corde, et qui uias meas scire nolint. Ut irararem in ira mea, non introibunt in requiem meam.

a. Ne plures facias deos aut tandem Christum deum neges, quemadmodum nunc quidam phanatici ex ratione humana non ex uerbo & spiritu dei faciunt, hic deus cui iubilandum est, &c. est Christus dominus noster, hodie & heri & in secula, Heb. 13. Hic est pastor noster, Ioan. 10. Hunc audite, dicit pater. Hunc deum uerum & Messiam tentauerunt in deserto, id quod manifestus uerbis dicit Paulus, 1. Cor. 10. De Massa & Meriba lege, Exodi 17. sed Latini translatores inde fecerunt appellatiua nomina. Massa significat tentationem, Meriba contentionem quia ibi tentauerunt & contentiosi fuerunt contra dominum & ministrum eius Mosem.

P S A L M V S XCVI.

Hic cantatur regnum Christi & Euangelium prædicatum omni creaturæ. Linguis, populis, regnis, syluis, fluuijs, fontibus, arboribus præcipitur ut colant deum, &c. Hic est nouum canticum & omnia noua in nouo testamento siue pacto dei, non per Mosem sed per fidem.

CAntate domino canticum nouum, cantate domino omnes incolæ terræ. Cantate domino et laudate nomen eius, prædicate de die

in diem^a salutem eius. Narrate inter gentes gloriam eius, inter omnes populos mirabilia eius. Quoniam magnus est Dominus & laudandus supra modum admirabilis plus quam omnes dii. Quoniam omnes dii populorum sunt idola. Dominus autem coelos fecit. ^bGloria et decor est in conspectu eius, efficacia et honestas est in sanctuario eius. ^cAfferre domino nos familiae populorum, afferre domino gloriam & efficaciam. Afferre domino gloriam nomini eius, adducite munera, et introite in atria eius. Adorate^d Dominum in ornatu sancto, timeat eum uniuersa terra. Dicite inter gentes, quod dominus est rex, & parauit regnum suum quam late patet mundus ut consistat, & quod ipse iudicat populos iuste. Latentur coeli, exulta terra, tumultuetur mare & quicquid in eo est. Gaudeat ager et quicquid in eo est, laudent uniuersae arbores in syluis. Coram domino, quia uenit, quia uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terrae iustitia, et populos sua ueritate,

a Non salutem legis, quae iustificare non potest, non salutem deorum qui nihil sunt. *b* Vbi eius praedicatur uerbum & creditur illic est nunc sanctuarium eius, ubi omnia sunt gloria et decor, id est, placet deo & est hilaris conscientia, & agnoscunt homines se erroribus explicatos, ibi est efficacia siue fortitudo, id est, remittitur peccatum, sumus filij dei, defendimur, habemus placatum deum et uitam aeternam, lex inefficax est, dii nihil possunt, ibi est & honestas, omnium hominum conditionibus per uerbum recte institutis & confirmatis, foetent hic traditiones humanae.

c Afferre, id est, tribuite ei, nihil arrogate uobis. *d* In ornatu
san

sancto.] Ecce facit omnes populos sacerdotes, id est, adorare in uestibus sacerdotibus coram deo in conscientia, Psal. 110. 1. Petri 2.

P S A L M V S X C V I I .

Cohæret proximo Psalmo, nec hic psalmus tam de extremo iudicio meminuit quàm de terrore conscientiarum propter peccatum. Nam Christus suum regnum spirituale stabilit per Euangelium. Euangelium autem cum remissione simul prædicat poenitentiam, & fulgura eius, & tonitrua terrent orbem terrarum, & coram eo montes quasi cæra coram igne defluunt. Id est, Christus per Euangelium deprimit, humiliat & damnat omnem humanam sanctitatem, sapientiam & vires mundi. Nam solus Christus est sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio nostri à deo et coram deo, neque ad salutem est aliud nomen sub cælo datum hominibus. Cum istis autem hostibus Euangelij & montibus mundi, simul intercunt regnũ Iudeorũ, & totus ill: culus legis, & quicquid non est Christus etiam apud nos. Ipse ut ait Paulus, primatum tenet in omnibus, unus tantum mediator dei & hominum, lapis, ut ait Daniel, abscessus de monte implens terram, & conterens omnia reliqua regna, &c.

Dominus est rex, hinc exultet terra, lætentur insulæ quotquot sunt. ^a Nubes & caligo circum eum sunt, iustitia et iudicium est confirmatio sedis eius, ignis ante ipsum præcedit, & incendit circumquaque inimicos eius. Affulgent fulgura eius orbi terræ, uidet et terretur terra. Montes soluntur ut cæra coram domino, coram dominatore uniuersæ terræ. Cæli annuntiant iustitiam eius, et uident omnes populi gloriam eius. Confundantur omnes qui seruiunt sculptilibus, et gloriam

tur de idolis, adorate eum omnes dñj. Hoc audit Zi
on, et lætatur et exultant filiæ Iuda, propter guber
nacula tua domine. Quia tu domine es altissimus in
omni terra, nimis exaltatus es super omnes deos.
Qui diligitis dominum odio habete malum, domi
nus custodit animas sanctorum suorum, de manu im
piorum liberabit eos, Lux exoritur iusto, et læticia
ihs qui recto sunt corde. Lætamini iusti de domino,
b et gratias agite prædicantes sanctitatem eius.

a *Prædicatio poenitentia. Christus dicit: Cum uenerit paracletus, arguet mundum de peccato & de iustitia, & de iudicio, &c. ita percunt inimici eius quidam uolentes alij nolentes, Psal. 110. Donec ponam, domi nare in medio inimicorum tuorum, tyrannorum, Hereticorum, peccatorum, mortis, inferorum. Occidit nostra ut nos per ipsum uiuificemur. Hæc est læticia iusti siue lux & gaudium eius, utcumque sub cruce sæpe laboret.*

b *Vel. In commemoratione sanctitatis eius, id est, in festo quando con ueniente ecclesia prædicatur sanctitas eius, ut & Psal. 33.*

PSALMVS XCVIII.

Titulus, Psalmus.

Rursum de propagando uel propagato regno Christi, & quòd sum mus cultus dei est non sacrificare in Ierusalem, sed cognoscere Christum.

CAntate domino canticum nouum, quia mira
bilia facit, uictor est dextera sua et brachio
sancto suo. Notificat dominus salutem suam,
a coram populis reuelat iustitiam suam. Recordatur
gratiæ suæ & ueritatis suæ domui Israël, fines uni
uerse

ner sã terræ uident salutem dei nostri. Iubilate domino uos omnes terræ, cantate, prædicate et psallite. Psallite domino citharis, citharis et psalmis. Tantara is et tubis, iubilate corã domino rege. Tumultuetur mare et quicquid in eo est, orbis terrarum et habitantes in eo. Flumina plaudant, et omnes montes exultent coram domino, quia uenit iudicare terram, iudicabit orbem terræ iustitia et populos æquitate.

a Suam contra iustitiam mundi & legis.

PSALMVS XCIX.

Exhortatio populi ueteris ad religiose conseruandum cultũ primi præcepti, ad laudandum scilicet deum, ad persenerandum in fide, ut fecit Moses, Aaron & Samuel, &c. licet insanat contra ipsos totus mundus propter religionem. Nusquam inueniebatur tunc deus uerus nisi in illo terræ angulo, nisi in tabernaculo & propiciatorio iuxta uerbum & promissum dei, &c. hoc erat tunc regnum dei inter homines. Nunc autẽ Christus ecclesiam Zion ueram in toto mundo regnans gubernat, & sedens ad dexteram maiestatis in excelsis, indefinenter est propiciator & propiciatorium nostrum, fremat interim totus mundus cum Satana suo aduersus ministros uerbi & Euangelij amatores, &c.

Dominus est rex, ideo tumultuantur populi sedet super Cherubim, ideo commouetur mundus. Dominus est in Zion magnus, et excelsus super omnes populos. Gratia agantur nomini tuo magno et admirabili, quod sanctũ est. Regnum regis huius quod iustũ est diligit, tu das æquitatem, præstas iudicium et iustitiam in Iacob. Exaltate dominum deum nostrum, adorate ad scabellum

pedum eius, quoniam ipse sanctus est. Moses & Aaron inter sacerdotes eius, et Samuel inter inuocantes nomen eius, inuocabant dominum & ipse exau-
diebat eos. Per columnam nubis loquebatur eis, custodiebant eius testimonia et praecepta quae dederat eis. Dñe tu es deus noster, tu exaudiebas eos, tu deus propicius fuisti eis etiam tunc cum corriperes facta eorum. Exaltate dominum deum uestrum, & adorete ad montem sanctum eius, quoniam sanctus est dominus deus noster.

a Psal. 5. Non deus uolens iniquitatem tu es, &c. *b* Iudicium & iustitiam, id est, bonum regimen, ut mala damnentur, bona feliciter per deum succedant. *c* Sicut Moysen & Aaron exclusit à terra promissa, nec tamen suam gratiam auertit ab eis sed remisit peccata, Psal. 89. Si autem dereliquerint, &c.

PSALMVS C.

Titulus, Psalmus gratiarum actionis.

Rursum de regno Christi & laude dei per eum.

Iubilate domino omnes incolae terre, seruite domino læti, plausu accedite sub conspectum eius. Agnoscite quod ipse dominus est deus, ipse fecit nos & non nos ipsi, ut simus populus eius et oues pascuæ eius. Ingreimini portas eius cum gratiarum actione, in atria eius cum hymnis, gratias agite ei, laudate nomen eius. Quoniam benignus est dominus, æterna est gratia eius et ueritas eius perpetua.

¶ Vbi ipse in Ecclesia per totum mundum predicatur & laudatur.

PSALMVS CI.

Titulus, Psalmus Davidis.

Doctrina ualde necessaria pro magistratu, ne principes & alij etiã pãtres familias sustineant impios aulicos & seruos, exemplo Davidis. Hoc est canere de gratia siue misericordia & de iudicio quòd David est clemens & misericors bonis, & corripit iniustos, & quòd familia est benefica & uitat malum. Hoc totum certe est imputandum deo cum gratiarum actione. Quid uero David propter hanc suam gratiam siue misericordiam et propter hoc suũ iudiciũ in subditos maxime in aulicos suos, passus sit, testis est Absolon, Ac hitophel, Joab, &c. Vbi ergo deus principi & rectoribus non dat, ut exerceat hanc gratiam erga pios & hoc iudiciũ erga iniustos, certe Nunquam cantabitur hoc canticum, sed erit in aula, siue etiam in domo illa execratio & contentio, aut etiam patibulum et rota. Vulgo frẽ omnes interpretamur hic misericordiam dei & iudiciũ dei cantari, sed David gratias agit de sua misericordia & iudicio, quã dedit ipsi dedit, &c.

Misericordiam et iudicium cantabo, domine tibi psallam. Prudenter ago in integritate erga eos qui pertinent ad me ambulo fideliter in domo mea. Non studeo rei inique, odi transgressorem, nec sustineo ut apud me maneat. Cor peruersum cogo recedere à me, malignum non agnosco. Diffamantem secreto proximum suam disperdo, nec fero elatum oculis & uirum superbo corde. Oculi mei attendunt ad fideles in terra, ut habitent mecum, & integre ambulantes adiungo mihi seruos. Non permanet in domo mea qui fraudem facit, qui loquitur mendaciam non erit fe-

lix apud me. ^b Mane deleo omnes impios huius terre
ut extirpem omnes operarios iniquitatis ex ciuitate
domini.

^a Gratias uolo agere deo quod eius dono ego exerceo misericordiam
erga meos & iudiciū, quemadmodum sequentia habent. ^b Mane. ¹
Id est, statim ubi sciero, nō expecto ad uesperā, id est, diu ferens, donec præ
fides & præfecti impij & alij serui faciant alijs multa damna & noceant,
ut stupidi aut dementati principes uel negligentia uel fauore, uel timore so
lent conuiuere ad talia satis impie. Tamen Dauid paucos cogebatur ferre
re, ne fieret seditio in regno, cōtra quos tamen mandauit iudiciū Salomoni
moriturus. 3. Reg. 2.

P S A L M V S CII.

Titulus, Oratio afflicti, cum tristis est, & suam quæ celam
effundit coram domino.

Orant patres ueteris legis per se peccatorum & mortis, ut regnū gra
tiæ ueniat in Christo promissum, ut uelit dominus ædificare Zion, parare la
pides & calcem, ut tandem gloria sua in Christo appareat in omnibus re
gnis, & eripiat uinctos ex peccato & morte, unde læti conuenientes gra
tias agant & seruiant in uera & spiritali Zion, abolito ueteri testamen
to. Nam extra Christum quid est apud nos aliud quàm deiectio uirū in uia
& abbreviatio dierū, id est, misera, breuis, afflictā uita, qua fidelis ne hinc
rapiatur postulat. Sed in regno eius est æterna uita sine fine, quia ipse est
qui fuit ante coelum & terram quæ ipse fecit, & quæ ipse rursum instaura
bit, idco ipse est extra & supra omne tempus & anni eius non habent finem,
non est ibi mors. Hoc regnum & nos optamus. Adueniat regnū tuū.
Amen.

Domine audi orationem meā, et clamor me
us ad te ueniat. Ne abscondas faciem tuam
à me, dum tribulor inclina ad me aurem tuā
cū inuoco te, uelociter exaudi me. ² Consumpti enim
sunt dies mei ueluti fumus, et ossa mea ut torris adu
sta sunt. Percussam et arefactum est cor meum sicut
foenum

foenum, ita ut etiam obliuiscar comedere panem meum. Ossa mea adherent carni meae, praeciusulatu & gemitu. Sum sicut onocrotalus in deserto, sicut noctua in vastatis locis. Vigilo, et sum solitaria auis in tecto. Quotidie contumelia afficiunt me inimici mei, et qui solent insultare mihi^b per me iurant. Quia cinerem ut panem comedo, et misceo poculum meum cum fletu. Propter comminationem & iram tuam, quia eleuans me ad terram allisisti. Dies mei sicut umbra transierunt, et ego sicut foenum aresco. Tu autem domine in aeternum permanens, et memoria tuae perpetua, tu exurgens miserere Zion, quia tempus est miserendi eius, et hora adest. Quonia uellent serui tui aedificari eam, et uidere lapides eius, et calcem parari. Gentes timere nomen tuum domine, omnes reges terrae gloriam tuam. Dominum aedificare Zion, & apparere in gloria sua. Ipse conuertit se ad preces derelictorum, et non contemnit preces eorum. Scribantur haec posteris, & populus qui creabitur laudabit dominum. Quia prospicit de suo sancto excelso, dominus prospicit de caelo in terram. Ut audiat gemitum uincti, & soluat filios morti destinatos. Ut praedicent in Zion nomen domini, & laudem eius in Ierusalem. Cum conueniunt simul populi & regna, ut seruiant domino. Ipse autem deiecit in uia uires meas, abbreviat dies meos. Dico, mi deus, ne hinc sustuleris me^d in dimidio dierum meorum, anni tui perpetuo

durant. Tu antea terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, ipsi omnes ueterascent ut pannus, mutabuntur ut uestimentum cum tu mutaueris eos. Tu autem semper idem permanes, et anni tui sine carebunt. Filij seruatorum tuorum permanebunt, et semen eorum coram te felix erit.

a Graues tentationes redundant in corpus. Hic nec cibis suavis est, nec sonus iuuat, solitudo queritur, &c. Salomon. Spiritus tristis exiccat ossa. Item, spes que differtur affligit animam. *b* Per me iurant. Id est, male dicunt & male imprecantur alijs, sum meo nomine eis exemplum male dictionis. Fiat tibi sicut illi hæretico qui omnibus malis obnoxius est, dispaream, nisi etiam faciam tibi, ut fit illi. Hanc poenam quam hic pij propter uerbum, dum gloria Christi non apparet, sustinent ad tempus ab impijs, comminatur deus perpetua fore impijs ubi tandem iudicio dei confusi fuerint & pressi. Esa. 65. Et derelinquetis nomen uestrum populo meo in iuramentum. *c* Scribantur, &c. Nempè ut prædicentur. Psal. 87. *d* In dimidio. Id est, dum securus sum & nihil metuo ut mundus, Psal. 39.

PSALMVS CIII.

Titulus, Psalmus Davidis.

Iucunda gratiarum actio de omnibus beneficijs dei spiritualibus et corporalibus, quæ illi olim & nos nunc per Christum accipimus, non propter nos, sed propter pactum dei, tantum in hoc pacto permaneamus, id est, credamus in eum, & studeamus eius uoluntati respondere qui non facit nobis secundum peccata nostra, ne simus superbi & contemptores per nostram iustitiam & humanam sanctitatem, id enim directe & simpliciter esset contra pactum dei, ut est in primo præcepto.

Benedic anima mea domino, & quicquid intra me est benedicat nomini sancto eius. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnium beneficiorum eius. Qui remittit tibi omnia peccata tua, et sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit ab inter-

ab interitu uitam tuam, et coronat te gratia et misericordia. Qui te replet consolatione ut pulchra fias, et alacrem facit uelut aquilæ ætatem tuam. Dominus exhibet iustitiam et iudicium, omnibus iniuriam patientibus. Notas fecit uias suas Moysi, filijs Israëli studia sua. Misericors et clemens est dominus, patiens & multa misericordia. Non perpetuo contendet, neq; in æternū seruabit odium. Non secundum peccata nostra facit nobis, neq; secundū iniquitates nostras retribuit nobis. Quam em̄ coelū terra altius est tam præualet misericordia erga timentes eū. Quam longe abest oriens ab occidente, tā longe fecit a nobis transgressiones nostras. Quemadmodum pater miseretur filiorum, ita miseretur dominus timentium se. Ipse enim nouit quod nam figmentum sumus, meminit quod sumus puluis. Homo in uita sua est sicut fœnum, floret ut flos agri. Cum uentus inuadit eum, non est ultrā, & non cognoscit eum amplius locus eius. Misericordia autē dñi est ab æterno usq; in æternū super timentes eū, et iustitia eius usq; ad filios filiorū. Iis q; custodiunt pactū eius, et memores sunt mandatorū eius ad faciendū ea. Dñs in cœlo parauit sedem suā, et regnū eius omnibus dominatur. Benedicite dño uos angeli eius, uos potentes milites, qui exequimini mandatum eius, ut audiatur uox uerbi eius. Benedicite dño uos uniuersi exercitus eius, uos ministri eius qui facitis uoluntatem eius. Benedicite

domino tuos uniuersa opera eius in omni loco dominationis eius, benedic anima mea domino.

a Viuax auis est aquila ut notum est, quod autem hic dici solet de reuouatione, nescio an uerū sit. *b* Contendet. Id est, indignabitur.

c Figmentum. Id est opus uel ædificium fragile & breui duraturū.

d Videtur trahere psalmū ad Christum, apostolos, Euangelium & ecclesiam, ubi talis gratia uerè regnat. Nulla enim salus extra Christum.

PSALMVS CIIII.

Gratiarum actio ualde iucunda de omnibus beneficijs creationis et prouidentie, quòd deus mirabiliter omnia creat, disponit, curat. sed sola fides sine spiritus ista iucunda spectacula uidet, alij negligunt, Rom. 1.

Benedic anima mea domino, domine, mi deus gloriosus es uehementer ^a laude et decore es ornatus. Lux est uestimentum tuum qua uestiris, extendis coelum ut tentoriū. Supra illud facis ex aquis testudinē eius, nubibus ut curru ueheris, et ambulas super uenti pennas. Qui tuos angelos facis uentos, et ministros tuos igneam flammam. Qui fundas terram super bases suas, ut cōsistat perpetuo & in æternum. Operis eam abyssu sicut uestimento, & supra montes stant aque. Sed ab increpatione tua fugiunt, à sonitu tonitruī tui præcipitantur. Sublimes sunt montes et campi subsidunt in loco quē fundasti eis. Terminum posuisti quem non transgrediuntur, neque rursum possunt operire terram. Scattirire facis fontes in cōuallibus, ut inter montes fluāt. Ut potent omnes bestię agri, et extinguant feræ ^{li} tim

tim suam. Iuxta sedent uolucres sub caelo, et cantant
inter frondes. Tu irrigas montes ex nubibus, & re-
ples terram fructibus quos tu facis. Producis foenum
iumentis, et in usum hominum segetes, ut educas pa-
nem ex terra. Et uinum laetificet cor hominis, et facies
splendeat oleo, et panis cor hominis confirmet. ^b Ut
fiat arbores domini plene succo, cedri Libani quas
ipse plantauit. Ibi uolucres nidificant, & ardea do-
mum habet super abietes. Montes excelsi domus, pe-
trae sunt refugium cuniculis. Facis lunam ad discer-
nendum tempora, sol nouit occasum suum. Facis te-
nebras ut fiat nox tum proferunt sese omnes bestiae
syluestres. Catuli leonum rugientes ut praedentur, &
quaerant a deo escam sibi. Cum oritur sol refugiunt,
& cubant in cubilibus suis. Tunc egreditur homo
ad opus suum, & ad agriculturam suam usque ad ue-
esperam. ^c Quam multiplicia sunt opera tua domine,
ea omnia sapienter ordinasti, terra plena est bo-
nis tuis. Mare illud magnum et latum est, ibi sunt repti-
lia absque munero, animalia pusilla cum magnis. Per
ipsum transeunt naues, ibi sunt ceti maximi quos for-
masti ut ludant in eo. Haec omnia expectant te, ut des
eis cibum in tempore suo. Dante te, illis colligunt,
aperiente te manum tuam omnia satiantur ^d bono.
Auertente autem te faciem tuam turbantur, auferis spi-
ritum eorum et deficiunt atque in puluerem suum re-
uertuntur. Emitteris spiritum tuum et creantur, & re-

nouas faciem terræ. Gloria domini est æterna, dominus delectatur operibus suis. Respicit terram et tremit ipsa, tangit montes et fumigant. Cantabo domino donec uixerò, et psallam deo meo quàm diu fuerò. Beneplaceat ei eloquium meum, ego gaudeo de domino. Finem habeât peccatores in terra, et impij amplius non sint, benedic anima mea domino, Halleluia.

a Vestem dei uidemus qua sese ostentat nobis, id est, creaturarum omnium admirabilem dispositionem. Cælum plenum est lumine, uide ordinem, lux primũ creata est, Gen. 1. nec sustentatur cælum columnis aut irabibus, conspicuum est, ut extensum aliquod tentorium. Nubes uidentur, ut camerata testudo, sine fundamento & columnis, uenti uolant sine pennis, angeli quando emittuntur ueniunt apparentes, ut uentus, & ut flama, &c.

b Arbores domini uocat eas, quæ in syluis sunt, quæ non sunt plantate manibus humanis. *c* In principio psalmus cælũ descripsit. Deinde terram cum fructu suo, & quàm fecundetur e cælo, cum hoc epilogo & epiphonemate. Quàm multiplicia, &c. Nunc de mari dicit & fructu, & mirabilibus eius. In hæc tria scriptura solet diuidere mundum, cælum scilicet et terram & mare. *d* Bono. Id est, gaudent saturata.

P S A L M V S CV.

Gratiarum actio de beneficijs populo Israël exhibitis, quia pactum fecerat deus cum eo, non quia iustus fuit, id quod psalmo sequenti uidebis, lege Deut. 9.

GRatias agite Domino & prædicate nomen eius, annunciate inter populos studia eius. Cantate eum et psallite ei, narrate omnia mirabilia eius. Laudate nomen sanctum eius, lætetur cor quærentium dominum. Quærite dominum & fortita

fortitudinem eius, querite faciem eius semper. Me-
 mentote mirabiliū eius quę fecit, prodigiorū & uer-
 borū eius. Vos qui semen estis Abrahę serui eius, et
 filij Iacob electi eius. Ipse est dominus deus noster,
 ipse iudicat in uniuersa terra. Memor est^b in æternū
 fœderis sui, uerbi quod promisit in multa posterita-
 tis milia perpetuo. Quod pepigit cum Abraham, et
 iuramenti sui cum Isaac. Et hoc ipsum fecit esse ius
 Iacob, & fœdus æternum Israël. Dicens, tibi dabo
 terrā Canaan, sortē hereditatis uestrę. Cum erant
 pauci & propè cōtempti, et in ea terra peregrini. Et
 migrabāt de populo ad populum, ex uno regno ad
 populum aliū. Non permisit aliquē nocere eis, et cor-
 ripuit propter eos reges. Nolite tangere Christos
 meos, et in prophetas meos ne sitis iniurij. Et uoca-
 uit famem super terrā, et abesse fecit omnē annonā.
 Præmisit ante eos uirum, ut seruus uenundatus est
 Ioseph. Constrinxerūt compede pedes eius, ferro
 afflicta est uita eius. Donec ueniret uerbum eius, &
 eloquium domini uelut igni probauit eum. Tunc mi-
 sit rex & soluit eum, princeps populorū dimisit eum.
 Constituit eum dominū domus suę, & dominatorē
 super omnia bona sua. Ut institueret principes eius
 secundum suū institutū, et doceret seniores sapentiā.
 Et intrauit Israël in Aegyptū, et Iacob pegrinus fuit
 in terra Ham. Et auxit populū suū uehemēter, et for-
 tiores fecit eos inimicis ipsorū. Peruertit cor illorū.

ut odio haberent populum ipsius, & dolos medita-
rentur aduersus seruos ipsius. Misit Mosen seruum
suum, Aaron quem elegerat. Hi adiderunt signa eius
inter illos, & prodigia in terra Ham. Misit tenebras
& caligine inuoluit omnia, non fuerunt immorigeri
sermonibus eius. Mutauit aquas illorum in sangui-
nem, et occidit pisces eorum. Produxit terra eorum
ranas, in ipsis etiam penetrabilibus regum eorum. Di-
xit, et prodijt omnis generis musca, pediculi in omni-
bus finibus eorum. Immisit eis propluuia grandinē,
ignem flammantem in terra eorum. Et percussit uites
eorum et ficulneas eorum, et confregit arbores inter-
minis eorum. Dixit quoque, et uenit locusta, et bruchus
absque numero. Hæc uastauerunt omnem herbam in
terra eorum, & uorauerunt fructus agri eorum. Et
percussit omnem primogenitum in terra eorum, omnes
primos hæredes. Et eduxit illinc suos cum argento &
auro, et non erat in tribubus eorum quisquam infirmus.
Lætata est Aegyptus de profectioe eorum, quia ti-
mor propter eos ceciderat super ipsos. Expandit nu-
bem ad tegendum, et ignem ut luceret noctu. Petierunt
& coturnices adduxit, et pane e caelis saturauit eos.
Aperuit petram et effluerunt aquæ, ut fluerent tor-
rentes in terra arenti. Quonia memor fuit uerbi san-
cti sui, quod promiserat Abrahe seruo suo. Sic itaque
eduxit populum suum cum exultatione, et electos suos
cum læticia. Et dedit eis regiones gentium, & bona
populorum

populorū possederunt. Vt custodiant statuta eius,
& legem eius seruent. Haleluia.

a Fortitudinem eius. Id est, non fidite uestris uiribus, non tribuite
dijis fortitudinē sed deo, cuius fortitudo & beneficia hic leguntur. Vel for
titudinem id est, regnum eius.

b Non propter uos, sed propter
fœdus suū fecit omnia, Paulus: fidelis est deus.

c Et tamen hi pau
ei erant ecclesia dei.

d Abraham, Isaac & Iacob uocat Christos
suos, id est, qui corā mundo non erant uncti neq; in reges, neq; sacerdotes,
& tamen corā deo erant: & prophetas uocat, quia uerbū dei habebant et
docebant, & huic credebāt: hæc fides erat spiritus & unctio corū, de qua

e Ut institueret. Hic rursus instituitur cultus dei per
Ioseph in Aegypto per uerbum dei, post tanta tēpora à diluuto Noë. A quo
cultu postea recidunt in tam turpes religiones & idololatrias ut rideant
etiam gentiles poete allia & cepas & apim adorari, &c.

f Non ut deficerent à deo, ut sequenti Psal. legis, quemadmodum ho
die sibi Euangelium datum putant, ut sine pœnitentia uiuant hanc uitā, &
turpiter agant & rapiant aliena, &c.

PSALMVS CVI.

Gratiarum actio et confessio omnium peccatorū populi Israël, unde cla
rum euadit quòd dominus beneficiat eis nō propter merita, sed propter fœ
dus & nomen suum, Mera gratia est.

HALELVIA.

GRatias agite domino, quoniā benignus est,
quoniam in æternum perseverat misericor
dia eius. Quis eloqui poterit fortia facta do
mini, aut omnia eius laudabilia opera prædicare?
Beati sunt qui custodiunt mandatum, et faciunt ius
te perpetuo. Memento mei domine secundum gra
tiam populo tuo promissam, exhibe nobis salutem
tuam. Vt uideamus prosperitatem electorū tuorū,

& lætemur de successu populi tui, & gloriemur cum
 hæreditate tua. Peccauimus cum patribus nostris,
 iniuste egimus, impij fuimus. ^b Patres nostri in Aegypto noluerunt intelligere mirabilia tua, non fuerunt memores multæ misericordix tuæ, sed inobedientes fuerunt iuxta mare, nempe iuxta mare rubrū. Et tamen saluauit eos propter nomen suum, ut nota- tam faceret potentiam suam. Et comminatus est mari rubro et exiccatus est, et deduxit eos per abyssum tanquā per aliquod desertū. Et saluauit eos de manu odientis, & redemit eos de manu inimici. Et cooperuerunt aquæ aduersarios eorum, ut ne unus quidē reliquus fuerit. Tunc credebant uerbis eius, et cantabant laudē eius. Sed paulō post oblitī sunt operū eius, nō expectauerūt consiliū eius. Et cōcupiscentia exarserunt in deserto, et tentauerunt deū in solitudine. ^d Ipse autē dedit eis quod petebant, & misit adeo abunde, ut et fastidirēt. Et seditiosi fuerunt aduersus Mo- sen in castris, aduersus Aaron sanctū dñi. A- per- ta est terra et deglutiuit Dathan, et cooperuit con- gregationē Abiram. Et exarsit ignis in coetu eorum; flamma cōbussit impios. Fecerunt uitulū in Horeb, et adorauerunt cōflatile. Et mutauerunt ^e gloriā suā, in simulachrū bouis comedentis foenū. Oblitī sunt dei saluatoris sui, qui designauerat magna in Aegypto. Stupenda in terra Ham, terribilia in mari ru- bro. Et dixit se deleturum eos, si non Moses electus

cuius

eius obstitisset uastationi, ad placandum iram eius ne ipsos disperderet. Et contempserunt¹ terram desiderabilem, non crediderunt uerbis eius. Et murmurauerunt in tentorijs suis, non obedierunt uoci domini. Et eleuauit ipse manum suam contra eos, ut prosterneret eos in deserto. Et ut proijceret semen eorum inter gentes, & dispergeret eos in regiones. Ipsi præterea² adhæserunt BaalPeor, & comederunt sacrificia mortuis dijs oblata. His studijs suis ad iram prouocauerunt eum, & sequit³ plaga in eos. Accessit autem Pinehas & dijudicauit, & plaga cessauit. Et hoc reputatum est ei ad iustitiam, perpetuo et in æternum. Rursum irritauerunt eum iuxta aquas cõtionis, & male affecerunt Moisen. Nam uexauerunt animũ eius, ita ut quædam uerba⁴ excideret ei. Ad hæc, nõ deleuerunt populos, quemadmodum Dominus præceperat eis. Sed cõmiscuerunt se gentibus, & didicerunt opera eorum. Et coluerunt simulachra eorum, et facta sunt eis scandalũ. Et sacrificauerunt filios suos & filias suas demonijs. Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quos sacrificauerunt simulachris Canaan, ita ut pollueretur terra reatu effusionum sanguinis. Et inquinati sunt operibus suis, & scortati sunt studijs suis. Tunc exarsit ira domini in populum suum, & abominatus est hæreditatem suam. Et tradidit eos in manus gen-

tium, ut dominarentur eis qui odio habebant eos. Et oppresserunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub tyrannide eorum. Sæpe liberavit eos, sed ipsi exacerbauerunt eum consilijs suis, et paucifacti sunt propter iniquitates suas. Et uidit angustiam eorum, cum audiret querelam eorum. Et recordabatur foederis sui quod pepigerat cum eis, et poenituit eum secundum multitudinem misericordiae suae. Et redire fecit eos ad misericordiam suam, coram omnibus qui captiuos tenuerant eos. Salua nos domine deus noster, et congrega nos ex gentibus, ut gratias agamus nomini sancto tuo, & praedicemus laudem tuam. Benedictus sit dominus deus Israël ab æterno usque in æternum, & dicat omnis populus, Amen. Halleluia.

a Contra, infelices sunt cōtemptores, ut hic Psalmus declarat. Agnoscentes peccata, absoluit misericordia dei, cōtemptores nō fert. *b* Non clamatur hic patres patres, &c. *c* Quasi diccret ad mare, tu scilicet obstares populo meo ne transeat. *d* Non habentes murmurant, habentes fastidiunt, id quod est proprium infidelitati. *e* Gloriam.] Id est, deum uerū. Huc respexit Paulus, Rom. 1. *f* Terram.] Id est, illam quam promiserat deus. Vtinam inquit mansissimus in Aegypto.

g Adhaeserunt ut coniunx coniugi, quemadmodum deus dixit. Et clinetur homo patrem & matrem, & adheret uxori suae. Nos ut sponsa soli deo marito adherere debemus, non scortari ut infidelis dicitur cum dijs alienis. *h* Exciderent, &c. Num. 20. Num de petra hac uobis aqua eijcere poterimus? Et dixit dominus ad Moysen & Aaron, quia non creditis distis mihi ut sanctificaretis me coram filijs Israël non introduceturis hos populos in terram quam dabo eis.

PSALMVS CVII.

Hic Psalmus est generalis gratiarum actio pro uario etiam corporali auxilio

auxilio & liberatione omnium hominum etiam infidelium gentium & Iudeorum, quemadmodum & Paulus dicit, 1. Timoth. 2. Deus est saluator omnium hominum, sed maxime fidelium, Psal. 36. Homines & iumenta curas domine. Quam preciosa, &c. Hoc adiutorium quaerunt gentes apud varios deos, quos credunt varijs morbis & periculis praefectos, & nos Christiani in errore & Turcae haecenus apud varios sancto. idem eodem modo quaesimus. Sanctus Leonardus liberauit unctos, Sebastianus contra pestem succurrit, Georgorius in bello iuuat, Erasmus ditauit suos cultores, Christophorus & Nicolaus in mari & aquis dii fuerunt, &c. Hac ratione omne dei auxilium distribuerunt sanctis, ut gentes suis dijs sub summo Ioue agentibus, & furto & rapina abstulerunt a deo gloriam, cui soli hic psalmus tribuit & gratias agit.

Gratias agite domino, quoniã benignus est, quoniam in æternum perseverat misericordia eius. Dicite uos qui redempti estis per dominũ, quos redemit de tribulatione. Et quos congregauit ex regionibus ab oriente, occidente, aquilone & mari australi. ^b Errauerunt in solitudine & inuio, nec inuenerunt ciuitatem in qua habitarent. Famem patiebantur & sitim, et anima eorum in ipsis defecit. Et clamauerunt ad dominum in tribulatione & ipse ex angustijs eorum liberauit eos. Et deduxit eos per uiam rectam, ut irent in ciuitatem in qua habitaret. Gratias agant domino de misericordia sua, & de mirabilibus suis quæ facit erga filios hominũ. Quia satiãt animam sitientem, et animam esurientem replet bono. ^c Sederunt in tenebris et obscuro, uinẽt in uero et ferro. Quia mandatis dei inobedientes fuerant, et legem altissimi blasphemauerant. Ideo

afflictum est cor eorū miseria, ut deficerent nec esset
 qui succurreret. Et clamauerūt ad dñm in tribulatio-
 ne, & ipse ex angustijs eorū liberauit eos. Et eduxit
 eos ex tenebris et obscuro, & uincula eorū dirupit.
 Gratias agant dño de misericordia sua, et de mirabi-
 libus suis quę facit erga filios hominū. Quia confrin-
 git portas æreas, et uectes ferreos cōminuit. Stulti
 affligebant propter transgressionē suam, et propter
 peccata sua. Ut fastidiret omnē escā anima eorū, &
 ipsi essent mortī uicini. Et clamauerunt ad dñm in tri-
 bulatione, et ipse ex angustijs eorū liberauit eos. Mi-
 sit uerbum suū et sanauit eos, et eripuit eos ne more-
 rentur. Gratias agant dño de misericordia sua, et de
 mirabilibus suis quę facit erga filios hominū. Et sa-
 crificent gratiarum actionē, et enarrent opera eius
 cum exultatione. Qui mare ingrediunt nauibus, &
 negotiant in aquis uastissimis. Hi experti sunt ope-
 ra domini, et mirabilia eius in mari. Dixit, et excita-
 uit tempestatē maximā, quia fluctus maris extollun-
 tur. Hic iam ascendebant in coelū iam descendebant
 in abyssum, ut præ angustia tabesceret anima eorū. Ia-
 ctabantur et motabantur ut ebrius, ita ut nihil cōsilij
 esset reliquū. Et clamauerūt ad dñm in tribulatione,
 et ipse ex angustijs eorum liberauit eos. Et reddidit
 pro tēpestate tranquillitatē, ut subsidant fluctus ma-
 ris. Hoc facto silentio lætati sunt, et ipse deduxit eos
 in portū ut cupiebant. Gratias agant dño de miseri-
 cordia

cordia sua, et de mirabilibus suis quæ facit erga filios hominū. Et exaltent eū in ecclesia populi, et in conlessu seniorū prædicent eum. ¹ Torrentes exiccabant et fontes scaturire desierāt, ut fertilis ante terra iam nullū fructū ferret, propter malitiā habitantium in ea. Ipse autē quod erat siccū ditauit aqua, et in arido fecit fontes. Et collocauit illuc esurientes, ut pararēt ciuitatē in qua habitent. Et seminarent agros et plantarent uineas, et colligerent annuos fructus. Et bene dixit eis ut multiplicarentur ualde, et iumenta eorū non paruo numero esse fecit. ² Imminuti sunt autem iterū et humiliati à uiolentia et coartatione maligni. Cum effunderet contemptus super principes, et omnia in errore et deserta iacerent. Sed ipse protexit pauperem ab afflictione, et auxit familiā eius ut gregem ouium. Hæc uidebunt recti et lætabuntur, et omnis iniquitas oppilabit os suū. Quis est sapiens ut hæc obseruet: Ita demū agnosceret uaria beneficia dñi.

a Si quis hic allegorias requirit uideat meos commentarios. Præstat uero hic uidere quod uerba habent, &c.

b Primi sunt qui pauperes & miseri sunt, non habentes domum, uagi, non uidentes qui possint ali, &c.

c Secundi sunt, qui captiui propter delicta puniuntur.

d Tertij sunt stulti, id est, deum non timentes, sed in peccatis uiuentes, & ideo morbis postea conficiuntur.

e Quarti sunt qui seuitiā et pericula maris experiuntur.

f Quinti sunt, qui sterilitate terræ puniuntur, & rursum dei dono pluuiam & fructus terræ recipiunt.

g Sexti sunt qui uel tyrannos sustinent uel seditionibus premuntur. Nō cessant impij magistratus à tyrannide, postea seditiosi ciues iudicio dei faciunt magistratū contemptū, tunc iacet politia et omnia. Liberet nos deus sua misericordia & non affligat nos quemadmodum meremur, Amen.

PSALMV S CVIII.

Titulus, Psalmus cantici Davidis.

Ex 77. & Psalm. 60. hunc psalmum intelliges.

PAratum est cor meum deus, ad cantandum
 et psallendum etiam gloria mea. Euigila psal-
 teriũ et cithara, diluculo cui gũlabo. Gratias
 tibi agam domine inter populos, psallam tibi inter
 nationes. ^b Quia misericordia tua ubique est quã-
 late patet cœlum, et veritas tua ubicunq; videntur
 nubes. Exaltare super cœlos deus, & super omnem
 terram exaltetur gloria tua. Ut liberentur dilecti
 tui, salua dextera tua et exaudi me. Deus loquitur in
 sanctuario suo unde exulto, ^c partibor Sichem, ual-
 lem. Suchot dimeriar. Mea est Gilead, meus est Ma-
 nasse, Ephraim est fortitudo capitis mei, Iuda est
 princeps meus, Moab est olla ablutiois mihi, super
 Edom proferam calceum meum, super Philistæos iu-
 bilabo. Quis deducet me in aliquam ciuitatem muni-
 tam: quis deducet me usq; in Edom: Nonne tu deus
 qui repellis nos, nec egrederis deus in fiducia no-
 strorum exercituum: Da nobis auxilium in tribula-
 tione, quia uana est salus quæ expectatur ab homi-
 ne Per deum des gnabimus fortia, ipse conculebit
 inimicos nostros.

a Gloria.] Instrumento musico quo deum glorifico. b. P. in
 mum respicit in regnum. hristi quod profiret pomeria sua per totum mun-
 dum. Mox suum illud te- porale regnum commendat à deo acceptũ, unde
 tandem illud eternum. hristi regnũ sit proditurũ. c. Partibor, & c.]
 Id est, recensebo quos populos per deum habeam subditos ego David.

PSALMVS CIX.

Titulus, Psalmus Davidis ad præcinendum.

Oratio in persona Christi cõtra Iudæi proditorẽ et Iudeos crucifixoꝝ, quibus prædicit interitũ & indurationẽ aduersus deũ que facta uidentur.

DEUS qui es laus mea, ne taceas. Quia aperuerunt contra me os suum impium et fraudulentum, et loquuntur aduersum me lingua dolosa. Verbis ex odio profectis undique aggrediuntur me, et pugnant aduersum me sine causa. Pro dilectione mea aduersantur mihi, ego autem oro. Reddunt mihi malũ pro bono, odiũ pro dilectione mea. ^a Constitue impios super eum, et Satan stet à dextris eius. Quisquis docetur ab eo, huius uita sit impia, & oratio eius sit peccatum. Fiant dies eius pauci, et officium eius accipiat alius. ^b Fiant filij eius orphani, & uxor eius uidua. Errabundi eant filij eius et mendicent, & quærant uictum ut qui deuastati sunt. Exurgat fornicator uniuersa quæ habet, et alieni diripiãt bona eius. Nemo ei benefaciat, aut misereatur pupillis eius. Eradicentur posteri eius, in generatione secunda deleatur nomẽ eius. In memoriã redeat iniquitas patrum eius coram domino, et peccatum matris eius non deleatur. Sint hæc coram domino semper, et memoria eorum aboleatur super terrã. Propterea quod non est recordatus facere misericordiam, sed persecutus est ^d hominem afflictum et pauperem, et animo conseruatũ, ut eum occideret. Voluit maledictionem et ueniet ei, noluit benedictionẽ &

elongabitur ab eo. Et induit maledictionē tanquam
interius uestimentum, quę intrauit in interiora eius
sicut aqua, et sicut oleum in ossa eius. Hęc fiat ei sicut
uestimentum quo operiatur, et sicut zona qua sem-
per præcingatur. Sic fiat à domino ihs qui aduersantē
mihī, & loquuntur mala aduersus animā meam. Tu
autem domine, domine esto mecū propter nomen
tuum, quia tua misericordia est cōsolatio mea, eripe
me. Quia pauper sum ego et afflictus, cor meum con-
cussum est intra me. A beo sicut umbra transiens, &
fugor ut locustę. Genua mea nutant præ ieiunio, et
caro mea macilenta est non habens pinguedinē. Et
sum opprobriū illis, uidentes me iactant caput. Ad-
lis quęso mihī domine deus meus, salua me secundū
misericordiam tuam. Ut agnoscant hanc esse manū
tuam, quod tu dñe hęc facis. Cum ipsi execrantur,
tu benedic, cum insurgunt aduersum me confundan-
tur, seruus autem tuus exulter. Induantur aduersarij
mei ignominia, et operiantur ut uestimento cōfusio
ne sua. Gratias agam domino ualde ore meo, et præ-
dicabo eum inter multos. Quia adest pauperi à de-
xtris, ut saluet eum ab ihs qui damnant uitā eius.

a Summa. Aduersariorū doctrina, uita, disciplina, oratio, sit damnata.

*b Hoc factum est iude cui successit Mathias. Hoc & iudaico populo
factum est cui successit ecclesia gentium. c Post quadraginta an-
nos ab occasione Christi perierunt iudei, non amplius habēt regnū, sacer-
dotium, deum, non dicuntur nunc populus dei. d Hominē, Chri-
stum cum suis ut antea prophetas & pios, quem admodum etiam hodie no-
stri faciūt, nihil ueritū damnationem horrendam iudei u. e Respice se-
nem, deus non potest derelinquere suos.*

PSALMVS CX.

Titulus, Psalmus David.

Prophetia ualde insignis & manifesta de Christo, quæ admodum futurum sit æternus rex & sacerdos, & cui pater dederit omne iudicium, & quod declarabitur uerus esse deus in dextera dei sedens placator & orator pro nobis, id quod est eius sacerdotij perpetuum officium, abolita lege & sacerdotio Aaron ut latissime simul & sanctissime hæc interpretatus est autor epistolæ ad Heb.

Dixit dñs dño meo, fede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. Scepterū regni tui emittet dñs ex Zion, dominare in medio inimicorū tuorum. Spontaneas oblatiōes offeret tibi^a populus tuus tēpore uictoriæ tuę in ornatu sancto, ex utero aurorę ros erit tibi posteritas tua. Iurauit dñs et non pœnitebit eū, tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melkizedek. Dñs qui est à dextris tuis, percutiet in die ire sue reges. Iudicabit inter gentes, plena erunt loca occisorum cadaueribus, percutiet caput magnarum regionum. De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput.

^a Variè interpretatus est, & iactatus hic uersus & ab alijs & à nobis, sed hæc est sententia. Populus Christi, id est, credentes offerent Christo & deo patri non coactas siue legis, sed liberales et uoluntarias oblationes, nempe spirituales, 1. Petri 2. tempore uictoriæ, id est, quando prædicabitur Euangelium & triumphus Christi superato peccato & morte, ubi cœperit dilatari regnum Christi ad gentes. In ornatu sancto, id est, habebunt hi credentes & sacrificantes uestes summi pontificis indutas, de quibus ubi sacerdotes tui induantur iustitia. Vides omnes Christianos esse sacerdotes in unico sacerdote Christo ut infra dicitur. Et posteritas tua à Christo erit ros uel quasi ros ex utero auroræ, id est, ante aurorā exortā cadēs, suauis, sæcundus, letificans pascua & agros. Christiani nō deficiēt, sed florentes inuenta per spiritū sese multiplicabunt.

PSALMVS CXI.

Gratiarum actio populi Israël in festo pasche cum agnum ederent, ut apparet, quæ tamen omnibus & nobis communis est, siquidem hic commendantur omnia opera dei, maxime uerbum, sacerdotium, cultus, lex, pax, inuicem populi, defensio, gratia. Non inquit ut hypocrite, sed ex toto corde gratias ago domino, siue in consilio, id est, secreto siue in congregatione, id est, publico iustorum quia hæc laus operum dei inter infideles ut non intelligitur, ita foetet præ sanctitate & opinione operum humanorum. Dei opera sunt magna, sed illic ubi attenduntur, mirum quanta tibi iucunditas & gratiarum actio. Qui quid ipse ordinat est laude & honore dignum, & est iustitia eterna, quia uerbo dei sanctificatum est, & quicquid secundum hoc fit est opus pulcherrimum placens deo, utile hominibus, confirmans nos, & necesse est esse iustitiam eternam impij autem cultus non à deo ordinati turpes sunt in conspectu dei & angelorum & credentium, quos necesse est perire. Instituit sui commemorationem per escam agnum paschalem, per uerbum, per sacramenta, item per cibum etiam corporalem, sed apud iunctos se, alij hanc cõmemorationem ignorant, ut maxime utantur dei multis donis et sacramentis ab ipso institutis. Cur hæc omnia facit? uia inquit, memor est in eternum foederis sui, id est, promissionis factæ. Sed ne similes excæcatorum mundo, Rom. 1. non attendamus ad opera dei & obliuiscamur ut impij iudei, Psal. 106. dat nobis suum uerbum quo opera sua nobis perpetuo inculcat ad confirmandum fidem nostram. Annuntiat inquit fortia facta populo suo, ut non per infidelitatem deficiat à promissione ut impij patres sed accipiant hereditatem gentium. Illi acceperunt terram Canaan in expulsis gentibus, nos autem cum eis accipimus hereditatem mundi Abrahæ promissam, Ro. 4. qui est pater multarum gentium, Psal. 47. Omnes populi plaudite, &c. Pergit uero summe commendare opera dei et mandata quod sunt ueritas non hypocrisis, quod sunt iusta, non auertentia à fide ut opera monachalia & iustitiariorum, sed certificantia nos quod hæc facientes placeamus deo et manet in eternum, neque enim solum intellige hic opera dei quæ sua persona facit, sed etiam quæ tu facis per eum, nimirum secundum mandatum & uerbum eius. Redemptionem mittit sepe populo suo, & redimit eum non solum ex Aegypto, sed etiam ab omni periculo mentis & corporis propter eternum foedus nobiscum inuitum. Uleo, quia hæc facit, solum eius nomen inde apud nos debet sanctificari. Summa. Timemus Deum & facimus secundum

uerbum eius quicquid facimus, agnoscamus bonitatem eius & laus nostra erit in æternum apud deum. Contemptores suis iusticijs inflantur, sed laudem non habent apud deum, de quibus alibi dicit psalmus. Incepas super eos, maledicti qui declinant à mandatis tuis. Habes totum psalmum.

HALELVIA.

GRatias ago dño ex toto corde meo, in consilio iustorum & congregatione. Magna sunt opera domini, qui attendit ea delectatur eis. Quicquid ipse ordinat est laus & decor, et iustitia eius manet in æternum. Memoriam instituit mirabilium suorum clemens et misericors dominus. Escam dat timentibus se, in æternum memor est testamenti sui. Annuntiat populo suo fortia facta sua, ut det eis hæreditatem gentium. Opera manuū eius sunt ueritas et ius, omnia mandata eius sunt solida. Stabilia sunt perpetuo et in æternum, et fiunt simplici corde et recto opere. Redemptionem mittit populo suo, promittit foedus suū in æternum esse mansurū, sanctum et tremendum est nomen eius. Timor dñi initium est sapientiæ, hæc est prudentia salutaris illi qui se exercet in his, laus eius manet in æternum.

vel laudabile
& decorum.

a Ergo quicquid secundum mandata dei fit, etiam tale est, quale est mandatū, quemadmodum additur. Fiunt non ut hominum mandata coacte sed simplici & fideli corde, non opere ad blasphemandum, id est, unde credas te iustificari, quemadmodum hoc tribuunt hypocritæ operibus legum humanarum, aut etiam diuinarum, sed opere recto, quia deus uult & proximo profuit.

PSALMVS CXII.

Consolatio. Commendantur enim hic timentes deum & iusti propter bo-

nam suam uitam, & consolatio aeterna promittitur contra omne malum quod hic uel patiuntur uel metuunt. Maxime commendat fortem fiduciam eorum quam habet in gratiam dei, quod terrore non resiliunt à iustitia (id quod uera fides est) donec uideant suos hostes perire.

HALELVIA.

BEatus est uir qui^a timet dominum, qui ualde delectatur mandatis eius. ^b Potens super terram erit semen eius, generationi rectorū benedicetur. ^c Diuitiæ & abundantia erunt in domo eius, et iustitia eius manet in æternum. In tenebris lumen exoritur rectis à clemente, misericorde et iusto. ^d Beatus est qui misericordia mouetur et mutuo dat, sic curat suas res ut nemini incommodet. Quia in æternum manebit, in memoria æterna erit iustus. Cum plaga futura nuntiatur, non metuit, siquidem cor eius constanter sperat in dominum. Firmum est cor eius, non timet, donec tandem uideat quæ uult in hostibus suis. Dispergit & dat pauperibus, iustitia eius manet in æternum, cornu eius exaltabitur cum gloria. ^e Hoc uidebit impius et dolebit, frendet dentibus suis & tabescet, quod cupiunt impij nihil erit.

^a Timet, id est, colit. Mandatis dei, non sacrificijs aut studijs proprijs.

^b Potens, &c.] Id est, durabit, regnabit uel inuitis inimicis, immortalis erit iustorum progenies etiam in terra.

^c Diuitiæ, &c.] Res etiam tenues iustorum appellat spiritus sanctus diuitias, propter benedictionem, quia satis habent. Impiorum opes uocat in prouerbij Corrosionem, propter maledictionem. Pietas habet promissionem presentis uite & future.

^d Beatus, &c.] Aliena non lædit, sua curat iuste. Dispergit, &c. Misericordiam uolo non sacrificium, dicit dominus.

Hoc

e Hoc, &c.] Non efficit quod cogitat contra iustum, quia uerbum dei cui hic credit uiuit & est in æternum. *f* Summa, diuitias, honorem, uoluptatem, defensionem, non ut mundus, sed à deo pete & spera, & noli talibus confidere, sed, &c.

PSALMVS CXIII.

Commendatio & prophetia de regno Christi, qui mortuos uiuificat, exaltat è stercore pauperes, infæcundos fertiles facit, cõtrà superbos deicit, ut & Hanna mater Samuelis cecinit. Hoc facit inter omnes gentes quam late patet cœlum, id quod & ipse dicit. Omnis qui se exaltat humiliabitur, &c. Vides etiam quam non opera monachalia hic, sed politica & œconomica commendet, deo dante uiros qui præsent & fortunante nostras.

HALELVIA.

Laudate uos serui domini, laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum, ex hoc tempore usque in æternum. A solis ortu usq; ad occasum, benedictum sit nomen domini. ^a Excelsus est Dominus super omnes gentes, ^b gloria eius est ubicunq; est cœlū. Quis est sicut dominus deus noster qui in altis se collocauit. Et tamen humilia respicit in cœlo & in terra, ^c Qui eleuat ex puluere despectum, et è stercore ereptum exaltat pauperē. Ut sedere faciat eum cum principibus. cum principibus populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo, ut sit læta filiorum mater. Haleluia.

a Quia præualet dijs gentium, & omnis fiducia humana nihil est.

b Gloria, &c. Hab. 3. Operuit cœlos gloria eius. *c* Qui eleuat, &c.] In politica & œconomica, imò etiam in ecclesia.

PSALMVS CXIIII.

Gratiarum actio pro liberatione ex Aegypto, &c. cantata, ut uidetur in festo paschæ. Nos quoniam die hoc psalmo Christo benedicimus, qui educit nos per mare aduersorum huius sæculi nolente carne & diabolo ex morte & peccatis in uitam æternam.

Cum egredereſ Iſraël ex Aegypto, domus Iacob ab alieno populo. Factus eſt Iudaſan ctuarium eius, Iſraël regnum eius. Mare uicit et fugit, Iordanis abiit retrorſum. Montes ſubſilierunt ut agni, colles ut pulli ouium. Quid accidebat tibi mare quòd fugiſti? et tu Iordanis quòd retrorſum abiſti? Vos montes quòd ſubſiliſtiſtis ut agni? uos colles ut pulli ouium? Coram domino mouebatur terra, coram deo Iacob. Qui mutat petram in ſtagna aquarum, et ſilicem in fontes aquarum.

a Id eſt, ſacerdotium & regnum dedit eis. *b* Hæc omnia facta ſunt à facie domini uel coram domino, ſicut nunc apud nos à facie noſtra non fugit lex & peccatum, nec uerbum per nos oritur. Quid nunc à facie domini hæc fierent, cum tota terra moueatur etiam uſq; ad ſeditionem & perſecutionem à reuelatione dei per uerbum omnia mutantis?

P S A L M V S CXV.

Gratiarum actio, quòd deus uerè eſt adiutor, dii nihil ſunt. Ideo orat. Nò nobis, &c. Non reſpice iuſtitiam & dignitatem noſtram, alioqui nunquam iuuabis & erimus populus abſque deo ut gentes, ſed reſpice gloriam & nomen tuum, quo prædicaris uerus, uiuus, & abunde ſaluans deus. Secundum hoc nomen uelis agere pro nobis & non ſecundum nomen noſtrum, quo uocamur cultores dei, ſacrificatores, cantores, ieiunatores, bonorum operum factores, &c. quia talia nomina poſſunt & gentes habere, & nobis eiſ profunt.

Non nobis domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam, de gratia exhibita et ueritate tua. Cur dicât gentes, ubi eſt deus eorum? Deus autè noſter eſt in caelo, quicquid uult efficit. Simulachra uero illorū ſunt argentū & aurū, opera

opera manuum hominū. Os habent & non loquuntur, oculos habent & non uident. Aures habent & non audiunt, nares habent & non olfaciunt. Manus habent & non palpant, pedes habent et non ambulant, nec loquuntur per guttur suū. His similes sunt qui hæc faciunt, et qui in ea confidunt. Israël autē speret in dominum, hic est auxilium & scutum eorum. Domus Aaron speret in dominum, hic est auxilium & scutum eorum. Qui timēt dominum sperent in dominum, hic est auxilium & scutum eorum. Dominus memor est nostri et benedicit nobis, benedicit domui^d Israël, benedicit domui Aaron. Benedicit timentibus dominum, pusillis cum maioribus. Benedicat uobis dominus adhuc amplius, uobis et filijs uestris. Vos estis benedicti domini, qui fecit cœlum et terram. Cœlum quàm uastum est domini est, terram autem dedit filijs hominum. Non mortui laudabunt te domine, nec omnes illi qui descendunt in silentium. Sed nos benedicimus domino, ex hoc tempore in æternum, Halleluia.

a Vana est omnis fiducia que non est in deum uerum. Primum preceptum. Non habebis deos alienos. *b* Similes. Id est, reprobi & inuiles ad omne opus bonum, etiam si multum gloriantur de operibus bonis, Timoth. 1. *d* Israël. Regnū est. Aaron, sacerdotium. Timentes, qui cunque afflicti per totum mundum. *e* Silentium, Psal. 94.

P S A L M V S CXVI.

Gratiarum actio, quod deus preces exaudit, et ex angustia mortis & inferorum eripit, de qua grauisima & spiritualissima tentatione paucis cognita, plures facti sunt psalmi.

AMo quòd dominus audit nocem et obsecrationem meã. Quod inclinât ad me aurẽ suam, ideo per totam uitam meam inuocabo eum. Cinxerant me funes mortis, et angustie inferni apprehenderant me, inciderã in tribulationẽ et angustiam. Sed nomen dñi inuocauĩ, ò dñe libera animã meam. Dñs est clemẽs et iustus, et deus noster est misericors. Dñs custodit simplices, cum succumbo ipse saluat me. ^a Redi ò anima mea ad tranquillitatem tuam, quia dñs benefacit tibi. Quoniam tu eripuisti animam meã ex morte, oculum meum à lachrymis, pedem meum à lapsu. ^b Ambulabo ergo coram domino in terra uiuentium.

^a Psal. 37. Si ecciderit non abiectur, &c. ^b Posthac bene habebò per deum cum illis, qui beate uiuunt erepti è suis malis.

Que sequuntur coherent in Hebræo cù psalmo præcedenti. Conqueritur se pati, quia suã fidem et dei ueritatẽ cõfitetur, omnẽ uirtutẽ & fiduciã hominũ mendacẽ & falsam faciens, id quod mundus sustinere non potest, unde fit ut insti premantur, omnibus malis, & sæpe in angustijs trepident. Sed contra hæc omnia cõsolatur sese, quòd certo scit uerbũ suum & doctrinam esse uerã, id eòq; pergit. Sic autẽ dicit: Si illi potare me uolunt ex calice iræ suæ, accipiam ego calicẽ gratiæ & salutis, & spiritualiter me inebriabo, & per prædicationẽ potabo inde omnes quotquot mecum bibere, & huius consolationis ex uerbo participes esse uolunt. Hic est noster calix quo & seruius deo, & glorificamus nomen eius, & reddimus uota nostrã, nempe uota primi præcepti, secundum quod suscepimus eum ut sit deus noster, & uouimus nos ipsum honoraturos, prædicaturos et inuocaturos. Non sumus hæc uota monachalia, ut & Psal. 22. de uotis Christi indicauimus. Hic rursum inuenies, ut sæpe aliàs, quòd sacrificium gratiarum actionis, prædicationis uerbi dei, confessio nominis eius, sit uerus dei cultus, &c.

Credo

CRedo, ^aideo loquor, ego aut affligor nimis.
Ego dixi in trepidatione mea, omnis homo
est ^bmendax. Quid retribuā dño, pro omni-
bus erga me benefactis. Calicē salutarem accipiam,
et nomen dñi prædicabo. Vota mea dño reddam co-
ram omni populo eius. Præciosa est corā dño mors
sanctorum eius. O dñe ego sum seruus tuus, seruus
tuus, filius ancillæ tuæ, dirupisti uincula mea. Tibi sa-
crificabo gratiarum actionē, et prædicabo nomē dñi.
Vota mea dño reddam coram omni populo eius. In
atrijs domus domini, in te o Ierusalem. Halleluia.

^a Rom. 10. Corde creditur ad iustitiā, ore fit cōfessio ad salutē. Sequitur
afflictio siue crux. Præterea incidūt etiā sancti in horrendas tentationes et
trepidationes. Ibi uident omnia esse falsitatē, quibus cōfidunt homines, hoc
postea experti docent ex uerbo dei. ^b Mendax,] Considerare in homi-
nem tandem nihil aliud est quā uanitas, Psal. 62.

PSALMVS CXVII.

Prophetia de Christo, Ro. 15. quod totus mundus eū laudare et colere de-
bet, præstita omnibus misericordia siue gratia, et exhibita promissione patri-
bus facta, ita ut nunc in regno Christi sit remissio peccatorū & uita eterna,
gaudium et cōsolatio regnet cōtra peccatū, mortē, diabolū et omnia mala.

LAudate dñm oēs gentes, prædicate eū oēs po-
puli. Quoniā misericordia eius regnat super
nos, et ueritas domini in æternum. Halleluia.

PSALMVS CXVIII.

Maxime egregius psalmus & prophetia de Christianis & de Christo
lapide angulari, Ephe. 2. ad tempus reprobato, 1. Pet. 2. quemadmodum
Christus ipse interpretatur psalmi uerbum Matth. 21. Sic & ecclesia re-
probatur & conformis fit imagini filij dei Rom. 8. sed gratias agit de sa-
lute aduersarijs pereuntibus, et pergit propaganda in ciuitates & regna.
Aperite inquit mihi portas, &c. quia respicit in lapidem reprobatum, sed

glorificatum, in ducem præcedentem Christum, Heb 11. & gloriatur de die exultationis quam fecit dominus, de die reuelati Euangelij, die uere festo, ad quem omnes propheta respexerunt.

GRatias agite domino, quoniã benignus est, quoniam in æternum perseverat misericordia eius. Dicat nunc Israël, in æternum perseverat misericordia eius. Dicat nunc domus Aaron in æternum perseverat misericordia eius. Dicant nunc qui timent dominum, in æternum perseverat misericordia eius. In tribulatione inuocaui dominum, & exaudivit me dominus reddita consolatione, dominus mecum est, non timebo, quid faceret mihi homo? Dominus mecum est ut saluet me, & ego uidebo quod uolo in hostibus meis. ^b Bonum est confidere in dominum, et non sperare in homines. Bonum est confidere in dominum, & non sperare in principes. Omnes gentes circundant me, sed in nomine domini dissecabo eas. Circundant me undique, sed in nomine domini dissecabo eas. Circundant me sicut apes, & ardent sicut ignis spinarum, sed in nomine domini dissecabo eas. Impellor ut cadam, sed dominus saluat me. Dominus est fortitudo mea, et psalmus meus, & salus mea. Cantatur cum gaudio de uictoria in tabernaculis iustorum, dextera domini obtinet uictoria. Dextera domini exaltata est, dextera domini obtinet uictoria. Non moriar sed uiuam, et narrabo opera domini. Castigat quidem me dominus, sed morti non

non tradit me. Aperite mihi portas iustitię, ut ingressus in eas gratias agam domino. Hęc est porta domini, iusti intrabunt in eam. Gratias ago tibi, quod affligis me, et rursus me saluas. Lapis quem reprobant ædificatores, factus est caput anguli. A domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Hęc est dies quam facit dñs, exultemus & lætemur in ea. Obsecro domine salua, obsecro dñe da prosperum successum. Benedictus sit qui uenit in nomine domini, benedicimus uobis qui estis ex familia domini. Dominus est deus qui illuminat nos, ornate diem festum frondibus, usque ad cornua altaris. Deus meus es tu, & gratias ago tibi, mi Deus ego prædicabo te. Gratias agite dño quoniã benignus est, quoniã in æternũ perseverat misericordia eius.

a. In persona ecclesię lege omnia. b. Bonum est, &c. Hoc caro non intelligit, quia crucem non capit, et sine cruce non ficitur deo, sed caro sentit: Bonum est fidere hominibus. sed homines nesciunt solari, principes non possunt iuare. c. Promissiones dei habet fides ecclesię, quod perituri sunt aduersarij, &c. Quod dicit dissecabo, nõ de gladio sed inso dicit, sed de fide & uerbo dei Eph. 6. Christus dicit: Dabo uobis os & sapientiã cui non poterunt resistere omnes aduersarij uictri. Verbo nostro perit diaboli & Antichristianum regnum, hoc facit dextera domini quemadmodum hic additur. Aperite, &c. id est, per ciuitates & regna, ubi deus habet suos electos, licet pro tempore impios, pergam t uangelio, inuitis portis inferorum. Sed iusti intrabunt in hanc portam, id est, sinceri doctores & cõfessores fidei. Student etiam in iusti, id est, pseudoapostoli & secta ij intrare i isa doctrina, sed ascendunt aliunde ut fures & latrones, qui obsequium & latrocinium iudicandi sunt. Ioan. 10. Non audierunt uoces. Magna consolatio hodie & semper ecclesię. Irrumpunt quidem, sed non manebunt. Insuperantia eorum nota fiet omnibus hominibus.

PSALMVS CXIX.

Bene longus est hic psalmus, oratione, consolatione, doctrina, gratiarum actione plenus, ad hoc maxime factus, ut prouocet nos ad uerbum dei, quod multis uerbis commendat, interim deterrens nos à falsis doctoribus, & à fastidio & contemptu uerbi, ideoque inter consolatorios psalmos precipuus est. Siquidem hoc unum in ecclesia est necessarium, nempe habere & audire syncerum uerbum dei. Inde efficaciter sequitur, orare, docere, consolari, gratias agere, prophetare, deū colere, pati, facere quicquid deo placet & diabolo displicet. Vbi autem contemnitur aut fastiditur uerbum, non sunt hæc. Et ubi non sincere uerbum prædicatur, ibi sunt quidem multe orationes, doctrinae, consolationes, gratiarum actiones, cultus dei, passionēs, prophetiæ, sed in speciem falsæ, & nihil uiles, quia religio diaboli est omnia immunda reddentis sua heresi & falsa doctrina. Ideo quando hunc psalmū uel partē eius legis, diligēter obserua Emphasim in dictione Tuus, tua, &c. ut semper antithesi scias hoc dici contra doctrinas & traditiones & opiniones humanas.

Oronarius

I.

Beatī sunt qui in integritate uiuunt, qui ambulant in lege domini. Beatī sunt qui custodiūt testimonia eius, quī toto corde quærūt eum. Nam qui in uīs eius ambulant, non operantur iniquitatem. Tu præcepisti mandata tua seruari ualde. Utinam dirigatur tota uita mea ad seruanda statuta tua. Tunc non pudeſcio, cum respicio ad omnia præcepta tua. Gratias ago tibi recto corde, quòd doces me iura iustitiæ tuæ. Statuta tua seruo, non derelinquas me unquam.

II.

Quo fiet ut adoleſcēs inculpate ambulet: serua uerba tua. Toto corde meo quæro te, ne sinas me errare à præceptis tuis. In corde meo conseruo eloquia tua, ut nō peccem in te. Benedictus sis tu, domine, doce me statuta tua. Labijs meis narrabo omnia

omnia iura oris tui. De uia testimoniorum tuorum gau-
deo, sicut de quibuscumque diuitijs. De mandatis tuis
differo, & respicio ad semitas tuas. In statutis tuis
me oblecto, non obliuiscor uerborum tuorum.

Benefac seruo tuo ut uiuam, & seruem uerba tua. III.

Reuela mihi oculos, ut considerem mirabilia in lege
tua. Peregrinus ego sum super terram, ne abscondas
à me præcepta tua. Contusa est anima mea præ desi-
derio erga iura tua omni tempore. Increpas super-
bos, maledicti sunt qui errant à mandatis tuis. Auer-
te à me opprobriũ et contemptum, quia testimonia
tua custodio. Etiam principes sedet & eloquunt con-
tra me, at seruus tuus differit de statutis tuis. Testi-
monia tua sunt oblectatio mea, et sunt cõsiliarij mei.

Adhæret pulueri anima mea, recrea me secundũ IIII.

uerbum tuũ. Vias meas narro, et tu exaudis me, do-
ce me statuta tua. Viam mandatorum tuorum fac me
intelligere, et differam de mirabilibus tuis. Præ me-
rore tabescit anima mea, cõforta me secundum uer-
bum tuum. Viam falsam amoue à me, et legem tuam
faue mihi. Viam ueritatis elegi, iura tua proposui
mihi. Adhæreo testimonijs tuis, domine ne sinas me
pude fieri. Quando tu consolaris cor meum, curro
uiam mandatorum tuorum.

Ostende mihi dñe uia statutorũ tuorũ, ut custo-
diam ea usque in finem. Instrue me ut custodiam le-
gem tuam, & seruem eam toto corde. Deduc me in

semita præceptorū tuorū, quia placete a mihi. Inclina cor meum ad testimonia tua, et non ad auaritiam. Auerte oculos meos ne respiciant ad uanam doctrinam, sed recrea me in uia tua. Seruus tuus præceptū tuū credat esse uerbum tuū, ut timeā te. Auerte à me opprobriū quod metuo, quia iucunda sunt iura tua. Ecce desidero mandata tua, recrea me iustitia tua.

v i. Domine contingant mihi misericordie tue, salus tua secundum eloquium tuum. Ut respondere possim opprobianti mihi, quia spero in uerbum tuum. Et ne tollas ab ore meo uerbum ueritatis, quia spero in iura tua. Seruabo legem tuam assidue, perpetuo & in æternum. Et ambulo cum gaudio, quia mandata tua quæro. Loquor de testimonijs tuis coram regibus, nec erubesco. Et delector præceptis tuis, & amo ea. Et leuo manus meas ad præcepta tua quæ amo, et dissero de statutis tuis.

v i i. Memor esto uerbi tui seruo tuo, in quod me facis sperare. Hæc est consolatio mea in afflictione mea, quia eloquium tuum recreat me. Superbi derident me, non tamen à lege tua declino. Domine quando recordor quemadmodū iudicaueris à condito mundo, consolationem accipio. Ardet animus mihi contra impios, qui derelinquunt legem tuam. Statuta tua sunt mea carmina, in domo mea. Memor sum domine nocte nominis tui, & seruo legem tuam. Hic est meus thesaurus, quod mandata tua custodio.

Dixi

Dixi, domine hæc erit hæreditas mea, quòd seruo VIII.
 uerba tua. Obsecro coram facie tua toto corde,
 miserere mei secundum eloquium tuum. Recogito
 uias meas, et cōuerto pedes meos ad testimonia tua.
 Festino et nō differo, seruare præcepta tua. * Cater
 uæ impiorum depredantur me, at legis tuæ non obli
 uiscor. Media nocte surgo ad gratias tibi agendum,
 propter iura iustitiæ tuæ. Adhæreo ijs quicunq; ti
 ment te, et seruant mandata tua. Domine misericor
 dia tua plena est terra, doce me statuta tua.

Benefacis seruo tuo domine, secundum uerbum IX.
 tuum. Bonos mores & scientiã doce me, quia man
 datis tuis credo. Priusquam humiliarer erraui, nunc
 autem eloquium tuum seruo. Benignus es tu et bene
 ficus, doce me statuta tua. Superbi excogitāt aduer
 sum me mendacium, ego autem tōto corde custodio
 mandata tua. Cor eorum incrassatum est sicut arui
 na, ego autem delector lege tua. Amo quòd humi
 liafti me, ut discam statuta tua. Melior est mihi lex
 oris tui, quàm multa milia pondo auri et argenti.

Manus tuę fecerunt me & parauerūt me, instrue X.
 me ut discam præcepta tua. Qui timent te uident me
 & lætantur, quia in uerbum tuum spero. Scio domi
 ne quòd iudicia tua sunt iusta, et consulto humiliasti
 me. Sit quęso misericordia tua cōsolatio mea, ut pro
 misisti seruo tuo. Contingant mihi misericordiæ tuę
 ut uiuam, quia delector lege tua. Utinam confundan

tur superbi qui mendacio deprimunt me, ego autem
 dissero de mandatis tuis. Utinam adhæreant mihi
 qui timent te, et nouerunt testimonia tua. Persistat
 cor meum integrum in statutis tuis ut non confun-
 dar.

XI. Anima mea anxie desiderat salutem tuam, spero
 in uerbum tuum. Anxie desiderant oculi mei quod
 promisti, dicentes, quando consolaberis me? Quia
 sum sicut ^cuter in fumo, statutorum tuorum non ob-
 liuiscor. Quamdiu seruus tuus expectabit ^cquan-
 do quæso iudicabis persecutores meos? Superbi ef-
 fodiunt mihi foueas, quæ non sunt secundum legem
 tuam. Omnia præcepta tua sunt ueritas, mendacio
 persequuntur me, salua me. Fecerunt mei penè con-
 summationem in terra, ego autem non derelinquo
 mandata tua. Recrea me secundum misericordiam
 tuam, ut seruem testimonia oris tui.

XII. Verbum tuum domine persistet in æternū quàm
 late patet cœlum. Veritas tua stat perpetuo, parasti
 terrā et persistit. Secundum uerbū tuum stant quo-
 tidie, quoniā omnia seruiunt tibi. Nisi lex tua fuisset
 cōsolatio mea, moerore perissem in afflictione mea.
 In æternum nō obliuiscar mandatorum tuorū, quia
 per ipsa recreas me. Tuus ego sum, salua me, quia
 mandata tua quæro. Me obseruant impij ut perdant
 me, testimonia tua aduerto. Omnium rerum uidi fi-
 nem, præceptum autem tuum finem non habet.

Quoniam

Quoniam diligo legem tuam, quotidie de ea disse-
 ro. Sapientiore[m] me facis inimicis meis præcepto
 tuo, quia in æternum meus thesaurus est. Doctior
 sum omnibus docentibus me, quia testimonia tua
 sunt disertio mea. Plus intelligo quam seniores, quia
 mandata tua custodio. Cohibeo pedes meos ab om-
 ni uia mala, ut seruë uerbum tuū. A iuribus tuis nō
 declino, quia tu doces me. Eloquia tua sunt faucibus
 meis, melle dulciora. Mandata tua intelligentem me
 faciunt, ideo odi omnem semitam mendacem.

Verbum tuū est lucerna pedi meo, & lumen pro
 semita mea. Iuro & præstabo, nempè seruaturū me
 iura iustitiæ tuæ. Humiliatus sum ualde, domine re-
 crea me secundum uerbum tuum. Beneplaceant tibi
 domine uoluntariæ oblationes oris mei, & iura tua
 doce me. Animam meā in manibus meis porto sem-
 per & legis tuæ non obliuiscor. Impiï ponunt mihi
 laqueum, ego autem à mandatis tuis nō aberro. Ae-
 terna hæreditas sunt mihi testimonia tua, quia sunt
 exultatio cordis mei. Inclino cor meum ad facienda
 statuta tua perpetuo & in æternum.

Odi inconstantes spiritus, et legē tuam amo. Tu
 es latibulum & scutū meum, in uerbū tuū spero. De-
 clinate à me maligni, seruabo præcepta dei mei. Su-
 stēta me eloquio tuo ut uiuā, et ne linas me pudesceri
 spe mea. Sustēta me ut saluus sim, et delectabor ppe-
 tuo statutis tuis. Tu cōculcas oēs q̄ errant à statutis

- tuis, quia fraus eorum est mendacium. Abijcis oēs impios super terram ut scoriam, ideo amo testimonia tua. Exhorret caro mea timore tui, et timeo propter iudicia tua.
- XVI.** Facio iudicium et iustitiam, non tradas me tyrannidi calumniatorum meorum. Patrocinare seruo tuo & consolare eum, ut non calumnientur me superbi. Anxie desiderant oculi mei salutem tuam, & promissionem iustitiæ tuæ. Fac erga seruū tuum secundum misericordiam tuam, et statuta tua doce me. Seruus tuus ego sum, instrue me, ut cognoscam testimonia tua. Tempus est ut faciat dominus, lacerarunt legē tuam. Ideo amo præcepta tua, plusquam aurū & obrizum. Atque ideo in omnibus mandatis tuis recta incedo, omnem uiam mendacem odi.
- XVII.** Mirabilia sunt testimonia tua, ideo custoditea anima mea. Cum reuelantur uerba tua lætificant, & intelligentiā dant paruulis. Os meum aperio & desidero præcepta tua, quia suspiro ad ea. Conuertere ad me et miserere mei, quemadmodum misereri soles ijs qui diligunt nomen tuum. Vestigia mea solida fac in eloquio tuo, & nullam iniquitatem sinas dominari mihi. Redime me à calumniā hominum, et serua bo mandata tua. Facies tua luceat super seruum tuū, & doce me statuta tua. Riuus aquarum defluerūt ab oculis meis, quod non seruetur lex tua.
- XVIII.** Iustus es dñe, et rectum est uerbum tuum. Serio

mandasti testimonia iustitiæ tuæ, & ueritatem. Fere perdidit me Zelus meus, quod aduersarij mei uerborum tuorum obliuiscuntur. Eloquium tuum bene est igne probatum, & seruus tuus amat ipsum. Paruus sum et contemptus, mandatorum tamen tuorum non obliuiscor. Iustitia tua est iustitia æterna, & lex tua est ueritas. Angustia et tribulatio occupauerunt me, sed delector mandatis tuis. Iustitia testimoniorum tuorum æterna est, instrue me & uiuam.

Clamo toto corde, exaudi me domine, ut statuta tua custodiam. Inuoco te, salua me, ut seruem testimonia tua. Summo mane accedo & clamo, in uerbum tuum spero. Ante diluculum euigilo, ut differam de eloquijs tuis. Audi uocem meam secundum misericordiam tuam domine, recrea me secundum ius tuum, intradere nituntur me scelesti persecutores mei, longe sunt à lege tua. Tu autem prope es domine, & omnia precepta tua sunt ueritas. Iam ante noui, quod tu testimonia tua fundasti in æternum.

Vide afflictionem meam & eripe me, quia legis tuæ non obliuiscor. Age causam meam & libera me, recreame eloquio tuo. Longe est salus ab impijs, quia statuta tua non quærunt. Multæ sunt misericordix tuæ domine, recrea me secundum iura tua. Multi sunt qui persequuntur & tribulant me, tamen non declino à testimonijs tuis. Video contemptores & doleo, quia eloquium tuum non seruât. Vide domine,

mandata tua amo, recrea me secundum misericordiam tuam. Ab initio uerbum tuum fuit ueritas, omnia iura iustitiæ tuæ perseverant in æternum.

XXI. Principes persequuntur me sine causa, uerba autem tua metuit cor meum. Gaudeo de eloquio tuo, ut qui accipit spolia multa. ^a Mendacium odi et abominor, legem autem tuam amo. Septies in die laudo te, propter iura iustitiæ tuæ. Multa pace fruuntur amantes ^b legem tuam, et non sentient offendiculum. Expecto salutem tuam domine, & facio secundum præcepta tua. Anima mea seruat testimonia tua, et amat ea seruo. Seruo mandata tua & testimonia tua, quia omnes uix meæ sunt coram te.

XXII. Admitte domine querelam meam sub conspectu tuum, instrue me secundum uerbum tuum. Intret obsecratio mea ante te, erue me secundum eloquium tuum. Laudabunt labia mea, cum doces me statuta tua. Loquetur lingua mea eloquium tuum, quia omnia præcepta tua sunt iusta. Adsit mihi manus tua, quia mandata tua elegi. Concupio salutem tuam domine, et delector lege tua. Viuat quæso anima mea ut laudet te, et iura tua adiuuent me. ^c Sum sicut ouis errans & perditus, quære seruum tuam, quia præceptorum tuorum non obliuiscor,

^a Col. 2. Nemo uos depredeatur, &c. ^b Scientiam siue intelligentiam, discrimen uerum, ut sciam quid placeat deo quid displiceat, qui commodus sim alijs, uulgo discretionem uocant. 2. Pet. I. ^c Vivem intelligit ex pelle factum, quo oleum uel uinum, uel aqua portatur, is in fumo perit.

perit arescens. **d** Animam in manibus portare, est agere in periculo uite, lege etiam Iudicum 11. 1. Reg 19. & 28.

e Inconstantes spiritus sunt, qui semper aliquid noui uel excogitant uel suscipiunt, & non permanent in certo dei uerbo, quemadmodum heretici solent.

f Nos solum non recordantes, sed etiam ita contemnentis quasi nihil unquam fuerit dei uerbum.

g Hypocritas & non candidos.

h Id est, non errabunt, neque auertentur uel per uim uel per astum.

i Nemo me curat nisi tu pastor.

PSALMVS CXX.

Titulus, Canticum æditiõis loci.

Quindecim psalmi sequentes hunc titulum habent, & cantica graduum ob hoc uocantur, nimirum sic alijs titulum interpretantibus. Iudico uero hunc titulum nihil pertinere ad interpretationem psalmorum istorum, sed tantum ad cerimonias iudaicas, quas ut non est necesse ita non possumus omnes scire quæ libere fuerunt siue medicæ, id est, non præscriptæ quidem à deo, sed tamen non contra dei uerbum & ordinationem, sed pro uerbo. Opinamur ergo hos psalmos forte per maiores Leuitas in æditiõis templo loco cantatos, quemadmodum apud nos quandoque cantatur coram altari quod uocamus, quemadmodum lector ascendit pulpitem, ut legat lectionem, prædicator contionem. Item pueri nostri qui solent cantare super terram cum uulgo ascendunt in præcipuis festis cum cantoribus musicis in locum æditiõem à uulgo separati ut canant. Nam quæ hic à pluribus uariè dicta sunt de quindecim gradibus, non libet commemorare, &c.

Mesech sunt uicinæ gentes, quæ ad septentrionem sunt ipsi Ierusalém, ubi iacent Tartari. Kedar sunt Arabes Hierosolymæ ad orientem. Typus autem sunt omnium hostium & hereticorum qui aduersantur Ecclesiæ. Mesech Christianorum est Turca, qui & originem ducit à Tartaris. Et Kedar sunt Mahometh & Saraceni. Nam ex Arabia orti sunt. Hi cum suo Alcorano multis locis Euangelium oppræsserunt, & ignis ille impie doctrinæ haud aliter atq; in condensis iuniperorum in magnam flammam erupit. Sic necesse est fieri, quia ut Paulus ait, dilectionem ueritatis non susceperunt, &c.

Hic psalmus orat & queritur contra falsos doctores, qui motu fira doctrinæ uulnerant ut uolentis telis, & eorum uenenum diffunditur ut ignis in rubo iuniperorum, qui facile accenditur & ingentem facit ignem, ut qui

pinguis est & ignis capax. Non dissimiliter vulgus capax est falsæ doctrinæ (quia hæc conuenit humanæ rationi) contra dei ueritatem, quemadmodum Paulus dicit de prurientibus auribus.

AD dominum in tribulatione mea clamo, & exaudit me. Domine libera animam meam à labijs mendacibus, & à lingua dolosa. Quid poterit in te lingua dolosa: aut quid efficiet? Est ut acutæ sagittæ potentis, ut ignis in iuniperis. Væh mihi quòd aduena sum in Mesech, habito in tabernaculis Kedar. Longa est animæ meæ hæc mora inter eos qui oderunt pacem, Ego seruo pacem, sed cū loquor ipsi belligerantur.

Vides hic linguas dolosas & homicidas, Ioan. 8 contra linguam pacis.

PSALMVS CXXI.

Titulus, Canticum æditioris loci.

Consolatur & hortatur ut in fide perseueremus, auxilium dei certo aduerit tentatis & uexatis.

Leuo oculos meos ad^a montes, unde uenit auxilium mihi. Auxilium meum uenit à domino qui fecit coelum & terram. Non sinet uacillare pedes tuos, neque dormit qui custodit te. Ecce non dormitat neque dormit custos Israël. Dominus custodit te, dominus est umbraculum tuum super manum dexteram tuam. Ideo neque sol in die lædet te, neque luna in nocte. Dominus custodiat te ab omni malo, custodiat animam tuam. Dominus custodiat^b introitum tuum & exitum tuum, ex hoc tempore usque in æternum.

Montes

^a Montes dicit Zion ubi erat templum, contra idololatrias montium, lucorum, Bethauen, &c. Alibi. Mittat tibi auxilium, de sancto. Nos Christum propiciatorium habemus, paratum ante faciem omnium populorum ut Simeon cecinit. ^b Introitum & exitum, id est, totam conuersationem tuam domi & foris. 3. Reg. 3.

P S A L M V S CXXII.

Titulus, Canticum Dauid in ædificatori loco.

Leta gratiarum actio pro uerbo dei à deo dato in certo loco Ierusalem, certis ministris Leuitis & regibus, certis discipulis tribubus Israël. Nam quæ miseria sit uerbum dei ubique quærere & non inuenire, Amos 8. exoptu sunt filij Israël currentes frustra ad sua idola, & nos currentes ad facta imò execrata loca, ultimus cursus erat ad diabolum in monasterium.

GAudeo cum mihi dicitur, ^a In domum domini ibimus. Et stabunt pedes nostri in portis tuis Ierusalem. Ierusalem est ædificata, ut sit ciuitas quò cõueniatur. Quò ascendant tribus, nempe tribus domini ad prædicandum populo Israël, ad gratias agendũ nomini domini. Quia illic sedent sedes ad iudicandum, sedes domus Dauid. Imprecamini prospera ciuitati Ierusalem, bene habeãt qui diligunt te. Sit pax intra muros tuos, & prosperitas in palatijs tuis. Propter fratres meos et amicos meos imprecabor pacem tibi. Propter domũ domini dei nostri quæram bona tibi.

^a Vbi docetur uerbum dei & auditur ibi habitat deus, ibi est domus dei, unde certe gaudendũ est: facile alibi seduceris per sectas perditionis. Nostra Ierusalem est ecclesia, Gal. 4. Heb. 12. Christus est templum, locus, altare, propiciatorium, coram quo & à quo, & apud quem uerbum querimus & audimus per Euangelij ministros & sacram scripturam.

PSALMVS CXXIII.

Titulus, Canticum editoris loci.

Oratio simul & prophetia, quod deus miseretur afflicto populo suo & stulticibus qui à gentibus, à proprijs fratribus idololâtris, à sectis perditio- nis superbissime propter sanam doctrinam contemnuntur & condemnan- tur, ut & suprâ uides Psal. 12. & 14. Neque solum papiste qui de multitu- dine gloriantur, sed etiam nostri nobiles, qui fideles Euangelij ministros o- mni probro contaminant & contemptissimos ducunt, quandoque suâ mer- cedem habebunt. Nam hæ orationes ecclesie nunc intelliguntur, & à deo audiuntur, & c.

AD te leuo oculos meos, habitator cœlorum. Ecce, sicut oculi seruatorum respiciunt ad manum dominorum suorum, sicut oculi ancillæ ad manum dominæ suæ, sic oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. Miserere nostri domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione. Multum repleta est anima nostra, quæ est opprobrium contemptoribus & despectio super- bis.

a Expectantes defensionem & auxilium.

PSALMVS CXXIIII.

Titulus, Canticum Davidis in editoris loco.

Gratiarum actio quod deus paucos suos et despectos, ut dictum est, eripit è laqueo calumniatorum et maluolorum, qui multi uelut mare paucos obruere uidentur, & ut lupi nos uoraturi sed deus maior est, & c. Hæc quoti- die experimur.

Nisi dominus adesset nobis, dicat nunc Israël. Nisi dominus adesset nobis, cum homines insurgunt aduersum nos. Vinos degluti- rent nos, cum furit ira eorum in nos. Aquæ obrue- rent nos, flumines transirent super animam nostram. Tran- sistent

ſirent ſuper animã noſtram, a quẽ nimis altẽ. Benedi-
ctus ſit dominus, quòd non dat nos prædam denti-
bus eorum. Anima noſtra equalit ſicut auis ex laqueo
aucupis, laqueus raptus eſt et nos liberi ſumus. Ad-
iutorium noſtrũ eſt in nomine domini, qui fecit cœ-
lum & terram.

¶ Alludit ad hiſtoriam Pharaonis & maris rubri.

PSALMVS CXXV.

Titulus, Canticum æditiõis loci.

Gratiarum actio quòd tandem deus non ſuſtinet uiolentiam impiorũ do-
ctorum & rectorum contra uerẽ fideles qui recte docent, & in dominum
ſperant, ne hi tandem fatigati deficiant ad illos. Sed benefaciet ſuis, deſecto-
ribus autem cum ſuis peruerſis uijs, magiſtris & diſcipulis inferet iudicia-
um. Nos huius exempla noſtro ſeculo uidimus in phanaticis ſpiriibus &
ſectis perditionis.

Qui confident in dominum nõ labentur, ſed
in æternum permanebũt ſicut mons Zion.

*Due ſimilitu-
dines.*

In circumitu Ieruſalem ſunt montes, et
dominus eſt in circumitu populi ſui, ex hoc tempore
uſque in æternum. Quia non permanebit ſceptrum
impiorum ſuper ſortem iuſtorum, ne extendant iu-
ſti ad in iuſtitiam manus ſuas. Benefac dñe bonis &
rectis corde. Declinãtes aut ad prauas uias ſuas exi-
get dñs cũ operarijs iniquitatis, at pax ſit ſup Iſraël.

¶ Sortẽ, hereditatẽ, terrã, hoc eſt, paruã et deſpectã corũ cõgregationẽ.

PSALMVS CXXVI.

Titulus, Canticum æditiõis loci.

Gratiarum actio pro ſoluta captiuitate Babylonica, de qua prophetatur
ne in afflictione deſperent. In fine facit psalmũ nobis communem, dicens ſic
oportere ſanctos affligi propter uerbum ut glorificentur.

CVM^a soluerit dominus captiuos Zion erimus sicut somniantes. Tunc replebitur risu os nostrum, & lingua nostra gloriatione, tunc dicetur inter gentes, magna fecit dominus erga istos. Magna utiq; fecit dominus erga nos, ideo læti sumus. Verte domine captiuitatem nostram, sicut exiccasti^b aquas in austro. Qui seminant lachrymantes, exultantes metent. Ab euntes flent & portant præciosum semen, redeuntes autem gaudio pleni portant manipulos suos.

^a Id est, tantum erit gaudium ut non capiamus & uix credamus, & finis quasi somnium letum uideamus, ut Petrus Act. 12. ^b Aquæ ad austrum sunt mare rubrum. Alij quemlibet hic torrentem intelligunt, qui austro æstuali flante exiccatur.

P S A L M V S C X X V I I .

Titulus, Canticum Salomonis in aditiori loco.

Doctrina, quòd politia bona & œconomia sunt mera dona dei & tantum ex manu eius pendent. Si enim ipse non dat pacem et bonum regimen, non prodest ulla sapientia, ordinatio, leges, bellum, & c. ad pacem seruandum. Et si non dederit successum tibi cum uxore, filijs, familia, omnis cura & labor nihil sunt.

Nisi dominus ædificauerit domũ, frustra laborant qui ædificãt eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam. Non prodest uobis mane surgere et sero cubitam ire, et magnis curis panem edere, nam dilectis suis dat etiam dormientibus. ^a Ecce filij sunt donum domini, et fructus uteri est munus. Sicut sagitte

in ma

in manu potentis, ita sunt adolescentes. Beatus est uir qui his plenā habet pharetram, non confunduntur, si quādo res erit eis cū aduersarijs suis in porta.

a Ecce filij, &c. Id est, frustra confiditis labori nō deo, cum etiā ipsi filij, propter quos laboratis non sint in manu uestra, sed deus dat eos, & iuvenes factos ei aculatur eos hunc ad hanc, illum ad aliam conditionē & nūc erit eos, sicut uos. Beatus qui tales agnoscit suos filios, nempe à deo datos et à deo curandos & nutriendos, hic tantum sollicitus erit ut instituat filios in timore & fiducia domini, non opus est ut miseris curis & laboribus conficiatur propter ipsos. Nam deus erit pater & patronus eorum etiam contra aduersarios. Nutriet & defendet eos, dabit eis uictum & pacem, ut uides Psalmo sequenti.

PSALMVS CXXVIII.

Titulus, Canticum aditoris loci.

Consolatio maxime cōmendans conditionem coniugij, ne respiciant coniuges, curam, laborem & reliqua fastidia quæ ibi sentiuntur, sed clementem dei uoluntatem, quod à deo ad hoc creati sunt, & quod coniugium à deo institutum est & benedictū. Idcirco se diligi à deo in coniugio, & plura bona sibi dari quàm illa incommoda sunt, modo id credamus, rectēq; uitā nostram instituamus deum timentes. Nam quod impijs diuersum accidit non mirum est. Apud nos omnes hactenus monachalem impietatem cōiugio dei prætulimus, &c.

BEatus est quisquis timet dominum, et ambulat in uis eius. Ex labore manuum tuarum uictum habebis, beatus es, et benetibi erit. Uxor tua erit sicut uitis fructifera in lateribus domus tuæ, & filij tui sicut plantulæ oliuarum in circumitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicitur uiro, qui timet dominum. Dominus benedictet tibi ex Zion, ut uideas felicitatem Ierusalem, cunctis diebus uitæ tuæ. Et uideas filios filiorum tuorum, pacem super Israël.

a Ne ex superiori psalmo non laborandum esse sentias, &c. Tamen hic non tam est exhortatio ad laborem quàm promissio. Prima cogitatio est coniugum, unde uiuimus? Respondet, Deus benedicet uestro labori, satis habebitis & bona conscientia. Deus faciat ut hodie uideamus Christum ad ecclesiam suam sincera doctrina, pietate & pace reuersum.

PSALMVS CXXIX.

Titulus, Canticum æditiors loci.

Gratiarum actio israelis de uarijs liberationibus, de quibus in libro iudicum & Regum legis, et prophetatur omnes aduersarios populi dei etiã nunc perituros ut foenum tectorum, quod uiret quasi aliquid futurum, sed ante maturitatem exarescit absque si uictu & dei benedictione. Videat hæc gentes aduersarij nostri cum sectis perditionis. Christiani manet perpetuo.

SAepe oppugnaverunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israël. Sæpe oppugnaverunt me à iuuentute mea, sed non præualuerunt mihi. Supra dorsum meum arabant aratores & prolongabant sulcum suum. Dominus qui iustus est, dissecauit funes impiorum. Utinam confundantur & in fugam uertantur omnes qui oderunt Zion. Utinam fiant sicut foenum tectorum, quod exarescit antequam euellatur. De quo non implet manum suam messor, nec brachium suum collector manipulorũ. Nec ulli prætereuntes dicunt, sit benedictio domini super uos, benedicimus uobis in nomine domini.

a Quemadmodum illic homines solent bene præcari, ubi uident fruges bene prouenisse, & cum gaudio colligi, &c.

PSALMVS CXXX.

Titulus, Canticum æditiors loci.

Oratio uerè Dauidica, Fatetur enim neminẽ coram deo iustum esse aut esse posse per propria opera et iustitiam, sed solam per gratiã & remissionem

nem peccatorum à deo promissam. Hac gratia, uerbo & promissione sese consolatur, & admonet totum Israël ut idem sentiat & faciat, nempe credens quòd apud dominū sit propiciatorū & redemptio, et quòd Israël per eum solum & non per aliud liberetur à peccato, id est, per remissionē (alioqui non esset gratia) iustus & saluus fiat, præter hoc perpetuo manebit in profundis & non consistet coram deo. Vides Dauidem nec è fuissem magistrum & doctorem sacræ scripturæ, qui intellexit quid sit: Semen mulieris conteret caput serpentis, Gen. 3. Et in semine tuo benedicentur eunte & cognationes terræ, Gen. 12. & 21. Quæ duæ promissiones & prophetiæ sunt in hoc uersu. Et ipse redimet Israël, &c. ad quem uersum hic totus psalmus respicit.

EX profundis, clamo ad te domine. Domine audi uocem meā, attendant aures tuæ ad uocem obsecrationis meæ. Si peccata imputaueris domine, domine quis subsistet? Quia apud te remissio est peccatorum, ut timearis. Expecto dominum, expectat anima mea, & spero in uerbum eius. Expectat anima mea dominū, à uigilia matutina usque ad uigiliam matutinam. Speret Israël in dominum, quia apud dominum est misericordia & multiplex redemptio, Et ipse redimet Israël ex omnibus peccatis eius.

* Ut timearis, Id est: Bene fecisti domine, quòd tibi soli seruasti iustificationem, alioqui omnes te contemnerent. Maior pars incedit in mera præsumptione, ut Franciscani, &c. Natura legis est facere superbos, Rom. 2. Col. 2. Pauci sunt qui in desperationis casum incidunt, sed hi iuari possunt. Alij sunt præsumpti in domini, ut uidemus in papatu. Publicani & peccatores conuersi glorificant deum.

P S A L M V S CXXXI.

Titulus, Canticum Dauid in æditiori loco.

Doctrina contra præsumentes & superbos sanctulos, præsumentes & confidentes de egregijs suis dei cultibus & sua sanctitate, non de xpo.

missione peccatorum, ut docet superior psalmus, quasi hic dicat Non possum ita magnifice incedere & gloriari mea sanctitate ut illi faciunt qui edificant super seipfos, Col. 2. Nam quoties hoc ut homo tentabam, et non fuis dibam cor meum neque acquiescebam in sola gratia, accidebat mihi quod accidit ablactato puero. Amittebam enim mammam gratiæ & promissionis dei, clamabam & uexabar die ac nocte, Psal. 32. non potui quiescere in mea conscientia. Idcirco hæc est summa sanæ doctrine, Israël & quisque homo confidat & speret in deum, & fiduciam habeat in solam gratiã eius. Hanc mammam uide ne amittas, nam promissus Christus inde fugitur.

Domine non est superbum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Neque ambulo in magnis, quæ miris modis sunt supra me. Quando non posui et silere feci animam meam, ablactabatur anima mea, ut puer ablactatur à matre sua.^a Speret Israël in dominum, ex hoc tempore usque in æternum.

^a Hunc articulum ignorant iustitiarum, non sincere & fideliter tractant sectarii omnes & opinatores hæretici.

PSALMVS CXXXIII.

Titulus, Canticum æditioris loci.

Oratio, qua Salomon uel populus Israël orat ut conseruetur sacerdotium & regnum, id est, orat pro spirituali & seculari regimine, ut uocamus, hoc est, pro seruando uerbo dei & pace. Vbi enim hæc duo bene habent, quid quaeso deesse Vndecimo uero uersu incipit enarrare quem admodum hæc oratio non solum exaudita sit, sed etiam utrunque ante promissum à deo & iuramento firmatum, nempe quod deus in Ierusalem regnum & sacerdotium seruare uult, & ipse ibi habitare & illic dare omnem benedictionem & gratiã, & inimicos confundere, modo ipsi permaneant in preceptis & obedientia dei, quæ est conditio legis adiecta, ut dictum est, Psalmo 98. lege illic.

Memento

Memento dñe Dauid, & omnis afflictionis eius. ^b Qui iurauit domino, uotū nouit forti Iacob. Non introibo in tabernaculum domus meae, non ascendam super stratum lecti mei, Non dabo somnum oculis meis, aut palpebris meis uel dormitationem. Donec inueniam locum domi-
no, ^c tabernacula Forti Iacob. Ecce, audiuimus de eo loco in ^d Ephrata, inuenimus illum in campis syluo-
sis. Introibimus in tabernacula eius, & adorabimus corā scabello pedum eius. Exurge domine in requiē
tuam, tu et arca ^e fortitudinis tuæ. Sacerdotes tui in-
duantur iustitia, et sancti tui exultent. Ne auferas
^f hanc faciē Christi tui, propter Dauid seruum tuū. Dominus iurauit Dauid ueritatem, ab ea non auer-
tetur, fructum uentris tui ponam super sedem tuam. Si custodierint filij tui pactum meum, et testimoniū
meum quod docebo eos, etiam filij eorum sedebunt
super sedem tuam usq; in æternum. Quoniam Zion
elegit dominus, illic delectatur habitare. Hæc requi-
es mea est in æternum, hic habitabo, quia amo eam.
Annonæ eius benedicam, pauperes eius saturabo
pane. Sacerdotes eius induam salute, et sancti eius
exultabunt. Ibi oriri faciam cornu Dauid, parati
lucernam Christo meo. Inimicos eius induam con-
fusione, super ipsum autem florebit diadema eius.

^a Multa passus est Dauid persecutione Saulis et seditiosorum.

^b Tūc uidetur iurasse cū sollicitus erat de tēplo edificādo. 2. Reg. 7.

Loquitur autem ea phrasi qua nos dicimus: Non quiescam donec hoc efficiam, &c. Salomon hoc uotum impleuit. *c* Tabernacula scilicet prius & posterius siue secundum, Heb. 9. *d* Ephrata est Bethleem Gen. 35. quo nomine hic appellat regnum Iuda propter Dauid Ephrataeum, qui regnū iudeiurando à deo accepit promissum, propter quē & arx Zion appellatur ciuitas Dauid. 2. Reg. 5. cum tamen natiuitate & paterna hereditate sit eius ciuitas Bethleē, Luca 2. Audimus ergo inquit, &c. Id est, nunc prædicatur ubique uotum & promissionem de loco cultus dei. Deut. 12. impletā, quod scilicet in regno Iuda est, ubi Dauid Ephraeus cum sua posteritate regnat, non est alius locus querendus. Ierusalem autem campum syluosum poetice uocat, quod ex sylua Libani est ædificata, & arboribus Libani plena, unde domus constructæ sunt, quemadmodum & Zacharias dicit: Aperi Libane portas tuas, &c. Dicit hic itaque. Non ibimus nunc in Gilgal & ad alia loca quo transferrebat arca. Audimus enim stabilem prædicari locum. Sit deo gratia, &c. *e* Fortis est rex; fortitudo est eius regnum. Infrā regnū uacat diadema siue coronam. *f* Hanc faciem, id est, statum regni, defende contra tyrannos & seditiones, supra Psalmo 84.

P S A L M V S CXXXIIP.

Titulus. Canticum Dauidis in editiori loco.

Doctrina & exhortatio ut inter nos concorditer & amice uiuamus, in regimine spiritali & seculari, ut sit una doctrina uel bi dei, & concordia uera. Concordia regni & sacerdotij rarum & insigne dei donum est. Concordia sacerdotij significatur unguento sacerdotali. Concordia regni rorere Hermonico, tanquā re sacra & re cōmuni utraq; tamen molli, fluida, preciosa iucunda. Vbi hæc est concordia, ibi deus habitat cū omni gratia, benedictione et uita. Vbi uerō est discordia & secta, ibi habitat dæabolus et mors cum omnibus malis. Ibi sacerdotum poluuntur heresibus, regnum seditionibus.

Ecce quā sit bonum & iucundum, quod fratres cohabitant concordēs. Sicut unguentū, optimum, quod à capite Aaron fluit in eius totam barbā, & defluit in uestimenta eius. Sicut

Ros Hermon qui descendit etiã in montes Zion, quoniam illic promittit dominus benedictionem & uitam, perpetuo et in æternum.

1 Ros Hermon, id est, qui cadit super montes Hermonim, Psal. 42. cadit etiam super montana ierusalem, non idem numero, sed idem specie, suavis, fecundus super optimam terram, &c. quo significatur diuersorũ locorum, ciuitatum, principatum concordia qua parue res crescunt, &c.

P S A L M V S CXXXIII.

Titulus, Canticum æditiõis loci.

Doctrina qua exhortatur presbyteros & uerbi ministros, ut fideliter ministrent domino, laudent, predicent, inculcent uerbum die ac nocte, quemadmodum Paulus Timotheum admonet, ut fideliter pergat suo officio, non moratus quod multi sunt contemptores & ad fabulas se conuertunt, &c. Nam ubi cadit uerbum, cadit utrunq; & status spiritualis & secularis, errores regnãt, deus recedit, diabolus adest. Vbi autem indefesse inculcatur uerbum, ibi dat creator cœli et terræ perpetuo benedictionem, & propter uerbum suum dat etiam indignis & ingratis multa bona. Hic psalmus canitur pastoribus, prædicatoribus, episcopis & omnibus ecclesiæ ministris.

Ecce, benedicite domino omnes serui domini, qui noctu statis in domo domini. Leuate manus uestras in Sanctuario, & benedicite domino. Benedicat tibi dominus ex Zion, qui fecit cœlum et terram.

P S A L M V S CXXXV.

Idem argumentum est, sed apertioribus uerbis, quod presbyteri diligenter debent inculcare promissiones & beneficia dei populo exhibita.

HALELVIA.

LAudate nomen domini, laudate uos serui do-
 mini. Qui statis in domo domini, in atrijs do-
 nus dei nostri. Laudate dominum, quoniam
 benignus est dominus, psallite nomini eius, quonia
 suauis est. Quoniam Iacob elegit sibi dominus, Israel
 in peculium suu. Quia ego noui quod magnus est do-
 minus, et dñs noster pre omnibus dñs. Omnia que
 cunque uult facit in coelo et in terra, in mari et in o-
 mnibus abyssis. Qui eleuat nubes ab extremo terre,
 qui fulgura simul cum pluuia facit, qui educit uentu
 ex occultis locis suis. Qui percussit primogenita in
 Aegypto, et hominum et animalium. Et misit signa,
 & prodigia super te Aegypto, in Pharaonem & in o-
 mnes seruos eius. Qui percussit populos multos, &
 occidit reges potentes. Sihon regem Amorrhoeoru,
 et Og regem Basan, et omnia regna Canaan. Et de-
 dit terram eorum hereditatem, hereditatem Israel
 populo suo. Domine nomen tuu persenerat in aeter-
 num, memoria tui domine perpetuo. Quia dominus
 iudicabit populum suum, et seruis suis miserabitur.
 Simulachra gentium sunt argentum et aurum, ope-
 ra manu hominu. Os habent et non loquuntur, ocu-
 los habent et non uident. Aures habent et non audi-
 unt, neq; est spiritus in ore eoru. His similes sunt qui
 haec faciunt, et qui in ea confidunt. Domus Israel be-
 nedicat domino, uos posteri Aaron benedicite do-
 mino. Vos posteri Leui benedicite domino, uos qui
 timetis.

timetis dominum benedicite domino. Benedictus
lit dñs ex Zion, qui habitat in Ierusalem. Halleluia.

a. Iudicabit.] Id est, erit ibi iudex & rector, prædicabit, docebit, arguet. Quando hoc facit, certo declarat se seruis suis esse misericordem & fauere. Vbi hoc non facit, id est, curat per bonos ministros, ibi certissime ira dei est, &c.

P S A L M V S C X X X V I .

Et hic tertius psalmus idem argumentum habet, & præscribit presbyteris quòd prædicare debent solam misericordiam eius, quam factis declarauit. Hæc enim non effecissent doctrine & opera hominum. Hæc doctrina seruat in populo puram fidem & intelligentiam de gratia & remissione peccatorum contra sectas & contra superbos iustitiaros. Christus uero in hac prædicatione gratiæ latet absconditus, &c.

Gratias agite Domino quoniã benignus est, quoniã in æternum perseuerat misericordia eius. Gratias agite deo deorum, quoniam in æternum perseuerat misericordia eius. Gratias agite domino dominorum, quoniam in æternũ perseuerat misericordia eius. Qui facit mirabilia magna solus, quoniã in æternum perseuerat misericordia eius. Qui fecit coelos prudenti ordinatione, quoniam in æternum perseuerat misericordia eius. Qui expandit terram super aquas, quoniam in æternum perseuerat misericordia eius. Qui fecit luminaria magna, quoniam in æternum perseuerat misericordia eius. Solem ut præsit diei, quoniam in æternum perseuerat misericordia eius. Lunã et stellas ut præsent nocti, quoniã in æternũ perseuerat misericordia

eius. Qui percussit Aegyptum in primogenitis eius quoniam in æternum perseverat misericordia eius. Et inde eduxit Israël, quoniam in æternum perseverat misericordia eius. Per potentem manum & brachium extentum, quoniam in æternum perseverat misericordia eius. Qui diuisit mare rubrum in duas partes, quoniam in æternum perseverat misericordia eius. Et perduxit Israël per medium eius, quoniam in æternum perseverat misericordia eius. Et excussit pharaonem et exercitum eius in mari rubro, quoniam in æternum perseverat misericordia eius. Qui duxit populum suum per desertum, quoniam in æternum perseverat misericordia eius. Qui percussit reges magnos, quoniam in æternū perseverat misericordia eius. Et occidit reges potentes, quoniam in æternū perseverat misericordia eius. Sihon regem Amorrhæorū, quoniam in æternū perseverat misericordia eius. Et Og regē Basan, quoniam in æternum perseverat misericordia eius. Et dedit terrā corū hæreditatem, quoniam in æternum perseverat misericordia eius. Hæreditatē Israël seruo suo, quoniam in æternum perseverat misericordia eius. Quia memor fuit nostri in afflictione nostra, quoniam in æternū perseverat misericordia eius. Et redemit nos ab inimicis nostris, quoniam in æternū perseverat misericordia eius. Qui dat escā omni carni, quoniam in æternū perseverat misericordia eius. Gratias agite deo coeli, quoniam in æternum perseverat misericordia eius.

PSALMVS CXXXVII.

Oratio uinctorum in Babylone, quia orant pro Ierusalem, id est, pro uerbo dei & ministerio uerbi & cultu reddendo, quae misere iam iacebant, id quod in primis dolet pijs. Interim gaudent Idumaei & irrident; sed non impune stent cum Babylonijs, ut & nostri aduersarij, ecclesiam misere laescentes, & uerbum dei & instituta Christi conculcantes.

AD flumina Babylonis sedimus, & fleuimus, cum recordabamur Zion. Suspendebamus citharas nostras ad salices, quae sunt ibi. Quia illic iusserunt nos cantare qui captiuos tenebant nos & letos esse in eiulatu nostro, cantate nobis aliquod canticum Zion. Qui cantaremus canticum domini, in terra aliena. Si obliuiscor tui Ierusalem, obliuio ni detur dextera mea. Adhaereat lingua mea palato meo si non memor sum tui, si non facio Ierusalem summam laetitiam meam. Memor esto domine filiorum Edom in die Ierusalem, qui dicunt, uastate, uastate omnia usque ad fundum eius. Tu uastata filia Babel, beatus ille erit qui reddet tibi quemadmodum fecisti nobis. ^aBeatus erit qui tenebit paruulos tuos, & allidet ad saxum.

a. De Cyro rege Persarum.

PSALMVS CXXXVIII.

Titulus, Davidis.

Gratiarum actio de omni liberatione ab inimicis, et optat ut ueniat Christus in regnum, predicens fore, ut etiam reges suscipiant eius uerbum & deum suum, & inde gratias agant.

Gratias ago tibi toto corde, ^a coram dñs psal-
lam tibi. Adorabo ad templum sanctum tuū,
& gratias agam nomini tuo, propter miseri-
cordiam tuam & ueritatem tuam, quoniam super o-
mnia gloriosum fecisti nomen tuū uerbo tuo. Quo-
cunque tempore inuoco te exaudi me, da magnā for-
titudinē animæ meæ. Gratias agunt tibi domine o-
mnes reges terre, quia audiunt uerba oris tui. Et can-
tant in uijs domini, quòd magna est gloria domini.
^b Quoniã excelsus est dominus & humilia respicit,
& superbum eminus cognoscit. Cum ambulo in me-
dio tribulationis, recreas me, et extendis manū tuā
contra iram inimicorum meorū, et saluas me dexte-
ra tua. ^c Dominus perficiet hæc pro me. Domine mi-
sericordia est æterna, opus manuum tuarum ne in-
termittas.

^a Id est, coram angelis & coram filijs dei. ^b Christi regnū
est sedere in alto, & infimos & despectos iuuare, afflictos consolari, pecca-
tores liberare. ^c Oratio ne desistat dominus in Christo suum pera-
ficere opus, Amen.

PSALMVS CXXXIX.

Titulus, Psalmus Dauid ad præcinendam.

Gratiarum actio magnificans deū, quòd cuiq; nostrum sua providentia
pater est & mirabiliter regit nos, nostra opera, uerba, cogitationes, ubi sta-
mus, incedimus, dormimus, uigilamus, atq; a deo in matris utero, ubi forma
uit nos, & præscripsit terminū uitæ nostræ, quasi hic dicatur. Non est in ho-
minis sapientia aut potestate, uita nostra, actio, cogitatio, quando & quò &
unde ueniat, sed tantum dei sapientia est & opus. Quid ergo faciunt impij
hoc non credentes, sed suis operibus se iustificantes? Nolunt auerti, et inde
spud deum meritum, gloriā & honorē habere uolunt, qui tamen ne uer-
bum

bum quidem ex se facere possunt, ne unam quidem bonam cogitationē ex proprijs uiribus concipere, ignorantes quid interim faciant, curent, uiuāt, loquantur, cogitent. Tales non possunt rectē loqui uel docere de deo & operibus eius. Domine conserua me ne cum eis errem, & proba me & purifica cor meum, ut maneam in uia recta quæ durabit in æternum.

Domine² tu exploras me, & nosti me. Siue sedeam, siue surgam nosti, longe antē intelligis cogitationem meam. Siue transeā siue cubem es circū me, & uides omnes uias meas. Quia ecce non est aliquod uerbum in lingua mea, quod tu domine non totum noris. Quæ ante & quæ post faciam tu disponis, et tenes super me manum tuam. Talis cognitio admiranda mihi et supra me est, non possum assequi eam. Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? Si ascenderem in cœlum, illic es, si stratū facerem in inferno, etiam illic ades. Si assumerem pennas auroræ, & habitarem ad extremum mare. Tamen illic manus tua deduceret me, & tene- ret me dextera tua. Si dico, tenebræ possunt occulta- re me, tunc etiam ipsa nox est lux circum me. Nam ne tenebræ quidem sunt tenebrorū apud te, & nox lucet ut dies, tenebræ sunt ut lux. Quia in tua potesta- te habes renes meos, agebas super me in utero ma- tris meæ. Gratias ago tibi quod mirabiliter forma- tus sum, mirabilia sunt opera tua, id quod anima mea bene nouit. Non erāt occulta tibi ossa mea quan- do in occulto formabar, quando fingebar^d infra in terra. Adhuc in formam me uidebant oculi tui, et oēs

edies futuri, quorū nullus adhuc aderat scripti erant
 in libro tuo. Quam itaq; magnificæ sunt corā me^f co-
 gitationes tuæ deus, quam grandis est summa earū.
 Si numerarem eas, superarent numerum arenæ ma-
 ris,^g cum euigilo adhuc tecum sum. Vtinam occidas
 deus impios, et sanguinarij declinent à me. Loquun-
 tur enim de te blaspheme, & exaltant se sine causa qui
 oderunt te. Ego certe Dñe odi odio habentes te, &
 male me habet quòd insurgunt aduersum te, Serio
 odi illos, ideo inimici sunt mihi.^h Inuestiga me deus
 & explora cor meū, proba me et experire quā sim
 affectus. Et uide num agam in uia aliqua mala, et de-
 duc me in uia æterna.

a Quam iucundū spectaculū dei inuenit in seipso. b Tenes, &c.]
 Vt artifex tenet manū super opus suū, ut perficiat, ut faciat quod reliquū est
 c Si uolarem ut aurora, quæ uolat celerrime & fit dies, fit meridies,
 fit uespera donec fiat crepusculum uespertinum, & uideatur in extremo
 mari quasi cubitum ire. Hoc est, si peruolarem totiū coelum ut sol, non tamen
 abesset mihi manus tua, neq; sine manu tua hoc possem, &c.

d Infra.] Id est, occultissime in matris utero, ita etiam ut ignoraret
 uel ipsa mater, qui fingeres, &c. 2. Machab. 7. e Et oēs dies, &c.]
 Id est, sciebas antequam uiuerem quā diu uicturus essem.

f Cogitationes, &c. Hoc loco turbant pulcherrimum contextum
 qui translulerunt. Amici tui, &c. g Cum euigilo.] Id est, etiam
 dormientem & horrendissima sepe somniantem cust. dis, id quod exper-
 ge factus cum gratiarum actione agnosco. h Inuestiga, &c.] Ma-
 xime necessaria nobis oratio. Vide Psal. 19.

PSALMVS CXL.

Titulus, Psalmus David ad præcinendum.

Oratio contra superbos & præsumentes sanctulos, qui non solum multa

atos laqueos & scandala ponunt in uia recta contra uerbum dei, sed etiam
 minantur & insaniunt uolentia contra omnes qui errorem damnant &
 nitant. Oratur hic itaque ne fiat quod uolunt, sed recidat potius in caput
 ipsorum, quemadmodum fiebat Pharaoni in mari rubro, quem tempestas
 proiecit in mare, ita & omne os prauum projicietur, & fideles manebunt
 coram deo in eternum.

ERipe me domine ab homine malo, à uiris ini-
 quis custodí me. Qui corde cogitant mala, et
 assidue instigant ad bella. Exacuunt linguas
 suas ut serpens, uiper eum uenenum est sub labijs co-
 rum. Sela. Custodí me domine à manu impij, à uiris
 iniquis conserua me, qui cogitant subuertere gres-
 sus meos. Abscondunt superbí laqueum mihi, et fu-
 nes extendunt ut sint rete, iuxta uiam pedicas ponūt
 mihi. Sela. Ego autem dico domino, tu es deus me-
 us, attende domine uocem obsecrationis meæ. Do-
 mine domine fortis salus mea, tu protegís caput me-
 um tēpore belli. Ne permittas domine desideria sua
 impio, ne confortes nequitiam eius, ne inde efferant
 sese. Sela. Afflictio, de qua consultant aduersarij mei,
 cadat super caput eorum. Ipse effundet super eos
 flammeos radios, igne præcipitabit eos in profun-
 dam terram, ut nunquam emergant. Ori peruerso
 male succedet super terram, uir iniquus et malus fu-
 gabitur & præcipitabitur. Nam noui, quòd domi-
 nus suscipiet causam afflictí, et ius pauperis iustifica-
 bit. Et iusti gratias agent nomini tuo, & recti perma-
 nebunt coram conspectu tuo.

Id est, fulgure & tonitru deturbabit eos in terram, ut sicbat Pharaoni & militibus eius in mari rubro.

PSALMVS CXLI.

Titulus, Psalmus Davidis.

Orat ut conseruetur ab impijs prophetis siue doctoribus, qui adulantur ubi minis nihil efficiunt. Malo inquit à bonis doctoribus argui, & meam iustitiam damnari, quam ab illis laudari, & si propterea crux ferenda est, tamen malo considerè in dominum. Quia adulatoria eorū doctrina tandem ad lapides illisa occidetur, id est, subito cadet & nihil erit. Tunc uidebitur quam amara sit eorum doctrina quæ dulcis apparet, & quam amab. lu sit mea doctrina quæ amara uideatur. Eo perducetur sua doctrina, qua ut proprio reti capientur, ego autem liber pertransibo.

Domine ego ad te clamo, festina ad me, attende uoci meæ cum inuoco te. Valeat coram te oratio mea sicut incensum, eleuatio manuum mearum sicut sacrificium uespertinum. Custodi domine os meum, et conserua labia mea. Non inclines cor meum ad malum, ut studeam impietati cum operarijs iniquitatis, ne comedam quæ beneplacent ipsis. Percutiat me iustus misericordia et increpet me, hoc iucundum erit mihi uelut unguentum super caput meum, quia pergo orare ne isti mihi noceant. Doctores eorum præcipitentur impingentes in petram, tunc audietur doctrina mea quod iucunda est. Dispersa sunt ossa nostra usque ad infernum, quemadmodum aratur et disijcitur terra. Quia ad te domine domine respiciunt oculi mei in te spero, ne exturbes animam meam. Custodi me à laqueo quem posuerunt mihi, et à pedicis operariorū iniquitatis. Cadant impij simul in retia sua, præteream aut ego.

PSALMVS CXLII.

Titulus, Eruditio Dauid ad orandum, quādo erat in spelunca.

Oratio captiui inter falsos doctores, qui ui ueram fidem & uitam impugnant, id quod uulgare erat apud Israēlitas, nempe quod prophetas ueros persecuti sunt propter uerum cultum & uerbum dei, ut est in historijs eorum, & Christus testatur Matth. 5. & 23. & Stephanus Actū 8. Sub Achaz & Iesabel omnes boni prophete tempore Eliæ occultabantur, & tempore Arrhij fideles episcopi exules fiebant. Nam diabolus uerbum & ministros eius non sustinet, &c.

VOce mea ad dominum clamo, obsecro dominum uoce mea. Effundo coram eo eloquium meum, & aperio coram eo afflictionem meā. Cum spiritus meus in angustia est, sollicitus est pro me, in uia qua ambulo abscondunt laqueū mihi. Respice ad dexteram et uide quod illic nemo agnoscit me, fugere nequeo, nemo sollicitus est pro anima mea. Ad te domine clamo et dico, tu es fiducia mea, tu es hæreditas mea in terra uiuentium. Attende ad querelam meam, quia affligor nimis, libera me à persecutoribus meis, quia præualent mihi. Educ^a ex carcere animam meā, ut gratias agam nomini tuo, tunc congregabuntur ad me iusti cum benefeceris mihi.

^a Ex carcere.] Id est, ex necessitate & angustia qua teneor.

PSALMVS CXLIII.

Titulus, Psalmus Dauidis.

Orat pro gratia & remissione peccatorum in angustia conscientie, in quam angustiam urgent & cogunt aduersarij gratie, exactores legis, cogentes in tenebras, id est, desperationem & mortem importabilibus suisoneribus & operum doctrinis, quas ne uno quidem digiulo ipsi leuare uolunt, Matth. 23.

Domine ^aaudi orationē meam, attende obsecrationi meæ propter ueritatem tuā, exaudi me propter iustitiam tuam. Et nō intres in iudiciū cum seruo tuo, quia nullus qui uiuit iustus est coram te. ^b Quia persequitur inimicus animam meam, conquassat ad terram uitam meam, collocat me in tenebras sicut sæculo defunctos. Et anxius est in me spiritus meus, contabuit intra me cor meum. Memor autem sum superiorum sæculorum, loquor de omnibus operibus tuis, & dico de factis manuum tuarum. Expando manus meas ad te, anima mea sitit te ut arida terra. Sela. Cito exaudi me domine, deficit spiritus meus, ne abscondas faciem tuam à me, ne similis fiam descendentibus in foueam. Fac me audire ^c mane misericordiam tuam, quia in te spero, notā

LEUO. Psal. 25. fac mihi uiam qua ambulem, quia ad te domine leuo animam meam. Eripe me ab inimicis meis mi domine, ad te confugio. Doce me facere quod placitū sit tibi, quia deus meus es tu, spiritus tuus bonus deducat me per uiam planam. Propter nomen tuum dominere crea me, educ ex tribulatione animam meam propter tuam iustitiā. Et perde inimicos meos propter misericordiam tuam, perde omnes qui tribulāt animam meam, quoniam ego sum seruus tuus.

^a Vides gratia dei siue misericordia nos consistere. coram deo non iure, quemadmodum inquit, omnia opera dei priora testantur. Siquidem adfuit omnibus sanctis patribus ex dilectione et gratia & nō ex iure quemadmodum & Petrus dicit: Acto. 25.

^b Quia persequitur, &c. I

Hoc ordine percunt miseri, fugientes persequitur aduersarius, comprehendit, conculcat, proijcit in carcerem tenebrosum, ibi percundum est uulnere & captiuo, nisi redimatur quamprimum. c. Manc. ad est, cito & tempori non sero.

P S A L M V S CXLIIII.

Titulus, Psalmus Davidis.

Gratiarum actio regum et magistratus. Nam David hic gratias agit deo ut rex cuius est bellare & gubernare, & fateitur omnem uictoriam, salutem & successum in bello & gubernatione esse donum dei, non uires humanas aut sapientiam, quemadmodum neque humana sapientia continet sub se populos in officio, qui enim hæc maxima posset homo, qui nihil est et uelut umbra transit? Sed dominus hæc facit, qui suo fulgure facit desperata & trepidantia corda bellantium aduersariorum & timentia corda in subditis, ubi sic tangit montes siue populos multos ut cogantur timere coram eo, tunc magistratus facile gerit bella contra hostes, facile gubernat subditos. Post hæc orat contra proprium populum damnans incredulitatem eorum. Nam populus Israël, quia dicebatur populus dei supra modum efferebatur, erat inobediens, seditiosus, auarus, inuidus, infidelis. Notum est quam male egerint erga Moysen, Dauidem, alios reges. Et quamuis uiderent Dauidem pugnare manu & miraculis dei ut Moysen, tamen ne pilo quidem strebant meliores. Sic sentiebant, quid nobis multa prædicantur de deo, de fide: utinam habeamus pulchros filios, domos, pecora, possessiones, tranquillitatem, hæc est beatitudo. Interim etiam habebant multos impios prophetas qui talem beatitudinem docebant, & hinc existimandum populum dei, non esse populum dei qui sub cruce laborat sæpe. Itaque ait: Domine qui me liberasti de gladio Goliath, & dedisti mihi, ut alijs regibus sæpe uictoriam, d. fende etiam me ab hoc impio & falso populo, qui neque deum, neque regem ueretur, neque curat quo opus habeat magistratus siue in bello, siue in pace. Afini sunt & porci qui nihil curant nisi suum uentrem, & periculosius est talibus præesse, quam præliari aduersus extraneos.

Benedictus sit dominus fiducia mea, qui docet manus meas praeliari, et digitos meos arcina tractare. Misericordia mea & arx mea, protectio mea et liberator meus, scutum meum, cui fido, qui obsequentem facit populum meum mihi. Domine quid est homo quod sollicitus es pro eo? & filius hominis quod reputas eum? Homo est ut res nihili, tempus eius sicut umbra abit. Domine inclina caelos tuos et descende, tange montes ut fumigent, Iaculare fulgur et dissipa eos, emitte sagittas tuas, & conturba eos. Mitte de excelsis manum tuam et eripe me, libera me ab aquis multis, et de manu filiorum alienorum. Quorum doctrina est uanitas, et opera eorum fallacia sunt. Deus, tibi cantabo canticum nouum, psallam tibi psalterio decachordo. Qui das uictoriam regibus, et redimis Dauid seruum tuum de gladio mortifero maligni. Redime etiam me et erue me de manu filiorum alienorum, quorum doctrina est uanitas, et opera eorum fallacia sunt. Succrescant filij nostri in adolescentia sua uelut plantulae, et filiae nostrae ut sculpturis ornata triclinia, et ut palatia. Sint promptuaria nostra plena, expromentia annorum nunc hanc nunc illam. Oues nostrae producant mille foetus et centum milia in pagis nostris. Boues nostri sint fortes ad multum laborem, nullum damnum, nullum periculum, nulla querela sit in plateis nostris. Beatus est populus cui haec contingunt, sed reuera ille populus beatus est cuius deus est ipse dominus.

a Id est, fulmine tuo quandoque percutere eos. **b** Alienos filios uocat, quia ipsi uolunt precipui esse filij dei, & tamen sunt alieni & spurij plus quam gentiles, qui deum labijs honorant & cor eorum longe est ab eo, &c. **c** Sic loquuntur & optant impij, qui non confidunt in dominum, ut ille diues in Euangelio. **d** Querela, ne accidat nobis infelicitas, pestis, egritudo, plaga, sed omnibus abundemus, securi & gaudentes habeamus omnia quæ cupimus.

PSALMVS CXLV.

Titulus, Lius David.

Gratiarum actio pro regno Christi futuro. Hic inculcat illud maximum opus quod est laudare deum, eius fortitudinem & regnū prædicare. Quia Christi fortitudo & regnum est absconditū sub cruce. si non prædicatione, doctrina & confessione euulgatur, nemo de eo uel cogitare aliquid potest, ut non dicam scire. Hanc autem naturam habet eius fortitudo siue potestas & regnum, quò ipse erigit lapsos, sollicitus est pro afflictis, quòd peccatores iustos, mortuos uiuos facit. Imò ipse est qui omnia nutrit, qui inuocationem sanctorum suorum exaudit, facit quæ uolunt, defendit eos, eripit, &c.

EXaltabo te mi deus rex, & benedicam nomini tuo perpetuo et in æternum. Quotidie benedicam tibi, & prædicabo nomen tuū perpetuo et in æternum. Magnus est dominus et ualde laudandus, & ineffabilis magnitudo eius. Generatio generationi prædicabit opera tua, et potentiam tuam dicet. Gloriosam maiestatem decoris tui, & admiranda facta tua loquar. Ut dicantur fortia facta tua, et narretur gloria tua. Ut celebretur ingens bonitas tua, et tua iustitia prædicetur. Clemens et misericors est dominus, longanimis & misericordia magnus. Benignus omnibus est dominus et misere-

tur omnium operum suorum. Gratias agant tibi domine omnia opera tua, et sancti tui benedicant tibi. Prædicent gloriam regni tui, & loquantur potentiam tuam. Vt nota fiat filijs hominū potentia tua, et gloriosa maiestas regni tui. Regnum tuum est regnum æternum, & dominatio tua perpetua est. Sustentat dominus omnes cadentes, et erigit omnes prostratos. Oculi omnium te expectant, et tu das eis escam ipsorum in tempore suo. Aperis manum tuam, et satias^a beneplacito omne quod uiuit. Iustus est dominus in omnibus uis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Prope est dominus omnibus inuocantibus se, omnibus serio inuocantibus se. Beneplacitū timentiu se facit, & audit clamorē eorū, et saluat eos. Custodit dñs oēs diligentes se, et oēs impios disperdet. Laudē dñi loquetur os meū & benedicat omnis caro nomini sancto eius perpetuo et in æternum.

^a Beneplacito Id est, ad saturitatē et abunde, ut beneplacitum ipsis, etiam si auarus aliquis aliud querat, & aliter sit affectus.

PSALMVS CXLVI.

Gratiarum actio, simul docens non principibus aut hominibus, sed deo fidendum, caro & mundus diuersum facit. Nam deus solus in omni necessitate iuuare potest et iuuat, auxilium hominum fallit, quando ne ipsi quidem uel una hora de sua uita securi sunt.

HALELVIA.

Lauda anima mea dominum, laudabo dominum per omnem uitam meā, psallam deo meo quā diu hic sum, ^a Nolite confidere in principibus, nomines sunt, iuuare non possunt. Abibit spiritus

ritus hominis & ipsi resoluentur in terram unde facti sunt, tunc peribunt omnia consilia eorum. Beatus ille est cuius auxilium est deus Iacob, et cui spes sita est in domino deo suo. Qui fecit coelum, terram, mare & quicquid in eis est, qui fidem seruat in æternū. Qui iudicat pro patientibus iniuriam, qui dat escam esurientibus, dominus soluit uinctos. Dñs uisum tribuit cæcis, dñs erigit prostratos, dñs diligit iustos. Dñs custodit peregrinos & pupillos, sustentat uiduas, et uiam impiorū^b retrudit. Dñs est rex in æternum, est deus tuus o Zion perpetuo, Halleluia.

^a Qui spem suam collocat in homines, illius subuertuntur omnia consilia & nihil erunt. ^b Retrudit. Id est, diuersum facit & contrarium eius quod moluntur.

P S A L M V S CXLVII.

Gratiarum actio pro uarijs beneficijs & mirabilibus dei, primū populo Israël & Ierusalē, inde omnibus indigentibus exhibitis, qui etiā dat pluuiā & pabulum omnibus animalibus, nec sinit esurire auiculas, ne inutiles quidem coruos multo minus homines, maxime autē illos qui confidunt misericordia eius & non armis & equis.

H A L L E L V I A.

LAudate dominum, quoniam bonum est psallere deo nostro, talis laus iucunda est et decorata. Dominus ædificat Ierusalem, et congregat, eiectos Israël. Sanat confractos corde, et alligat dolores eorum. Numerat stellas, et nominat omnes suis nominibus. Magnus est dominus noster & magna potentia eius, incomprehensibilis est sapiens administratio eius, Dñs erigit afflictos, et deiecit im-

pios ad terram. Alternis canite domino cum gratia
rumactione, psallite deo nostro citharis. Qui tegit
cælum nubibus, et parat terræ pluuiam, qui produ-
cit herbam in montibus. Qui dat animâibus escam
ipsorum, pullis coruorum inuocantibus eum. Non
magnificat fortitudinem equi, nec delectatur cruri-
bus robustorum. Dominus delectatur timentibus
se, qui sperant in misericordiam eius.

*Cohæret in Heb. cū præcedenti Psalmo. Dominus inquit, in primis dat
Ierusalem suæ habitationi, ubi eius uerbum est, pacem, frumentū et omnia
abunde. Quia Ierusalem & Israël præ cæteris habent uerbum dei & cul-
tum eius, que gentes non habent, idcirco illic plura mirabilia facit, & ibi
agnoscuntur quotidiana illa miracula, pluuiæ, nix, pruina, grando, glacies,
&c. apud gentes & impios qui uerbum dei non habent hæc contemnu-
tur, ideo nullum opus aut miraculū dei possunt uidere, etiam si talibus sen-
sibiliter quotidie obruantur, quia nihil sciunt de deo quando non audiunt
aut curant eius uerbum.*

Lauda Ierusalem dominum, lauda deum tuū
Zion. Quoniam ipse confirmat uectes porta-
rum tuarum, benedicit filijs tuis in te. Curat
finibus tuis pacē, medulla tritici satiat te. ^aEmittit elo-
quium suum terræ, uelociter currit sermo eius. ^bDat
niuem sicut lanam, pruinaem sicut cinerem spargit.
Proijcit grandineam glaciem sicut buccellas, coram
frigore eius quis subsistet? Rursus uerbo suo lique-
fiunt, spirare facit uentū suum et fluunt aque. Annun-
tiat uerba sua Iacob, Israëlī statuta & iura sua. Non
fecit similiter ullis gentibus, nec iura sua manifesta-
uit eis, Halleluia.

a Id est, suo iussu, pluuia, solem, tempestatē emittit, et quicquid apud nos uult, efficit suo uerbo statim. *b* Hæc sunt per sese iucunda spectacula dei, si quis allegoriam requirit, uideat in commentarijs.

P S A L M V S CXLVIII.

Gratiarum actio admonens omnes creaturas in cœlo et in terra ad laudandum deum, maxime sanctos dei filios Israël qui seruiunt ei, id est, habet uerbum et cultum eius. Nota quod hic psalmus confirmat omnes conditiones à deo creatas ut bonas et laudandas, reges, iudices, senes, iuuenes. Nam si conditio Regum et Iudicum esset mala, et deo non accepta, non posset deus per hanc laudari. Vbi autem sunt reges et iudices, ibi etiã sunt subditi, serui, liectores, milites, opifices, rustici, ciues, &c. Et ubi sunt senes et iuuenes, ibi etiam sunt coniuges, filij et familiæ. Omnia sunt laudanda et bona, et declarant suum creatorem esse bonum. Et omnia merito deberent esse meræ lingue et perpetuo prædicare tantam bonitatem dei. Vis autē scire quàm bonū quodq; sit, cogita de quacunq; re uolueris, et dic. Si non esset aqua, sol, lictor, mulier, &c. Et uidebis quare deo gratiæ sint agendæ.

H A L E L V I A.

LAudate dominum uos cœli, laudate eū in excelsis. Laudate eum uos uniuersī angeli eius, laudate eum uos uniuersī exercitus eius. Laudate eum sol & luna, laudate eū stellæ lucentes. Laudate eum uos cœli undiquaq; , et aquæ super cœlos. Hæc laudent nomen domini, quia ipse iubet et creatur. Continet ea perpetuo et in æternum, ordinat ea ne aliter eant. Laudate dominum super terram, uos ceti et omnes abyssi. Ignis, grandis, nix & uapor, turbo, quæ faciunt^a secundum uerbum eius. Montes et omnes colles, arbores fructiferæ et omnes cedri. Bestiæ & uniuersa pecora, reptilia et uolucres. Vos reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudi

ces terræ, Iuvenes et uirgines, senes cum paruulis.
 Laudent nomen domini, quia eius solius nomen ex-
 cellsum est, laus eius implet coelum et terram. Et ipse
 exaltat cornu populi sui, laudent omnes sancti eius,
 filij Israël, populus seruiens ipsi, Halleluia.

¶ *Secundum, Id est, quicquid ipse uult.*

PSALMVS CXLIX.

Gratiarum actio de beneficijs quod deus clementer & ex misericordia
 populum suum seruat, & ipsi sciunt se talem habere deū, unde merito gau-
 dendum est. Est autem hæc gratia remissio peccatorum, ideo hic psalmus
 proprie pertinet ad nouum testamentum, nam et ipse uocat canticum nouū
 quod canatur regi Zion, quem prædicent in cubilibus suis, id est, in eccle-
 sijs suis quo congregantur, quem admodum Esuas templa et altaria uocat
 cubilia, uel lectos, ubi Israël scortabatur, id est, idololatriam committebat.
 Item hoc etiam pertinet ad nouum testamentum, quod debent habere acu-
 tos gladios in manu ad corripendum gentes, uinciendum reges, ulciscen-
 dum secundum scripturam, quæ uerba sonant Iudaico affectu & Mahome-
 rico homicidia & seditiones. Sed hæc est ultio in scripturis promissa quod
 semen Abrahæ per Euangelium spiritualem gladium prostratum est in
 omni terra idololatriam, & omnium regum & sapientum sanctitatem capti-
 uaturum in obsequium Christi 2. Corin. 10.

HALELVIA.

CAntate domino canticum nouum, ecclesia
 sanctorum laudet eum. Lætetur Israël de eo
 qui fecit ipsum, filij Zion exultent de rege
 suo. Laudent nomen eius choro, tympanis et citha-
 ris psallant ei. Quia dominus delectatur populo suo,
 saluat afflictos cum gloria. Exultent sancti et glorifi-
 cent,

cent, & prædicent in cubilibus suis. Os eorum exaltet deum, et gladios acutos habeant in manibus suis. Ut ulciscantur inter gentes, corripiant inter populos, reges eorum vinciant cathenis, et nobiles eorum compedibus ferreis. Iudicium in eos exercent de quo scriptum est. Hæc gloria erit omnibus sanctis eius. Haleluia.

PSALMVS CL.

Gratiarum actio primum pro populo Israël scripta ad laudandum deum, quod dedit eis suum sanctuarium, firmamentum fortitudinis sue, id est, habitationem suam, caelum suum & arcem suam in Ierusalem, ubi ostendit suam potentiam cum multis mirabilibus factis. Et nominat instrumenta musica Iudeorum, quibus utebantur in laudibus dei, sed apud nos Christianos hæc musica sunt prædicatio & Euangelium.

HALELVIA.

LAudate deum in sanctuario eius, laudate eum in firmamento fortitudinis eius. Laudate eum ob fortia facta eius, laudate eum propter magnam gloriam eius. Laudate eum tubis, laudate eum psalterijs & citharis. Laudate eum tympanis & choris, laudate eum fidibus & fistulis. Laudate eum cymbalis sonoris, laudate eum cymbalis bene sonantibus. Omne quod spirat laudet dominum, Haleluia.

FINIS PSALTERII.

S E Q V I T V R I N S I G N I S C O M M E N D A T I O

Psalterij Davidis per Doctorem Martinum Lutherum.

*Psalterium
amatum à
pijs.*



MULTI ex veteribus et sanctis patribus, Psalteriū præ omnibus reliquis scripturæ libris, magnifice commendarunt, & mire amare se Psalmos testati sunt. Et perfecto commendari meretur omnibus, hic libellus quamuis paruus, nec indigēt asciticijs laudibus Davidici Psalmi, ipsi abunde commendant sese, et plane hic uerū est, quod dicitur, opus celebrat artificem. Meam autem operam huc contuli, non ut instituerem Psalmorum Encomium, qui per sese laudati sunt satis, sed ut de hoc optimo libello utcunque meum ostenderem pijs iudicium. Superioribus annis uidimus infinitos libellos, sed eos ualde insulsos & ineptos circumferri, quibus sub honesto & plausible titulo (Legendæ enim & exempla inscripti erant sanctorum) aniles nugæ & impudentissima mendacia continebantur. Eiusmodi scriptis iuxta stultis ac impijs sic erant referta omnia, ut interim Psalmi, in tenebris neglecti iacerent, ut ne unum quidem Psalmum haberemus commode redditū aut intellectū. Quia tamen hic liber Davidis canebatur in omnibus templis & horarijs precibus, à tot milibus frequentabatur. Ea ipsa quamuis frigida tractatione Psalmorū, aliquis tamen odor uitæ oblatu est, ple-

tis

risq; bonæ mentis hominibus, et utcumque ex uer-
 bis illis etiam non intellectis, semper aliquid consola-
 tionis et aurulæ senserunt è Psalmis p̄ij, ueluti ex ro-
 seto, leniter spirantis. Haud aliter atque per amoenis-
 simum pratū ingredientī, ei qui ignoret herbarū
 & florum uim, suauis aliquis odos ad nares pertue-
 niat. De Psalmis breuiter meam dicam sententiam.
 Equidem nullum puto librum, exemplorum aut hi-
 storiarum sub cœlo esse, qui Psalterio conferri pos-
 sit. Proinde, si uotis adhuc à deo impetrari deberet,
 ut omnia quæ in omnibus ueris sanctorū historijs,
 essent optima & selectissima, undique excerpta &
 collecta, breuissime & aptissime in unum compinge-
 rentur libellum, hoc quod sic ex optimis, ex ipso flo-
 re rerum in tota scriptura, à spiritalissimo aliquo
 & summo artifice fingi aut conflare posset, hoc haud
 dubie futurū esset tale Dauidis Psalteriū, aut huius
 Psalterij similitum. Nam hic inuenies, non unius
 tantum sancti uitam, sed quomodo caput omnium
 sanctorum Christus (ille enim in psalmis depictus
 est) affectus fuerit, quomodo adhuc omnes creden-
 tes, rebus tristibus iuxta ac secūdis affecti sint, quo-
 modo se erga deum, erga amicos iuxta ac inimicos
 gesserint, quomodo se in uarijs periculis et afflictio-
 nibus, in medio tentationum incendio, et maximis
 necessitatibus habuerint. Ultra autē hoc, quod egre
 gias doctrinas et præcepta pietatis cōplectitur, uel

*Historie san-
 ctorū sunt in
 psalmis.*

*Doctrina in
 psalmis.*

hoc nomine debet esse nobis charissimum Psalterium, quod tam manifestas prophetias, de morte & resurrectione Christi continet, quod tam egregias promissiones de regno Christi, de cursu Euangelij, de statu totius ecclesie nobis exhibet. Proinde, iure parua Biblia dixeris Psalterium, in quo omnia, quæ in totis Biblijs explicatius tradita sunt, mira et iucundissima breuitate, in elegantissimum Enchiridion coacta sunt. Si deus ipse e coelo porrigeret libellum, quæ diuina uoce commendaret, quàm esses hunc habiturus in delicijs, quàm arrepturus a uide. Psalterium, ne dubita, ipse spiritus sanctus, tanquam filioli pater formam præscripsit precum, hoc Enchiridion ipse suis discipulis concinnauit, collectis exemplis & gemitibus & affectibus, quasi multorum milium, quorum solus ipse corda uidet et nouit. Si totam Bibliam igitur legere non posses, En sola lectione Psalterij, non modo pietatis summam, sed & omnia summa, et spiritualissimas experientias habes. Præterea & hæc psalmodum præcipua uirtus est: Cum in reliquis scriptis & historijs, opera tantum & corporalis exercitatio sanctorum describantur, admodum paucas inuenias Historias, quæ sic uerba, uoces, & sermonem (qui character animi est) nobis describât in sanctis. Ibi igitur piarum mentium delitium potest esse Psalterium, ibi adeo iucunda lectio sunt Psalmi, ut ex eis non modo opera sanctorum, sed & singula uer

*Christus in
psalmis.*

Parua Biblia.

*Psalmi forma
sunt precum.*

*Sanctorum uerba
& affectus
in psalmis.*

ba & uoces, sed & gemitus et colloquia, quibus corā Deo in tentationibus iuxta ac consolationibus usi, sint cognoscas, sicut quamuis mortui sint, tibi tamen in psalmis adhuc uiuant et loquantur. Aliæ igitur Historiolæ, & exempla sanctorum quæ opera describunt, si Psalterio conferantur, mutos nobis sanctos proponunt, & omnia ibi muta sunt. In psalmis uero, quia uoces sunt in fide orantium, omnia uiuunt, omnia spirant & uiuos nobis alacres, ac fidei affectu, in medijs etiam afflictionibus erectos exhibent sanctos. Mutum hominem, potius mortuum truncum quàm hominem dicas, & nulla re homo à reliquis pecudibus atque sermonis usu discernitur. Figuram hominis, si artificis accedat industria, uel saxum accipit, & reliquia *ἔλθοις*, sic edunt, bibunt, sic etiam sensuum utuntur organis atque nos, ad tolerandos autem labores sunt etiam corpore ualidiori. Sermo solus hominem discernit à belua. Is autem mentis character est & speculum. Cum igitur sermonem, uerba & uoces sanctorum describant Psalmi, ipsorum mentem nobis depingunt. Non enim familiares illas & uulgatas uoces sanctorum describunt psalmi, sed patheticas illas & ardentissimas, ubi magno seruo in ipso paroxismo tentationū, quasi in quadā acerrima lucta Iacob, cor suū non coram amiculo, non coram homine, sed coram Deo suo effuderunt. Psalmi igitur non modo opera et uo-

ces sanctorum, sed ipsum abditissimum cordis ipsorum thesaurū, intimos animi motus, & affectus cordis exprimūt. Vultus et os Davidis quo varias illas ærumnas et pericula, quibus deus eū exercuit, pertulerit, uiderere uelles. Lege psalmos, qui tibi non tantum externum, sed et interiorem illum Davidem expressius reddunt, quam ipse sese coram, ullis uerbis describere potuisset. Quid igitur præ Psalmis sunt reliquæ historiæ, quæ opuscula tantū et nescio quæ miracula sanctorū, decantant? Nondum cor et affectus uideo, etiam si opera & miracula uideam.

Quemadmodum autem longe malle audire Davidem aut similem sanctum loquentē, quā uiderere illius corporalia exercitia, ita adhuc omnium maxime optarim, intimas cogitationes Davidis et intimum illud certamen fidei cognoscere. Hoc autem præstant psalmi opulenter, ut ex eis cognoscere possimus, quomodo sancti in tentationibus animati fuerint, quo ardore uerborū animi sui affectus expresserint. Cor enim humanum non aliter habet atq; nauicula, in medio mari, quæ ex omni parte periculis et uentorū expolita sit ludibrio. Hinc enim animos nostros sollicitudo et metus futuri mali, ueluti subita tempestas exarmat. Illinc pusillanimitas et cordis moestitia, ueluti altis fluctibus nos opprimit. Mox fiducia rerum secundarum, plenis carbasis in coelum nos tollit. Rursus securitas bonorum præsentium,

præter

præter spem nauiculam scopulo illidit. Tot igitur huius uitæ discrimina, eiusmodi mille pericula, facile nos acut et excitant, facile docent, ex intimis suspirare uisceribus, totum cor effundere, et toto mentis ardore clamare ad cælum. Longe ardentiores querelæ sunt eorum, qui uere dolent, quam qui animi angustiam simulant tantum. Longe alacrior, excitator, feruentior et uultu et uerbis, et toto oris gestu est, is qui ex corde gaudet, quam qui simulate tantum frontem exporrigit. Hinc Germanice dicitur. *Lo gehet nicht von hertzen*, quando tristes rident, aut læti lachrymas uel exprimunt. Psalmorum uoces ex ueris et uicis prorumpunt affectibus. Bona autem pars psalmorum eiusmodi pathetica sunt & ardentissimorum affectuum uerba, omnis generis tentationum et afflictionum. Nusquam inuenies felicius aut significantius expressum gaudentis et exultantis animi affectum, quam psalmos gratiarum actionis seu psalmos laudum. Ibi enim in sanctorum corda, haud aliter atq; in paradysum aut in apertum cælum licet respicere, quanta ibi uarietate subinde exoriantur amoeni illi flosculi, & micantissimæ stellulæ, dulcissimorum erga deum et illius beneficia affectuum. E contra nusquam inuenies significantioribus uerbis descriptam mentis angustiam, animi dolorem et moesticiam, quam in psalmis tentationum seu querelarum, ut Psalm. 6. & similibus. Ibi ipsam mor-

*Gratiarum
actiones in
psalmis*

*Querelæ in
psalmis.*

tem, ipsum infernum, uides suis depictū coloribus, ibi omnia uides atra, omnia tristia, conspectu iræ diuinæ et desperationis. Sic etiam ubi de spe, de timore loquuntur psalmi, sic suis natiuis uocibus hos affectus describunt, ut nullus Demosthenes, nullus Cicero, hoc expressurus fuerit, uiuidius aut felicius. Nam, ut dixi, hoc præ cæteris scriptis proprium habent psalmi, ut sancti eos non in uentū loquuti sint, non ad amiculum, sed coram deo suo, et ut corā oculis dei. Hoc enim in primis affectus acuit et accedit, hoc omnia ossa, omnes medullas ueluti excitat, cum creatura serio, coram deo suo loquitur. Quando aliās amiculo aut homini conquerimur nostras necessitates, non sic ardent, non sic uiuunt, non sic æstuant omnia affectuum impetu. Psalterium igitur, quia affectus continet, libellus est, omnibus Christianis, sic accommodabilis, ut quilibet uere pius, in quacunq; sit tentatione, in psalmis uerba et affectus inueniat, quæ ad suas afflictiones non aliter quadrent, quam si hodie, de tuis proprijs afflictionibus hæc carmina scripta & condita essent.

Hoc ipsum autem potest magnæ esse tibi consolationi, quando psalmi tibi ualde placent. Extat uox Quintiliani: Is sciat se profecisse, cui Cicero ualde placet. Hoc forsitan non inepte huc torsero. Is sciat se profecisse in sacris, quæ Dauidica carmina ualde cōsolantur. Quando enim similiter afficeris, quando

neru

pes & timor
n psalmis.

Coram deo
psalmis.

Te esse in com
munionem san-
ctorum decla-
rant psalmi.

nerui & fides psalterij, simili affectu et motu animi tui
 pulsæ retinniunt, certificaris, te esse in congregatio-
 ne electorum dei, cum eundem in modum affligaris
 quo ipsi afflicti sunt, cū simili fide & affectu ores, quo
 ipsi orarūt. Incredulo et frigido lectori, insipidi sunt
 psalmi. Postremo, Psalmi, pars ea sunt, in vita sancto-
 rum, quam omnium tutissimo imiteris. *Imitatio tua.* Alia exempla
 & Historiæ, quibus non uoces et uerba, sed opera
 tantum sanctorum descripta sunt, multa habent, que
 non possimus imitari in sanctis, ut prodigia et uirtu-
 tes. Pleraque etiam opera eiusmodi sunt, ut citra peri-
 culum graue non possis imitari, ut quæ sectas & hæ-
 reses excitant, & ab unitate spiritus auocant, ut in
 Monachatu uidimus. Psalmi autem à sectis auo-
 cant, ad unitatem spiritus, docentque rebus secun-
 dis retinere timorem, aduersis uero spem non ab-
 ijcere, & sic uerum *ὁ αὐτὸς φρονεῖν*, idem sapere, & si-
 militer affectū esse cum omnibus sanctis. In summa,
 si cernere cupis Christianam ecclesiam, ueluti in ele-
 gantissima tabula depictam, uicis & spirantibus co-
 loribus, tum Psalterium accipe in manum. Hoc enim *Ecclesia & omnia in psal-
mis.*
 tibi purissimi speculi uice fuerit, quod tibi repre-
 sentet ueram ecclesiæ, imò si pius sis, etiam tu ipsi-
 us imaginem, ut iuxta illud sapientis *γινώσκει σε αὐτὸς*,
 uerè te ipsam noscas, Imò DEVM & creaturas oēs. *Non sumus in-
grati.*
 Proinde uigilemus, ut hoc nostro sæculo, pro hac
 reuelatione uerbi, pro inenarrabili hoc dono Dei

gratissimus. Utamur his tantis donis ad gloriam dei,
& commodum proximi, ne nostrae ingratitude
graves poenas demus. Nam, non ita ante multos an-
nos, durante illa barbarie, quantus thesaurus fuisset
habitus, si uel unum psalmum habuissemus, bene co-
gnitum aut intellectum, et ne unum quidem habui-
mus. Nunc autem beati sumus in tanta opulentia, Et
beati oculi, qui uident quae nos uidemus, et aures
quae audiunt quae nos audimus. Sed quam metuo,
ne cum ludæis in deserto, manna fastidientes, dica-
mus: Nauseat anima nostra super cibo illo leuissimo,
Verum, iudicium suum portabunt uerbi cōtemp-
tores, quicumque sunt illi, quemadmodum Israëlita iu-
diciū horrendum portarunt. Nos autem seruet
& prouehat in cognitione uerbi sui, Pater misericor-
diarum, et deus totius cōsolationis, per Iesum
Christum dominum nostrum, cui laus et
gloria, pro hoc Psalterio, et omni-
bus donis, quibus excellen-
ter ditauit nos, In sae-
cula, Amen.

Correctori

CORRECTORIVM AVT O-

ris, quæ inter legendum occurrerunt. Est autem

numerus paginarum.

- 14 hypocrita scribe hypocritica.
 21 chordis scribe cordis
 Ibid. Coram deo scribe coram mundo.
 31 Circundasti scribe circundedisti
 43 Rumpantur ilia scribe Rumpantur ut ilia
 45 Nam de filio hominis loquitur qui semper manet minor deo, &c. Sic
 & theologi solent loqui, Athanasius. Aequalis patri secundum divi-
 nitatem, minor patre secundum humanitatem. Ut autem scire intelligas,
 lege quæ scripsi in Auctario Psal. 2. Nam uerbum caro factum
 est. Et Christus tantum de tempore exinanitionis suæ dicit. Quia pater
 maior me est, de quo & hic certissime ex Hebræo dicitur. Derelictum
 paulisper à deo sine eum, at gloria & decore coronabis eum. Do-
 minum constitues eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti
 pedibus eius, &c.
 52 Felix Conuertantur peccatores, scribe. Conuertantur impij.
 54 Antichristum scribe Antichristi
 56 quæ fertur scribe qua fertur
 87 scribe. Hebræum ut audies
 88 qui erat exauditus?
 89 Obsederunt.
 92 Eligit credentes
 96 tempus tuos, quæ ær
 104 sicut uides, Ephe. 6.
 108 hoc autem poteritis
 110 & quid hodie predicandum
 110 uersatur ob oculos
 133 separare
 140 profunde

- 159 Oblivioni datus sum tanquam mortuus à corde.
- 221 quibusvis certe tonitruis
- 233 Oportet uero ut corpus opponat umbræ, &c. Rectissima quidem est hæc sententia, qua uolui quod ex Græco citat epistola ad Hebræos, eò trahere ut idem esset cum eo quod legitur in Hebræo, sed tamen certum est epistolam ad Hebræos corpus accipere pro corpore Christi pro nobis immolato, nam ita exponit Psalium. Ecce adsum, ut faciam deus uoluntatem tuam, per quam uoluntatem sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel peractam. Ita uero concinnare licebit corpus & aures. Non est iam aliud sacrificium pro peccatis quam corpus Christi, hoc nõ sit meum nisi per aures, id est, auditu Euangelij, de quo in psalmo subditur. Annuntiabo iustitiã tuã in ecclesia magna, &c. Nam hic certum est omnia sacrificia esse nihil ubi unus Christus uenit sacrificium, &c.
- 257 sequentia luce clarius
- 269 dum interim non uidet mundus
- 273 quæ ubique sonuit
- 287 Et rex magnus super omnes deos
- 308 & in uirtute tua iudica me
- 316 omne quod te angit
- 329 Velut cochlea quæ liquefit perget
- 335 profretur
- Ibidẽ incipiunt frustra
- 337 partibor
- 338 Moab olla ablutionis meæ.
- Ibidẽ ablata & data
- 341 super Ieduthun
- Ibidẽ Ieduthun Felix putat. Male legitur Keduthun, Nos pro Ieduthun solemus legere Idithun, uide Psal. 38.
- 343 nõnne is omnibus uiribus
- 344 & omnes uestram

- 345 quid aliud hodie impedit
 351 clamant tantum
 Ibidē In quo irridentur aduersarij.
 352 commouebuntur omnes respicientes
 354 quia eis credidimus
 357 Apertis uerbis inuitatur populus
 Ibidē Dicite deo quā̄m terribilia
 367 Psalmum esse, & c. Ego hic ut & alibi more theologorum, etiam
 quorundam doctorum ueterum accipio figuram, 1. Corin. 10. Hæc
 autem figuræ nostri fuerunt, quasi figura signū̄ illic sit rei post uen-
 turæ, cum potius illic figuræ sint quæ exempla dicuntur. Tamen sen-
 tentia quam hic dixi præter hoc constat sibi & uera est.
 373 transtulisse quod uulgo legimus. Inhabitare dominum deum, id est,
 quod inhabitat dominus deus.
 389 non recepturi nisi in morte
 396 & qui custodiebant animam meam consultauerunt simul.
 403 quando de omnibus regibus secundum
 430 Accedet homo & cor altum
 432 statutorum, ordinum
 437 uincere nequeat
 438 uocem dederunt nubeculæ
 440 percussit enim pudenda plaga
 451 ut non audita sit illic
 457 qui quanta mala illic fecerit
 464 & hanc cordis latitiam deo non offerunt
 Ibidē quo portabant
 465 ut nihil minus speraretur
 469 Ro. 13.
 470 Psalmus facile noster erit
 472 Iebal puto aliquem populum dictum
 478 quemadmodum decet in domo dei
 1011. 14.

- 497 eius promissionum uerbis
 521 ut ipsa iam per deum
 535 Hæc autem dies Euangelij est in credentibus
 554 Quia ita precando urget
 559 dicam, deus meus ne perimas me in dimidio dierum meorum, in generatione generationum anni tui.

561 qui coronat te in misericordia

565 qui tegit aquas

575 Querite faciem eius semper

576 ut ex semine eorum tandem

Ibidem sine quo fidei fundamento

Ibidem ut siue rationem

589 irritauerunt eum ad aquas

603 In deo faciemus uirtutem

633 assumpserat sic nec noster

Ibidem quomodo coarctor

Que ibi uaria dicuntur de uerbis. Ex utero ante luciferum genui te, nihil pertinent ad hunc locum, sed in Auctario certam et translationem et expositionem uide huius uersus. Tecum principium in die, &c. Preterea quedam hic mea scripta uide ut sanè intelligas secundum ea que dixi in Auctario in Psalmum secundum.

616 In textu ex Græco lege sic. Iudicabit in nationibus, replebit cadaueribus, conquassabit, &c. quasi dicas, replebit omnia cadaueribus, nempe occisis aduersarijs, qui nolunt hunc regem regnare super se.

618 Felix. Intellectus bonus omnibus facientibus ea

626 iustificationis et exaltationis, &c.

643 Circumdantes circumdederunt me, et in nomine domini uindicauit in eas.

sed tandem

644. sed tandem uicta coguntur
 645. Castigans quidem castigauit
 663. sine mentis disceptatione
 665. per gratiam tuam statui custodire
 Ibidem contemnitur quod dolemus
 667. & ueritate humiliasti me
 Ibid. Et fide humiliasti me
 675. scilicet ut sal infatuatum
 677. quid contineant
 Ibid. uidetur & speratur ab illis
 702. ut certi simus
 703. nolentes torquere
 708. nunc ω s pro ω s in Græcis
 713. Tali ungueto cōparatur hæc unitas
 717. Lunam & stellas
 626. rectissime uersum est
 627. ubi si uolueris inferiora
 731. seipfos consumunt
 754. & hypocrisis furit, sed.

141446-C

BASILEAE EXCVDEBAT HENRICVS
PETRVS, COMMVNIBVS IMPEN
SIS IOAN. BEBELII. MENSE
AVGVST. AN. M. D. XXXV.

